R. 89

UNIVERSIDAD DE GRANADA
DEPARTAMENTO DE H.ª DEL DERECHO

Universidad de Granada
Facultad de Derecho
Historia del Derecho
Estante N
Tabla 102
Número

B.
50
55

# FORMULARIUM
## LEGALE PRACTICUM
## FORI ECCLESIASTICI.

# FORMULARIUM
# LEGALE PRACTICUM
## FORI ECCLESIASTICI,

*IN QUO*

Formulæ expeditionum de his, quæ pertinent ad officium Judicis nobile uſu frequentium continentur.

*Cum Adnotationibus Legalibus Practicis, ut plurimum Sac. Congregationum reſponſis roboratis, & illuſtratis.*

Epiſcopis, Vicariis Generalibus, aliiſque Ordinariis juriſdictionem quaſi Epiſcopalem exercentibus: necnon Confeſſariis, Regularibus, Parochis, Concionatoribus, Cancellariis, & Cauſidicis in dicto foro verſantibus, Opus apprimè utile.

*AUCTORE*


FRANCISCO MONACELLI

CIVE EUGUBINO

*Presbytero J. U. D. Prothonotario Apoſtolico:*

Olim in Curia Romana verſato, deindè Eccleſiæ Venuſinæ, poſteà Æſinatis Vicario Generali, ac denuò in Urbe, per decennium, & ultrà claræ mem. Cardinalis Petrucci Auditore.


PARS SECUNDA PRIMÆ EDITIONIS

*IN QUA*

*Præter Supplementum Formularum fori extrajudicialis, acceſſerunt quamplures Formulæ fori contentioſi, necnon nonnullæ litteræ Paſtorales non minus utiles, quam neceſſariæ gubernium Eccleſiaſticum aſſumentibus, ab eodem Auctore annotationibus auctæ, ſacræ paginæ oraculis, & Sac. Congregationum reſponſis illuſtratæ: unà cum exemplaribus deputationum Vicariorum, & Viſitatorum Apoſtolicorum, aliorumvè proviſionum: ac Appendice Deciſionum Sacræ Rotæ Romanæ ad fulciendum opus, & eruditionem utentium augendam adiectâ.*


ROMÆ MDCCVI.

Noviſsimis Typis Joſephi Nicolai de Martiis, propè Magnam Curiam INNOCENTIANAM.

*SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.*

gnus
infir
me,
prot
mea
telle
gnè
hab
omn
tam

# Ad Deiparam Virginem Mariam.

O Mater Dei, & *hominis*, ò Mater *rei*, & *Judicis*, ò Mater *Regis*, & *Exulis*, *ſuſcipe opus*, *quod ſuppetiis tuis completum eſt: ſuſcipe obſequii mei exiguum munus: & ſi quid dignum laude ſcripſi propitia reſpice, & quod calamus infirmum protulit clementer eleva.* Tu *pia alliſiſti me, & funes ceciderunt mihi in præclaris; quoniam protectio tua eſt magna nimis. Ecce reddo tibi Vota mea, & benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum, ut poſſim laudare* Te: *At quis poterit te dignè laudare? nemo, niſi ipſum dignum faciat ille qui habitavit in utero tuo.* Tu *es illa quam benedicunt omnes generationes: quia omnibus generationibus vitam, & gloriam genuiſti: in te enim Angeli lætitiam,*

*Juſti*

*Juſti gratiam, Peccatores veniam inveniunt. Gaude igitur prodigium Domini quia in Conceptione tua cęteris ſublimior evaſiſti, & ut immunis Columba in ſublimem collem Divinæ eſſentiæ evolaſti. Gaude feſtivitas Cœli, quę de igne Divino ſuccenſa, ut Areola fumi ad Cœlum aſcendiſti, & Divinæ efluſſionis dulcedine pabulata flores Virgineos voviſti. Gaude acquæ ductus gratię, quę in viſione Deitatis clara de ſinu Patris ut Apis favum mellis Verbum ſuxiſti. Gaude languentium medicina, quę in tempore illo in quo naſciturus in Mundum Salvator erat, divinorum arcanorum admiratrix fuiſti, & dum fortior in ipſum Dei Patris ſinum trahebaris, vagitus filii te in terram traxit. Gaude Divini amoris favilla, quæ in ipſa nocte in qua Salvator pavidus ad Patrem oravit, ut fulgur ad Cœlum aſcendiſti, ubi pretium redemptionis cognitum pro Animarum ſalute proprium filium gratis obtuliſti. Agè Virgo Dei Genetrix immaculata accipe has paginas, quas pro tui nominis gloria, & Pręsulum utilitate dimiſſiſſimè provolutus offero, & ſis quęſo mihi, & invocantibus nomen Sanctum tuum apud filium quem peperiſti perpetua Interventrix. Amen.*

Indignus famulus, & Capellanus.
*Presbyter Franciſcus Monacelli.*

# EUGUBINÆ CIVITATI
## ENCOMIASTICA CONTESTATIO.

EX Umbria ad VIRGINIS Umbram
Hoc in Opere
Me convolaſſe ne mireris
EUGUBINA Sedes.
Patrium Decus quò perenneretur magis,
Obumbrans illi
Non aliunde mihi qua ab Aſtris
Patrocinium licuit expoſtulare.
Nunc ergo
Ex quo Animus fuerat
In Patrii Amoris ſignum
Patrii Decoris hic coronamentum texere:
Sic liceat.
Glorioſa ſanè dicta ſunt, & de Te
Civitas Chriſti,
Tu nimirum
Jam non hoſpites, & Advenas
Sed Cives Sanctorum, & domeſticos Dei
Cives facis.
Quæ vel ſupra ſydera
Quò popularetur Cœlum
Martyres Vigintiquinque
Sanctos Viginti tres
Beatos Triginta novem
Omnes celebres Sanctitate
Duodecim uſque ſupra centenarium numerum
Tranſmiſiſti.
Ut vel in Terris
Ab eorundem ſexaginta quinque Corporibus
Coronareris.
Quis non dicat?
Reliquiæ Sanctorum diem feſtum agunt illi;
Quæ
Ut pietatem coleret
Sua Pietati naſci didicit ab origine.
Poſt pluviales Diluvii Aquas inter Primarias nata
Quid
Niſi Innocentiam ſaperet?
Quæ ſordibus expurgatum;
Dum naſceretur;
Mundum invenit.
Quid
Niſi Deum ſibi adſciſceret?
Quæ ſtatim ac Cœlum vidit;
Divini Federis ſignum
In Nubibus conſpexit.
Preclaro adeò ſub Oroſcopo
De Te
Quę non maxima vaticinari licuit.
Quamvis natam
Cœlum didicit admirari.
Sileant ergo
Hiſtoria, Cronologia.
Sileat
Leander Albertus
Auguſtinus Stheucus
Valerianus in Cronicis
Policarpus
Joannes Blaeu
Conciolius
Vincentius Armannus
Cœterique omnes
Eugubii Encomium
Pręſtat Cœlum.
Novo quidem ſtylo
Ne deſit
Quod ad ENCOMIASTICAM Venuſtatem pertinet.
Sed
Ut non deſit quod pertinet ad perpetuitatem
Perenni illud dictat ſtylo
Nam ſempiterni, & illi reſcriptum pacis,& pacti
Fit Iris
Ridente igitur Cœlo nata
Tuum
Quid ni, & quoque plaudat Solum.
En ergo
Non ideò ſupra Montem poſita;
Sed Appennini radicibus appoſita es
Ut in Te
Non ſpiritus peſtilens; non Aura corrumpens
Æterni tui penè dicam Veris tranquillitatē inficeret
Provida ſanè
Quò illa excluderes
Appennini Dorſum oppoſuiſti.
Propinqua Montibus reſides;
Ne tantas inter delicias
Tuorum Animos
Occuparet Torpor
Eoque ſolicitius, quò proximius
Ad arduam Virtutis ſemitam eos impelleres
Quos
Literis, Armis, Honoribus,ac tandem Cœlo,
Donare contenderes.
Imperatoribus
Julio Cœſari
Octaviano Auguſto
Carolo Magno
Octoni Magno
Acceptiſſima
Carolum excepiſti:
Et ampliſſima ab illis accepiſti privilegia.
Vaticana in Sede Illuſtris
Mytras numeras ſexaginta quinque
Purpuras novem
Prælatos in Curia Triginta quatuor
Sacrorum Ordinum Duces duodecim.
Suprema denique in Sede
Innocentius Decimus
Eccleſiaſticæ tranquillitatis ſignum.
Virentis Olivæ Ramum
Colum-

Columba Innocens
A te ipſa contulit.
Sic quæ Armis
Ducentos quinquaginta Duces;
Unam Paci Columbam
Obtuliſti
Quam ut melius deſponderes Chriſto
Vallaſti Liliis
Unam:
Nam Regnum Pacis
Diviſionem non patitur.
Unam:
Una namque eſt Dilecta.
Quid mirum ergo
Si tuo ex ore
Tertii ſub initio ſeculi
Vox illa ſonuit
Veniat dilectus meus in Ortum ſuum:
Dilectus meus candidus,& rubicundus qui paſcitur interlilia.
Candidus propter innocentiam, rubicundus propter fidem.
Hanc illi
Tam ex tunc paraveras quam deſponderes
Fidem ſuſcipiens.
Nec mora
Voti compos effecta
Et ipſum tibi deſponſatum noſti
Tot præclariſſimis in Præſulibus
Quorum duodecim Oſtro inſignitos
Suprema Alterum Thiara decoratum
Marcellum Secundum;
Cœleſtibus alios præclaros Laureis
Duos prædicas ſupra Viginti
Tu verò Lætare
Non jam ſterilis ſed quæ paris
Tuo enim Cœleſti ſponſo
Fæcunditate tua
Et gentes, & Loca, & Lætitiam
Multiplicaſti;
Tot Sacris Ordinibus partus
Tot Eccleſiis loca
Tot Cænobiticis Clauſtris ſitus
Concedens.
Optimè edocta
In Pauperibus Chriſtum exiſtere;
Noſocomium Infirmis
Xenodochium Peregrinis;
Orphanis Orphanotrophium
Expoſitis Brephotrophium
Erigens
Ipſum exclamare compellis
Quod meis feciſti, mihi feciſti.
Quia verò
Non in ſolo pane vivit Homo, ſed, & in Verbo quod procedit de Ore Dei,
Celeberrimum Literis, Librorum Emporium
Studioſis dedit
Præclariſſimus Antiſtes tuus
Sperellus.
Unum pre omnibus
Et Literis, & Pietati
Excepiſſe ſufficiat Hieronymum Bhetlemitem
Ut temporalis ac Myſtici Domus Panis
Enuncieris
Et nequaquam minimâ ſis in Principibus Orbis.
Illo tuis in Montibus reſidente
Illuminans, & Tu à montibus Æternis prædicaris.
Sic
Divinis Humana nectens:
Quæ tibi nedũ Orbẽ ſed,& Orbis caput devinxeras
In Spiritualibus
Metropolitanæ Titulum à S. Gregorio Magno, & ſub Bonifacio Nono
Uni tantum ſupremæ Sedi ſubjecta;
Acquiſiſti.
In Temporalibus
Urbinatici Ducatus Princeps à Leone X. effecta;
Ab aliis quoque Summis Pontificibus
Inter præcipuas Eccleſiaſtici Status Urbes
Connumeraris.
Hæc ab Orbe.
Quid ab Aſtris?
Super omnem gloriam Protectio.
Tu
Civitas Chriſti; Civitas Sancti:
Sacris expiditionibus
Milites frequens Cœlo dediſti.
Hinc
Perverſis in impugnationibus
Pro Te
Pugnabit Omnipotens
Eoque Glorioſior
Quo Potentioris confringes caput Inimici.
Quis ut Deus
in Te
Novus Michael
Ubaldus intonat.
Quid timendum?
Hoc uno ſanè
Penè dixerim
Excellis Orbis una pulchritudines,
Et Cœlo coequaris.
Gratus Tibi Deus
Ingratus ne Deo, & Tibi viderer
Civis, Licet Humillimus:
Hoc Tibi
Æviternæ gratitudinis Argumentum
Sub Deo
Offerre contendens
Ut tuæ non in me ſolum, ſed, & in meos Beneficientiæ reſponderem
Conatus:
Mox
Mihi reflectens
Tuis vel impar Laudibus
Obmuteſco.

BENE-

# BENEVOLO
# LECTORI

VIX in lucem edito meo FORMULARIO : tùm in numero FORMULARUM : tùm in notis, plurimum me defeciſſe cognovi BENEVOLE LECTOR. Ut igitur defectibus occurrerem, hanc Secundam Partem addere propoſui, modoque bona fide præſto. An verò ejuſmodi Supplemento opus abſolverim; neſcio. Hoc unum ſcio Pareneſim iſtam non obſoleſcere (quod viderim), nec inutilem Præſulibus, nec obviam ſtudioſis eſſe, & hoc ſufficit, ut conatum meum æquo ſuſcipias animo, & ſi me inornatum ſecundò perſpexeris, non mireris: nam qui ſcribit ad utilitatem, prout fieri debere monet Apoſtolus, non amenitatem, ſed bonum, quod eſt ad finem utile quærit. Tu monita primæ Epiſtolæ non obliviſcaris, ſed pro repetitis hic habeas, & æqui ac boni conſulito: faſtidioſus autem ſcribat ſi ſapit aut alibi quærat meliora. Decreta Sac. Congreg. Concilii, quæ ſæpè allegantur, non ſolum compræhendunt caſum deciſum ſed omnes alios caſus, qui ſub eadem æquali ratione continentur, cum hæc ſit anima legis, & non caſus propter quem orta eſt, ut animadverſum fuit *à Rot. in Romana Penſionis 15. Martii 1694. §. non poteſt coram Priolo.*

Quoties enim S.Congr. judicat ſuum Decretum adaptari non poſſe nec debere niſi caſui propoſito, ſolet reſcribere=*Negativè, ſive Affirmativè in caſu hoc:* vel *ex deductis conſt are ſive non conſtare de Jurepatronatus, de Matrimonio, de Sponſalibus, de Irrationabili judicio Epiſcopi:* vel *attentis &c. non indigere abſolutione, diſpenſatione:* vel *Negativè prout jacet.* Hæc inquam ſunt illa Decreta, quæ allegari non poſſunt ad Deciſionem cauſarum, niſi concurrant æedem circumſtantiæ quæ referebantur in caſu particulari propoſito: Cœtera autem, quæ rationem habent univerſalem, probè afferri valent, *ut Rot. in citata deciſ. firmavit.* De illorum autem exiſtentia non videtut dubitandum, quia ex fonte deprompta ſunt: error verò (ſi adeſt) ſolum erit in tempore, fortè culpa Amanuenſis, non autem (quod abſit) in fictione. Gaude interim, quia animus gaudens ætatem floridam facit. Et Vale.

# INDEX SIVE ELENCHUS

## *Decretorum, Proviſionumque generalium Summorum Pontificum, & Sacrarum Congregationum Cardinalium, in hac Secunda Operis parte contentorum.*


DEcreta generalia Sac. Congreg. Rituum anni 1703. ſuper juribus, & functionibus Parochi pag. 10. & ſeqq.

Decretum generale Sac. Congr. Concilii anni 1679. circà Communionem quotidianam. pag. 24.

Inſtructio, ſive ordo ſervandus in expoſitione ſollemni Euchariſtiæ Clem. XI. anni 1705. pag. 31.

Decreta generalia Sac. Congr. Rituum circa uſum Sedilium, & Baldacchini in Presbyterio pro laicis, annorum 1688. & 1690. pag. 36.

Decretum generale Sac. Congr. Rituum anni 1682. de non transferendis officiis Sanctorum ad libitum. pag. 47.

Decreta generalia Sac. Congr. Rituum anni 1706. de non celebrandis officiis (quæ celebrantur ex Sedis Apoſtolicæ Indulto in aliquibus diebus hebdomadæ, vel menſis, non impeditis) tempore Quadrageſimæ, Adventus, & Vigiliarum. pag. 47.

Decretum generale de celebratione Miſſæ in Oratoriis privatis Clem. XI. anni 1703. pag. 50.

Inſtructio pro adimplemento onerum Miſſarum Congregat. Viſit. Apoſtolicæ anni 1704. pag. 54.

Motus proprius Greg. XV. pro Presbyteris Congregat. Oratorii S. Philippi Neri anni 1622. pag. 57.

Decretum generale Sac. Congr. Concilii Subcollectorum ſpoliorum anni 1677. pag. 64.

Decreta generalia Sac. Congr. Rit. circà uſum Pontificalium Prælatis Epiſcopo inferioribus conceſſorũ anni 1659. cum Declarationibus ejuſdem Decreti anno ſequenti emanatis pro Caſſinenſibus. pag. 83. & 85.

Decreta generalia Sac. Congr. Epiſc. & Regular. ſuper receptione Monialium anni 1605. pag. 90.

Monita pro Concionatoribus Innoc. XI. anni 1686. pag. 110.

Conſtitutio Innocentii XI. de non transferendis Penſionibus ultrà medietatem anni 1678. pag. 135.

Decreta generalia S. Congr. Viſit. Apoſtol. de non celebrandis pluribus Miſſis in nocte Nativitatis D.N. pag. 160.

Decreta generalia Sac. Congr. Inquiſitionis emanata tempore Urbani VIII. ſuper cultu, & veneratione Sanctorum. pag. 200. & ſeqq.

Edictum pro obſervantia Quadrageſimæ anni 1705 Clem. XI. pag. 232.

Decretum generale Sac. Congr. Rit. ab Innoc. XI. confirmatum de Altaribus privilegiatis pro defunctis, pro omnibus diebus, quibus Miſſæ defunctorum celebrari non poſſunt pag. 243.

Decretum generale Sac. Congr. Rituum ſuper electione Sanctorum in Patronos. pag. 253.


INDEX

# INDEX

## Titulorum, & Formularum Operis.

## TITULUS XIII.

### *De rebus Sacris, & Religioſis.*


EDicti de Imaginibus Sanctorum, Sacrarum rerum veneratione, & adminiſtratione. Form. I. pag. 3.

Edicti de Divinis Officiis, & Miſſarum celebratione Form. II. pag. 40.

Edicti de Ordinibus recipiendis. Form. III. pag. 70.

Litterarum Dimiſſorialium Formulæ pro Regularibus. Form. IV. pag. 77.

Edicti receptionis Virginum ad Habitum Religionis. Form. V. pag. 88.

Erectionis Confraternitatis Inſervientium Altari. Form. VI. pag. 95.

Erectionis Hoſpitalis. Form. VII. pag. 102.

Litterarum Teſtimonialium pro Concionatore. Form. VIII. pag. 108.


## TITULUS XIV.

### *De adminiſtratione, & alienatione rerum Eccleſiæ.*


EDicti monitorialis contra occupantes bona, & jura Eccleſiarum. Form. I. pag. 113.

Decreti conceſſionis Emphyteuſis vigore Brevis. Form. II. pag. 119.

Decreti renovationis Emphyteuſis. Form. III. pag. 122.

Decreti permiſſionis alienationis vigore Beneplaciti Apoſtolici. Form. IV. pag. 124.

Decreti alienationis auchoritate Ordinaria conceſſi. Form. V. pag. 128.

Licentiæ inveſtiendi pecunias. Form. VI. p. 130.

Tranſlationis Penſionis. Form. VII. pag. 131.

Edicti convocationis Congregationum Confraternitatum. Form. VIII. pag. 138.


## TITULUS XV.

### *De rebus, & actibus judicialibus.*


PRæſentationis Clerici ad Beneficium Juriſpatronatus. Form. I. pag. 143.

Appellationis coram honeſtis Viris. Form. II. pag. 151.

Libelli compoſitionis Rei inquiſiti. Form. III. pag. 156.

Edicti geſtationis habitus Clericalis. Form. IV. pag. 162.

Monitionis faciendæ contra non incedentes. Form. V. pag. 168.

Declaratoriæ privationis privilegiorum. Form. VI. pag. 170.

Declaratoriæ privationis privilegii fori. Formul. VII. pag. 170.

Monitionis pro remiſſione Clerici Carcerati. Form. VIII. pag. 172.

Implorationis Brachii Sæcularis. Form. IX. pag. 175.

Litterarum Subſidialium. Form. X. pag. 177.

Sententiæ Degradationis. Form. XI. pag. 179.

Fulminationis Excommunicationis. Form. XII. pag. 183.

Monitionis recedendi à loco immuni. Formul. XIII. pag. 184.

Mandati de extrahendo Confugam à loco immuni. Form. XIV. pag. 186.

Edicti prohibitionis acceſſus ad Monaſt. Monialium. Form. XV. pag. 188.

Publicationis Teſtamenti Parochi. Form. XVI. pag. 192.

Teſtamenti Epiſcopi pro Anima defuncti. Form. XVII. pag. 195.

Inſtructionis Proceſſus Servorum Dei. Formul. XVIII. pag. 198.


TITU-

# TITVLUS XVI.

## *De Litteris Paſtoralibus, & Proviſionalibus.*

Litteræ Paſtoralis ad Clerum. Formul. I. pag. 207.
Litteræ Paſtoralis ad Parochos. Formul. II. pag. 214.
Litteræ Paſtoralis ad Populum. Formul. III. pag. 224.
Litteræ Paſtoralis de Jejunio, & Oratione. Form. IV. pag. 231.
Litteræ Paſtoralis de Eleemoſyna. Form. V. pag. 236.
Litteræ Paſtoralis de Indulgentiis. Form. VI. pag. 239.
Litteræ Deputationis Vicarii Apoſtolici Sede vacante per Breve. Form. VII. pag. 245.
Litteræ Deputationis Vicarii Apoſtolici Sede plena per proviſionem Sac. Congregat. Form. VIII. pag. 248.
Litteræ Deputationis Vicarii Apoſtolici Sede vacante per proviſionem Sac. Congreg. Form. IX. pag. 249.
Litteræ Deputationis Viſitatoris Apoſtolici Sede plena per Breve. Form. X. pag. 250.
Litteræ Deputationis Viſitatoris Apoſtolici Sede plena per proviſionem Sac. Congreg. Form. XI. & XII. pag. 259.
Litteræ Deputationis Viſitatoris Apoſtolici in Urbe. Form. XIII. pag. 260.
Litteræ proviſionalis ſuppreſſionis Beneficii. Form. XIV. pag. 261.
Litteræ proviſionalis teſtimonii idoneitatis ad Ordines, pro Regularibus. Form. XV. pag. 262.
Litteræ proviſionalis teſtimonii idoneitatis ad Confeſſiones ſuſcipiendas, pro Regularibus. Form. XVI. pag. 262.

# INDEX

## Rerum, & Materiarum, quæ in hac Secunda Operis parte continentur.

### A


Abbas.

*ABBATES qui habent uſum Pontificalium aſtringuntur ad obſervantiam Decreti Alexandri VII. adnot. ad form. 4. tit. 13. n. 34. pag. 83.*

Adminiſtrator.

*Adminiſtratores locorum Piorum poſſunt cogi, tam in Viſitatione, quam extra ad reddendam rationem Ordinario adnot. ad form. 2. tit. 13. n. 48. pag. 57.*

*Et ad præſtandum juramentum de fideliter adminiſtrando, ibi.*

*Et ad exhibendum ſcripturas, etiam ſub pœna cenſurarum, ibi.*

Alienatio.

*Beneficiatus incidere faciens arbores frugiferas in bonis Eccleſiæ dicitur alienare, & cenſuras Extravag. Pauli II. incurrit adnot. ad form. 1. tit. 14. n. 2. p. 115.*

*Alienatio bonorum Eccleſiæ fieri non poteſt niſi conſtito de utilitate cognitione judiciali adnot. ad form. 2. tit. 14. num. 1. pag. 119.*

*Alienatio bonorum Eccleſiæ titulo Emphyteuſis debet fieri cum inſertione Plantæ, ibi num. 2.*

*Alienatio bonorum Eccleſiæ quando dicatur utilis, ibi num. 3.*

*Alienatio bonorum Eccleſiæ ad tertiam generationem quando includat perſonam primi inveſtiti, ibi n. 4.*

*Alienationis Beneplacitum, non partium conventiones attendi debet in Inveſtituris bonorum Eccleſiæ, ibi.*

*Alienationis prohibitio in Emphyteuſi Eccleſiæ, omnem alienationem vocabulo latiſſimè ſumpto comprehendit, ibi num. 7.*

*Alienare dicitur qui incidit arbores frugiferas, ibi.*

*Alienare dicitur, qui ſervitutem recipit realem, ſeù perſonalem, ibi.*

*Jus congrui, ſeù prothomiſeos, eſt exorbitans à jure ibid. num. 10.*

*Statuta de jure congrui non compræhendunt Clericos nec activè nec paſſivè.*

*Prælatio in alienatione bonorum ſtabilium quibus, & quando competat, ibi num. 11. 12. 13. & 14.*

*Alienatio bonorum Eccleſiæ facta cum clauſula reſervationis Beneplaciti Apoſtolici, & non alias aliter nec alio modo, non excuſat alienantem ab incurſu pœnarum adnot. ad form. 4. tit. 14. num. 2. pag. 125.*

*Alienans bona Eccleſiæ cum ignorantia probabili, ac bona fide, excuſatur ab incurſu Cenſurarum, ibi.*

*Alienatio bonorum Eccleſiæ facta per Procuratorem cum traditione poſſeſſus ante impetrationem beneplaciti excuſat principalem ab incurſu pœnarum, ibi num. 3.*

*Alienans, vel locans ultra triennium bona Eccleſiæ abſque beneplacito incurrit pœnas extrag. ambitioſæ non obſtante allegato non uſu, ibi num. 4. & ſeqq.*

*Alienans ſine beneplacito bona Eccleſiæ tunc excuſatur ab incurſu pœnarum, quoties habet bonam fidem ſinceram, vel eſt juris imperitus, ibi num. 8.*

*Alienans bona Eccleſiæ ſine beneplacito, incurrit cenſuram Papæ reſervatam, ibi num. 10. & 11.*

*Compromiſſum de rebus Eccleſiæ fieri non poteſt ſine Beneplacito, ibi num. 12.*

*Non uſus Conſtitutionis Ambitioſæ Pauli II. non eſt allegabilis, ibi num. 13. & 14. pag. 126.*

*Regulares alienantes bona Monaſterii abſque Sac. Congreg. Concilii beneplacito incurrunt cenſuram extravag. ambitioſæ, & privationem vocis activæ, & paſſivæ ipſo facto, ibi num. 16.*

*Alienatio bonorum Eccleſiæ eſt probibita de jure Divino, Civili, & Canonico adnot. ad form. 5. tit. 14. num. 1. pag. 128.*

*Alienari poſſunt bona Eccleſiæ modici valoris auctboritate Epiſcopi, & uſque ad quam ſummam id fieri poſſit oſtenditur, ibi num. 2.*

*Bona Eccleſiæ notabilis valoris non poſſunt dividi, & ſeparari, ut fiant alienabilia auctboritate Epiſcopi, ibi num. 3.*

*Alienationis ſpecies eſt reductio Cenſuum ad minorem fructum, quæ fieri non poteſt ab Epiſcopo, ibi num. 4.*

*Rector Eccleſiæ unam rem in aliam magis utilē Eccleſiæ convertens, non dicitur alienare, ibi num. 6.*

*Emptor rei Eccleſiæ quando debeat eſſe ſollicitus de verſione pretii, ibi num. 7.*

*Licentia inveſtiendi pecunias, gratis ab Ordinario concedi debet adnot. ad form. 6. tit. 14. num. 1. pag. 130.*

*Officiales, & Adminiſtratores locorum Piorum habent liberam adminiſtrationem, & Contractus à jure non prohibitos facere poſſunt abſque beneplacito Epiſcopi ibid. num. 2.*

Alimenta.

*Parentes, qui Filios expoſuerunt, an, & quando te-*

*neantur alimenta reſarcire loco Pio adnot. ad form.7. tit. 13. num. 13. pag.* 106.

*Mater pauper non tenetur propriis expenſis lactare, & nutrire Filium, ibi num. 14.*

*Mater pauper, qui propriis laboribus victum quærit, ſi nutrit filium, repetit expenſas à Patre, qui ſi eſt paratus alimenta præſtare, non poteſt Mater ſe eximere, ibi.*

*Alumni Seminarii tenentur alimenta reſarcire quando tempore ingreſſus poterant propriis expenſis manuteneri, ibi num. 16. & 17.*

*Alumni Seminarii tenentur alimenta reſtituere ſi deſerant ſtatum Clericalem, & fuerunt admiſſi cum obligatione reſtituendi, ibi.*

*Alumni Seminarii tenentur alimenta reſtituere ſi ſtatum Clericalem deſerant, & illos obligat ſtatutum Synodale, ibi num. 19.*

*Alimenta tenentur præſtare Maritus Vxori, etiamſi Dotem non habuit adnot ad form. 2. tit. 16. num. 19. pag.* 219.

## Appellatio.

*Appellatio non admittitur à Decreto de Coadjutore Parocho adjungendo ad formam Concilii ſeſ. 21. cap.4. de refor. adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 41. pag.9.*

*Appellatio quando non habetur copia Judicis, interponitur coram honeſtis viris adnot. ad form. 2. tit. 15. num.1. pag.* 151.

*Appellatio interponenda coram honeſtis viris requirit juſtam cauſam, & quæ ſit, vide, ibi num. 2.*

*Appellatio coram honeſtis viris poteſt fieri, tàm in ſcriptis, quam in voce, dummodò in actis redigatur, ibi num. 3.*

*Appellatio coram honeſtis viris debet interponi in termino dato ad appellandum, ibi.*

*Appellatio eſt interponenda à die ſcientiæ, & non ſententiæ, quando reus non fuit citatus perſonaliter, ibi.*

*Appellatio quando non interponitur ex cauſa coram Judice, debet interponi coram honeſtis viris, non verò coram Notario, ibi num. 3.*

*Appellatio à denegata juſtitia debet interponi præmiſſis debitis requiſitionibus cum moderato dierum intervallo, ibi num. 5.*

*Appellatio à denegata juſtitia non avocat cauſam à Tribunali Epiſcopi, niſi tranſacto biennio, ibi & n.6.*

*Appellatio non datur à comminatione declaratoriæ cenſurarum à jure inflictarum, ibi num. 7.*

*Appellatio ſuſpenſiva non admittitur à Decreto quo Epiſcopus mandat tertiam partem fructuum eſſe pro diſtributionibus applicandam, ibi.*

*Appellatio non retardat Synodum Diœceſanam, ibi.*

*Neque Viſitationem perſonalem, ibi.*

*Appellatio non datur à Decreto, quò declaratur Reum gaudere debere Immunitate, ibi.*

*Appellatio in quibus caſibus admitti debeat, vel non à Tribunali Epiſcopi ad Metropolitanum, ibi num.8. remiſſivè.*

*Appellatio ab Ordinariis Regni Sardiniæ, an & in quibus caſibus detur, & admitti debeat ad Delegatum Apoſtolicum illius Regni, ibi d. num. 8. ubi allegantur Decreta.*

*Appellatione in Civilibus tempore debito non interpoſita, Cauſa non dicitur deſerta, ut fieri poſſit executio, niſi Judex interloquatur ſuper deſertione, ibi n. 9.*

*Appellatio in cauſis Criminalibus, in quibus non infligitur pœna corporis afflictiva poteſt interponi per Procuratorem, ibi num. 10.*

*Appellatio ab Epiſcopo ſuffraganeo datur ad Metropolitanum, ibi num. 11.*

*Ab Epiſcopo exempto ad Papam, ab Archiepiſcopo ad Patriarcham, ibi.*

*Appellatione remota, non removetur Beneficium iterum appellando, conſtito de gravamine, ibi num. 14.*

*Appellare poteſt tertius, etiamſi cauſa reperiatur commiſſa cum clauſula* appellatione remota, *ibi.*

*Cauſa commiſſa Cardinali cum clauſula* appellatione remota, *cenſetur remota quæcunque appellatio, ibi.*

*Appellantes ab irrationabili Judicio Epiſcopi in concurſu Parochialium, quid probare debeant, ibi num. 20. & 21.*

*Appellatio datur à reprobatione examinatorum, ibi num. 22.*

*Appellatio à pronuncia publicationis Teſtamenti non datur adnot. ad form. 16. tit. 15. n.10. pag.* 194.

*Appellatio interpoſita coram honeſtis viris probatur ſine aliis teſtibus adnot. ad form. 2. tit. 15. num. 15. pag.* 154.

## Archiepiſcopus.

*Archiepiſcopus in cauſis Civilibus eſt Judex Ordinarius Epiſcoporum Suffraganeorum Provinciæ adnot. ad form. 2. tit. 15. num. 11. & ad form. 10. num. 3. pag.* 154. & 178.

*Archiepiſcopus, an & quando poſſit ab Epiſcopo Suffraganeo allegari ſuſpectus in cauſis ſubditorum, ibi num. 12. pag.* 154.

*Cœtera. Vide in verbo* Epiſcopus.

*Archiepiſcopus, & Metropolitanus idem ſunt adnot. ad form. 10. tit. 15. num. 4. pag.* 178.

## Arma.

*Armorum delatio in Clericis crimen eſt, adnot. ad formul. 10. tit. 16. num. 18. pag.* 257.

*Arma deferens contra prohibitionem Statuti, ſive Edicti, poteſt puniri, etiamſi non capiatur in fraganti adnot. ad form. 4. tit. 15. num. 21. pag.* 168.

*Conceſſio licentiæ deferendi arma Tribunalis Eccleſiaſtici, eſt abuſus Sac. Canonibus injurioſus adnot. ad form. 10. tit. 16. num. 19. pag.* 257.

## Aromataria.

*Regulares non poſſunt retinere, & exercere artem Aromatariæ, niſi pro ſolo uſu Religioſorum adnot. ad for. 4. tit. 14. num. 17. pag.* 127.

## B

## Benedictio.

B*Enedictio populi cum Sacramento Euchariſtiæ eſt actus juriſdictionis adnot. ad form. 1. tit. 13. n.67. pag.* 16.

Bene-

Benedictiones agrorum, & frugum, fieri non poſſunt à Regularibus cum ſtola ſine Parochi licentia, ibi num. 79. pag. 19.

## Beneficium, Beneficiatus.

Beneficium juriſpatronatus non acquirit libertatem per negligentiam Patronorum adnot. ad form. 1. tit. 15. num. 6. pag. 144.
Beneficia quæ vigore ſtatuti conferenda ſunt Civibus, conferri poſſunt Civibus ex privilegio, ibi num. 16.
Beneficium quando dicatur Sacerdotale, ibi num. 17. & 18.
Beneficia plura quando, & an poſſint conferri, & retineri, ibi num. 19.
Beneficiatus tenetur recitare officium Divinum etiamsì Beneficium ſit parvi redditus, ibi n. 25. 26. & 27.
Beneficiatus tenetur ad reparationem Eccleſiæ, ibi n. 28.
Beneficiatus tenetur contribuere pro procuratione Viſitatoris, & accedere ad proceſſiones, ibi num. 29.
Beneficiatus incidere faciens arbores frugiferas in bonis Beneficii, dicitur alienare, & incurrit pœnas Extravag. ambitioſæ adnot. ad form. 1. tit. 14. num. 2. pag. 115.
Beneficii proviſio facienda eſt juxtà ultimum ſtatum adnot. ad form. 1. tit. 15. num. 4. pag. 144.
Beneficii ſtatum non mutant proviſiones Papæ, & Ordinariorum, ibi num. 6.
Beneficia quæ poſſidētur à Clericis, qui non deferunt habitum Clericalem, vacant ipſo jure abſque monitione adnot. ad form. 4. tit. 15. num. 2. pag. 163.
Beneficia perpetua ſupprimi, & extingui non poſſunt ab Epiſcopo, niſi ex cauſa neceſſaria, & de conſenſu Capituli adnot. ad form. 10. tit. 16. n. 7. pag. 253.
Ut autem reduci, & extingui poſſint, quæ concurrere debeant adnot. ad form. 14. tit. 16. n. 1. pag. 262.

## Beneplacitum Apoſtolicum.

Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione bonorum Eccleſiarum facit gratiam conditionalem adnot. ad form. 4. tit. 14. num. 1. pag. 124.
Beneplaciti Apoſtolici clauſulæ inducunt formam præciſè ab executore ſervandam, ibi.
Beneplacitum poteſt præcedere. & ſubſequi contractum alienationis dummodò non tradatur poſſeſſio ibi n. 2.
Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione bonorum Eccleſiæ, & locatione ultra triennium exigitur non obſtante non uſu, ibi n. 4. & ſeqq. & n. 13. & 14.
Beneplacitum exigitur pro alienatione bonorum illius qui reliquit æs alienum, dummodò fuerint Eccleſiæ incorporata, ibi num. 12.
Beneplacitum Apoſtolicum exigitur ſi fiat compromiſſum de juribus vel bonis Eccleſiæ, ibi.
Beneplacitum Apoſtolicum præſumptum hodie non eſt allegabile, niſi concurrat centenaria, ibi n. 15. p. 126.
Beneplacitum præſumitur interceſſiſſe poſt lapſum 30. annorum ſi agatur de contractu Eccleſiæ favorabili, ibi.
Beneplacitum præſumitur interceſſiſſe poſt curſum 30. annorum in contractu inito inter Eccleſias, ibi.
Beneplacitum ex curſu temporis non præſumitur ubi ex inſpectione Inſtrumenti apparet ſollemnitatem non fuiſſe ſervatam, ibi.
Beneplacitum cenſetur exhibitum quando Judex in Decreto aſſerit fuiſſe productum, ibi num. 21 non autem ſi id aſſerat Notarius.
Beneplacitum ſubreptitiè obtentum nihil prodeſt, ibi num. 22.
Beneplacitum quando dicatur ſubreptitium, ibi n. 23.
Beneplacitum exigitur in reductione fructuum Cenſuum adnot. ad form. 5. tit. 14. n. 4. pag. 129.
Beneplacitum non exigitur quando res Eccleſiæ tranſmutatur in aliam magis utilem, ibi num. 6.
Beneplacito Eccleſia non indiget in acquirendo adnot. ad form. 6. tit. 14. num. 1. pag. 130.
Beneplacitum in alienatione rerum Eccleſiæ eſt attendendum non autem partium preces adnot. ad form. 2. tit. 14. num. 4. pag. 120.

## Bigamus.

Bigamus eſt irregularis, & exutus omni privilegio Clericali adnot. ad form. 3. tit. 13. n. 33. pag. 74.
Bigamus non dicitur ille qui contrahit cum Vidua in articulo mortis conſtituta, cum qua antea rem habuit ſi matrimonio non conſumato Vidua deceſſit, ibi.
Bigamus non dicitur, qui contrahit cum Vidua à primò Viro non cognita, ibi.

## Bona Eccleſiaſtica.

Bona Eccleſiarum, & locorum Piorum primæ erectionis ſunt immunia à collectis etiam cameralibus adnot. ad form. 7. tit. 13. num. 12. pag. 106.
Bona Eccleſiarum dicuntur Sancta Sanctorum, & patrimonium Chriſti adnot. ad form. 1. tit. 14. n. 1. pag. 115.
Bona Eccleſiarum pertinent quoad dominium ipſis Eccleſiis, ibi.
Bonorum Eccleſiarum fures, vel detentores, non dicuntur uſurpatores, ibi num. 2.
Bona Eccleſiæ dicuntur oblationes quæ ſolent fieri à populo, à quibus ſi populus ceſſet, poteſt cogi officio Judicis ad continuandum, ibi num. 15.
Bona Eccleſiæ quando dicantur ſolita alienari adnot. ad form. 3. tit. 14. num. 1. pag. 122.
Bona Eccleſiæ Emphyteutica redacta ad inſtar allodialium debent inveſtiri, & renovari proximioribus agnatis, ibi.
Bona Emphyteutica devoluta ad Eccleſiam ob canonem non ſolutum, poſſunt reinveſtiri etiam favore extranei non agnati, ibi num. 2.
Bona Eccleſiæ quæ dicantur modici valoris ad hoc ut poſſint ſola Epiſcopi auctthoritate alienari adnot. ad form. 5. tit. 14. num. 2. pag. 129.
Bona Eccleſiæ ſtabilia, vel mobilia pretioſa notabilis valoris non poſſunt dividi ad effectum ut res fiat alienabilis auctthoritate Epiſcopi, ibi num. 3.
Bona acquiſita per Apoſtatas pertinent ad Cameram Apoſtolicam, & ſubjacent ſpolio adnot. ad form. 16. tit. 15. num. 12. pag. 194.
Bona acquiſita per Apoſtatam, ſi antequam moriatur redeat ad clauſtra, acquiruntur Monaſterio, ibi.

*Bonorum Eccleſiarum uſurpator quis dicatur adnot. ad form. 1. tit. 14. num. 2. pag.* 115.

Bona in genere.

*Bona quæ ſunt petenda à Deo in Oratione, oſtenditur adnot. ad form. 4. tit. 16. num. 8. pag.* 234.

Brachium Sæculare.

*Brachium Sæculare eſt remedium juridicum adnot. ad form. 9. tit. 15. num. 1. pag.* 176.
*Brachium Sæculare eſt remedium ordinarium, non ſubſidiarium ut olim, ibi num. 2. & 3.*
*Brachium ſuum tenetur Judex Sæcularis præſtare requiſitus ſine cognitione virium ſententiæ Judicis Eccleſiaſtici, ibi num. 5.*
*Brachium ſuum accommodare debet in cauſis Eccleſiaſticis abſque cognitione, ibi d. num. 5.*
*Brachium præſtare tenetur Judex Sæcularis in cauſis fidei, etiamsì ſibi conſtet ſententiam eſſe injuſtam, ibi num. 6.*
*Brachium ſuum Judex ſæcularis denegans Judici Eccleſiaſtico poteſt excommunicari, ibi num. 7.*
*Brachium Sæculare, debet implorari cum urbanitate, ibi num 8.*

C

Caducitas.

*Vide in Verbo* Emphyteuſis.

Canones.

C*Anones qui mores, & diſciplinam informant non abrogantur per contrariam conſuetudinem adnot. ad form. 7. tit. 15. num. 6. pag.* 172.

Canonici, Capitulum.

*Canonici non tenentur recitare in Choro Officiũ B.M.V. ubi non adeſt conſuetudo adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 1. pag.* 41.
*Canonici confabulantes in Choro ſunt punctandi, ibi n. 2.*
*Canonici confabulantes in Choro frequentèr, tenentur ad reſtitutionem diſtributionum, ibi.*
*Canonici exeuntes à Choro ſine venia ſunt punctandi, ibi*
*Canonici, & Dignitates non debent in Choro habere ſtratum ſive tapetum, ibi num. 3.*
*Canonici tenentur ſi non omnes, ſaltem duo excipere ad Januam Eccleſiæ Epiſcopum Suffraganeum dum accedit ad exercendum Pontificalia, ibi num. 13.*
*Canonici poſſunt invicem ſe ſubſtituere, ubi adeſt conſuetudo, ibi num. 64.*
*Canonici Coadjutores non gaudent conſuetudine ſubſtituendi, ibi.*
*Neque Canonici, qui volunt ſe ſubtrahere à ſervitio Diaconi, & Subdiaconi in Miſſis ſollemnibus, ibi.*
*Canonici non poſſunt uti vacationibus diebus Dominicis, & feſtis diebus totius anni, ibi num. 65.*
*Canonici non poſſunt abeſſe à reſidentia diebus Adventus, Quadrageſimæ, & aliis feſtis ſollemnioribus, ibi*
*Canonici non debent à reſidentia abeſſe ultra tertiam partem, ibi.*
*Canonici non reſidentes, ſi privandi ſunt, debent moneri, & expectari juxtà formam præſcriptam à Concilio, ibi num. 66. & 67. pag.* 61.
*Pendente tamen triennio poſſunt præviis citationibus, etiam cenſuris ligari, ibi num. 68.*
*Canonici Coadjutores poſſunt non reſidentes affici eiſdem pœnis, ibi num. 69.*
*Canonici Coadjutores, non poſſunt Capitulis intereſſe, nec officium Antianitatis exercere, niſi in litteris Apoſtolicis concedatur, ibi.*
*Canonicus monitus ad reſidendum ſi redeat, & iterum poſt paucos dies diſcedat, non dicitur rediiſſe, & contra eum proceditur tanquam abſentem, ibi num. 70.*
*Canonici Diſtributionibus privari poſſunt, ſi convocent Capitulum tempore quo celebrantur Divina officia, ibi num. 72.*
*Si Miſſas planas celebrarent dum officium recitatur niſi juſſi fuerint, ibi.*
*Si in Choro non pſallerent, ibi.*
*Si non interſint Concioni, ibi num. 71.*
*Canonici qui ſunt officiales Sancti Officii ſi ſint abſentes non lucrantur diſtributiones, ibi n. 73.*
*Canonicus ſubcollector ſpoliorum ſi abſit non acquirit diſtributiones, nec inſervire valet per ſubſtitutũ, ibi.*
*Canonici qui non ſunt in ſacris lucrantur diſtributiones ibi num. 74.*
*Canonici jubilati lucrantur diſtributiones extraordinarias, ibi d. num. 74.*
*Canonici abſentes pro lite ſuarum Præbendarum non percipiunt diſtributiones, ſi non habeant licentiam Epiſcopi, ibi num. 75.*
*Neque pro tempore quo fuerunt carcerati pro debito civili, ibi.*
*Neque ſi inſerviant Epiſcopo Miſſam privatam celebranti tempore quo recitantur Divina Officia, ibi*
*Canonicus delegatus ad viſitandum limina Apoſtolorum pro Epiſcopo lucratur diſtributiones, ibi num. 76.*
*Canonico inquiſito, & poſteà abſoluto debentur diſtributiones, ibi.*
*Canonico abſenti à Choro urgente neceſſitate ratione officii pro ſervitio Capituli vel Eccleſiæ, ibi.*
*Canonico jubilato etiam emolumentorum Proceſſionum, & etiam ſi fuerint auctæ poſt Indultum, ibi.*
*Non debentur jubilato à Capitulo, ibi num. 77.*
*Canonicus abſens de licentia Sac. Congr. cum clauſula* = dimiſſa tertia parte fructuum, *dimittit tertiam, quæ ſupereſt detractâ Penſione, ibi num. 79.*
*Canonici Subcollectores Spoliorum, ſeù Decimarum in his quæ pertinent ad Divinum cultum, & ſervitiũ Eccleſiæ ſubjacent juriſdictioni Ordinarii, ibi nu. 80.*
*Canonici Cathedralium ſunt perſonæ in Dignitate conſtitutæ ad hoc ut poſſit coram eis fieri tranſlatio Penſionis adnot. ad form. 7. tit. 14. num. 1. pag.* 132.
*Canonici fratres germani, vel Sobrini, Patrui, vel Nepotes plures in eadem Eccleſia, & Capitulo, omnes habent vocem adnot. ad form. 8. tit. 14. num. 6. pag.* 140.
*Canonici tres faciunt Capitulum, dummodò alii fuerint legitimè intimati, & eorum determinationes validæ ſunt*

*ſunt dummodò non agatur de rebus arduis , ibi n. 7.*

*Canonicus Theologus quando non eſt idoneus ad Sac. Scripturam exponendam non eſt inſtituendus, ſed providendum juxtà Concilii Trid. diſpoſitionem adnot. ad form. 1. tit. 15. num. 21. pag.* 147.

*Canonici ſi carcerandi ſunt, debent carcerari in loco honeſto , & ſeparato adnot. ad form. 3. tit. 15. num. 12. pag.* 159.

*Canonicus Theologus gaudet vacationibus , quibus gaudent lectores Univerſitatum adnot. ad form. 10 tit. 16. num. 6.*

*Canonici poſſunt compelli ad audiendam lectionem Canonici Theologi, ibi pag.* 253.

*Canonici non poſſunt aſſumere inſignia propriâ auctboritate , nec Officia* Kalendarii *, ibi num. 9.*

*Neque officia recitare præter contenta , & conceſſa à Rubricis Breviarii, alias non faciunt fructus ſuos, ibi.*

*Canonici non debent abeſſe à reſidentia in majoribus anni Feſtivitatibus , ibi num. 15.*

*Canonici abeſſe volentes extra Diœceſim , tenentur ſemper petere licentiam ab Epiſcopo , ibi .*

*Canonici ſi ſint negligentes in electione Officialium Capituli , poſt ſex menſes electio devoluitur ad Epiſcopum , ibi .*

*Vide in verbo. Reſidentia . Diſtributiones .*

### Cappa .

*Cappam an poſſit deferre Epiſcopus Titularis Suffraganeus , dum exercet functiones Pontificales adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 13. pag.* 44.

*Cappa eſt ornamentum Dignitatis Epiſcopalis , ibi n. 14.*

### Cappella Cappellanus .

*Cappellanus Confraternitatis , poteſt abſque licentia Parochi denunciare Feſtivitates , & Vigilias Populo adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 46. in reſp. ad 16. dubium pag.* 11.

*Non poteſt extra Eccleſiam Confraternitatis deferre ſtolam , ibi in reſp. ad 23. dubium .*

*Nec Benedictiones publicas dare ſine licentia Ordinarii , ibi num. 52.*

*Cappellanus , ſive Beneficiatus tenetur celebrare per ſe ipſum ſi fundator dicat , quod celebret per alium ſi ipſe celebrare non poteſt adnot. ad form 2. tit. 13. num 55. pag.* 59.

*Cappellanus , qui quotidie per ſe ipſum celebrare tenetur ſemel in hebdomada per alium poterit celebrare , ibi .*

*Cappellanus tenetur ſacrificium applicare pro fundatore, etiamſi in fundatione non caveatur expreſsè , ibi .*

*Cappellanus non tenetur celebrare miſſas tempore quo capitale Dotis Cappellaniæ manet ſine ſua culpa , infructiferum , ibi num. 56.*

*Cappellanus non poteſt cogi ab Epiſcopo ut celebret certa hora, quando in fundatione hoc non reperitur injunctum , ibi .*

*Cappellanus poteſt aſtringi ut provideat de proprio paramenta , ibi .*

*Cappellanus qui tenetur celebrare Anniverſarium 15. miſſarum , non obligatur ad celebrari facere miſſam cantatam , ibi num. 57.*

*Cappellanus nominatus ad celebrandum ſingulis annis miſſas 30. S. Gregorii tenetur per ſe ipſum celebrare , ibi .*

*Cappellanus, ſive Beneficiatus , qui alibi celebrat , quam in loco à fundatore præſcripto , peccat mortaliter , ibi num. 58.*

*Cappellanus tenetur celebrare tempore , loco , & die à fundatore deſignato, alias faceret contra illius voluntatem , quæ etiam in minimis eſt ſervanda, ibi n.60.*

*Cappellania an , & quando dicatur Clericalis , vel Sacerdotalis adnot. ad form. 1. tit. 15. n. 17. & 18. pag.* 146.

### Cardinalis .

*Cardinales habent de jure Privilegiũ Altaris portatilis ſeù viatici ad inſtar Epiſcopor. adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 40. pag.* 52.

*Cardinales ſunt Dignitate , & Officio majores Epiſcopis, ibi .*

*Cardinalium Collegium appellatur cœtum Divinum, ibi.*

*Cadinales poſſunt transferre penſiones coram ſolo Notatario , Teſtibus adnot. ad form. 7. tit. 14. n. 2. p. 132.*

*Cauſa commiſſa Cardinali cum clauſula =* Appellatione remota *, ſublata remanet quecumque appellatio adnot. ad form. 2. tit. 15. num. 14. pag.* 154.

*Cardinales habent Indultum teſtandi omiſſa omni ſolemnitate adnot. ad form. 17. tit. 15. num. 1. p.* 195.

*Cardinali atteſtanti ſibi aliquid commiſſum à Papa plene creditur etiamſi litteras commiſſionis non oſtendat adnot. ad form. 12. tit. 16. oum. 1. pag.* 260.

*Cardinali aſſerenti in Decreto acta vidiſſe plenè creditur, ibi .*

*Cardinali atteſtant i in præjudicium tertii an credatur , ibi remiſſive num. 2.*

*Cardinali deponenti ſine juramento ad deferendum ſit , ibi remiſſivè .*

*Cardinalis Petruccius laudatur adnot. ad form. 2. tit. 16. num. 31. pag. 222. & ad form. 11. pag.* 259.

*Cardinales tenentur ad reparationem Eccleſiarum ſuorum Beneficiorum adnot. ad form. 1. tit. 15. n. 28. pag.* 148.

### Caſus reſervati .

*Epiſcopus non debet ſibi reſervare abſolutionem illorum , qui non communicant in Paſchate adnot. ad Decret. commun. quotid num. 17. pag.* 30.

*Neque illorum , qui non ſoluunt debita locis piis , ibi num. 18.*

*Pœnitentiarii Eccleſiarum Cathedralium non poſſunt abſolvere pœnitentes à caſibus Epiſcopo reſervatis neque illos in uſu ciborum tempore quadrageſimæ diſpenſare abſque ſpeciali facultate, ibi num. 19.*

*Neque facultatem ſibi conceſſam alteri delegare , ibi .*

*Neque pœnitentes à cenſuris, & caſibus reſervatis ſibi conceſſit abſolvere , non audita integra confeſſione Sacramentali , ibi .*

### Cathedraticum .

*Cathedraticum ſolvitur in honor em Cathedræ adnot. ad form. 1. tit. 14. num. 3. pag.* 115.

*Cathedraticum debetur Epiſcopo Diœceſano ab Eccleſiis & Clericis Beneficiatis , ibi num. 4.*

*Cathedraticum non poteſt præſcribi, & declarantur antiqua Decreta, ibi num.* 5.

*Cathedraticum reſpicit legem Diœceſanam, & ideo libera non ſunt loca exempta, ibi num.* 7.

*Cathedraticum non ſolvunt Clerici non Beneficiati, ibi. Neque illi qui ordinantur ad titulum Maſſæ communis, ibi.*

*Cathedraticum ſolvitur à Seminario pro Beneficiis unitis, ibi.*

*Cathedratici quantitas taxatur juxtà morem regionis, ibi num.* 8.

Cenſuræ.

*Cenſuræ contra alienantes bona Eccleſiarum ſine Beneplacito Apoſtolico ſunt in viridi obſervantia adnot. ad form.* 4. *tit.* 14. *n.* 4. *& trib. ſeqq. pag.* 125.

*Cenſuræ Extravag. Ambitioſæ non ligant ignorantem, vel bona fide alienantem, ibi num.* 8.

*Cenſuræ Extravag. Ambitioſæ ſunt Sedi Apoſtolicæ reſervatæ, & rejicitur Donat. ibi num.* 10. *&* 11.

*Regulares alienantes bona ſine Beneplacito S.Congreg. Concilii incurrunt Cenſuras Extravag. Ambitioſæ, & pęnas inflictas in Decreto, abſque alia declaratione, ibi num.* 16.

*Cenſuræ non ſunt comminandæ Judici laico in imploratione brachii ſæcularis adnot. ad form.* 9. *tit.* 15. *num.* 8. *pag.* 177.

*Cenſuræ à jure, vel Conſtitutionibus Apoſtolicis Papæ non reſervatæ, Epiſcopo reſervatæ cenſentur adnot. ad formul.* 4. *tit.* 14. *num.* 9. *pag.* 125.

*Cenſuris uti poteſt Epiſcopus ad cuſtodiendam Clauſuram Monialium adnot. ad form.* 15. *tit.* 15. *nu.* 17. *pag.* 191.

Cenſus.

*Cenſus perpetui creati ad formam Bullæ Pii V. connumerantur inter bona immobilia adnot. ad formul.* 5. *tit.* 14. *num.* 4. *pag.* 129.

*Cenſus creati ad formam Bullæ Pianæ ſpectantes ad Eccleſias, & loca pia, reduci non poſſunt ad minorem fructum ſine beneplacito Apoſtolico, ibi.*

Cœmeterium.

*Cœmeterium conſtrui, & refici debet expenſis Parochianorum adnot. ad form.* 1. *tit.* 13. *num.* 95. *pag.* 23.

*Cœmiterium dicitur recubitorium, ſeù dormitorium, mortuorum ibi num.* 96.

*Cœmeterium eſt locus Sacer, & Religioſus, & gaudet immunitate, dummòdò ab Epiſcopo fuerit deſtinatus ad ſepeliendos mortuos, ibi.*

Cœremoniarum Magiſter.

*Cœremoniarum Magiſter in quo loco in Choro ſedere debeat, oſtenditur adnot. ad form.* 2. *tit.* 13. *num.* 19. *pag.* 46.

*Magiſter Cœremoniarum debet habere ſalarium ab Epiſcopo, & Capitulo, ibi.*

*Non ingreditur clauſuram occaſione conſecrationis Monialium adnot. ad form.* 15. *tit.* 15. *num.* 14. *in fin. pag.* 191.

Citatio, Monitio.

*Monitio facta in Synodo, habet vim triplicis monitionis adnot. ad form.* 5. *tit.* 15. *num.* 3. *pag.* 169.

*Citatio quando exequi non poteſt perſonaliter, quia reus non invenitur, vel latitat, fit Domi, aut ad valvas adnot. ad form.* 7. *tit.* 15. *n.* 7. *pag.* 172.

*Citatio facta ad comparendum cum clauſula,* quatenùs ſua putaverit intereſſe, *non coarctat, & citatus dicitur Reus voluntarius adnot. ad form.* 16. *tit.* 15. *num.* 10. *pag.* 194.

*Cætera, vide in Verbo* Clericus.

Civis.

*Civium appellatione veniunt naturales, & Originarii adnot. ad form.* 1. *tit.* 15. *num.* 15. *pag.* 146.

*Civium appellatione veniunt, qui nati ſunt in Civitate, ſuburbiis, & Diſtrictu, ibi.*

*Civis ex privilegio, poteſt præſentari, & inſtitui ad Beneficium, quod ſolis Civibus naturalibus conferri debet, ibi n.* 16.

Clauſula.

*Clauſula* = Volumus autem *inducit formam præciſè ſervandam adnot. ad form.* 2. *tit.* 13. *n.* 36. *pag.* 51.

*Clauſula Indulti Oratorii privati, quà declaratur, quod famuli non neceſſarii ſervitio Indultarii tempore celebrationis Miſſæ teneantur alibi ſacrum audire non apponitur de ſtylo, ſed pro conditione de voto Cong. Concilii, ibi num.* 37.

*Clauſula* = In tua, ac familiæ præſentia. *Quomodo intelligatur, ibi num.* 38. *pag.* 52.

*Clauſula* = Si cauſa per te diligentèr cognita *contenta in Brevi expediri ſoliti in forma ſignificavit non facit executorem mixtum, ſed ſufficit quod impetrans juret Capitula eſſe vera adnot. ad form.* 4. *tit.* 14. *num.* 1. *pag.* 124.

*Clauſula* quorum tenores *nihil operatur in his quæ ſunt facti, ſed quæ ſunt juris tantum, ibi num.* 23.

*Clauſula* appellatione remota, *non tollit beneficium dicendi de nullitate, neque recuſationem Judicis adnot. ad form.* 2. *tit.* 15. *num.* 14. *pag.* 154.

*Clauſula* appellatione remota *non apponitur niſi in commiſſionibus Papæ, quia inferior non poteſt ità reſcribere, etiamsì ſit Legatus de latere, ibi.*

*Clauſulæ per quas induſtria Judicis cenſetur electa, quæ ſint, ibi num.* 19.

*Clauſula Indulti teſtandi* = Omiſſa omni ſollemnitate *quid importet adnot. ad form.* 17. *tit.* 15. *num.* 1. *pag.* 194.

*Clauſula proœmialis legis, ſeù Decreti mentem legislatoris oſtendit adnot. ad Decret. Subcollector. ſpolior. num.* 1. *pag.* 67.

*Clauſula nec alias aliter nec alio modo, formam præciſam inducit, quæ punctualiter eſt ſervanda, ibi n.* 5.

*Clauſula* = Salvo jure Parochialis Eccleſiæ in omnibus *præſervat jura Parochi etiam in minimo adnot. ad form.* 1. *tit.* 13. *num.* 81. *pag.* 19.

*Clauſula* ad arbitrio *regulatur ſecundum juris diſpoſitionem adnot. ad form.* 4. *tit.* 13. *num.* 38. *pag.* 87.

Clau-

## Clauſura Monialium.


*Licentia ingreſſus in Clauſuram Monialium quamvis exemptarum, conceditur ab Epiſcopo adnot. ad for.* 15. *tit.* 15. *num.* 3. *pag.* 189.
*Epiſcopus ad cuſtodiendam Clauſuram poteſt proceſſus conſtruere, & moniales exemptas examinare inconſultis ſuperioribus, ibi num.* 5.
*Nemini licet privativè dare licentiam pro ingreſſu in clauſuram ſine approbatione Epiſcopi non obſtante Privilegio, ſeù conſuetudine, ibi num.* 14.
*Epiſcopus ad cuſtodiendam clauſuram, uti poteſt cenſuris etiam contra ipſas moniales, ibi num.* 16.
*Licentia Egreſſus à clauſura non conceditur Monialibus ab Epiſcopo, niſi in caſibus permiſſis à Bulla Pii V. ibi num.* 15.
*Epiſcopus poteſt etiam ſemota negligentia Superiorum Regularium viſitare clauſuram Monialium illis ſubjectarum, vel per ſe ipſum, vel ſuum Vic. Generalem, ibi num.* 18.
*Clauſuram ingredi non poteſt Cæremoniarum Magiſter occaſione conſecrationis Monialium, ibi d. n.* 14. *in fin.*


## Clericus, Clericatus.


*Clerici Concubinarii notorii ſunt ipſo jure à Divinis ſuſpenſi adnot. ad form.* 3. *tit.* 13. *num.* 31. *pag.* 14.
*Clerici quando dicantur Concubinarii, ibi.*
*Clerici bonorum Eccleſiarum ſunt uſurarii, & Eleemoſinarii adnot. ad form:* 1. *tit.* 14. *num.* 1. *pag.* 115.
*Clerici Beneficiati incidere facientes Arbores frugiferas in bonis Eccleſiæ non dicuntur uſurpatores, ſed alienantes ibid. num.* 2.
*Clericus tranſiens ad militiam amittit penſiones, & Beneficia ipſo jure, etiamſi antequã ſæva exerceat primevum ſtatum reaſſumat adnot. ad form.* 7. *tit.* 14. *num.* 11. *pag.* 134.
*Clericus qui non habet ætatem præſcriptã à Concilio non debet admitti ad Concurſum adnot. ad form.* 1. *tit.* 15. *num.* 14. *pag.* 145.
*Clericus poſſidens unum Beneficium ſufficiens ad congruam ſubſtentationem poteſt præſentari à Patrono ad aliud Beneficium ſed ſi illud retinet utrumque vacat adnot. ad form.* 1. *tit.* 15. *num.* 19. *pag.* 146.
*Clericus legitimæ ætatis præſentatus, & approbatus ad Parochialem, non poteſt reprobari ad ordines Sacros quoad litteraturam, ibi num.* 21.
*Clericus abſens non poteſt præſentari à Patrono ad Beneficium niſi ſit notus inſtituere debenti, ibi num.* 22.
*Clericus Beneficiatus tenetur ad recitationem Divini officii, quamvis Beneficium ſit parvi redditus, ibi num.* 25. 26. & 27. *pag.* 148.
*Clericus Beneficiatus tenetur ad reparationem Eccleſiæ ſui Beneficii, ibi num.* 28.
*Clericus Beneficiatus tenetur ſolvere procurationem viſitationis ibi num.* 29.
*Clericus Beneficiatus tenetur accedere ad proceſſiones, ibi.*
*Clericus præſentatus ad Parochialem Juriſpatronatus habet jus ad Congruam alimentariam, ibi num.* 67.
*Clericus Curatus Parochiæ unitæ Monaſterio præfertur pro congrua Monachis Monaſterii, ibi num.* 30.
*Clericus Curatus amovibilis non removetur inconſulto Epiſcopo, quando nominatur à laicis, vel perſonis privatis, ibi.*
*Clericus approbatus in concurſu quando ſit præferendus adnot. ad form.* 2. *tit.* 15. *num.* 21. *pag.* 155.
*Clericus diffamatus de incontinentia nunquam debet præfici Curæ Animarum, ibi.*
*Clericus doctior in concurſu Parochialium poteſt probè rejici quoad mores, quia non ſufficicit ſola litteratura ibi.*
*Clerici minorum ordinum monendi ſunt ut deferant habitum clericalem adnot. ad form.* 4. *tit.* 15. *num.* 1. *pag.* 162.
*Clerici Minorum Ordinum non tenentur deferre habitum niſi cauſativè, ibi num.* 2.
*Clerici Beneficiati, vel in Ordinibus Sacris conſtituti, non deferentes habitum gaudent privilegio Clericali, ibi.*
*Clerici Beneficiati, vel in Sacris conſtituti non deferentes habitum peccant mortalitèr, & plecti debent, ibi.*
*Clerici Beneficiati ſi habitum Clericalem non deferant ipſo jure abſque alia monitione Beneficiis privantur, ibi.*
*Clerici debent deferre habitum decentem, quo diſtinguantur à laicis, ibi num.* 3. *alias poterunt puniri.*
*Clerici, & Presbyteri non Beneficiati non poſſunt cogi ad inſerviendum Eccleſiis Cathedralibus, ibi num.* 4. & 6.
*Clerici non Beneficiati poſſunt moneri, ut inſerviant, quatenùs privilegiis Clericalibus velint gaudere, ibi.*
*Clericus ordinatus ad titulum Patrimonii pro neceſſitate Eccleſiæ Cathedralis, ſi participat redditibus Eccleſiæ extraordinariis cogitur illi inſervire, ibi n.* 5.
*Clerici qui habent Beneficia, ſimplicia, vel Cappellanias in Eccleſia Cathedrali, deficiente numero manſionariorum poſſunt obtenta licentia Sac. Congreg. cogi ad inſerviendum data emolumenti aſſignatione ibi num.* 6.
*Clerici non incedentes in habitu, & tonſura ſi moniti non obediant privandi ſunt privilegiis clericalibus, ibi num.* 7.
*Clerici ut privari poſſint privilegiis clericalibus debent moneri ter, & poſteà Decreto privatos eſſe declarari ibi num.* 8.
*Clerici etiamsì non incedant in habitu, & tonſura, & Eccleſiæ non inſerviant gaudent privilegiis clericalibus, ibi num.* 9.
*Clerici non tenentur ad pœnam damni dati, ſed tantum ad extimationem noxæ, ſi damna non ſint ſtudioſa, ibi num.* 10.
*Clerici tenentur ad emendationem damni ſi adſit Edictum Epiſcopi quò, & ipſi mulctentur, ibi.*
*Clerici non tenentur ad contributionem taxæ pro manutentione Phiſici, Chirurgi, ludi-magiſtri, Pontium, & fontium, ibi num.* 13.
*Clerici tenentur contribuere vi directiva pro oneribus communem utilitatem reſpicientibus concurrente beneplacito Apoſtolico, ibi.*
*Clerici non poſſunt ſpontè ſe ſubjici dictis oneribus, neque privilegio Immunitatis renunciare, ibi.*
*Clerici non ſubjacent Edictis manutentionis Annonæ traditionis notulæ, & extractionis frumenti, & ſimilium Gubernatoris laici, ibi num.* 14.
*Clerici pro fructibus recollectis in propriis bonis gabellam non ſoluunt, imò nec illorum emptor, ibi n.* 15.


*Etiamsì*

*Etiamsì bona proveniant ex hæreditate, donatione, vel emptione, & dummodò onera non ſint certa, & invarabilia, ibi.*

*Clerici ſtatus Vrbini ſunt immunes à collectis non obſtante Bulla Pii IV. ibid.*

*Clerici filii familias poſſunt teſtari de bonis quolibet modo poſt Clericatum quæſitis, etiamsì non habeant requiſita Concilii cap. 6. ſeſſ. 23. ibi num. 16.*

*Clerici non habentes requiſita Concilii cap. 6. ſeſſ. 23. fori privilegium amittunt abſque alia monitione, ibi num. 17.*

*Clerici delinquentes, & non habentes requiſita Concilii poſſunt ab Epiſcopo puniri, ſi à jure vel ab homine privilegiis privati non ſint, ibi num. 17.*

*Clerici reaſſumentes habitum gaudent privilegio fori etiam ſi ante reaſſumptionem deliquerint, ibi.*

*Clericus reaſſumens habitum in fraudem poſt cæptum judicium coram Judice laico, non impedit quin poſſit idem Judex quoad bona contra ipſum procedere, ibi num. 18.*

*Clericus qui clericatui renunciavit, inquiſitus de delicto coram Judice laico, & abſolutus, poteſt per Epiſcopum contra eum inquiri, ibi num. 19.*

*Clerici minor. ordin. Dominii Veneti in Criminalibus poſſunt puniri etiam à Judice laico, ibi num. 20,*

*Clerici Minorum Ordinum certi loci, & pro certo delicto, poſſunt ex Privilegio puniri à Judice laico, ibi.*

*Clericus quò ordine ſit citandus antequam privetur Privilegio clericali adnot. ad form. 5. tit. 15. n. 1. p. 186.*

*Clerici incedentes perſonati poſſunt excommunicari, ibi num. 2.*

*Clerici recitantes in Comediis prophanis poſſunt cenſuris coërceri, ibi.*

*Clerici in Sacris conſtituti deferentes arma venatoria poſſunt pœna ſuſpenſionis à Divinis coërceri, ibi.*

*Clerici antequam privilegiis Clericalibus priventur, debet præcedere trina monitio, ibi num. 3.*

*Clerici moniti in Synodo ad incedendum in habitu, & tonſura ſub pœna privationis privilegii, non debent amplius moneri, ibi.*

*Clerici poſſunt habitum dimiſſum quandocunque reaſſumere, & ſtatim remanent exempti à foro Judicis laici adnot. ad form. 7. tit. 15. num. 1. pag. 171.*

*Clerici in Gallia incedentes per quatuor menſes ſine habitu puniuntur à Judice laico, ibi num. 2.*

*Clerici, qui per octo menſes continuos habitum Clericalem non detulerunt judicandi ſunt extorres, ibi.*

*Clerici non deferentes coronam Clericalem dicuntur nutrire comam, & privilegio non gaudent, ibi.*

*Clerici reaſſumentes habitum Clericalem poſtquam Epiſcopus declaravit eos privilegio Clericali non gaudere nihil prodeſt, ibi num. 3.*

*Clerici privilegiis Clericalibus privati, poſſunt à Judicibus laicis puniri, ibi num. 4.*

*Clerici, qui corruptis moribus Clericatum deturpant ſunt ab Eccleſia eliminandi non protegendi, ibi.*

*Clerici mali ſunt puniendi zelo juſtitiæ, non ut odium exerceatur, ſed ut parvitas corrigatur, ibi num. 5.*

*Clerici privati ab Epiſcopo privilegiis Clericalibus, poſſunt ſi emendentur reintegrari, ibi.*

*Clericus captus à Curia Sæculari, quommodò ſit requirendus form. 8. tit. 15. pag. 172.*

*Clericatus quomodo ſit probandus ad hunc effectum, ibi adnot. num. 1.*

*Clericus captus à Curia Sæculari debet remitti ad ſuum Judicem non obſtante, quod non habeat requiſita Concilii, ibi num. 2.*

*Clerico capto à Curia Sæculari antequam requiratur à Judice ſuo debet conſtare de clericatu, ibi.*

*Clericus de cujus clericatu non conſtat, captus à Judice laico poteſt ab eo retineri, donec doceat fori Privilegio gaudere, ibi num. 3.*

*Clerici tàm Sæculares, quàm Regulares deferentes publicè arma, poſſunt de licentia Epiſcopi capi à familia armata Judicis laici, ibi num. 4.*

*Clerici remiſſio ad ſuum Judicem debet fieri decenter, & ſine ignominia, ibi num. 5.*

*Clerici carcerati à Judicibus laicis, debent ab Epiſcopis requiri, etiamſi requirendo non proficiant, ibi num. 7.*

*Clericus, an ex Judicis laici proceſſu poſſit conſtitui reus, vide ibi num. 8.*

*Clerici Minorum Ordinum ſi pro delicto mereantur tradi Curiæ Sæculari non degradantur adnotat. ad formul. 11. tit. 15. num. 1. pag. 180.*

*Clericus in Sacris pro homicidio proditorio, traditur brachio Sæculari, ibi num. 2.*

*Clericus pro quibus delictis de jure tradatur brachio Sæculari ibi num. 3. & 4.*

*Clericus degradatus, non dicitur ad mortem damnatus, ſed ab Eccleſia projectus, ibi num. 8.*

*Clericus delinquens non efficitur fori Sæcularis, niſi ſit formitèr degradatus, ibi num. 11.*

*Clericus ad mortem damnari non debet, niſi ſequatur degradatio, ibi num. 11.*

*Clericus degradatus conſignatur Judici laico unà cum Proceſſu, ibi num. 12.*

*Clerici frequentantes collocutoria Monialium ſunt ſuſpendendi adnot. ad form. 15. tit. 15. n. 17. pag. 191.*

*Clerici quibus virtutibus debeant eſſe ornati form. 1. tit. 16. & in adnot. per tot. pag. 208. & 209.*

*Clerici qui habitum clericalem decentem non deferunt contemnunt gradum, & religionem, ibi num. 3.*

*Clerici non debent ſe promoveri facere propter lucrum, ibi num. 4.*

*Clerici cur pſallere debent ſepties in die, ibi num. 7.*

*Clerici debent incumbere ſtudiis rerum Eccleſiaſticarum alias Chriſtum ignorabunt, ibi num. 12.*

*Clerici aſpernentes lecturam Sacrorum librorum, redduntur contemptibiles, ibi.*

*Clerici non poſſunt donare proventus bonorum Eccleſiarum Conſanguineis niſi pauperes ſint, & per modum eleemoſinæ, ibi num. 13. & 14.*

*Clerici ſunt bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtratores, ibi.*

*Clerici divites poſſunt vivere de redditibus Eccleſiæ, & reſervare bona patrimonialia ad alium liberum uſum, ibi num. 16.*

*Clerici poſſunt liberè diſponere de bonis patrimonialibus etiam favore illegitimorum, ibi num. 17.*

*Clerici incolæ Vrbis poſſunt diſponere de redditibus Eccleſiaſticis liberè favore conſanguineorum, & extraneorum, ibi num. 18.*

*Clerici diſponentes in Vrbe de bonis patrimonialibus fa-*

vore

*vore illegitimorum extraneorum, diſpoſitio non tenet, & ſuccedunt venientes ab inteſtato, ibi.*
*Clerici poſſunt alere, & dotare filias ſpurias aliundè non habentes, etiam de bonis acquiſitis intuitu Eccleſiæ, ibi num. 19.*
*Clerici debent fugere luxuriam, & avaritiam, ibi num. 20. & 21.*
*Clerici non debent exercere officium Procuratoris in foro ſæculari nec in Vrbe, ibi num. 22. & 23.*
*Clericum vilem reddit exercitium Procuratoris, ibi.*
*Clerici non debent quærere pretioſa fercula in menſa, ibi num. 24.*
*Quæ evitare debeant in menſa, ibi.*
*Clerici debent ante menſam benedicere cibum, & poſt menſam gratias agere, ibi num. 25.*
*Clerici debent abſtinere à ludo alearum, à delatione armorum, & à rebus ſcenicis adnot. ad form. 10. tit. 16. num. 18. pag. 257.*
*Clericus an poſſit fidejubere adnot. ad form. 3. tit. 13. num. 20. pag. 72.*
*Cœtera vide in verbo* Irregularitas.
*Clericus deferens arma contra prohibitionem Epiſcopi, an poſſit pro delatione puniri ſi non capiatur in fraganti adnot. ad form. 4. tit. 15. num. 21. pag. 166.*
*Vtens ſclopo Venatorio cum moderatione, & rarò, nunquam habitu clericali dimiſſo non eſt proceſſandus, ibi num. 23.*
*Clericus, qui non eſt ordinatus in Sacris, non dicitur Deo militare adnot. ad form. 7. tit. 16. n. 2. p. 246.*

## Colonus.

*Coloni Eccleſiaſticorum tenentur ad pœnas damni dati, & ad onera communitativa pro portione colonica adnot. ad form. 4. num. 11. tit. 15. pag. 165.*
*Item tenentur ſolvere Decimas prædiales, etiamſi Prædii Dominus ſit exemptus adnot. ad form. 1. tit. 14. num. 10. pag. 116.*
*Coloni Almæ Domus Lauretanæ, ſubjiciuntur Ordinariis locorum adnot. ad form. 2. tit. 13. n. 53. p. 58.*

## Collegium, Collegiata.

*Collegium erigit auctoritas Superioris, non autem privata adnot. ad form. 6. tit. 13. num. 7. pag. 99.*
*Collegium poteſt erigi, & conſtitui in tribus perſonis abſque Prælato, ibi.*
*Collegii jura ſemel legitimè erecti conſervantur in uno licet tunc non ſit Collegium actu, ſed habitu, ibi*
*Collegii jus, quod remanet in uno, retinet iſte non pro ſe, ſed pro Collegio, & nomine Collegii Prælatum eligere poteſt, ibi.*
*Collegium Canonicorum Epiſcopus ſua auctthoritate non erigit, ibi num. 8.*
*Collegiata ut poſſit erigi, quæ requirantur, ibi.*
*Collegii de ſubſtantia eſt, ut congregetur, & vota dentur collegiativè adnot. ad form. 8. tit. 14. num. 2. pag. 139.*
*Collegiata Eccleſia cui incumbit Cura Animarum tenetur diebus feſtis celebrare miſſam Parochialem pro Populo, præter miſſam conventualem adnot. ad form. 2. tit. 16. num. 20. pag. 219.*

## Commiſſarius Fabricæ S. Petri.

*Non debet abſolutiones concedere, nec Decreta ſuper ceſſatione legati miſſarum concedere, niſi conſulta S. Congregatione adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 45. pag. 53.*
*Cōmiſſarius Frabricæ in cauſis, in quibus Epiſcopus prævenit non poteſt ſe ingerere adnot. ad form. 17. tit. 15. num. 7. pag. 196.*
*Non poteſt exigere mercedem pro Decreto abſolutorio, quod ſponte interpoſuit, ibi.*
*Neque ſe ingerere in exequendis legatis piis, pro quibus eſt datus certus exequutor, niſi iſte negligat, ibi.*
*Commiſſarii Fabricæ tenentur obſervare ordinationes præſcriptas à Sac. Congreg. adnot. ad form. 10. tit. 16. num. 16. pag. 255. quæ ibi referuntur.*

## Compoſitio.

*Compoſitionem petens non debet fateri delictum adnot. ad form. 3. tit. 15. num. 1. pag. 156.*
*Compoſitio non debet admitti niſi concordatâ parte, ibi num. 5.*
*Compoſitio admittitur etiam non concordatâ parte, ſi hæc recuſat conſenſum dare, ibi.*
*Compoſitio admittitur cum fidejuſſione ſi pars offenſa excipit de refectione damnorum, ibi.*
*Compoſitio non admittitur ſine juſta cauſa, ibi num. 6.*
*Compoſitionis juſtæ cauſæ afferuntur, ibi num. 7.*
*Compoſitiones admittunt Epiſcopi licitè, & validè, ibi num. 8.*
*Compoſitio dicitur commutatio pœnæ, & non remiſſio, ibi.*
*Compoſitiones non poteſt admittere Vicarius Generalis ſine ſpeciali mandato, ibi.*
*Compoſitiones non poteſt Epiſcopus ſibi applicare, ſed illas in uſus pios convertere debet, ibi num. 9.*
*Compoſitiones reorum Epiſcopi ſibi applicantes, poſt eorum obitum, deducuntur ex ſpolio, ibi.*
*Compoſitio non admittitur ante completum proceſſum, ibi num. 10.*
*Compoſitio admittitur quando delictum ex Proceſſu non eſt probatum.*
*Compoſitio non admittitur in criminibus gravibus, & pro quibus de jure pœna taxata reperitur, vel in quibus Epiſcopus diſpenſare non poteſt, ibi.*
*Compoſitio etiamſi ab inquiſito ſpontè offeratur, non eſt admittenda, ubi non eſt delictum, ibi.*
*Epiſcopus carcerans indebitè Clericum tenetur ad refectionem damnorum, ibi num. 11.*
*Compoſitio non eſt admittenda in delictis mali exempli, ibi num. 13.*

## Compromiſſum.

*Compromiſſum de rebus Eccleſiæ fieri non poteſt ſine Beneplacito Apoſtolico adnot. ad form. 4. tit. 14. n. 12. pag. 126.*
*Compromiſſum de re ſpirituali fieri non poteſt in laicum, ibi.*

# Index.

## Concurſus.


Ad Concurſum non admittitur Clericus qui non habet ætatem præſcriptam à Concilio, neque laicus adnot. ad form. 1. tit. 15. num. 14. pag. 145.

Concurſus non requiritur pro Parochiali juriſpatronatus laicorum, ibi num. 31. pag. 149.

In Concurſu non attenditur ſola litteratura, ſed examinantur aliæ concurrentium qualitates adnot. ad for. 2. tit. 15. num. 21. pag. 156.


## Confeſſarius.


Confeſſarius Monialium debet ſpecialitèr approbari ab Epiſcopo adnotat. ad Decret. de commun. quotid. num. 14. pag. 29.

Confeſſarius Monialium tranſacto triennio non poteſt amplius illarum confeſſiones audire abſque licentia Sac. Congregationis alias declaratur ſuſpenſus, etiam ſi Moniales ſint Regularibus ſubjectæ, ibi.

Confeſſarii non ſunt approbandi pro abſolutione illorum, cum quibus participant in opere carnali, & in approbatione interdicenda eſt eis talis facultas, ibi num. 15.

Confeſſarius, qui rem habet cum filia ſpirituali quomodò ſit puniendus, ibi.

Confeſſarius Pœnitentiarii Cathedralium, non poſſunt abſolvere, à caſibus Epiſcopo reſervatis neque pœnitentes tempore quadrageſimæ in uſu ciborum diſpenſare abſque ſpeciali delegatione, ibi num. 19. p. 30.

Neque alteri facultatem ipſis conceſſam à caſibus abſolvendi delegare, ibi.

Neque à cenſuris, & caſibus reſervatis ſibi conceſſis abſolvere, non auditâ integrâ confeſſione Sacramentali, ibi.

Regulares præſentati, ut approbentur ad audiendas confeſſiones, poſſunt ab Epiſcopo reiici, quando Superior in litteris Dimiſſoriis non facit fidem de reqeiſitis Clementinæ Dudum de ſepult. ibi num. 20.

Confeſſarius Monialium debet eſſe ab Epiſcopo approbatus, non obſtante contrariâ conſuetudine etiam pro Monialibus Regularibus ſubjectis adnot. ad form. 15. tit. 15. num. 6. pag. 189.

Generalis Ordinis cui ſubjacent Moniales, non poteſt earundem confeſſiones audire ſine approbatione Epiſcopi, ibi d. num. 6. in fin.

Confeſſarius Monialium poſt triennium debet removeri, ibi poſt num. 9.

Confeſſarius extraordinarius pro Monialibus ſubjectis Regularibus poteſt ex aliqua juſta cauſa deputari ab Epiſcopo, ibi n. 6. 7. & 10. ubi allegantur cauſæ p. 190

Confeſſarius extraordinarius Moniali in articulo mortis conſtitutæ, non eſt denegandus, ibi d. n. 10.

Confeſſarii Pœnitentiarii Baſilicarum Urbis non commutant vota, quorum diſpenſatio lædit jus tertii adnot. ad form. 3. tit. 16. num. 15. pag. 228.

Confeſſarius, qui habet facultatem commutandi votum non diſpenſat in voto promiſſario jurato, ibi.

Confeſſarius non poteſt abſolvere à cenſuris incurſis ob alienationem rerum Eccleſiæ adnot. ad form. 4. tit. 14. num. 9. pag. 125.


## Confeſſio.


Vide in verbo Teſtator.

Confeſſio Sacramentalis non eſt neceſſaria ad acquirendam Indulgentiam iis, qui ſunt in gratia adnot. ad form. 6. tit. 16. num. 3. & 4. pag. 242.


## Confraternitas, Confratres.


Confraternitas, ut legitimè dicatur erecta, quæ requirantur adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 48. pag. 12.

Confraternitas aggregari non poteſt Archiconfraternitati Urbis abſque approbatione Epiſcopi Diœceſani, ibi num. 49.

Confraternitates aggregatę eorumque Statuta ſubjacent juriſdictioni Ordinariorum, ibi.

Confraternitas aggregata Archiconfraternitati Mortis de Urbe, non poteſt ſepelire cadavera occiſorum, ſi Parochus paratus eſt illa ſepelire, ibi.

Confraternitates aggregatę tenentur reddere rationes adminiſtrationis loci Ordinario, ibi d. num. 49.

Confraternitatis aggregatæ privilegia, etiam auctboritate Apoſtolicâ conceſſa, non præjudicant pactis, & conventionibus initis in erectione, ibi num. 50.

Confraternitati aggregatæ communicantur ſolum Indulgentiæ, & gratiæ ſpirituales, ibi num. 51.

Confraternitates ſunt erigendæ, & aggregandæ juxtà formam præſcriptam à Sede Apoſtolica, ibi, & num. 52. pag. 13. ubi dantur formulæ.

Aggregationis Confraternitatis formula à Papa tradita, ſi non obſervetur, non valet aggregatio, ibi num. 53. pag. 14.

Conſtitutio Clem. VIII. in erigendis, & aggregandis Confraternitatibus, eſt ab omnibus obſervanda, ibi.

Confraternitates laicorum non ſunt Collegia realia, neque membra Hyerarchiæ Eccleſiaſticæ, ſed collegia perſonalia, quæ ad libitum extingui poſſunt, ibi n. 55.

Confraternitates laicorum ſunt inſtitutæ ad exercenda opera pietatis, & charitatis, ibi.

Confraternitates laicorum ſunt incapaces jurium ſpiritualium, ibi.

Confraternitates laicorum non poſſunt in eorum Eccleſiis, & Oratoriis exerceri facere functiones Parochiales, ibi.

Archiconfraternitates Urbis ſunt magis dignæ Confraternitatum aliorum locorum, & redditur ratio, ibi num. 56.

Confraternitates non poſſunt in eorum Eccleſiis benedicere ſollemnitèr, Candelas, & Olivas, & Cineres, ibi num. 57. & ſeqq. uſque ad num. 62. incluſivè.

Confraternitatum Cappellani non poſſunt benedicere Mulieres poſt partum, ibi num. 63. pag. 16.

Neque benedicere fontem baptiſmalem, ibi num. 64.

Neque canere Miſſam in feria V. Cœnæ Domini, ibi num. 65.

Nec in aliis diebus feſtis ſolemnitèr Miſſas canere, ibi num. 66.

Neque populum benedicere cum Sacramento Euchariſtiæ, ibi num. 67.

Neque Miſſam in Oratoriis Confraternitatum celebrare ante Miſſam Parochialem, niſi Epiſcopus aliter diſponat, ibi num. 69.


Neque

Neque officium funeris ſuper cadaveribus facere, quia eſt functio Parochi, ibi num. 70. & ſeqq. ubi reſpondetur dec. Coccini 2089.
Neque ſtolam deferre extra propriam Eccleſiam, ibi num. 77. 78. & 79.
Confraternitates erectæ in ſolo Lateranenſi ſubjacent diſpoſitioni Conſtitutionis Clem. VIII. ibi num. 80. pag. 19.
Privilegium Eccleſiæ Lateranenſis innovatus à Sixto V. præſervat jura Parochorum, ibi & num. 81.
Cappellani harum Confraternitatum jura Parochorum uſurpare non poſſunt tanquam à Sixto V. præſervata, ibi.
Confraternitates erectæ in ſolo Lateranenſi acquiſito poſt Indultum Sixti V. non gaudent privilegiis, ibi num 82. & 83.
Et ſubjacent juriſdictioni Ordinariorum, ibi n. 84.
Confraternitates erectæ in ſolo Eccleſiæ Lateranenſis abſque licentia expreſſa Epiſcopi, & cum ſola licentia Vicarii Generalis, vel Capituli, non dicuntur legitimè erectæ, ibi, & num. 85.
Confraternitatum Cappellani poſſunt facere proceſſiones, & populum benedicere cum Sacramento de licentia Epiſcopi abſque eo quod Parochus poſſit ſe opponere, ibi num. 86.
Confraternitas Inſervientium Altari Erectio, inſtitutio proponitur, & laudatur adnot. ad form. 6. tit. 13. num. 1. & 2. pag. 98.
Confratres qui inſerviunt miſſis lucrantur plura bona ſpiritualia ibi num. 3. & 4. ubi exempla Sanctorum referuntur.
Confraternitas non poteſt validè condere ſtatuta ſine Epiſcopi approbatione, ibi num. 5.
Confraternitas aggregata Archiconfraternitati Urbis non poteſt effugere juriſdictionem Ordinarii, ibi n. 6.
Confratres inſervientes Sacrificio miſſæ cur deferant Imaginem Præſentationis B. M. V. ibi n. 19. p. 101.
Confratres habent liberam adminiſtrationem bonorum adnot. ad form. 8. tit. 14. num. 1. pag. 139.
Confratres debent votum dare collegiativè, ibi num. 2.
Et votantes extrà Collegium nihil agunt, ibi.
Et debent adhibere ſcrutinium per vota ſecreta, ibi.
Confratres conſaguinei in primo, & ſecundo aliis confratribus, non debent admitti ad votandum quando agitur de illorum intereſſè, ibi num. 3.

## Confuga Confugium.

Confugientes ad loca Sacra, & immunia, non ſunt extrahendi ſine juſta cauſa adnot. ad form. 13. tit. 15. num. 1. pag. 185.
Confugientes ad Eccleſias, & loca immunia, ſi confugio abutantur ſunt extrahendi, ibi num. 2. & 3.
Confugium ad loca immunia nemini debet impediri, neque exturbari, ibi num. 4.
Regulares non debent expellere, ſed recipere confugientès ad eorum Eccleſias, dummodò eos non perturbent, ibi num. 5.
Excommunicati, & Interdicti gaudent immunitate, & ideò confugientes ad Eccleſias expelli non poſſunt, ibi.
Hebrei, & Turcæ gaudent immunitate, & ideò confugientes ad Eccleſias expelli inde non poſſunt, ibi.
Confugæ extractio facta à loco immuni non fit ſine Proceſſu, ibi num. 6.
Cætera vide in Verbo Immunitas.

## Congrua.

Congrua Vicarii in Eccleſiis Curatis in qua ſumma ſit taxanda adnot. ad form. 1. tit. 15. num. 30. pag. 149.
Congrua Curati in Eccleſiis Parochialibus unitis Monaſterio, præfertur Monachis, ibi num. 31.
Congrua Curati in Eccleſiis Parochialibus Monaſterio unitis debet à Monachis ſolvi de proprio, donec doceant Eccleſiam unitam nulla habuiſſe bona, ibi.
Congrua Curati in dictis Eccleſiis ubi non eſt ſufficiens augetur, ibi.

## Conſtitutio.

Conſtitutiones Sum. Pontificum, ſtatim ac æditæ ſunt, ligant, & obligant abſque Populi acceptatione; & contra illas allegari non poteſt non uſus adnot. ad form. 4. tit. 15. num. 2. pag. 163.
Conſtitutionis prohemium totam regulat diſpoſitionem adnot. ad form. 2. tit. 15. num. 20. pag. 155.

## Conſuetudo.

Conſuetudo immemorabilis probatur per teſtes ætatis 54. annorum in quacumque cauſa adnot. ad for. 1. tit. 13. num. 4. pag. 5.
Conſuetudo, quæ aufert ea, quæ de jure debentur Parocho, debet eſſe quadragenaria cum titulo, vel immemorabilis, ibi num. 89. pag. 22.
Conſuetudo in ſedendo ſervanda eſt ubi eſt rationabilis adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 11. pag. 43.
Conſuetudo in re mala, & peccaminoſa non inducitur ex tolerantia Papæ, ibi num. 34. & ſeqq.
Conſuetudo dandi oblationes Eccleſiis ſervanda eſt, & Populus cogendus ad illam obſervandam etiam officio Judicis adnot. ad form. 1. tit. 14. n. 15. p. 117.
Conſuetudo non abrogat canones, qui mores informant, ſed ritum adnot. ad form. 7. tit. 15. num 6. p. 172.
Conſuetudo, ſeù tolerantia permiſſiva non excuſat à peccato adnot. ad form. 1. tit. 16. num. 23. pag. 213.
Conſuetudo ludendi, ludo à Sac. Canonibus Clericis prohibito, non excuſat à peccato adnot. ad form. 10. tit. 16. num. 18. pag. 257.
Conſuetudo teſtandi pro Anima Defuncti mediante perſona Epiſcopi eſt ſervanda adnot. ad form. 17. tit. 15. num. 3. pag. 195.
Conſuetudo non tollit incapacitatem perſonæ adnot. ad form. 2. tit. 16. num. 34. pag. 223.
Conſuetudo, quæ eſt nutritiva peccati, excuſat à pœna temporali, non autem à gehennali adnot. ad form. 10. tit. 16. num. 18. pag. 257.
Converſæ vide in Verbo Moniales.

## Convictrices.

Virgines nuncupatæ Convictrices, quæ èmittunt Votum perſeverantiæ, non poſſunt diſpenſari, niſi à

*Sede Apoſtolica; adeòut neque Pœnitentiaria valeat illud relaxare adnot. ad form. 3. tit. 16. num. 16. pag.* 228.

### Corona Clericalis.

*Corona Clericalis deferenda eſt à Clericis præſertim in Ordinibus Sacris conſtitutis, ſub mortali adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 43. pag.* 53.

### Culpa, Dolus.

*Culpa, & Dolus, ſunt Synonima, & in eis cadit pœna ſtellionatus adnot. ad formul. 8. tit. 14. num. 4. pag.* 139.
*Culpa lata, ſeù negligentia craſſa, æquiparatur dolo, non tamen ad infligendam pœnam corporalem, ibi.*
*Culpa, dolus, & fraus, de jure non præſumitur adnot. ad form. 3. tit. 15. num. 3. pag. 157.*
*Mitius punitur, qui fuit delinquens per culpam latam, quam qui fuit in dolo ibi.*
*Doli, & fraudis ſuſpicio ceſſat in homine nobili, ibi.*
*Doli ſuſpicio ceſſat, ubi non reſultat aliquod lucrum ei, cui dolus imputatur, ibi.*
*Dolus præſumitur contra eum, qui non facit, quod facere tenetur, ibi num. 4.*
*Item ex modicitate pretii, ibi.*
*Ex ænormiſſima læſione, ibi.*
*Ex defectu ſollemnitatum contractus, ibi.*
*Ex fuga Debitoris, ibi.*
*Ex actu clandeſtino, ibi.*
*Ex itinere inſolito, ibi.*
*Ex mendacio, ibi.*
*Ex cauthelis inſolitis, ibi.*
*Ex novitate, ibi.*
*Ex celeritate, & vicinitate actuum, ibi.*

### Cultus Sanctorum.

*Cultus Sanctorum, & ſervorum Dei, quibus ſignis, & actibus probetur adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 6. pag.* 5.
*Cultus Reliquiarum Sanctorum poteſt permitti, dummodò Reliquiæ ſint antiquæ, etiamſi non conſtet de identitate, ibi num. 8.*
*Reliquiæ Sanctorum quomodo ſint recognoſcendæ, & approbandæ, ibi num. 9.*
*Reliquiæ inſignis identitas quomodo probetur adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 25. pag. 48.*
*Reliquiæ Sanctorum tangi non debent nudis manibus, eſt enim ſpecies ſacrilegii, ibi.*
*Neque à Monialibus, ibi num. 27.*
*Cultus, & devotio B. M. V. debet augeri, & quare adnot. ad form. 6. tit. 13. num. 19. pag.* 101.

### Cura, Curatus.

*Curatus, ſivè Vicarius Parochiæ amovibilis, an, & quando Epiſcopo inconſulto amoveatur adnot. ad form. 1. tit. 15. num. 32. pag.* 149.
*Cura amovibilis, poteſt erigi perpetua etiam ſi reperiatur in Eccleſia Monaſteriis unita, ibi num. 33.*
*Cura amovibilis, ſi fiat perpetua, onera tranſeunt in Vicarium, ibi num. 34.*
*Curatus amovibilis, tenetur diebus feſtis applicare Sacrificium pro populo adnot. ad form. 2. tit. 16. num. 20. pag.* 219.
*Curæ Animarum nunquam præficiendus eſt, qui eſt de incontinentia diffamatus adnot. ad form. 2. tit. 15. num. 21. pag.* 156.

## D

### Damna data.

*Clerici tenentur ad pœnam damni dati, quando adeſt Edictum Epiſcopi adnot. ad form. 4. tit. 15. n. 10. pag.* 164.
*Littera circularis Congreg. Immunitatis ſuper damnis datis non eſt ſervanda in locis in quibus Univerſitates præſtationem annuam Cameræ non ſoluunt, ibi num. 12.*

### Decreta Sac. Congregationum.

*Decreta Sac. Congreg. Concilii obligant tanquam leges in utroque foro adnot. ad form 2. tit. 16. num. 18. pag.* 219.
*Decreta Sac. Congreg. Rituum declarantur adnot. ad form. 1. tit. 13. à num. 47. p. 12. uſque ad n. 80.*

### Decimæ.

*Decimæ debentur jure Divino, quota verò de jure Eccleſiaſtico adnot. ad form. 1. tit. 14. num. 9. p. 116.*
*Decimæ ſolo Rectori Parochialis debentur, ibi.*
*Clerici Coadjutores Parochi, & Beneficiati, poſſunt participare de Decimis, ibi.*
*Decimæ prædiales ſoluuntur etiam à Regularibus, ibi num. 10.*
*Etiamſi Prædia eſſent data pro erectione Monaſterii.*
*Exemptio à Decimis nunquam cenſetur conceſſa, niſi per Papam expreſsè concedatur, ibi.*
*Exemptio à Decimis conceſſa aliquibus Regularibus non ſuffragatur eorum Colonis, ibi.*
*Decima prædialis debetur etiam mutato prædio, vel ſpecie ſeminis, ibi num. 11.*
*Laici exigere non poſſunt Decimas, non obſtante conſuetudine, ibi num. 12.*
*Reges, & Principes non poſſunt concedere jus Decimas exigendi, ſed ſolus Papa concedit, ibi.*
*Etiamſi habeant Indultum illas percipiendi, nam non poſſunt in alios laicos jus transferre, ibi num. 13.*

### Degradatio.

*Degradatio non requiritur in Clericis Minorum Ordinum adnot. ad form. 11. tit. 15. num. 1. pag.* 180.
*Degradatio in quibus delictis intret oſtēditur, ibi n. 2. & 3.*
*Degradatio quommodo compleatur, ibi num. 7.*
*Degradatio non damnat ad mortem, ſed proiicit Clericum à foro Eccleſiæ, ibi num. 8.*
*Degradatio eſt duplex verbalis ſcilicet, & actualis, ibi num. 9.*
*Degradatio verbalis pro quibus delictis de jure reperiatur im-*

*tur impoſita, oſtenditur, ibi num.* 10.

*Degradatio actualis à ſolo Epiſcopo conſecrato expleri poteſt, ibi num.* 11.

*Degradatio actualis neceſſaria eſt, ut Clericus delinquens damnari poſſit ad mortem, ibi.*

*Degradatio debet fieri in Eccleſia, vel Oratorio publico, ibi num.* 18.

## Delegatus.

*Delegatus Principis non poteſt ſubdelegare, quando fuit electa induſtria perſonæ adnot. ad form.* 2. *tit.* 15. *num.* 19. *pag.* 155.

*Delegatus Papæ exercet juriſdictionem ubique locorum abſque requiſitione Diœceſanorum adnot. ad form.* 10. *tit.* 15. *num.* 5. *pag.* 179.

## Delictum, Delinquens.

*Delicta quæ merentur depoſitionem, & degradationem quæ ſint? adnot. ad form.* 11. *tit.* 15. *pag.* 180.

*Delinquens non pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat adnot. ad form.* 3. *tit.* 15. *num.* 6. *pag.* 158.

*Delinquens in Eccleſia, an, & quando gaudeat immunitate adnot. ad form.* 14. *tit.* 15. *num.* 2. & 3. *p.* 187.

*Ignorans non dicitur delinquere adnot. ad form.* 3. *tit.* 13. *num.* 21. *pag.* 73.

## Deus.

*Deus quibus armis puniat Chriſtianorum peccata adnot. ad form.* 3. *tit.* 16. *num.* 24. *pag.* 230.

*Deum, in Deum, & Deo credit Catholicus, ibi n.* 26.

*Deus invenitur in oratione, & jejunio adnot. ad form.* 4. *tit.* 16. *num.* 11. *pag.* 235.

*Deo non dicitur militare, qui non eſt ordinatus in Sacris adnot. ad form.* 7. *tit.* 16. *num.* 2. *pag.* 246.

*Dei opus, qui facit fraudulentèr eſt maledictus adnot. ad form.* 1. *tit.* 16. *num.* 4. *pag.* 209.

*Deus eſt cognitor arcanorum, & Judex adnot. ad form.* 2. *tit.* 15. *num.* 21. *circa fin. pag.* 156.

## Dictio.

*Dictio* omnino *inducit neceſſitatem, & præceptum adnot. ad form.* 1. *tit.* 16. *num.* 14. *pag.* 211.

*Dictio* etiam *caſum minus dubitabilem exprimit, & magis dubitabilem implicat adnot. ad form.* 2. *tit.* 15. *num.* 15. *pag.* 154.

*Dictio*, vel *accipitur aliquando pro* non *adnot. ad form.* 1. *tit.* 13. *num.* 92. *pag.* 22.

*Dictio* præſertim *exprimit caſum minus dubitabilem, & includit magis dubitabilem adnot. ad Decr. Subcollect. Spolior. num.* 1. *pag.* 67.

## Dimiſſoriæ.

*Qui utitur falſis Dimiſſoriis, & cum illis ordinatur committit delictum depoſitione dignum, & mittitur ad Triremes adnot. ad form.* 3. *tit.* 13. *num.* 2. *p.* 71.

*Et eſt ipſo jure ſuſpenſus, ibi.*

*Dimiſſoriæ quando dicantur captioſæ, vel falſæ, vel vitiatæ ſubſtantialiter, ibi num.* 3.

*Dimiſſoriæ datæ à Lantuſcha pro Regularibus, reformantur ad tenorem Decreti Clem. VIII. adnot. ad form* 4. *tit.* 13. *num.* 1. & *ſeqq. pag.* 77.

*Dimiſſorias ad Sacros ordines concedere non poſſunt Superiores Regulares Religioſis non profeſſis, nec nulliter profeſſis, ibi num.* 10.

*Dimiſſoriæ debent præter teſtimonium legitimæ ætatis, & morum, continere commendationem de idoneitate, ibi num.* 12.

*Et licentiam recipiendi, & reſpectivè conferendi Ordinem, ibi num.* 16.

*Dimiſſoriæ Regularium directæ Epiſcopo non ſuo, debent continere fidem de impedimento Diœceſani, ibi n.* 18.

*Decretum Clem. VIII. formam Dimiſſorialium Regularium præſcribens continet pœnas latæ ſententiæ, ibi num.* 27.

*Decretum Clem. VIII. fuit innovatum, ibi num.* 28.

*Dimiſſoriæ pro Regularibus Monaſterii nullius ſunt dirigendæ ad Epiſcopum Viciniorem, ibi.*

*Regulares à Diœceſano in examine rejecti, non poſſunt dimitti ad alium Epiſcopum, ſed recurrere ad Sac. Congreg. ibi num.* 29.

*Græci, & alii Albanenſes in Italia commorantes, non poſſunt ordinari ſine litteris Dimiſſoriis Epiſcopi latini Diœceſani, ibi num.* 30.

*Habens Dimiſſorias à proprio Ordinario cum clauſula ut poſſit ordinari à quocumque Antiſtite, poterit ordinari à Nuncio Apoſtolico, ibi num.* 42.

*Dimiſſorias concedit Epiſcopus, cui datus fuit Vic. Apoſtolicus quando non ſuſpenditur à collatione Ordinum adnot. ad form.* 8. *tit.* 16. *num.* 1. *pag.* 248.

*Secus ſi Epiſcopus eſſet nominatim ab officio ſuſpenſus, ibi num.* 2.

*Dimiſſorias concedere eſt actus juriſdictionis, ibi d. n.* 1.

## Diſmembratio.

*Diſmembrare non poteſt Epiſcopus Parochialem motivo numeroſitatis Populi adnot. ad form.* 1. *tit.* 13. *num.* 41. *pag.* 9.

## Diſtributiones.

*Diſtributiones ammiſſæ à Canonicis abſentibus, accreſcunt inſervientibus, contraria conſuetudine non obſtante adnot. ad form.* 2. *tit* 13. *num.* 71. *pbg.* 72.

*Epiſcopus non poteſt ſtatuere, quod Diſtributiones non debeantur non conſtitutis in Sacris, ibi num.* 74.

*Neque quod Jubilatis non debeantur diſtributiones extraordinariæ, ibi.*

*Diſtributiones an debeantur Canonicis Officialibus S. Officii, ibi num.* 73.

*Et an Subcollectori, ibi.*

*Canonicus abſens pro lite ſuæ Præbendæ non lucratur diſtributiones, ſi non habeat licentiam Epiſcopi, ibi num.* 75.

*Neque debentur Canonico pro tempore quo fuit carceratus pro debito civili, ibi.*

*Neque inſervienti Epiſcopo Miſſam privatam celebranti tempore Divini officii, ibi.*

*Diſtributiones debentur Canonico delegato ab Epiſcopo ad viſitandum limina, pro toto tempore acceſſus,* man-

*manſionis, & regreſſus, ibi num.* 76. *pag.* 63.
*Debentur Canonico Coadjuto durante infirmitate, etiam Coadjutore abſente, ibi.*
*Debentur Canonico inquiſito, & poſteà abſoluto, etiam cum clauſula ex hactenùs deductis, ibi.*
*Debentur Canonico abſenti à Choro ratione officii pro ſervitio Capituli, ibi.*
*Debentur Canonico Jubilato, etiam ſi ſint extraordinariæ, & auctæ poſt Indultum, ibi.*
*Diſtributiones non debentur Canonicis jubilatis à Capitulo, ibi num.* 77.

## Doctrina Chriſtiana.

*Doctrinæ Chriſtianæ Myſteria ediſcenda neceſſitate medii adnot. ad form.* 6. *num.* 9. *tit.* 13. *pag.* 110.
*Ludi-Magiſtri quamvis laici coguntur ad mittendum diſcipulos ad diſcendam Doctrinam Chriſtianam, imò & ad docendum, ibi num.* 10.
*Doctrina Chriſtiana poteſt doceri per ſubſtitutum quando Cura Animarum incumbit perſonæ in Dignitate conſtitutæ adnot. ad form.* 1. *tit.* 13. *num.* 40. *in fin. pag.* 9.
*Doctrina Chriſtiana docet quæ ſint dona Spiritus Sancti adnot. ad form.* 4. *tit.* 16. *n.* 9. *pag.* 234.
*Dolus, vide in Verbo* Culpa.

## Dos.

*Dos Monialis intra numerum, poteſt in uſus neceſſarios Monaſterii expendi cum ſola licentia Superioris adnot. ad form.* 5. *tit.* 13. *num.* 3. *in fin. pag.* 90.
*Dos Beneficii, Eccleſiæ, vel Hoſpitalis dicitur* Manſus *adnot. ad form.* 7. *tit.* 13. *num.* 10. *pag.* 105.
*Dos data pro fundationibus debet eſſe ſufficiens, ibi.*
*Cætera vide in verbo* Moniales.

## E

## Eccleſia.

*Eccleſia quot modis polluta dicatur, vel non, adnot. ad form.* 14. *tit.* 15. *num.* 5. *pag.* 187.
*Eccleſiarum cultus ſuperfluus à SS. PP. non laudatur adnot. ad form.* 5. *tit.* 16. *n.* 5. 6. & 7. *pag.* 237.
*Eccleſiæ Manſus quid ſit adnot. ad form.* 7. *tit.* 13. *num.* 10. *pag.* 105.
*Eccleſia Domina directa, finitâ lineâ inveſtiti ſeù tertiæ generationis de jure non cogitur reinveſtire, ſed poteſt pro ſe retinere adnot. ad form.* 2. *tit.* 14. *num.* 11. *pag.* 121.
*Si verò vult renovare, proximiores Agnatos lineæ finitæ de æquitate præferre tenetur, ibi.*

## Edictum.

*Vide* Epiſcopus.

## Electio.

*Electio, poſtulatio, & præſentatio in quo differant adnot. ad form.* 1. *tit.* 15. *num.* 24. *pag.* 147.
*Electio Sancti in Patronum quomodo ſit facienda adnot. ad Form.* 10. *tit.* 16. *num.* 10. *pag.* 253.
*Quibus ex cauſis fiat electio Sancti in Patronum, ibi num.* 12.
*Electio Officialium Capituli poſt ſex menſes devolvitur ad Epiſcopum ſi Canonici fuerint negligentes, ibi num.* 15. *pag.* 255.

## Eleemoſyna.

*Eleemoſyna eſt triplex, & declaratur adnot. ad form.* 5. *tit.* 16. *num.* 1. *pag.* 236.
*Eleemoſyna eſt in præcepto illis, qui habent ſuperflua, & omnibus erga illos, qui ſunt in extrema neceſſitate, ibi num.* 2. & 3.
*Eleemoſynæ ſunt dandæ pro manutentione Cultus Divini, & miniſtrorum, ibi num.* 4.
*Eleemoſynæ ſuperfluæ ſunt diſtribuendæ pauperibus, non autem in marmore templorum, ibi n.* 5. 6. & 7.
*Eleemoſynarum Quæſtores quid ſervare debeant, ibi num.* 8.
*Eleemoſynæ collectæ in frumento, vino, oleo, & ſimilibus non ſoluunt gabellam, ibi.*
*Eleemoſynæ quò ordine, & graduatione ſint diſtribuendæ, ibi num.* 9.
*Epiſcopus non ſolum ſibi occurrentibus pauperibus tenetur eleemoſynam dare, ſed illos ex officio quærere, ibi num.* 10.
*Eleemoſynam faciens augebit ſubſtantias, & inveniet miſericordiam, ibi num.* 11.

## Emphyteuſis, & Emphyteuta.

*Emphyteuſis Inveſtitura an, & quando includat, vel non, perſonam primi inveſtiti adnot. ad form.* 2. *tit.* 14. *num.* 4. *pag.* 120.
*Emphyteuſis Eccleſiaſtica ad tertiam generationem dicitur ex pacto, & providentia, ibi num.* 5.
*Emphyteuſis Eccleſiæ dicitur finita ſi ultimus de linea comprehenſus, efficiatur Religioſus, ibi.*
*Monaſterium licet ſit capax bonorum, adhuc bona Emphyteutica Eccleſiæ ad extraneos non tranſitoria, non poteſt retinere nec ad uſumfructum, durante vitâ Religioſi inveſtiti, ibi.*
*Emphyteuſis Eccleſiæ non extantibus maſculis tranſit ad fœminas, ibi num.* 6.
*In Emphyteuſi Eccleſiæ ſub nomine deſcendentium fœminæ comprehenduntur, ibi.*
*Amplia etiamſi ſint excluſæ à Statuto, ibi.*
*In Emphyteuſi tranſitoria ad hæredes, ſub hæredis nomine comprehenduntur fœminæ, ibi.*
*Emphyteuſis Eccleſiæ non tranſit ad illegitimos, quantumvis reſcripto Principis eſſent legitimati, ibi.*
*Emphyteuta incidere faciens arbores frugiferas cadità jure ſuo, ibi num.* 7.
*Emphyteuta ſi conſtituat in re Emphyteutica ſervitutem realem ſive perſonalem dicitur alienare, ibi.*
*Emphyteuſis cõceſſio debet regulari cum tenore beneplaciti Apoſtolici, ibi d. num.* 4.
*Emphyteuta deteriorans rem Emphyteuticam cadit in commiſſum, & poteſt expelli, ibi num.* 7.
*Devolutio Emphyteuſis non declarata in vita alienantis vel*

*tis vel deteriorantis, an, & quando poſſit declarari contra ſucceſſorem, ibi num.* 8.

*Emphyteuta non perdit melioramenta, quoties non fidt pactum, quod devolvantur, finitâ lineâ ad Dominum directum, ibi num.* 9.

*Emphyteuta poteſt hypothecare melioramenta, & ſuper illis Cenſum imponere quando non adeſt pactum quod non poſſint hypotecari, ibi.*

*Emphyteuſis, finitâ lineâ debet de æquitate renovari favore proximiorum, ibi num.* 11.

*Emphyteuſis amortizzatio quando dicatur fieri, ibi n.* 15.

*Emphyteuſis perventa ad manus mortuas, eſt ſolvendum pro ea quindennium, ibi.*

*Emphyteuſis renovatio quando fieri debeat adnot. ad form.* 3. *tit.* 14. *num.* 1. *pag.* 122. & 123.

*Emphyteuſis devoluta ob canonem non ſolutum, poteſt renovari etiam favore extranei non agnati, ibi n.* 2.

*Emphyteuſis incorporata Eccleſiæ, non poteſt denuò renovari ſine beneplacito Apoſtolico, ibi.*

*Emphyteuſis hæreditaria debet, lineâ finitâ renovari favore agnatorum, quando ultimus inveſtitus decederet inteſtatus, ſecus ſi adſit hæres, ibi num.* 3.

*Emphyteuſis renovatio debet fieri ad formam præcedentium Inveſtiturarum, ibi num.* 5.

*Eccleſia non poteſt ſine beneplacito alterare præcedentes Inveſtituras in ſubſtantialibus, ibi.*

*Non ſolum in præjudicium ſui ipſius, ſed neque in præjudicium compræhenſorum, ibi.*

### Emptor.

*Emptor rei Eccleſiæ, quando debeat eſſe ſollicitus de verſione prætii adnot. ad form.* 5. *tit.* 14. *num.* 16. *pag.* 129.

### Epiſcopus, Archiepiſcopus.

*Non poteſt uti Oratorio privato extrà Domum propriæ habitationis adnot. ad Decret. Commun. quotid. num.* 2. *pag.* 26. & *adnot. ad form.* 2. *tit.* 13. *n.* 31. *pag.* 49.

*Epiſcopus poteſt Edicto præcipere, ut Parochiani tempore Paſchatis confiteantur proprio Parocho, & qui noluerint ſaltem licentiam petant alio confitendi adnot. ad Decret. de commun. quotid. n.* 16. *pag.* 29.

*Non poteſt prohibere Regularibus, nè à Dominica Palmarum uſque ad Dominicam in Albis adminiſtrent Sæcularibus Sacramentum pœnitentiæ; Sed ſolùm, ut perſonis prædictis in die Paſchatis non adminiſtrent Euchariſtiam, ibi.*

*Epiſcopi Suffraganei titulares, quas prœminentias, & facultates habeant adnot. ad form.* 2. *tit.* 13. *num.* 14. 15. 16. & 17. *pag.* 44. & 45.

*Epiſcopus non debet edicere, quod Sacerdotes non notantes Miſſas celebratas in libro, non admittatur alia probatio, ibid. num.* 46.

*Epiſcopus poteſt Reviſoribus computorum locorum piorum taxare mercedem pro labore non obſtante Taxâ Innocentianâ, ibi num.* 47. *pag.* 56.

*Epiſcopus tàm in actu Viſitationis quàm extrà poteſt per ſeipſum, vel ſuum delegatum exigere rationem adminiſtrationis locorum piorum, ibi num.* 48. *imò juramentum de fideliter adminiſtrando, ibi.*

*Quid in Eccleſiis pertinentibus ad Cappellanos Religionis Hieroſolymitanæ, ibi num.* 49.

*Et in Eccleſiis ſubjectis Capitulo Lateranenſi, ibi n.* 50.

*Epiſcopus poteſt edicere ne Canonici diſcedant à reſidentia, ibi num.* 63.

*Epiſcopus procedens contra Canonicos non reſidentes tenetur ſervare dilationes præſcriptas à Concilio, ibi num.* 66.

*Poterit tamen pendente triennio procedere ad cenſuras præmiſsâ citatione, ibi num.* 67.

*Epiſcopus cenſura poteſt ligare abſentem (ſi præceſſit monitio perſonalis) non reſidentem, ibi num.* 70.

*Epiſcopus poteſt præcipere quod Canonici interſint concioni ſub pœna amiſſionis diſtributionis, ibi n.* 71.

*Epiſcopus non poteſt ſtatuere quod Canonici, qui non ſunt in Sacris non lucrentur diſtributiones, ibi num.* 74.

*Neque quod Canonicis jubilatis non debeantur diſtribunes extraordinariæ, ibi.*

*Neque, quod Diſtributiones quæ accreſcunt inſervientibus applicentur fabricæ, vel alio pio loco, ibi.*

*Epiſcopus ante ordinationem poteſt promulgare Edictum cum comminatione excommunicationis latæ ſententiæ contra utentes falſis Dimiſſoriis, vel alios Ordinibus indignos adnot. ad form.* 3. *tit.* 13. *n.* 1. *p.* 70.

*Epiſcopus poteſt abſolvere ordinatum ante legitimam ætatem, ſi delictum ſit occultum, imò, ab irregularitate ex eadem cauſa contracta, ibi num.* 26.

*Epiſcopus conferens primam Tonſuram laico ante ſeptennium incurrit ſuſpenſionem per annum à collatione ejuſdem primæ Tonſuræ, ibi num.* 27.

*Epiſcopus poteſt ex notitia privata reiicere irregulares, vel cenſura irretitos, & ſimiles ab ordinibus, ibi n.* 29.

*Epiſcopus quando diſpenſet in irregularitate, ibi n.* 30.

*Epiſcopus quando diſpenſet cum fatuo, vel Energumeno in exercitio ordinum ante dementiam, vel Demonis obſidionem ſuſceptorum, ibi num.* 32.

*Epiſcopus ſi ante ordinationem proteſtetur non habere intentionem ordinandi illos, qui non habent ætatem legitimam, Dimiſſorias veras, titulum &c. qui tales defectus habent non recipiunt ordinem, ibi num.* 41.

*Secus ſi diceret ſe non habere intentionem ordinandi eos qui non habent requiſita Concilii, ibi n.* 42.

*Epiſcopus ſi nolit alicui ordines conferre non poteſt cogi ab Archiepiſcopo cujus eſt ſuffraganeus ad allegandas cauſas, ſed recurritur ad Sedem Apoſtolicam, ibi num.* 45.

*Epiſcopus non poteſt uni eadem die primam Tonſuram, & omnes Minores Ordines conferre adnot. ad form.* 4. *tit.* 13. *num.* 6. & 7. *pag.* 78.

*Epiſcopus teſtimonio Superiorum Regularium de Eccleſiæ neceſſitate habito diſpenſat ſuper interſtitiis, ibi num.* 19.

*Epiſcopus quibus de cauſis poſſit in Ordinibus Sacris ſuper interſtitiis diſpenſare, ibi num.* 20. & *ſeqq.*

*Epiſcopus ordinans Græcos, vel Albanenſes Græco ritu viventes, debet illos iterum confirmare ſub conditione, ibi num.* 30.

*Epiſcopus in ordinatione promovendorum vigore Indulti extrà tempora, quæ interſtitia ſervare debeat, ibi num.* 38. & 39.

*Epiſcopus poteſt præcipere monialibus nè recipiant ad habitum Puellas ineptas, & inhabiles adnot. ad form.* 5. *tit.* 13. *nu.* 8. *pag.* 91.

*Item nè recipiant ad habitum, nec profeſſionem, niſi* ipſo

ipſo certiorato, etiam exemptibus, ibi num. 11.
Et hoc ſub pena nullitatis receptionis, ibi num. 12.
Non debet tamen ultra 15. dies poſtquam fuit certioratus differre explorationem recipiendæ, alias eo inconſulto poſſunt admittere, ibi.
Epiſcopo commiſſa eſt cura pauperum, & bonorum eis relictorum adnot. ad form. 7. tit. 13. num. 2. p. 104.
Epiſcopus bona ad uſum pium deſtinata, & non ſufficientia, poteſt in alium pium uſum convertere, ibi n. 11.
Epiſcopus Regularis non acquirit Monaſterio cujus fuit filius, ſed propriæ menſæ adnot. ad form. 4. tit. 14. num. 18. pag. 127.
Epiſcopus Regularis recuperat jus ſucceſſionis ad hæreditatem ſibi delatam poſt promotionem, non obſtante renunciatione, ibi & num. 19.
Epiſcopus Regularis poſt adeptum Epiſcopatum non recuperat bona ante Epiſcopatum tertio queſita, ibi n. 20.
Epiſcopus ad quam ſummam poſſit extendere ſuum arbitrium pro alienatione vigore cap. terrulas adnot. ad form. 5. tit. 14. num. 2. & 5. pag. 128. & 129.
Epiſcopus non poteſt ſua auctoritate reducere fructus Cenſuum ad Eccleſias ſpectantium, ibi num. 4.
Epiſcopus non poteſt prohibere Adminiſtratoribus locorum piorum contractus à jure conceſſos ſub pena nullitatis adnot. ad form. 6. tit. 14. num. 2. pag. 130. quia contra canones ſtatuere non poteſt.
Epiſcopus quando poſſit penſionem reſervare adnot. ad form. 7. tit. 14. num. 5. pag. 133.
Epiſcopus non debet ſe ingerere in adminiſtratione bonorum Confraternitatum, ſed rationem adminiſtrationis requirit adnot. ad form. 8. tit. 14. n. 1. p. 139.
Epiſcopus non tenetur Patronum, qui non poteſt ſe ipſum præſentare, & per viam deprecationis inſtat ad Beneficium inſtitui, ex debito gratificare adnot. ad form. 1. tit. 15. num. 11. pag. 145.
Et multo minus quando adeſt alter Patronus, qui alium præſentavit, ibi.
Epiſcopus conferens Beneficium juriſpatronatus jure devoluto tenetur legem fundationis ſervare, ibi n. 14.
Epiſcopus in proviſione Præbendæ Theologalis quid quid agere debeat, ibi num. 21. pag. 147.
Epiſcopus non tenetur præſentationem Clerici abſentis admittere, ibi num. 22.
Epiſcopus pro reparatione Eccleſiarum poteſt ſequeſtrare fructus Beneficiorum in Eccleſiis reparatione indigentibus erectorum, ibi n. 28. ubi Decreta allegàtur.
Poteſt Beneficia transferre ad aliam Eccleſiam, Eccleſia in qua ſunt erecti, ſit collapſa, ibi.
Poteſt fructus eorundem Beneficiorum ſequeſtrare pro conficiendis ſupellectilibus Sacris, ibi.
Non tamen fructus Parochiæ prætextu Eccleſiæ deſtructionis, Præbendis Canonicalibus unire, ibi.
Epiſcopus non poteſt Beneficiatis addere nova onera præter injuncta in fundatione, ibi num. 29.
Epiſcopus poteſt renovare Curatum amovibilem ab Eccleſiis Regularium abſque eo quod teneantur deducere cauſas, ibi num. 32.
Epiſcopus poteſt erigere Vicarias perpetuas in Eccleſiis Parochialibus Monaſteriis unitis, non tamen in aliis quæ ſunt de menſa, ibi num. 33.
Epiſcopus allegatus ſuſpectus, non poteſt alium ſubdelegare, quando agitur de ejus intereſſe burſali, ſecus ſi de intereſſe Eccleſiæ adnot. ad form. 2. tit. 15. num. 4. pag. 152.
Epiſcopus ſuffraganeus non poteſt allegare ſuſpectum Metropolitanum in Cauſis Subditorum, ibi num. 12. & 13.
Epiſcopi judicii irrationabilitas ex quibus reſultet, ibi num. 21.
Epiſcopus minus bene eligens in concurſu Parochialium exactam rationem Deo reddet, ibi
Epiſcopi habent in Diœceſi mixtum imperium ad inſtar Principum gratiam faciunt de delictis ad eorum forum ſpectantibus adnot. ad for. 3. tit. 15. n. 8. p. 158.
Epiſcopi gratiam faciunt reis etiam poſt ſententiam, quamvis non ſit reſervata facultas aggratiandi, ibi.
Epiſcopi non applicantes compoſitiones reorum in uſus pios, poſt eorum mortem deducuntur ex ſpolio, ibi n. 9.
Epiſcopi an, & quando debeant, & poſſint reos componere, ibi num. 10.
Epiſcopus carcerans injuſte, & ſine delicto Clericum, peccat mortaliter, & tenetur ad damna, ibi num. 11.
Epiſcopi quomodo ſe continere debeant in delictis levibus & in exactione pœnarum, vide ibi num. 12. ubi afferuntur litteræ S. Congr. Concilii.
Epiſcopi non debent ingredi clauſuram Monialium niſi in caſibus permiſſis à Conſt. Greg. XIII. ibi ad 16.
Epiſcopi an., & quando concedant Sacerdoti licentiam bis in die celebrandi, ibi num. 15.
Epiſcopus data deficientia manſionariorum pro ſervitio Eccleſiæ Cathedralis, quando poſſit cogere Clericos Beneficiatos, vel Cappellanias habentes, ad inſerviendum adnot. ad form. 4. tit. 15. n. 4. 5. & 6. p. 163.
Epiſcopus non poteſt ſimplices Sacerdotes mulcta gravare ad inſerviendum in Eccleſia Cathedrali, ibi.
Epiſcopus contra Clericos non deferentes habitum poſtquam ter monuit, poteſt illos Privilegiis Clericalibus privare, ibi num. 7. & 8.
Epiſcopus in rebus publicum bonum reſpicientibus ſuo Edicto quò Eccleſiaſtici comprehendantur, debet ſe conformare proviſionibus laicalibus, ibi num. 14.
Epiſcopus poteſt ſi delinquant punire Clericos, qui non habent requiſita Concilii ſed ſe habent tanquam laici, num. 17.
Epiſcopus poteſt procedere contra Clericum, qui clericatui renunciavit, & inquiſitus de delicto in foro Sæculari fuit abſolutus, ibi num. 19.
Epiſcopi quando ſe gerere debeant in privandis Clericis privilegiis clericalibus adnot. ad form. 5. tit. 15. num. 1. pag. 168. & 169. & form. 6. & 7. p. 170.
Epiſcopus qua forma, & cauthela debeat requirere à Judice laico Clericum captum adnot. ad form. 8. n. 1. & 2. tit. 15. pag. 173.
Epiſcopus, qui non habet familiam armatam poteſt concedere licentiam lectoribus Tribunalis laici, ut capiant Clericos deferentes arma, ibi num. 4.
Epiſcopi non requirentes Clericos à Judicibus laicis captos graviter peccant, & poſſunt puniri, ibi n. 7.
Epiſcopus implorans brachium ſæculare, debet Judicem requirere cum urbanitate adnot. ad form. 9. tit. 15. num. 8. pag. 177.
Epiſcopus in ſua Diœceſi utitur familia armata Judicis laici abſque licentia adnot. ad form. 10. tit. 15. num. 2. pag. 178.

Archie-

*Archiepiſcopus in Diœceſi ſuffraganei non poteſt exercere actus contentioſæ juriſdictionis ſine licentia Epiſcopi, ibi num. 3.*
*Epiſcopus ſuffraganeus requiſitus tenetur exequi in ſua Diœceſi mandata Archiepiſcopi, ibi.*
*Epiſcopus ſuffraganeus parere recuſans mandatis Archiepiſcopi poteſt cogi etiam cenſuris, ibi.*
*Archiepiſcopus in cauſis appellationum, poteſt exequi proviſiones per ſuos Officiales in Diœceſi Epiſcopi ſuffraganei abſque licentia, ibi num. 4.*
*Archiepiſcopus incumbens viſitationi exemptorum tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus, poteſt procedere contra commorantes extra Diœceſim, ibi n. 5.*
*Epiſcopus per degradationem Clerici delinquentis non dicitur ad mortem eum damnaſſe; ſed ab Eccleſia projeciſſe adnot. ad form. 11. tit. 15. n. 8. pag. 181. & ideo pro eo intercedere debet.*
*Epiſcopus quando teneatur procedere contra Capitulares cum adjunctis, & quid ſervare debeat, ibi n. 16. & 17.*
*Epiſcopus extrahi faciens jure delegato à Sac. Congr. Immunit. confugam à loco immuni debet conſtruere proceſſum ſuper abuſu confugii, & eandem Congr. reddere inſtructam adnot. ad form. 13. tit. 15. n. 5. pag.* 186.
*Epiſcopi Officium quale adnot. ad form. 15. tit. 15. num. 2. pag.* 189.
*Epiſcopi Officium, & auctoritas in cuſtodienda clauſura Monialium, ibi num. 3. 4. & 5.*
*Epiſcopus ex legitima cauſa poteſt deputare Confeſſariũ Monialibus Regularibus ſubjectis, ibi num. 6. & 7. ubi quæ ſint cauſæ juſtæ num. 8. 9. & 10.*
*Epiſcopus ad cuſtodiendam clauſuram poteſt uti cenſuris tam contra accedentes etiam Regulares, quam contra Moniales, ibi num. 16.*
*Epiſcopus, ſemotâ quacunque Superiorum Regularium negligentiâ, poteſt viſitare clauſuram Monialium etiã per delegatum, & reſiſtentes cenſuris punire, ibi n. 18.*
*Epiſcopus condit Teſtamentum pro Anima defuncti ab inteſtato, ubi adeſt conſuetudo adnot. ad form. 17. tit. 15. num. 3. pag.* 195.
*Archiepiſcopi, & Epiſcopi poſſunt conficere Proceſſus ſuper vita, & miraculis ſervorum Dei adnot. ad form. 18. tit. 15. num. 1. pag.* 197.
*Archiepiſcopi, & Epiſcopi, quid ſervare debeant, & animadvertere in conſtructione proceſſuum ſervorum Dei, vide ibidem ubi datur inſtructio.*
*Epiſcopi in ordinatione quæ cogitare teneantur adnot. ad form. 1. tit. 16. num. 1. & 2. pag.* 209.
*Epiſcopus Parochis Domum intra fines Parochiæ non habentibus, nec illam conducere non valentibus poteſt permittere, ut habitent in alia Parochia viciniori adnot. ad form. 2. tit. 16. num. 6. pag.* 216.
*Epiſcopus contra Parochum non reſidentem non debet ad ſequeſtrationem fructuum procedere, niſi eo citato, ibi num. 8.*
*Epiſcopi tenentur frequenter pro populo ſacrificium offerre, ibi num. 23. & ſeqq. pag.* 220.
*Epiſcopi poſſunt punire contrahentes matrimonia contra ſuam prohibitionem, ibi num. 29.*
*Item illos qui contrahunt coram Parocho diſſentiente, ibi.*
*Item eos qui contrahunt omiſſis denunciationibus, ibi.*
*Item teſtes intervenientes ſi ſunt in dolo, ibi.*
*Epiſcopatum appetere an ſit licitum adnot. ad form. 3. tit. 16. num. 6.*
*Qui præeſſe, & non prodeſſe deſiderat, Epiſcopari non debet, ibi pag.* 226.
*Epiſcopus in ſua Eccleſia eſt Vicarius Chriſti, ibi n. 8.*
*Epiſcopus antiquitus vocabatur Papa, ibi.*
*Epiſcopus tenetur reſidere, & non excuſatur prætextu aeris mali, ibi.*
*Epiſcopus dicitur reſidere, quando munia Epiſcopalia per ſe ipſum adimplet, ibi num. 9.*
*Epiſcopus negligens, & otioſus poteſt à regimine removeri, ibi.*
*Epiſcopus humilitate, & exemplo debet ſubditos gubernare, & inſtruere, ibi num. 25.*
*Epiſcopus debet habere maximam confidentiam in Deo, ibi num. 26.*
*Epiſcopus non ſolum ſibi occurrentibus pauperibus tenetur eleemoſynam dare, ſed illos ex officio quærere adnot. ad form. 5. tit. 16. num. 10. pag.* 238.
*Epiſcopus non debet ſibi reſervare in approbatione Confeſſariorum abſolutionem eorum qui debita non ſolvunt locis piis adnot. ad Decret. communion. quotid. num. 18. pag.* 30.
*Epiſcopus triplici pabulo paſcit oves adnot. ad form. 10. tit. 16. num. 5. pag.* 252.
*Epiſcopus ſi eſt negligens debet corrigi paternaliter, & in privato, ibi.*
*Epiſcopus non poteſt ſupprimere Beneficia perpetua ſine cauſa præciſè neceſſaria, nec ad manualitatem reducere, ibi num. 7.*
*Epiſcopus poteſt curam Animarum toti Capitulo incumbentem, uni Præbendæ de conſenſu Capituli unire, ibi*
*Epiſcopus debet in Cathedrali facere diſtributionem ordinum ad formam Concilii, ibi num. 8.*
*Epiſcopus Clericos Viſitationi perſonali ſe ſubjicere recuſantes cenſuris cogit, ibi num. 24.*
*Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii Prælati inferiores Regni Neapolitani, poſſunt diſponere de bonis, quæ cadunt ſub ſpolio, favore ſuarum Cathedralium vel Parochialium tantum adnot. ad decret. ſubcollect. ſpolior. num. 4. pag.* 68.
*Si diſponeret præter formam Bullæ Innoc. XII. nulliter agerent, ibi num. 5.*
*Epiſcopus ex cauſa poteſt augere, & ampliare pœnam canonum adnotat. ad formul. 4. tit. 15. num. 22. pag.* 168.
*Epiſcopi Diœceſani viſitans Eccleſias unitas S. Domui Lauretanæ eorumque miniſtros, & Rectores corrigunt tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 53. pag.* 58.
*Epiſcopus cui fuit datus Vicarius Apoſtolicus, poteſt conferre Beneficia, & Dimiſſorias concedere adnot. ad form. 8. tit. 16. num. 3. pag.* 249.
*Epiſcopus nominatim ſuſpenſus nec ordines, nec Dimiſſorias concedit, ibi num. 2.*
*Epiſcopus habet fiſcum non ut ſibi bona confiſcata acquirat, ſed ut diſtribuat in pauperes adnot. ad form. 17. tit. 16. num. 11. pag.* 197.
*Epiſcopus in Viſitatione præſumitur informatus de ſtatu ſuæ Eccleſiæ adnot. ad form. 14. tit. 16. n. 2. p. 262.*

*Cætera vide in verbo*, Suffraganeus,

Euchariſtia.

*Vide Verbum*, Sacramentum Euchariſtiæ,

Eulogia.

*Eulogia quid ſit oſtenditur adnot. ad Decretum Commun. quotid. num. 7. pag.* 28.

Excommunicatio.

*Excommunicatio contra non revelantes, quomodo ſit fulminanda oſtenditur form. 12. tit. 15. ibique in adnot. num. 1. pag.* 184.
*Excommunicatio non debet fulminari modo inſolito, & ab Eccleſia non probato, ibi num. 3.*
*Excommunicatio eſt æternæ mortis damnatio, ibi n. 4.*
*Excommunicationem Papæ reſervatam incurrit, qui ingreditur clauſuram Monialium ad malum finem adnot. ad form. 15. tit. 15. num. 14. pag.* 191.
*Vide in verbo.* Cenſuræ.
*Expenſæ. Vide, Sepultura*

Expoſiti.

*Expoſitos alere, & nutrire eſt opus ſummæ pietatis adnot. ad form. 7. tit. 13. num. 4. pag.* 105.
*Pro nutriendis expoſitis in ſubſidium poteſt imponi Collecta ſæcularibus, & Eccleſiaſticis, ibi.*
*Exponentes filios ſunt graviter puniendi, ibi num. 5.*
*Exponens in loco remoto puerum, ſi moriatur pœna ultimi ſupplicii tenetur, ibi.*
*Exponens puerum in loco obvio, & frequentato, ſi fœtus non moriatur abſoluitur, & quare, ibi.*
*Expoſiti an cenſeantur illegitimi, vel non, & an indigeant diſpenſari ad ordines, ibi num. 6. 7. & 8.*
*Exponentes propriam ſobolem regulariter graviter peccant, & tenentur damna loco pio reſarcire, ibi n. 13.*
*Quibus caſibus non teneantur reſarcire damna, ibi & num. 14.*

F

Feſti dies.

F*Eſtos dies de præcepto nemo edicere poteſt ſine Epiſcopi loci licentia, & conſenſu adnot. ad formul. 1. tit. 13. num. 14. pag.* 7.
*Epiſcopus de jure vocato Clero, & Populo, poteſt dies feſtus indicere, hodie tamen indicere non debet juxta Bullam Urbani VIII. ibi.*
*Etiamſi indictio procederet ex voto Univerſitatis, quia adhuc populus ad obſervantiam non tenetur, ibi num. 15. & adnot. ad form. 10. tit. 16. num. 12. pag.* 254.
*Ab obſervantia diei feſtus, non excuſat contraria conſuetudo, ibi num. 16.*
*Non licet diebus feſtis Mimis, & Hiſtrionibus fabulas agere, ibi num. 17.*
*Et Epiſcopus ad quem privativè pertinet, licentiam concedere non debet, ibi.*
*Dies Feſtus ſollemniores, in quibus licentia laborandi non conceditur, & Miſſa in privatis Oratoriis non auditur enumerantur, ibi num. 18. 19. & 20.*
*Feſtivitates inſolitæ non debent introduci ſine Epiſcopi approbatione, ibi num. 22.*
*Feſtivitates B. M. V. quæ celebrantur in Eccleſia Univerſali ſunt ſeptem, & illarum ortum oſtenditur adnot. ad form. 6. tit. 13. à num 12. ad 18. pag. 100.*

Fides.

*Fides Catholica fide credit Deum, credit in Deum, & credit Deo adnot. ad form. 3. tit. 16. n. 26. pag. 230.*
*Filii. Vide* Illegitimi.

Fiſcus.

*Fiſcus laicalis non ſuccedit in bonis Clerici ab inteſtato defuncti ſine hærede, ſed Epiſcopus, adnot. ad formul. 17. tit. 15. num. 11. pag.* 197.
*Epiſcopus habet Fiſcum, ibi.*

Fornicatio.

*Fornicatio eſt prohibita de Jure Divino, tàm in veteri, quàm in novo Teſtamento, & afferuntur textus adnot. ad form. 1. tit. 16. num. 20. pag.* 212.

Fraus.

*Vide in verbo* Culpa.

Fructus.

*Fructus bonorum ſtabilium viginti annorum, æquant pretium eorundem adnot. ad form. 5. tit. 14. num. 5. pag.* 129.

Funeralia.

*Funeralia quomodò ſint peragenda, & dirigenda diſcrepantibus Parocho, hæredibus, & Regularibus in quorum Eccleſia cadaver eſt tumulandus adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 92. pag. 22. ubi affertur Decretum Congregat. Concilii.*
*Funeralium taxa eſt præſcribenda ab Epiſcopo, non autem à Parocho, ſive Capitulo, ibi num. 97. pag. 24.*

G

G*Abella. Vide* Eleemoſyna.

Gubernator.

*Vide in verbo Laici.*

H

Honor.

H*Onor ab aliquibus vitæ antefertur adnot. ad formul. 7. tit 13. num. 5. pag.* 105.

Hoſpi-

### Hoſpitale.

*Hoſpitalis erectio pro Orphanis, & Expoſitis eſt opus piiſſimum, & Deo gratum adnot. ad form. 7. tit. 13. num. 1. pag.* 104.
*Hoſpitalium pauperum cura Epiſcopis præcipua commiſſa eſt, ibi num. 2.*
*Hoſpitalium Dos debet eſſe ſufficiens ad hoc ut erigi valeat, ibi num. 11.*
*Hoſpitalium cauſa favorabilior eſt quam cauſa Eccleſiæ, ibi num. 12.*
*Hoſpitale erectum Epiſcopi aucthoritate habet privilegium Eccleſiarum excepta immunitate, ibi.*
*Hoſpitale eſt immune à Gabellis, ibi.*
*Hoſpitale pro bonis primæ erectionis eſt immune ab oneribus etiam Cameralibus, ibi.*
*Hoſpitale non tenetur ſolvere procurationem pro Viſitatione, ibi.*
*Hoſpitalis bona uſurpans incidit in excommunicationem, ibi.*
*Hoſpitale expoſitorum an, & quando poſſit repetere expenſas, & alimenta à Parentibus, ibi n. 13. & 14.*
*Hoſpitale Sancti Spiritus in Saxia de Urbe ſuccedit in Spolio Cruciferorum adnot. ad form. 16. tit. 15. num. 13. pag.* 194.
*Hoſpitale infirmorum non ſuccedit in hæreditate illorum qui, ibi decedunt ab inteſtato adnot. ad form. 17. tit. 15. num. 2. pag.* 195.

## I

### Identitas.

*IDentitas Reliquiæ quomodo probetur adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 25. pag.* 48.

### Jejunium.

*Jejunium ſedulò ab Eccleſia commendatur adnot. ad form. 4. tit. 16. num. 1. pag.* 230.
*Jejunii effectus qui ſint, ibi num. 2.*
*Jejunii præceptum non eſt abſolutè poſitivum Eccleſiæ ſed Chriſti, ibi num. 3.*
*Seductores vocantur qui in jejunio docent propoſitiones laxas, ibi num. 4. & 5. ubi de potu cocleatæ.*
*Per jejunium Deo ſatisfacimus, ibi num. 10.*
*Miſericordiam Dei invenit qui Deum quærit in jejunio & oratione, ibi num. 11.*
*Vigilia S. Jo. Baptiſtæ, & Sancti Matthiæ in quibus eſt jejunandum an ſint transferendæ ſi prima incidat in die Corporis Chriſti, & ſecunda in die carnis privii, ibi num. 12.*
*An diſpenſati à cibis jejunii, & edentes carnes ſalubres teneantur ad jejunium vide ibidem in edicto in Urbe publicato §. 7. pag.* 233.

### Illegitimi.

*Illegitimi non ſuccedunt in Emphyteuſi Eccleſiæ adnot. ad form. 2. tit. 14. num. 6. pag.* 120.
*Illegitimi familiares triennales Epiſcopi, non poſſunt ab eo ordinari adnot. ad form. 3. tit. 13. n. 14. p.* 72.
*Illegitimorum Clericatus non probatur per famam adnot. ad form. 8. tit. 15. num. 1. pag.* 173.
*Illegitimi non ſuccedunt in jure præſentandi ad Beneficium juriſpatronatus adnot. ad form. 1. tit. 15. n. 10. pag.* 145.
*Filiæ ſpuriæ, & illegitimæ poſſunt, & debent ali ex bonis Clerici intuitu Eccleſiæ queſitis ſi non habeant aliunde adnot. ad form. 1. tit. 16. n. 19. pag.* 212.

### Imagines Sanctorum.

*Imagines Sanctorum inſolitæ non debent in Eccleſiis exponi adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 1. pag. 4. & num. 12. pag.* 6.
*Signum Crucis, aliævè Imagines Sanctorum non debent retineri nec pingi in locis ſordidis, & indecentibus, ibi num. 10. pag. 6. & reprobatur Van. Eſpen. num. 11.*
*Imagines Sanctorum non debent publicè exponi ſine approbatione Epiſcopi, ibi num. 12.*
*Imagines Sanctorum pingi non debent habitu ab Eccleſia non probato, ibi.*
*Imagines Sanctornm quibus de cauſis fuerint in Eccleſia introductæ oſtenditur, ibi num. 15.*

### Immunitas.

*Bona primæ erectionis Eccleſiarum, Beneficiorum, Hoſpitalium, & locorum piorum ſunt immunia à collectis, etiam Cameralibus adnot. ad form. 7. tit. 13. num. 12. pag.* 106.
*Statuta de jure congrui non compræhendunt clericos nec activè, nec paſſivè adnot. ad form. 2. tit. 14. num. 10. pag.* 121.
*Immunitas à gabellis competit clericis de jure Divino adnot. ad form. 4. tit. 15. num. 7. pag.* 164.
*Immunitas à gabellis, & oneribus communitativis, quæ competit clericis non ſuffragantur colonis, ibi num. 11.*
*Immunitati non poſſunt Clerici ſpontè renunciare, ibi num. 13.*
*Immunitas quæ competit clericis pro fructibus recollectis in propriis bonis, competit etiam Emptori, ibi num. 15.*
*Confugientes ad loca immunia non ſunt expellendi ſine juſta cauſa adnot. ad form. 13. tit. 15. num. 1. & ſeqq. pag.* 185.
*Confugientes ad loca immunia ſunt expellendi ſi, ibi delinquant, vel locum Sacrum operibus prophanis fædant, ibi num. 2. & 3.*
*Qui ſine juſta cauſa expellit delinquentes à loco immuni peccat mortaliter, ibi num. 4.*
*Regulares non debent expellere confugientes ad eorum Monaſteria quoties modeſtè ſe gerant, imò ſi ſunt pauperes tenentur eis alimenta miniſtrare, ibi n. 5.*
*Excomunicati, & interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ nec non Judei, Turcæ gaudent immunitate, ibi.*
*Confugientes ad loca immunia ſi exinde ſint extrahendi auctoritate Sac. Congr. debebit conſtare de abuſu confugii, ibi num. 5.*
*Qui delinquit in Eccleſia non ex propoſito, ſed impetu, vel caſu, vel provocatus gaudet immunitate adnot. ad form. 14. tit. 15. num. 2. pag.* 187.

*Qui in Eccleſia non occidit, nec mutilat membrum, ſed infert vulnera, ſeù ſfriſia gaudet immunitate, ibi.*
*Quis dicatur membrum mutilare, ibi.*
*Qui eſt ſolitus delinquere, vel delinquit cum ſcandalo debet à locis immunibus ſer. ſer. depelli, ſicut, & fraudulenti Debitores, ibi num. 3.*
*Qui aſſociat Sacramentum Euchariſtiæ gaudet immunitate adnot. ad Decret. de commun. quotidian. 12. p. 29.*

## Indulgentia.

*Quæ ſint Indulgentiæ, & qui effectus earundem, explicatur form. 6. tit. 16. pag.* 239. *& ſeqq.*
*Indulgentia conceſſa pro defunctis non prodeſt vivis, ibi adnot. num. 1.*
*Indulgentia pro defunctis prodeſt etiamſi opera injuncta fiant ab homine, qui non eſt in gratia, ibi num. 2.*
*Indulgentia conceſſa verè pœnitentibus, & confeſſis, acquiritur ſine confeſſione, ſi is qui vult illam lucrari poſt ultimam confeſſionem, nullum admiſit peccatum, ibi num. 3. & 4.*
*Indulgentiam conceſſam pro defunctis celebratione Miſſarum ad Altare privilegiatum, conſequitur Sacerdos, qui celebrat Miſſam cum Officio concordantem, ibi num. 5. limitatur tamen num. 6.*
*Indulgentiarum beneficium eſt maximum, & ideò gratias Deo reddere debemus, ibi num. 7.*
*Indulgentiæ non poſſunt publicari ſine Epiſcopi licentia etiam in Eccleſiis Regularium non obſtante conſuetudine contraria, ibi num. 8.*
*Indulgentiarum publicatio debet concedi ab Epiſcopo nulla receptâ mercede, ibi.*
*Indulgentiæ conceſſæ pro aliquo feſto die, ſi hæc transferatur, non transfertur indulgentia, ibi num. 9.*

## Indultum.

*Indultum Oratorii privati, non ſuffragatur familiaribus Indultarii adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 32. & ſeqq. pag.* 51.
*Indultum Jubilationis non reſpicit ad ſervitium Eccleſiæ præſtitum tempore Clericatus, ſed poſt adeptam, præbendam, ibi num. 78. pag.* 63.
*Indultum Oratorii privati eſt exorbitans à jure, & debet ſtrictè interpretari ibi num. 35.*
*Indultum retinendi penſionem etiam ſi quis nubat, vel non incedat in habitu Clericali, non ſuffragatur pro militia adnot. ad form. 7. tit. 14. n. 11. pag.* 134.

## Infamia.

*Infamia gravis æquiparatur morti adnot. ad for. 7. tit. 13. n. 5. pag.* 105.

## Irregularis Irregularitas.

*Irregulares, & cenſuris Eccleſiaſticis irretiti ordinari non poſſunt adnot. ad form. 3. tit 13. n. 28. pag.* 73.
*Etiamſi ſint occulti, ibi num. 29.*
*Irregulares ſunt, qui ſe voluntariè caſtrari fecerunt, ibi num. 31.*
*Item furioſi, & mente capti, ibi num. 32.*
*Item Energumeni, ibi.*
*Item Bigami, ibi num. 33.*
*Irregularis non eſt filius homicidæ Presbyteri, ibi n. 34.*
*Irregularis non eſt ille, qui accedens ad Domum Conſanguineæ, ut compelleret fornicarium, iſte projiciens ſe è feneſtra moriatur, ibi.*
*Nec ille qui accedens ad Domum Mulieris fornicandi cauſa, ſi ſuperveniente Viro mulier occidatur, ibi.*
*Irregularitas tunc incurritur, quando homicidium ſequitur ex aliqua cauſa, ex qua vel ſemper, vel ut plurimum ſolet homicidium accidere, alias dicitur caſuale, ibi.*
*Irregularitas proveniens ex homicidio non voluntario directè, & in ſe, ſed ſolum in cauſa eſt diſpenſabile à Sede Apoſtolica, puta in eo, qui dedit mandatum ad ſfregiandum, ibi.*
*Irregularis non fit Judex, qui protulit ſententiam ſanguinis, niſi fuerit exequuta, ibi num. 35.*
*Neque qui exercuit Gubernium cum poteſtate ferendi judicium ſanguinis, & actu non exercuit, ibi.*
*Neque Notarius, qui compilavit Proceſſus criminales, & plures fuerunt condemnati, & ſententiæ non exequutæ, ibi.*
*Neque Clericus, qui Judici ſæculari petenti librum baptizzatorum exhibuit, ut ætatem rei inquiſiti de delicto, quod mortem meretur, ibi num. 36.*
*Neque qui digitum pollicem, vel indicem abſcidit, quia non dicitur membrum mutilaſſe, ibi.*
*Neque qui levi Epilepſia ſemel affectus per plures annos incolumen permanſit, ibi.*
*Irregularis efficitur Clericus, qui militiæ nomen dedit & armatus in Bello ſervivit, licet moraliter ſit certus neminem mutilaſſe, ibi num. 37.*
*Irregularis eſt, qui inquiſitus de homicidio ſuſtinuit torturam, & indiciadiluit, ibi.*
*Irregularis non eſt, qui inculpatus de homicidio fuit abſolutus, tanquam repertus non culpabilis, ibi.*
*Irregularitas, quæ repellit ab Ordine, non inducit incapacitatem penſionis, ibi num. 38.*
*Religioſi, qui fuerunt transmiſſi ad Triremes fiunt irregulares, ibid. n. 39.*

## Judei.

*Judei cur tolerentur ab Eccleſia adnot. ad formul. 15. tit. 15. num. 13. pag.* 190.
*Non debet permitti, quod Judei alloquantur Monialibus, ibi num. 12.*
*Sunt infenſiſſimi hoſtes Chriſtianorum, ibi.*

## Judex.

*Judicis aſſertio facta in Decreto jura fuiſſe producta, habet præſumptionem veritatis adnot. ad form. 4. tit. 14. num. 21. pag.* 127.
*Judex Ordinarius Epiſcoporum Suffraganeorum in cauſis civilibus in quibus ipſi Suffraganei ſunt rei, eſt Archiepiſcopus, vel Nuncius Apoſtolicus ubi adeſt adnot. ad form. 2. tit. 15. num. 11. pag.* 154.
*Judex laicus cogit teſtes ad teſtificandum per mulctas, Eccleſiaſticus per cenſuras adnot. ad form. 2. tit. 15. n. 17. pag.* 155.
*Judex laicus, & Eccleſiaſticus debent invicem ſe coadjuvare, ibi.*
*Judex cujus induſtria fuit electa non poteſt ſubdelegare ibi num. 19.*


Judi-

*Judicis induſtria per quæ dicatur electa vide, ibi.*

*Judex admittens reum ad compoſitionem ſine delicto, peccat mortaliter adnot. ad form. 3. tit. 15. num. 10. in fin. pag.* 159.

*Judex laicus poteſt in Civilibus contra Clericum qui habitum, poſt motum judicium, reaſſumpſit procedere quo ad bona adnot. ad form. 4. tit. 15. num. 18. p.* 167.

*Judex laicus, ex delegatione Papæ fit capax ferendi judicium in Clericũ in aliquo caſu particulari, ibi n.* 20.

*Judex Eccleſiaſticus cognoſcit an Clericus reaſſumpſerit habitum Clericalem in fraudem adnot. ad form. 7. tit. 15. num. 1. pag.* 171.

*Judex laicus requiſitus ad remittendum Clericum captum ad Judicem ſuum Eccleſiaſticum, non poteſt remiſſionem rètardare ſub prætestu quod captus non habeat requiſita Concilii adnot. ad form. 8. n. 2. tit. 15. p.* 173.

*Judex laicus remittens Clericum ad ſuum Judicem cum ignominia poteſt puniri, ibi num 5.*

*Judex laicus conſtito de clericatu, renuens remiſſionem facere incurrit excommunicationem, ibi num. 6.*

*Judicis laici proceſſus non probat contra Clericum, niſi ad inſtructionem animi, ibi num. 8.*

*Judex laicus requiſitus ad præſtandum brachium, tenetur illud præſtare, nec debet de viribus ſententiæ Judicis Eccleſiaſtici cognoſcere adnot. ad form. 9. tit. 15. num. 5. pag.* 176.

*Judex laicus requiſitus ad præſtandum brachium, ſi eſt ſub eodem Principe Judicis requirentis, vel agitur de Cauſis Eccleſiaſticis, debet exequi abſque alia cognitione, ibi num. 6.*

*Juſtex laicus requiſitus ad præſtandum brachium in cauſis fidei tenetur exequi etiamſi ſibi conſtet ſententiam injuſtam eſſe ibi.*

*Judex laicus, qui denegat brachium ſuum Judici Eccleſiaſtico poteſt excommunicari, ibi num. 7.*

*Judex laicus prò præſtatione brachii eſt requirendus deprecativè cum urbanitate, ibi num. 8.*

*Judex laicus non poteſt prohibere lictoribus ſui Tribunalis nè exequantur ſine ſua licentia mandata Judicis Eccleſiaſtici adnot. ad form. 10. tit. 15. num. 2. pag.* 178.

*Judex Delegatus Papæ procedit contra impedientes ſuam juriſdictionem ubicumque fuerint abſque requiſitione, ibi num. 5.*

*Judex laicus an poſſit cognoſcere de viribus ſententiæ Judicis Eccleſiaſtici, qui Clericum delinquentem degradavit adnot. ad form. 11. tit. 15. num. 12. & 13. pag.* 182.

*Judex qui ex privata ſcientia ſcit reum eſſe, innocentem non poteſt illum ad mortem damnare, licet ex Proceſſu plenè conſtet eſſe innocentem, ibi num. 14.*

*Judex laicus ſine venia Epiſcopi non debet accedere ad collocutoria Monialium ad interponendum Decretum in contractu Educandæ adnot. ad form. 15. tit. 15. num. 17. pag.* 191.

*Judex in omni delicto hodie poteſt procedere per inquiſitionem adnot. ad form. 4. tit. 15. n. 21. p. 168.*

### Juramentum.

*Juramentum an poſſit deferri viſitatis adnot. ad for. 10. tit. 16. num. 3. pag.* 252.

### Juſpatronatus, Patronus.

*Juſpatronatus non acquiritur per ſolam Eccleſiæ conſtructionem, ſeù dotationem, ſed requiritur conſenſus Epiſcopi adnot. ad form. 1. tit. 15. n. 2. pag. 143.*

*Conſenſus Epiſcopi in acquiſitione juriſpatronatus poſt lapſum longi temporis accedente obſervantiâ præſumitur interceſſiſſe, ibi.*

*Juſpatronatus acquiritur per Eccleſiæ reedificationem vel fundi præſtationem, non autem per reſtaurationem, vel dotis augumentum, ibi num. 3.*

*Juſpatronatus probatur per multiplicatas præſentationes effectum ſortitas, quando non agitur de perſonis in quibus cadit præſumptio uſurpationis, ibi n. 4.*

*Uſurpationis præſumptio cadit in Domino feudi, licet habeat plures condominos, & in perſona potenti, ibi num. 5.*

*Juriſpatronatus Beneficium non acquirit libertatem per non uſum, & ideò Patronus poteſt præſentare non obſtante negligentiâ anteceſſorum, ibi num. 6.*

*Juriſpatronatus Beneficium ut acquirat libertatem exigitur, quod fuerit ſcienter collatum tanquam liberum & quod interceſſerit curſus 40. annorum, ibi.*

*Juriſpatronatus derogatoriæ potius præſervant, quam tollunt juſpatronatus, ibi.*

*Patronus tenetur in ſubſidium Eccleſiam juriſpatronatus reficere ibid. num. 9.*

*Patronus poteſt petere alimenta ab Eccleſia juriſpatronatus, dummodò Eccleſia ſit dives, & ipſe aliunde non habeat, & ſit ex deſcendentia fundatoris, ibi.*

*Patronus habens probabilem ignorantiam qualitatum fundationis, non privatur jure ſuo ſi non præſentet idoneum, ibi n. 18.*

## L

### Laici.

*Laici retinere non poſſunt in Presbyterio Sedilia adnot. ad Edict. de expoſit. Sacram. n. 3. pag. 36.*

*Laicis non eſt deferendum Evangelium ad oſculandum, neque permittenda eorum aſſiſtentia in presbyterio, ibi num. 4. 5. & 6.*

*Laici non poſſunt retinere Baldacchinum in Eccleſia, ibi d. num. 6.*

*Laicorum Magiſtratus ſedere debet extra Presbyterium adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 4. pag.* 41.

*Et non poteſt retinere ſtratum in Sedili, ibi num. 5.*

*Laico Preſidi Provinciæ debetur thurificatio duplici ductu, ibi.*

*Et de oſculo Evangelii, oſculo pacis, & præeminentiis Magiſtratus, vide ibi, ubi allegantur Decreta.*

*Et de aſſociatione Epiſcopi, manuum lotione facienda per Magiſtratum laicum, vide ibi num. 6. & 12. pag.* 43.

*Laicus Gubernator Prælatus quo honore ſit recipiendus in Eccleſia. & quo loco ſedere debeat, ibi d. n. 6.*

*Laicus Magiſtratus an poſſit cogi accedere ad lotionem manuũ Epiſcopi ſollemniter celebrantis, ibi n. 8. 9. 10. & 12.*

*Laici non debent in Eccleſia Sedem æqualem habere cum Eccleſiaſticis: & Eccleſiaſtici non debent pro aliis minimis illos exturbare, ibi num. 11.*

*Præ-*

*Prælato Præſidi Provinciæ qualis honor, & locus debeatur in functionibus Eccleſiaſticis concurrente Epiſcopo, vide ibi dict. num. 12. ubi Decreta referuntur.*
*Laici abſente Magiſtratu, quomodo ſint invitandi ad lotionem manuum celebrantis, ibi ad 8.*
*Laici non debent nudis manibus, nec alio modo tangere reliquias Sanctorum, ibi num. 26.*
*Laici ſunt incapaces exigendi Decimas adnot. ad form. 1. tit. 14. num. 12. pag.* 116.
*Non obſtante conſuetudine, vel quod habuerint titulum à Principe laico, ibi.*
*Neque ſuffragante, quod Inveſtituram habuerint à Principe, ibi num. 13.*
*Laicus non poteſt eſſe Compromiſſarius in juribus ſpiritualibus adnot. ad form. 4. tit. 14. n. 12. pag.* 126.
*Laici impedientes publicationem Indulgentiarum, & illam non concedentes ſine ſolutione pecuniæ ſunt denunciandi ad Sedem Apoſtolicam adnot. ad form. 6, tit. 16. num. 8. pag.* 244.
*Laicus poteſt in Epiſcopum poſtulari adnot. ad form. 1. tit. 15, num. 24. pag.* 147.
*Laicus non poteſt præſentari ad Beneficium, ibi num. 12.*
*Neque admitti debet ad concurſum Parochialium, ibi num. 14.*

## Laudemium.

*Laudemium ſolvi debet ab Emptore juxtà conſuetudinem adnot. ad form. 3. tit. 14. num. 4. pag.* 123.
*Laudemium debetur quando res Emphyteutica tranſit in extraneum vigore contractus etiam cum pacto redimendi, ibi.*

## Legatum.

*Legatum Miſſarum cenſetur perpetuum quoties voluntas Teſtatoris non obſtet, etiamſi hæres reperiatur gravatus cum dictione* meus, ipſe infraſcriptus &c. *adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 44. pag.* 53.
*Legatum relictum Puellis Orphanis poteſt diſtribui carentibus tantum Patre adnot. ad formul. 7. tit. 13. num. 3. pag.* 104. & 105.
*Legatum relictum Orphanis non debetur illis, qui carent Patre tantum, quando concurrunt orbati utroque Parente, ibi.*
*Legatum relictum pauperibus Viduis, poteſt diſtribui, habentibus Viros inutiles, quoties non concurrant veræ Viduæ, ibi.*
*Legatum relictum pro utenſiliis Eccleſiæ Capuccinorum debet inveſtiri pro adimplemento voluntatis Teſtatoris adnot. ad form. 1. tit. 14. num. 17. pag.* 117.
*Legatum relictum Virgini ad effectum nubendi, debetur ſi fiat Monialis, ibi num. 18. ubi datur limitatio.*
*Legatum relictum pro conſtructione Eccleſiæ ſive Cappellæ, ſi res legata eſt fructifera debetur unà cum fructibus, ibi num. 19.*
*Legatum relictum ad uſum illicitum, non cedit lucro hæredis, ſed ad aliud opus licitum applicatur, ibi.*
*Legatum alimentorum præſtandum in Domo Teſtatoris, debetur legatario ſi fiat Religioſus, ibi num. 20.*
*Legatum factum perſonæ Eccleſiaſticæ dicitur pium, ibi num. 21.*
*Legata pia non tenetur hæres ſolvere in foro conſcientiæ ultra vires hæreditarias, quamvis Inventarium non confecerit, ibi num. 22.*
*Legatum relictum Uxori, quamdiu Viduitatem ſervaverit, debetur ſi ingrediatur Religionem, ibi num. 23.*
*Legatum relictum Juvenibus,* dantibus operam ſtudiis legalibus, *debetur Clerico, ſive laico danti operam ſtudio Canonum adnot. ad formul. 1. tit. 14. num. 24. pag.* 118.
*Legatum relictum pro erudiendo Juvene bonis artibus, & ſtudiis dicitur pium, & debetur etiam Diviti, ibi.*

## Lex.

*Lex nova ubi non determinat, ſpecificatum à lege veteri adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 58. pag.* 15.
*Ejus eſt legem interpretare, cujus eſt condere adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 37. pag.* 52.
*Lex quantumvis generalis, ſemper reſtringitur ad perſonas habiles adnot. ad form. 5. tit. 13. n. 8. pag.* 91 *& num. 13. pag.* 145.
*Lex quando eſt clara non admittit obſervantiam interpretativam contrariam adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 36. pag.* 51.
*Lex Papæ non admittit non uſum, ibi, & adnot. ad form. 4. tit. 15. num. 2. pag.* 163.
*Lex, ſi manet ratio, contrariam conſuetudinem vincit adnot. ad form. 7. tit. 15. num. 6. pag.* 172.
*Decreta Sac. Congr. Concilii habent vim legis, & obligant in utroque foro adnot. ad form. 2. tit. 16. n. 18. pag.* 219.
*Lex generalis non comprehendit caſum privilegiatum, & ſpecialem adnot. ad form. 4. tit. 13. num. 41. pag.* 87.
*Legis correctio ſemper eſt vitanda adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 38. pag.* 52.
*Lex Divina data eſt hominibus cum uſu rationis adnot. ad form. 3. tit. 16. num. 10. & 11. pag.* 227.
*Ob legem Chriſti ingnoratam nemo damnatur, ibi.*
*Lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda adnot. ad Decret. Subcollect. Spol. num. 2. pag.* 67.
*Legis ratio ubi militat, ibi militare debet legis diſpoſitio, ibi.*
*Lex reſpiciens plura determinabilia, æqualiter ea determinare debet, ibi.*
*Legis tranſgreſſio quo clarior, eo pejor adnot. ad form. 2, tit. 13. num. 35. pag.* 51.
*Legis finis, & ratio ubi non militat, nec legis diſpoſitio militare debet adnot. ad form. 4. tit. 15. num. 12. pag.* 165.
*Legis auxilium fruſtra invocat, qui committit in legem, ibi num. 7.*

## Licentia.

*Licentia inveſtiendi pecunias locorum piorum, debet expediri gratis adnot. ad form. 6. tit. 14. num. 1. pag.* 130.
*Licentiæ extrahendi reum à loco immuni form. 14. tit. 15. pag.* 186.
*Licentia Epiſcopi pro erigendis Confraternitatibus in ſolo Eccleſiæ Lateranen. debet eſſe expreſſa adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 85. pag.* 21.
*Licentia erigendi Confraternitates in ſolo Eccleſiæ Lateranen.*

*ranen.non poteſt dari à Vicario Generali , neque à Vicario Capituli , ibi .*

*Licentia requiſita à Concilio Trid. in renunciationibus Monialium , non poteſt dari à Vicario Monialium adnot. ad form.* 10. *tit.* 16. *num.* 20. *pag.* 257.

*Licentia ingreſſus in Clauſuram Monialium, nemo concedit ſine approbatione Epiſcopi , non obſtante conſuetudine ſive privilegio adnot. ad form.* 15. *tit.* 15. *num.* 14. *pag.* 191.

*Licentia egreſſus à Clauſura non conceditur Monialibus ab Ordinario, niſi in caſibus contentis in Bulla Pii V. ibi num.* 15.

*Licentia Sacerdoti celebrandi bis eadem die , non conceditur ab Epiſcopo , niſi ex magna neceſſitate adnot. ad form.* 3. *tit.* 15. *num.* 15. *pag.* 160.

*Licentia deferendi arma Clericis conceſſa, ſolutâ pecuniâ eſt iniurioſa Sac. Canonibus adnot. ad form.* 10. *tit.* 16. *num.* 19. *pag.* 257.

*Licentia quærendi eleemoſynas , quibus conditionibus detur adnot. ad form.* 5. *tit.* 16. *num.* 8. *pag.* 237.

Litteræ Subſidiales.

*Litteræ Subſidiales , quando adhibeantur adnot. ad formul.* 10. *tit.* 15. *num.* 1. *pag.* 178.

*Epiſcopus in ſua Diœceſi utitur familia armata Judicis laici abſque Ortatoriis , ibi num.* 2.

*Archiepiſcopus in Diœceſibus Suffraganeorum uti debet Ortatoriis præterquam in cauſis appellationum , ibi num.* 3. & 4.

Ludus.

*Ludi ex quibus oriuntur crimina,non fiunt liciti per conſuetudinem adnot.ad form.*10.*tit.*16.*n.*18.*pag.* 257.

M

*Magiſtratus. Vide in Verbo* Laici.

*Maria Virgo. Vide, Miſericordia. Feſti dies.*

Martyrium.

*Martyrium ſine effuſione ſanguinis eſt triplex adnot. ad form.* 2. *tit.* 16. *num.* 35. *pag.* 223.

Martyrologium.

*Deſcriptio Sanctorum facta in Martyrologio , præſtat cultum adnot. ad form.* 1. *tit.* 13. *num.* 2. *pag.* 5.

*Sancti , qui non fuerunt ſolemniter canonizzati , non deſcribuntur hodie in Martyrologio,niſi Papa diſpenſet , ibi .*

Mater.

*Mater ſi habet in bonis, tenetur in ſubſidium loco Patris reficere expenſas pro filio expoſito adnot. ad form.* 7. *tit* 13. *num.* 14. *pag.* 106.

*Mater tenetur lactare filium uſque ad triennium , ibi .*

*Mater pauper , quæ laboribus ſibi victum quærit non tenetur propriis expenſis filium lactare,ſed Patris,ibi.*

*Mater pauper non poteſt ſe eximere ab onere lactandi ſi Pater eſt paratus alimenta præſtare , ibi .*

Matrimonium.

*Matrimonii clandeſtini tres ſunt ſpecies adnot.ad form.* 3. *tit.* 16. *num.* 27. *pag.* 221.

*Matrimonium contrahens omiſſis denunciationibus culpabiliter incurrit pœnas clandeſtinitatis , ibi .*

*Matrimonium contractum non adhibitis denunciationibus abſque diſpenſatione , nullam habet præſumptionem validitatis , indubio contra illud eſt pronunciandum , ibi num.* 28.

*Matrimonia clandeſtina ſecundæ ſpeciei contrahentes poſſunt ab Epiſcopo puniri , ibi num.* 29.

*Matrimonii impedimenta nonnulla referunt, ibi nu.*30.

*Poligamus non poteſt contrahere cum ſecunda ſine diſpenſatione etiamſi prima Uxor deceſſerit , & ipſe pœnam triremium expleverit , ibi .*

*Qui obtinuit diſpenſationem ſuper gradu prohibito ,& contraxit, vel ſponſam cognovit ante præſentationem indiget nova diſpenſatione , ibi .*

*Qui contraxit ſponſalia cum muliere inhoneſta , non poteſt impediri à conſaguineis nè contrahat matrimonium , ibi .*

*Denunciatio impedimenti affinitatis ortum ex fornicatione , non retardat matrimonium , niſi concludenter probetur , ibi .*

*Qui contrahit cum licentia Epiſcopi matrimonium temporibus ab Eccleſia prohibitis, poteſt traducere Sponſam ad Domum abſque alia licentia , ibi .*

*Non confirmatus non contrahit impedimentum ad effectum contrahendi matrimonium cum ſuſcepto in Sacramentum confirmationis , ibi .*

*Matrimonium an contrahi poſſit ſine diſpenſatione à Titio cum Berta quæ fuit Matrina filiæ Titii ſuſcepta ex primo matrimonio in Sacramento confirmationis collato ab Epiſcopo per errorem cum oleo infirmorum ibi num.* 31.

*Matrimonium contrahens cum Berta , ſi ante conſumationem declaretur nullum ob metum poterit ducere in Uxorem ſororem ejuſdem Bertæ quia nullum adeſt impedimentum , ibi num.* 32.

*Secus ſi matrimonium eſſet declaratum nullum ex alia cauſa ibi , & adducitur ratio diſparitatis .*

*Qui obtinuit diſpenſationem ſuper impedimento conſaguinitatis falsò narrata paupertate eſt valide diſpenſatus , ibi num.* 33.

*Diſpenſatio ob anguſtiam loci eſt exequenda etiamſi teſtes deponant homines loci eſſe omnes pares , ibi .*

*Matrimonium contractum coram Parocho non Sacerdote eſt validum , ibi num.* 34.

*Matrimonium contractum coram Parocho cujus proviſio nulla prætenditur ex defectu Examinatorum Synodalium eſt validum , ibi .*

*Matrimonium contractum coram Presbytero non Parocho, ſed coram eo,qui de conſuetudine reputatur talis non eſt validum , ibi .*

*Matrimonium contractum coram Vicario Gunerali , vel alio Presbytero habente ab eodem facultatem validum eſt , ibi .*

*Matrimonium contractum ab Educanda coram Parocho intra cujus limites ſitum eſt Monaſterium eſt validum , ibi .*

*Matrimonium contrahi poteſt per Procuratorem tam*

*Maſculum, quam Fœminam, ibi.*

*Matrimonium tanquam Sacramentum confert gratiam, ut vir cognoſcat Vxorem magis gratia ſobolis, quam libidinis adnot. ad Decretum Communion. quotidian. num. 5. pag.* 27.

*Matrimonium carnale, & ſpirituale pari paſſu ambulant adnot. ad form. 1. tit. 14. num. 18. pag.* 118.

### Melioramenta

*Melioramenta facta in re Emphyteutica Eccleſiæ poſſunt repeti, imò, & hypothecari adnot. ad form. 2. tit. 14. num. 9. pag.* 121.

*Dummodò non adſit pactum reverſionis, ibi.*

### Merces, Salarium.

*Reviſores adminiſtrationum, Exactores locorum piorum ab Epiſcopo deputati poſſunt exigere mercedem, non obſtante Taxâ Innocentianâ, dummodò non ſint Officiales Epiſcopi adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 47. pag.* 56.

### Metus.

*Metus pluribus modis incutitur adnot. ad form. 5. tit. 13. num. 4. pag.* 90.

### Miraculum.

*Miracula Sanctorum debent approbari ab Epiſcopo Diœceſano etiam in loco exempto adnot. ad for. 1. tit. 13. num. 23. pag.* 7.

*Donum miraculorum conceſſit Chriſtus ſuæ Eccleſiæ ibi num. 24.*

*Miracula ſunt diverſæ ſpeciei, ibi num. 25. & ſeqq.*

*Mira Demonum quæ dicantur, ibi num. 29.*

*Miracula vera à falſis, quomodò dignoſcantur, ibi n. 30.*

*Miracula perpetua quæ perſeverant in Eccleſia celebriora enumerantur, ibi à num. 31. ad 37.*

*Miraculum probat unicus teſtis fide dignus adnot. ad form. 2. tit. 15. num. 16. pag.* 155.

### Miſericordia.

*Miſericordia Domini plena eſt terra, & in quo verificetur, oſtenditur adnot. ad form. 4. tit. 16. n. 11. p. 235.*

*Miſericordiam Dei non inveniet, qui non facit cum proximo miſericordiam adnot. ad form. 5. tit. 16. num. 11. pag. 238.*

*Miſericordiam B. M. V. ejuſque clementia enarratur, & glorificatur in pluribus adnot. ad form. 6. tit. 13. num. 19. pag.* 101.

### Miſſa.

*Quid ſit miſſa in ſenſu myſtico adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 43. pag.* 10.

*Quid ſit ſervandum ex parte celebrantis, & quid ex parte audientium, ibi num. 44.*

*Quinam ſint, qui præcepto de audienda miſſa diebus Feſtis non ſatisfaciant, ibi.*

*Quæ ſint removenda, & quæ ſervanda, ut miſſa religioſè audiatur, ibi num. 45.*

*Regulares admittentes indecentia in celebratione miſſarum poſſunt ab Epiſcopo coerceri, ibi.*

*Audientes miſſam diebus feſtis in Oratorio privato Epiſcopi, ſatisfaciunt præcepto Eccleſiæ adnot. ad decret. commun. quotidian. num. 2. pag. 26. & adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 39. pag. 52.*

*Celebrantes miſſam in Eccleſia ubi exponitur Sacramentum Euchariſtiæ tenentur orationem dicere de ſacramento adnot. ad Edict. expoſit. Sacram. n. 1. p. 36.*

*Quid autem ſit ſervandum in Collegiatis vide, ibi.*

*Miſſæ defunctorum non poſſunt celebrari in feſtis duplicibus non obſtante Teſtatorum voluntate adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 20. pag.* 46.

*Miſſa debet concordare cum officio, ibi, & num. 28.*

*Miſſa in Eccleſiis Regularium à Sacerdote ſæculari poteſt celebrari ſecundum eorum feſtivitates, ibi n. 29.*

*Miſſa in Oratoriis privatis quando, & quomodo ſit celebranda, ibi num. 31. & affertur Decretum generale pag.* 50.

*Præcepto de audienda miſſa diebus feſtis non ſatisfacit, qui illam audit in Oratorio privato habentis Indultum, ibi num. 32. & ſeqq. uſque ad num 38.*

*Miſſam audiens in die feſto in Cappella Cardinalis ſatisfacit præcepto, ibi num. 40.*

*Miſſa non debet à Presbyteris celebrari ſine clericali tonſura ſive corona, ibi num. 43.*

*Miſſarum celebratio probatur juramento celebrantis ibid. num. 46.*

*Qui miſſas celebratas in libro ad hoc parato non notavit poteſt mulctari, ibi.*

*Anniverſarium quindecim miſſarum intelligitur de miſſis privatis, ibi num. 57.*

*Miſſæ de una ad aliam Eccleſiam transferri non poſſunt ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, ibi num. 58.*

*Miſſæ ex cauſa rationabili transferuntur per modum proviſionis auctoritate Epiſcopi, ibi.*

*Miſſæ non poſſunt cum ſola auctoritate Nuncii Apoſtolici à loco à Teſtatore praſcripto, ad alium transferri ibi num. 59.*

*Miſſæ ubi Teſtator locum non deſignavit, celebrandæ ſunt in Eccleſiis electis ab hærede, non autem in Eccleſia ubi Teſtator reperitur tumulatus, ibi.*

*Miſſæ celebrandæ ſunt in loco tempore, & diebus à Teſtatore expreſſis, ibi num. 60.*

*Quid ſi Eccleſia, vel Collegium transferatur, ibi n. 61. & 62.*

*Miſſæ ſi ſint reducendæ eleemoſyna ſemper taxatur ad manualem, ibi num. 63.*

*Fructus qui proveniunt ex auditione Miſſæ quot ſint adnot ad form. 6. tit. 13. num. 3. pag. 98. & 99.*

*Miſſis inſervire laudabile, ibi num. 1.*

*Miniſter Miſſæ gerit perſonam Eccleſiæ, ibi num. 2.*

*Miniſtri inhabiles, & viles in ſerviendi Miſſis arcendi ſunt, ibi.*

*Exempla Sanctorum, qui in Sacrificio Miſſæ occupapati fuere, ibi num. 4.*

*Bis Miſſam celebrans eodem die graviter peccat, & punitur adnot. ad form. 3. tit. 15. num. 13. p. 159.*

*Bis Miſſam celebrans mittitur ad ergaſtulum, ibi, & rejicitur Amen num. 14. & 15.*

*Miſſa non poteſt bis celebrari ab uno Sacerdote in noctâ Nativitatis Domini, ibi num. 16.*

*Neque*

*Neque una in die Sabbati Sancti, ibi num. 17.*
*Miſſa non eſt celebranda, niſi recitato matutino cum laudibus adnot. ad form. 1. tit. 16. n. 5. & 6. p. 209.*
*Miſſam celebrans indignè quas pœnas ſubeat ſpirituales, ibi num. 11. pag. 211.*
*Miſſam celebrans currentem ad Altare privilegiatum pro defunctis, conſequitur indulgentiam, quamvis non cèlebret Miſſam defunctorum adnot. ad form. 6. tit. 16. num. 5. pag. 242. limita, ut ibi n. ſeqq.*
*Miſſas celebrare Rector, ſeù Beneficiatus non tenetur ſi Dos aſſignata evadat infructifera ſine ejus culpa adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 56. pag. 59.*
*Miſſa Conventualis in Collegiatis Eccleſiis celebratur pro defunctis benefactoribus, & eſt pars Officii adnot. ad form. 2. tit. 16. num. 20. pag. 219.*
*Miſſarum onera acceptata vigore contractus, ſi diminuantur rèdditus, Miſſæ non reducuntur à Sac. Congregatione, ſed à Judice reductione contractus ad viam juris adnotat. ad form. 10. tit. 16. num. 17. pag. 257.*
*Miſſæ defunctorum, quibus diebus celebrari non poſſint ad Altare privilegiatum adnot. ad form. 6. tit. 16. num. 6. pag. 243.*

## Moniales, receptio Monialium.

*Moniales non debent tangere Reliquias Sanctorum adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 27. pag. 48.*
*Moniales diebus baccanalium, nec unquam uti debent habitu virili adnot. ad form. 15. tit. 15. n. 4. p. 189.*
*Moniales etiam Regularibus ſubjectæ confiteri non poſſunt Confeſſario ab Epiſcopo non approbato, non obſtante quacumque conſuetudine, ibi num. 6.*
*Non poſſunt confiteri nec Generali Ordinis cui ſubjacent ſine præcedenti Epiſcopi approbatione, ibi.*
*Moniali graviter infirmæ ſi petat, non eſt denegandus Confeſſarius extraordinarius, ibi num. 9.*
*Moniales, non debent uti feneſtrella communionis ad loquendum cum exteris, ibi num. 11.*
*Moniales non debent alloqui cum Hæbreis, ibi num. 12.*
*Monialium clauſuram cuſtodit Epiſcopus privativè quo ad omnes non obſtante privilegio contraria conſuetudine, ibi num. 14.*
*Pœnæ violantium clauſuram, ibi.*
*Moniales occaſione conſecrationis, non poſſunt admittere nec Magiſtrum Cæremoniarum, nec Conſaguineos intra clauſuram, ibi.*
*Moniales non poſſunt egredi clauſuram in aliis caſibus quantumvis gravibus, præter contentis in Bulla Pii V. ibi num. 15. ubi quid veniat nomine epidemiæ.*
*Prohibitio alloquendi Moniales, comprahendit etiam Abbatiſſam, ibi num. 17.*
*Monialium clauſura poteſt ab Epiſcopo viſitari remota quacumque ſuperiorum Regularium negligentia, ibi num. 21.*
*Monialium renunciatio debet fieri coram Vicario Generali, non autem coram Vicario foraneo, aut deputato pro regimine Monialium adnot. ad form. 10. tit. 16. num. 20. pag. 252.*
*Monialis Novitia ante profeſſionem poteſt condere Teſtamentum abſque licentia Ordinarii, ibi.*
*Monialis Novitia ſive vir Novitius, ſi completo anno probationis ſtatim non profiteatur, ſed profeſſio prorogetur poteſt ante emiſſionem profeſſionis renunciationem validè facere, ibi.*
*Officium Abbatiſſæ expirat expleto triennio adnot. ad form. 5. num. 3. tit. 13. pag. 90. Decreto 1.*
*Monialis quæ non habet 25. annum completum non admittitur ad Conſecrationem, ibi dec. 2.*
*Moniales Ordinum Mendicantium non conſecratur, ibi dec. 2.*
*Tertia Soror Monialis caret voce, ibi dec. 3.*
*In eodem Monaſterio pluſquam duæ Sorores non admittuntur pro educatione, ibi d. dec. 3.*
*Monialium acceptatio intra numerum pertinet ad Capitulum Monialium, ibi Decr. 4.*
*Moniales ſupra numerum non admittuntur ſine licentia Sac. Congreg. ibi Decr. 5.*
*Converſæ ſupranumerariæ ſoluunt Dotem duplicatam ibi Decr. 6.*
*Moniales debent cibum ſumere omnes in Refectorio ad menſam communem adnot. ad form. 10. tit. 16. num. 20. in fin. pag. 258.*
*Puellæ antequam admittantur ad habitum Religionis inter Moniales debent experiri adnot. ad form. 5. tit. 13. num. 1. pag. 89.*
*Defectus morales, & naturales qui ſint, & quando dicantur notabiles ut Puella recipi non debeat, ibi n. 2.*
*In receptione Puellarum, & guberuio Monialium quid ſit ſervandum juxtà Decreta Sac. Congreg. ibi n. 3.*
*Metus puellis, ut efficiantur Moniales dupliciter incutitur, ibi num. 4.*
*Puella quæ vult effici Monialis propter humanos reſpectus debet in ſæculo remanere, ibi num. 5.*
*Moniales ſunt in ſtatu perfectionis acquirendæ, ibi n. 6.*
*Moniales emittentes profeſſionem cum intentione ſervandi ea quæ promittunt, conſequuntur remiſſionem omnium peccatorum, ibi.*
*Monialis, qui profeſſionem emittit cum intentione non obſervandi ea quæ promittit peccat mortaliter, ibi.*
*Monialis, quæ vult vivere ſecundum malam corruptelam Monaſterii eſt in periculo Animá perdere, ibi n. 7.*
*Epiſcopus poteſt præcipere Monialibus, nè recipiant puellas inhabiles, & ineptas, quas nec ipſæ recipere poſſunt num. 8.*
*Converſæ ſunt de numero præfixo Monialium, ibi n. 9.*
*Converſæ antequam admittantur ad habitum, experiuntur in habitu ſæculari, ibi d. num. 9.*
*Converſæ ſi non ſunt aptæ, & non recipiuntur ad habitum non poſſunt in Clauſuram retineri, ibi.*
*Converſæ aptæ poſſunt in numero præfixo recipi ſine Dote, ibi num. 10.*
*Epiſcopus poteſt ſub cenſuris præcipere Monialibus etiam exemptis, & eorum ſuperioribus ne recipiant Puellas ad habitum, nec ad profeſſionem, niſi prius ſit ipſe certioratus, ibi num. 11.*
*Tutius eſt prohibere ſub pœna nullitatis, receptionem ibi num. 12.*
*Non debet certioratus in Monaſteriis exemptis explorationem voluntatis recipiendæ differre ultra 15. dies alias poſſent eo inconſulto admittere, ibi.*
*Defectus explorationis voluntatis Puellæ recipiendæ non annullat profeſſionem, ibi.*
*Profeſſio emiſſa in articulo mortis anno probationis*

expleto valida eſt, & operatur, ut dos aequiratur Monaſterio, ibi num. 13.
Profeſſio emiſſa in articulo mortis anno probationis nō expleto non ſuffragatur, niſi quoad acquiſitionem Indulgentiarum favore profitentis, ibi.
Profeſſio Monialis Ptiſicæ, ſeù Hecticæ in articulo mortis, etiam anno probationis completo non operatur acquiſitionem Dotis ſavore Monaſterii, ibi num. 14.
Monialis translatio non conceditur ſine Indulto Apoſtolico, ibi num. 16.
Monialis de jure communi poterat de uno ad aliud Monaſterium arctioris vitæ fervore mota tranſire, ibi.
Monialis, quæ petit transferri debet examinari, & recognoſci, quo ſpiritu ducatur, ibi num. 17.
Monialis translata, an ſecum transferat ad Monaſterium ad quod, bona quocumque modo quæſita, ibi num. d. 17. & num. 18.
Monialium dos datur pro alimentis, ibi.
Monialium dos, intra numerum poteſt de licentia Ordinarii expendi pro neceſſitatibus Monaſterii, ibi n. 3. in fin.
Puellæ monachandæ poſſunt recipi abſque experimento, ſi Epiſcopo videatur, & Monialibus noti ſint illarum mores, ibi n. 15.

## Monitio.

Monitio facta in Synodo habet vim trium adnot. ad form. 5. tit. 15. num. 3. pag. 169.
Vide in Verbo Citatio.

## Monitorium.

Monitorium pro habendis revelationibus obtentum à Papa, non poteſt ab exequtore mutari, vel alterari in minimo adnot. ad form. 12. tit. 15. n. 2. p. 184.

## Mulier.

Mulieres vanæ, quæ veſtiuntur veſtibus peregrinis habebunt pro Zona funiculum, & pro faſcia pectorali calvitium adnot. ad form. 3. tit. 16. n. 20. pag. 229.

# N

## Negligentia.

Negligentia in Epiſcopo eſt delictum adnot. ad form. 3. tit. 16. num. 9. pag. 227.

## Notarius.

Notarii tenentur etiam nemine requirente revelare legata pia adnot. ad form. 1. tit. 14. n. 16. pag. 117.
Notarii non revelantes contractus, & legata pia peccant mortalitèr, & eorum negligentia, poteſt fieri caſus reſervatus, ibi.
Notarii aſſertio de exhibitione Beneplaciti Apoſtolici, non probat adnot. ad form. 4. tit. 14. n. 21. pag. 127.

## Notorium.

Notorium eſt triplex juris, facti, & præſumptionis, & explicatur adnot. ad form. 11. tit. 15. num. 5. & 6. pag. 180.

# O

## Obedientia.

Obedire Superioribus eſt præceptum Apoſtolorum adnot. ad form. 3. tit. 16. num. 25. pag. 230.

## Oblationes.

Oblationes, quæ fieri ſolent Eccleſiis debent continuari, quia dicuntur factæ Deo, & ideò populus cogitur ad illas præſtandum adnot. ad form. 1. tit. 14. num. 15. pag. 117.

## Officium Divinum.

Officium B. M. V. non recitatur in Choro à Canonicis, qui ſervant Romanum ritum, niſi in illis Eccleſiis, in quibus viget conſuetudo adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 1. pag. 41.
Officia Sanctorum translatorum, quando ſint remittenda adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 21. pag. 46.
Officium Annunciationis B. M. V. quando transfertur habet fixam diem in fer. 2. poſt Dominicam in Albis, ibi num. 22.
Officia, quæ per Indultum extenſionis celebrantur, quo ritu ſint celebranda, ibi num. 23.
Officia Sanctorum ad libitum, quomodo ſint recitanda, ibi num. 24.
Regulares, Congregationes, & Eccleſiæ, quæ habent Indultum recitandi aliquod Officium particulare ſingulis hebdomadibus, vel Menſibus diebus non impeditis aliquo feſto novem lectionum, non poſſunt uti Indulto tempore Adventus, & Vigiliarum, ibid. dict. num. 24. pag. 47. ubi affertur Decretum Sac. Congregat. Rit.
Item Regulares ex ſola communicatione privilegiorum, non poſſunt recitare Officia, & Miſſas conceſſas aliis Religionibus, ibi ad 3.
Officium Sanctor. Confeſſorum ſi non recitetur in die obitus, vel eſt tranſlatum, non poteſt habere ℣. meruit beatas ſcandere Sedes, ibi num. 29. ad 5.
Sacerdos, qui non recitato matutino cum laudibus, celebrat, abſque juſta cauſa, peccat mortaliter adnot. ad form. 1. tit. 16. num. 5. & 6. pag. 210.
Officium Divinum cur dividatur in ſeptem horas, ibi num. 7.
Officium Divinum vocalitèr eſt recitandum, & voce tàm elata, ut recitans ſe ipſum audiat, & quare, ibi num. 9.
Officium Divinum debet recitari cum attentione in loco honeſto, & corporis compoſitione decenti, ibi n. 10.
Officium Sancti in Patronum electi, quò ritu ſit celebrandum adnot. ad form. 10. tit. 16. n. 10. pag. 253.
Officium Sancti electi in Patronum, tunc poteſt recitari, ſi in electione fuerint ſervata requiſita Decreti Sac. Congreg. Rit. ibi.
Conceditur Officium pro unico Patrono, ibi num. 11.

## Oratio.

Oratio debet eſſe continua, & quomodò id facile fiat declaratur

claratur adnot. ad form. 4. tit. 16. n.6. pag. 234.
Oratio, vel eſt communis, vel ſingularis, vocalis, vel mentalis, & explicatur, ibi num. 7.
Quæ ſint petenda à Deo in Oratione explanatur, ibi num. 8.
Dona Spiritus Sancti, quæ ſunt petenda in Oratione, quos effectus producant enarratur, ibi num. 9.
Orationis nomine continetur omne opus exterius pertinens ad cultum Dei, ibi num. 10.
Miſericordiam Dei invenit, qui quærit Deum in Oratione, & jejunio, ibi num. 11.
Orans debet habere fiduciam in Dei miſericordia, & qui fiduciam non habet pœnitentiam ſterilem facit, ibi.
Oratio facta à Miniſtris Eccleſiæ nomine populi fidelis juvat, etiamſi Miniſtri ſint mali, ibi num. 7.

## Oratorium.

Epiſcopi gaudent privilegio Oratorii privati adnot. ad Decret. Commun. quotid. cap. 26. num. 2. & adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 39. pag. 25.
Oratorium privatum Epiſcopi habet privilegium Oratorii publici, ibi.
Oratorii privilegio, gaudent etiam Epiſcopi titulares, ibi.
Oratorii privilegio uti non poſſunt Epiſcopi extra Domum propriæ habitationis, ibi.
Oratorium privatum retinere non poſſunt Regulares in eorum Granciis, ibi num. 3.
Oratorium privatum habere non poteſt, qui gaudet privilegio Cruciatæ, ibi.
Qui gaudent Indulto Oratorii privati, quæ ſervare debeant adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 31. ubi affertur Decretum generale pag. 50.
Indultum Oratorii privati pro audienda Miſſa diebus Feſtis de præcepto non ſuffragatur famulis non neceſſariis, ibi num. 32. & ſeqq.
Oratorium privatum habent Cardinales ad inſtar Epiſcoporum, ibi num. 40.
Oratoria publica, quæ requiſita habere debeant, ibi num. 41.
Oratorii publici erectio præſertim ruri non eſt facilè permittenda, ibi num. 42.
Oratoria publica ruri erecta afferunt plura damna Spiritualia plebi, ibi pag. 52.

## Ordo, Ordinatus

Ordinandi ſi utantur Dimiſſoriis, vel teſtimonialibus ætatis, vel tituli (ad quod ordinari petunt) falſis, ſunt ipſo jure ſuſpenſi, & poſſunt excommunicatione ligari adnot. ad form. 3. tit. 13. num. 2. pag. 71.
Et debent ad Triremes damnari, ibi
Ordinatus quando dicatur furtivè, & per dolum promotus, ibi num. 3.
Ordinatus cum titulo fictitio falſis probationibus incurrit ſuſpenſionem, ibi num. 4.
Qui verò ordinatur cum titulo fiduciario peccat graviter, & poteſt excommunicatione ligari, ibi n. 5.
Qui habet Beneficium, non debet ad titulum Patrimonii ordinari, ibi num. 6.
Qui habet Beneficium non ſufficiens, non debet ordinari niſi utilitas, vel neceſſitas Eccleſiæ id expoſcat, ibi num. 7.
Non poteſt quis ordinari ad titulum Eccleſiæ receptitiæ, ibi num. 8.
Neque ad titulum Cappellaniæ à quâ poteſt removeri ibi num. 9.
Neque ad titulum menſæ Abbatialis Regularis, ibi num. 10.
Neque ad titulum aſſignationis menſæ magni Principis ibi num. 11.
Neque laicus ab Epiſcopo non ſuo, præſentatus ad Beneficium Juriſpatronatus, ibi num. 12.
Neque ordinare poteſt Epiſcopus, Fratrem, vel Nepotem ſuum abſque Dimiſſoriis proprii Ordinarii, prætextu familiaritatis, ibi num. 13.
Neque familiarem triennalem illegitimum, ibi n. 14.
Ordinatus ante adeptam poſſeſſionem Beneficii remanet ſuſpenſus, ibi num. 15.
Sicuti ſi Beneficium quod ordinans confert non ſubdito, non eſt ſufficiens juxta taxam proprii Ordinarii, ibi.
Attentâ Clericorum penuriâ, & Eccleſiæ neceſſitate poteſt Epiſcopus ordinare ad titulum aſſignationis portionis fructuum ſtabilium, ibi num. 16.
Item cum licentia Sac. Congreg. ad titulum Cappellaniæ amovibilis, ibi num. 17.
Ordinatus ad titulum Patrimonii ſub conditione, quod revertatur ad conſtituentem poſtquam acquiſiverit Beneficium, vel alia bona, abſque alia declaratione, titulum non extinguitur donec Epiſcopus bona acquiſita non ſubroget, ibi num. 18.
Ordinatus ad titulum Patrimonii non poteſt illud donare reſervato uſufructu ſine licentia Epiſcopi, ibi num. 19.
Neque in emphyteuſim concedere reſervato canone fructibus corriſpondente, ibi.
Neque ad hæredes tranſmittere, ſi illud habuit tanquam neceſſarium, ibi
Neque uti fidejuſſor Patrimonium obligare, ibi n. 20.
Poteſt tamen Creditor capere in cauſam judicati eam fructuum portionem, quæ ſupereſt, deductis alimentis Clerici, vel vendere jus ſibi competens ad Patrimonium poſt mortem promoti, ibi.
Ordinatus ad titulum Beneficii, ſi mereatur propter delictum illo privari, non ſuffragatur, quod ad hunc titulum fuerit promotus, ibi num. 22.
Ordines ſacri non ſunt conferendi illis, qui habent Beneficium de pertica, Penſionem inexigibilem, vel Patrimonium infructiferum, ibi num. 23.
Ordinatus in ſacris ante legitimàm ætatem eſt ipſo jure ſuſpenſus, etiamſi ſit Regularis, ibi num. 24.
Ordinatus in minoribus ordinibus ſcienter ante legitimam ætatem peccat mortaliter, ibi num. 25.
Ordinatus bona fide cum falſis dimiſſoriis, vel falſis ſcripturis non dicitur delinquere, ibi.
Ordinatus ante legitimam ætatem poteſt abſolvi ab Epiſcopo ſi delictum ſit occultum, ibi num. 26. ſecus in non occulto.
Initiatus ad primam Clericalem Tonſuram ante ſeptennium validè eſt ordinatus, nec indiget diſpenſatione pro ulterioribus ordinibus, ibi num. 27.
Ordinari non poſſunt irregulares, nec cenſuris irretiti ibid. num. 28.

*Etiamſi ſint occulti, & ſolo Epiſcopo noti, ibi n.* 29.
*Item Clerici Concubinarii, ibi num.* 31.
*Item qui voluntariè ſe caſtrari fecerunt, ibi.*
*Item, furioſi, & mentecapti, ibi num.* 32.
*Item energumeni, ibi.*
*Item Bigami, ibi num.* 33.
*Ordinari poteſt abſque diſpenſatione, qui ſemel tantum levi epilepſia affectus per plures annos ſanus permanſit, ibi num.* 36.
*Item ille qui inculpatus de homicidio fuit abſolutus tanquam non repertus culpabilis, ibi num.* 37.
*Item natus ex matrimonio contracto cum impedimento affinitatis cum mala fide Patris, & bona fide Matris ibi.*
*Item Flii, & Nepotes hæreticorum, quorum Patres, & Patruos conſtat emendatos eſſe, ibi.*
*Item deſcendentes ab hæreticis, vel Judeis ultra ſecundum gradum per Paternam lineam, & ultra primam per Maternam, ibi.*
*Regulares qui ad Triremes tranſmiſſi fuerunt, & ibi pœnitentiam egerunt tanquam irregulares ordinari non poſſunt, ibi num.* 39.
*Nec qui nulliter profeſſi ſunt, ſecus ſi nullitatem ignorent, ibi num.* 40.
*Ordinati contra determinatam intentionem Epiſcopi, qui proteſtatus fuit nolle nominatim expreſſos ordinare, an, & quando recipiant caractherem, ibi nu.* 41. *&* 42. *&* 43. *pag.* 76.
*Commorantes in Urbe per quatuor menſes non poſſunt alibi, quam coram Card. Vicario ordinari, ibi n.* 44.
*Subditi ſex Epiſcopatuum prope Urbem in quibus non ſunt Suffraganei ordinari debent coram Card. Vicario, alias remanent ſuſpenſi, ibi.*
*Male ordinati, tam Itali, ultramontani, ſolent pro abſolutione remitti ad Card. Vicarium Urbis ibi.*
*Epiſcopus non poteſt cogere Clericos minorum ordinum ad ſuſcipiendum ſacros, ibi num.* 45.
*Neque debet promiſſiones illos ſuſcipiendi recipere, ibi.*
*Neque ob inobſervantiam promiſſionis illos privare Privilegiis Clericalibus, ibi.*
*Epiſcopus Suffraganeus non cogitur ab Archiepiſcopo ad allegandas cauſas cur nolit ordines alicui conferre, ſed ſolum à Sede Apoſtolica, ibi.*
*Novitii an poſſint ordinari ab Epiſcopo Monaſterii, vel requirantur Dimiſſoriæ Ordinarii loci originis adnot. ad form.* 4. *tit.* 13. *nu.* 4. *pag.* 78.
*Ordines Minores conferendi ſunt per temporum interſtitia, ibi num.* 5. *&* 6.
*Epiſcopus poteſt, ſed non debet omnes minores ordines uni eadem die conferre, & multo minus cum prima Tonſura, ibi num.* 7.
*Regularis non profeſſus non poteſt ad ſacros ordines promoveri ad titulum Religioſæ paupertatis, ibi n.* 10.
*Neque ſi nulliter profeſſus eſt, ibi.*
*Religioſus nulliter profeſsus per ſuſceptionem ſacrorum ordinum non dicitur profeſſionem tacitè ratificare, bi num.* 11.
*Regulares ordinari non poſſunt niſi ab Epiſcopo Diœceſano, & ſi fuerint ad alium dimiſſi, debet ſuperior in litteris Dimiſſoriis teſtari de impedimento, ibi n.* 18.
*Regulares ſuper interſtitiis diſpenſantur ab Epiſcopo teſtimonio Superiorum de neceſſitate Eccleſiæ atteſtantium, ibi num.* 19.
*Quibus de cauſis Epiſcopus in conferendis ordinibus ſuper interſtitiis diſpenſet, ibi num.* 20. *& ſeqq.*
*Regulares commorantes in Monaſterio nullius Diœceſis debent dimitti pro ſuſcipiendis ordinibus ad Epiſcopum viciniorem, ibi num.* 28.
*Regulares ab Ordinario Diœceſano rejecti ab Ordinibus non poſſunt à Superioribus dimitti ad alium Epiſcopum, ſed ad Sac. Congreg. recurrere debent, ibi num.* 29.
*Græci, aliive Albanenſes commorantes in Italia ordinari non poſſunt ſine litteris Dimiſſoriis Epiſcopi latini Diœceſani, ibi num.* 30.
*Si ordinandi ſunt ad Ordines Minores, debent iterum confirmari ſub conditione, ibi.*
*Regulares Societatis Jeſu poſſunt ordinari à quocunque Epiſcopo etiam non ſervatis interſtitiis, ibi n.* 31.
*Nec tenentur ſe ſubjici examini, niſi adſit conſuetudo, ibi num.* 32.
*Hoc privilegio non gaudent alii Regulares, qui participant per communicationem privilegiis Societatis, ibi num.* 33. *&* 37.
*Ordinandi vigore Indulti, extra tempora, quæ interſtitia ſervare illos conveniat, ibi num.* 38. *&* 39. *&* 40.
*PP. Oratorii S. Philippi Urbis, & Neapolis habent Indultum recipiendi Ordines ab Ordinario Domicilii, ibi num.* 4.
*Nuncii Apoſtolici poſſunt ordines conferre illis, qui habent Dimiſſorias proprii Epiſcopi cum clauſula, quod poſſint a quocunque Antiſtite ordinari, ibi num.* 42.
*Qui non docet ſe eſſe confirmatum, poteſt ordinari præſtito eidem juramento Sacramentum hoc recipiſſe, ibi num.* 43.
*Qui ad ordines accedit, ut lucrum inde temporale principaliter recipiat meretur redargui adnot. ad formul.* 1. *tit.* 16. *num.* 4. *pag.* 209.
*Regulares ordinandi, teſtimonium idoneitatis pro habendis Dimiſſoriis ab eorum Superioribus, habere debent, form.* 15. *tit.* 16. *pag.* 262.
*Ordinis collatio probatur per litteras teſtimoniales Collatoris adnot. ad form.* 8. *tit.* 15. *num.* 1. *pag.* 173.
*Item per famam, & communem extimationem, ibi.*
*Item per diuturnam habiti geſtationem, ibi.*
*Vide in verbo* Dimiſſoriæ.

## Ornatus.

*Ornatus corporis, & veſtis peregrina, an ſit damnabilis adnot. ad form.* 3. *tit.* 16. *num.* 20. *pag.* 229.
*Ornatus Templorum ſuperfluus SS. PP. non laudant adnot. ad form.* 5. *tit.* 16. *num.* 4. 5. 6. *&* 7. *pag.* 237.

## Orphani.

*Orphanorum, & Expoſitorum cura Deo acceptiſſima adnot. ad form.* 7. *tit.* 13. *num.* 1. *pag.* 104.
*Orphani propriè dicuntur, qui Patre ſimul, & Matre carent, ibi num.* 3.
*Orphani dicuntur quoque hi, qui Patre tantum carent, ibi.*

*Orphani dicuntur, qui habent Patrem inutilem, ibi.*

## P

### Papa.

*Papa quomodo dicatur habere omnia jura in ſcrinio pectoris adnot. ad form. 4. tit. 14. num. 22. pag.* 127.
*Papæ ſcientia ubi requiritur vera, non ſufficit ficta, ibi.*
*Papa ſolus reſcribit cum clauſula* = Recuſatione, *vel* appellatione remota *adnot. ad form. 2. tit. 15. num. 14. pag.* 154.
*Papæ primatum in Divo Petro probatur ex pluribus adnot. ad form. 3. tit. 16. num. 1. pag.* 225.
*Pontifices Summi nunquam defecerunt in fide, ibi num. 2. 3. 4. & 5.*
*Papa Marcellinus, Liberius, Onorius I. & Joannes XXII. vindicantur, ibi.*
*Papa poteſt cogere ad acceptandum Epiſcopatum, ibi num. 7.*
*Papæ nomen convenit etiam Epiſcopis, ibi num. 8.*
*Papa eſt Epiſcopus totius Orbis adnot. ad form. 10. tit. 16. num. 1. pag.* 252.
*Papa concedens aliis juriſdictionem eamdem, & majorem ſibi reſervat, ibi.*
*Papa concedens facultatem confirmandi ſtatutum, intelligitur de licito, & juſto, ibi num. 25.*
*Papa Clem. XI. laudatur adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 55. pag. 14. & adnot. ad form. 2. tit. 16. n. 19. pag.* 219.
*Papa tenetur ſacrificium pro Ovibus ſuis offerre, ibi num. 21*
*Papa tolerando non approbat, quod Clerici in Sacris conſtituti, exerceant in Urbe officium Procuratoris in foro ſæculari adnot. ad form 1. tit. 16. num. 23. pag.* 213.
*Papa committens ea quæ ſunt juriſdictionis, non delegat adnot. ad form. 7. tit. 16. num. 5. pag.* 247.

### Paramenta.

*Paramentorum Sacrorum in celebratione Miſſæ color, non poteſt à Sacerdotibus abſque culpa gravi variari adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 30. pag.* 49.

### Parochus, Parochi jura, & functiones.

*Parochi jura, & Parochi functiones diſtinguuntur, & quæ ſint adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 46. & 54. pag.* 10. & 14.
*Munus prædicandi in Eccleſia Parochiali eſt proprium Parochi, ibi n. 68. pag. 17. & adnot. ad form. 8. tit. 13. num. 5. pag* 109.
*Privilegium Eccleſiæ Lateranenſis innovatum à Sixto V. præſervat jura Parochorum, ibi n. 80. & 81. p. 19.*
*Parochus facit officium funebre ſuper cadaveribus, quæ ſepeliuntur intra fines Parochiæ, ibi num. 70. & ſeqq. pag.* 17.
*Parochus ſine licentia Epiſcopi non poteſt facere proceſſiones extraordinarias, ibi num. 86. pag.* 21.
*Parochus ille præfici debet, qui gratus eſt populo adnot. ad form. 2. tit. 15 num. 21. pag.* 156.
*Parochus tenetur reſidere continuò adnot. ad form. 2. tit. 16. num. 2. pag.* 216.
*In Domo Parochiali, vel intra fines Parochiæ, ibi n. 2.*
*Parocho non habenti Domum Parochialem quomodò ſit providendum, ibi num. 3. 4. & 5.*
*Parochus tenetur reſidere etiam tempore peſtis, & ſacramenta miniſtrari, ibi num. 7.*
*Parochus reſidentiam non faciens continuam, Epiſcopus non poteſt ad ſequeſtrationem fructuum procedere, niſi eo citato, ibi num. 8.*
*Parochus tenetur Parochianos malè operantes diebus feſtis redarguere, ibi num. 9.*
*Parochi debent populum docere ea, quæ docet Eccleſia, ibi num. 10.*
*Parochus abhorrere debet Authores propoſitionum laxarum, ibi num. 11.*
*Parochus debet adminiſtrare ſacramenta gratis, non obſtante contraria conſuetudine, ibi num. 17.*
*Parochus ſivè habeat Congruam pinguem, ſivè tenuem tenetur ſaltem diebus feſtis de præcepto ſacrificium offerre pro populo, etiam ſi ſit amovibilis, ibi num. 18. 19. 20. & 21.*
*Parochus aſſiſtens voluntariè matrimonio non præmiſſis decunciationibus, eſt deponendus per triennium, ibi num. 29.*
*Parochus aſſiſtens matrimonio contra prohibitionem Epiſcopi poteſt puniri, ibi.*
*Parochus ducere debet oves ſuas per viam arctam, ibi num. 36.*
*Parochi functiones privativæ quæ ſint adnot. ad form. 1. tit. 13. à num. 36. ad pag.* 16. & 17.

### Patrimonium Ordinis.

*Patrimonii titulus non extinguitur, etiamſi ordinatus acquirat alia bona, donec ab Epiſcopo loco Patrimonii ſubrogentur adnot. ad form. 3. tit. 13. num. 18. pag.* 72.
*Patrimonium non poteſt donari cum reſervatione uſufructus ſine licentia Epiſcopi, ibi num. 19.*
*Neque in Ephyteuſim concedi, ibi.*
*Prohibitio Concilii alienandi Patrimonium, extenditur ad fidejuſſionem ordinati, ibi num. 20. & quomodo provideatur creditori, ibi.*
*Patrimonium poteſt conſtitui in Cenſibus, ibi num. 21.*
*Qui habet Penſionem inexigibilem, Patrimonium infructiferum, vel Beneficium de pertica, non dicitur habere titulum validum pro ſuſcipiendis ordinibus, ibi num. 23.*
*Patrimoniũ non poteſt ſine licentia Epiſcopi alienari, etiam ſi ordinatus conſequatur Beneficium adnot. ad form. 5. tit. 14. num. 6. pag.* 129.
*Patronus. Vide Juſpatronatus,* Præſentatio.

### Peccatum.

*Peccatum mortale omnium malorum maximum adnot. ad form. 3. tit. 16. num. 12. pag.* 227.
*Peccatum etiam in hac vita graviter punit Deus, ibi.*
*Peccati Adæ effectus enumerantur, ibi, & n. 24.*
*Peccatum ornatus corporis ſuperflui, ibi.*

*Peccati ornatus ſuperflui pœna , ibi .*

## Penſio , Penſionarius , Penſionis Translatio .

*Penſio, quâ forma transferatur form.7.tit.14.pag.*131.
*Penſio debet transferri coram perſona in Dignitate conſtituta , ibi adnot. num.* 1.
*Penſio Cardinalium transfertur coram ſolo Notario , & teſtibus , ibi num.* 2.
*Penſio transferri non poteſt in non Clericum , niſi adſit major facultas in Indulto , ibi num.* 3.
*Penſio tranſlata in Clericũ malè promotum non ſuſtinetur , ibi .*
*Penſionis tranſlatio poteſt fieri in Clerico majori ſeptennio , ibi .*
*Penſionis tranſlatio non fit in manus mortuas quamvis fieret in perſonam capacem ad illarum commodum , ibi num.* 4.
*Neque ſub conditione , ſi transferens moriatur , ibi .*
*Neque cum pacto erigendi , donec transferens vixerit , ibi .*
*Penſionem transferens patiente tranſlatario , nullo interveniente pacto , poteſt licitè penſionem tranſlatam exigere , ibi .*
*Penſio reſervata auctthoritate Ordinarii transferri non poteſt , ibi num.* 5.
*Penſionis tranſlatio eſt valida , etiamſi non procedatur per viam extinctionis antiquæ , & reſervationis novæ , dummodò conſtet de facultate , & conſenſu , ibi num.* 6.
*Penſionis tranſlatio dicitur valida , ſi fiat cum clauſula* omni meliori modo , *ibi .*
*Penſionem transferens ultrà medietatem , actus vitiatur in exceſſu , ibi num.* 7.
*Per tranſlationem penſionis invalidam , non dicitur conſumpta facultas transferendi , ibi .*
*Penſio poteſt transferri per Procuratorem , dummodò perſonæ ſint certæ , ibi num.* 8.
*Penſio transferri poteſt in filium illegitimum , ibi n.* 9.
*Penſio poteſt reduci , & extingui ſine Beneplacito Apoſtolico , ibi num.* 10.
*Penſio ſemel extincta , non poteſt amplius reviviſcere ſine Beneplacito Apoſtolico , ibi .*
*Penſio data pro recipiendis Ordinibus , vel alio Miniſterio ſpirituali , non poteſt redimi ſine Beneplacito , ibi*
*Qui habet Indultum retinendi penſionem etiamſi nubat , vel in habitu Clericali non incedat, illam perdit ſi tranſeat ad militiam , ibi num.* 11.
*Penſio transferri non poteſt per nutus , & ſigna , ſi perſonæ debent ex lege Indulti nominari , ibi num.* 12.
*Penſionis Tranſlatarius pro terminis decurſis , & non ſolutis poteſt agere contra Succeſſorem in Beneficio , docto de diligentiis factis contra Anteceſſorem , ibi num.* 13.
*Penſionarius non gaudet privilegio fori , niſi incedat in habitu , & tonſura , ibi num.* 14.
*Penſio tranſlata eſt eadem penſio cum reſervata , ibi num.* 15.
*Privilegia exemptionis , & fidejuſſiones penſionis reſervatæ , tranſeunt in Translatarium , ibi .*
*Penſionarius non tenetur contribuere pro eleemoſyna Concionatoris Cathedralis adnot. ad form. 8. tit. 13. num. 3. pag.* 109.

## Pœna .

*Pœna exilii non eſt corporis afflictiva adnot. ad form.* 2. *tit.* 15. *num.* 10. *pag.* 153.
*Pœna exilii , & confiſcationis bonorum æquiparantur , ibi .*
*Pœna exilii eſt pœna canonica , ibi .*
*Pœnas pecuniarias , Epiſcopus ſibi applicare non poteſt adnot. ad form. 3. tit. 15. num. 9. pag.* 158.
*Vide in Verbo* Clericus . *Et in Verbo* . Sacramentum Euchariſtiæ .

## Poſtulatio .

*Vide* Electio .

## Prædicatio , Prædicator .

*Prædicatio non poteſt exerceri niſi jubeat Epiſcopus adnot. ad form. 8. tit. 13. num. 2. pag.* 108.
*Prædicatores eligit Epiſcopus , alii nominant , & præſentant , ibi .*
*Prædicationis munus proprium Epiſcoporum , ibi .*
*Prædicationis munus Epiſcopi exercere debent per ſe ipſos , ibi .*
*Prædicationis munus, cur Epiſcopi hodie non exerceant , ibi .*
*Prædicatorem Epiſcopus eligit in ſua Cathedrali , non obſtante contrario uſu , tenetur tamen eleemoſynam ſolvere , ibi num.* 3.
*Eligit etiamſi reperiatur à juriſdictione ſuſpenſus , & non Vicarius Apoſtolicus , ibi .*
*Prædicator nominatus , ſi renunciet , vel impediatur prædicare , non præjudicat nominare debentibus , quin poſſint alium nominare , & præſentare , ibi num.* 4.
*Prædicatoris præſentatio , debet fieri tempore congruo alias Epiſcopus non tenetur illam admittere , ibi .*
*Ubi adeſt conſuetudo prædicandi in ſola Cathedrali , vel matrice , Epiſcopus non tenetur alium Concionatorem admittere in alia Eccleſia etiam Regularium , ibi num.* 5.
*Prædicandi munus an poſſit committi ab Epiſcopo Clericis minorum ordinum, vide , ibi num.* 6.
*Prædicator oportet quod opere compleat , quod verbo prædicat , ibi num.* 7. *ubi aphoriſmos S. Jo. Chriſoſtomi affertur .*
*Prædicator quid cavere debeat , ibi nu.* 8.
*Prædicationis verbi Dei fructus , ibi num.* 9.
*Predicator non eſt commendandus teſtimonialibus , ſi non benè ſe geſſit , & ſigna irreligioſitatis reliquit . num.* 10. *& quæ ſint hæc ſigna vide , ibi .*
*Prædicator, qui munus ſuum parum laudabiliter adimplevit eſt denunciandus Epiſcopo , ibi d. num.* 9.

## Prælatio .

*Prælatio quæ competit vigore juris congrui eſt nimiæ aſperitatis adnot.2.ad form.2.tit.14.n.10.pag.*121.
*Non cõpetit contra Clericos,nec activè nec paſſivè,ibi.*
*Prælatio in renovatione Emphyteuſis competit de æquitate proximioribus , ibi num.* 11.

Prælatio vigore juris congrui, non competit, quando res vendita fuit conſorti, ibi num. 12.
Nec quando Vicinus extrajudicialiter interpellatus reſpondit nolle emere, non obſtante quod non fuerit ſervata forma Statuti, ibi.
Si tamen Vicino ſunt vigore Statuti denuncianda pacta, & conditiones, quibus res vendenda eſt, tunc non ſufficit interpellatio generalis, ibi num. 13.
Prælatio, quæ competit Cenſuario vigore Bullæ Pii V. in venditione fundi cenſiti, habet locum quando vult pro ſe retinere, ibi 14.
Cenſuarius ſi vult præferri tenetur integrum pretium deponere, ibi.
Cenſuarius non præfertur Inquilino, Vicino, Conſorti, nec aliis jus prælationis habentibus, à Statuto, vel alia Conſtitutione, ibi.

Prælatus.

Prælati Regulares, ideſt Generales Ordin. Provinciales, & Priores Conventuales, tenentur frequenter celebrare pro eorum Subditis adnot. ad form. 2. tit. 16. num. 26. pag. 221.
Prælatus nullius commendat mores ſubditorum, & Epiſcopus vicinior ordines confert, vel illis Dimiſſorias concedit adnot. ad form. 8. tit. 16. n. 3. p. 249.
Prælati Epiſcopo inferiores, qui habent uſum Pontificalium tenentur obſervare Decretum Alex. VII. adnot. ad form. 4. tit. 13. num. 34. pag. 83.
Prælati, & aliæ perſonæ in Dignitate conſtitutæ quæ aſſiſtere debent Degradationi Clericorum, aſſiſtunt tanquam Aſſeſſores, non tanquam Judices adnot. ad form. 11. tit. 15. num. 15. pag. 182.
Prælati Regularium non poſſunt audire confeſſiones Monialium ſub eorum juriſdictione exiſtentium, ſine Epiſcopi approbatione adnot. ad form. 15. tit. 15. num. 6. pag. 190.
Prælati Regulares in concedendis litteris Dimiſſoriis eorum ſubditis, non ſervantes Decretum Clem. VIII. pœnas, ibi contentas ipſo facto incurrunt adnot. ad form. 4. tit. 13. num. 27. pag. 82.

Presbyter.

Presbyteri Congregationis S. Philippi, non poſſunt ab Epiſcopo amoveri ab obſervantia Inſtituti adnot. ad form 2. tit. 13. num. 51. pag. 57.
Presbyteri ejuſdem Inſtituti Congregationis Romanæ & Neapolis, habent Indultum, ut poſſunt ordinari ab Epiſcopo domicilii adnot. ad form. 4. tit. 13. n. 41. pag. 87.

Præſentatio.

Præſentatio ad Beneficium Juriſpatronatus poteſt fieri per Procuratorem adnot. ad form. 1. tit. 15. num. 1. pag. 143.
Procurator conſtitutus ad præſentandum, nec conſtituentem, nec ſe ipſum præſentare valet, ibi.
Amplia in Executore erectionis Beneficii, ibi.
Tempus datum ad præſentandum currit à die ſcientiæ veræ, & non fictæ vacationis, ibi num. 7.
Scientia vacationis in uno ex Patronis, non nocet aliis, ibi.
Præſentatio facta poſt tempus datum ad præſentandum ab uno ex Patronis, qui ignoravit vacationem, ſuſtinetur, ibi.
Præſentatio debet fieri liberè, & abſque ulla conventione alias incurritur Simonia, ibi num. 8.
Præſentatio dicitur fructus Beneficii juriſpatronatus, & ideò hæres uſufructuarius, & non proprietarius præſentat, ibi num. 9.
Præſentandi jus deficientibus maſculis tranſit ad fœminas, ibi num. 10.
Imò, & in Monaſterium ſi Patronus fieret Religioſus, ibi.
Non tamen in illegitimum, quamvis legitimatum, ibi.
Præſentare licèt ſe ipſum Patronus non poſſit, nec per Procuratorem, poteſt nihilominùs præſentationi de ſe factæ ab aliis Patronis conſentire, ibi num. 11.
Vel etiam per viam deprecationis procedere.
Præſentatio quando competit vigore turni non dicitur conſumpta, ſi prima effectum non habuit, ibi n. 12.
Patroni laici poſſunt plures præſentare cumulativè, non tamen Patroni Eccleſiaſtici, ibi, ubi redditur ratio.
Præſentatio debet fieri de Clerico idoneo, ibi n. 13.
Clericus Conjugatus non poteſt præſentari, ibi.
Clericus illegitimus non poteſt præſentari ad Beneficium juriſpatronatus Patris Presbyteri, ibi.
Neque Clerici Minores 14. annis, ibi.
Neque non idonei, ibi.
Præſentatio ad præbendam Canonicalem Cathedralis fieri non poteſt de Clerico 14. annorum, ibi num. 14.
Præſentatio facienda de Clerico parentelæ, ſi fiat de extraneo nulla eſt, ibi.
Si præſentandus debet eſſe Civis, præſentari poterit Civis, ex privilegio, ibi num. 16.
Præſentandus; an, & quando debeat eſſe actu Sacerdos, ibi num. 17. & 18.
Preſentatio fieri poteſt de Clerico Beneficiato, ibi n. 19.
At ſi primum Beneficium eſſet ſufficiens ad ſuſtentationem, & præſentatus etiam ſecundum retineret abſque diſpenſatione, vacaret utrunque, ibi.
Præſentatus ad Beneficium Parochiale debet eſſe idoneus ad confeſſiones audiendas, & neceſſariò requiritur, quod approbatio hujuſmodi fuerit obtenta à ſuo Ordinario, ibi num. 20.
Præſentatus ad Parochialem, & ad illam approbatus, ſi eſt ſimplex Clericus, non poteſt reprobari ad ordines Sacros, ibi num. 21.
Præſentatus ad præbendam theologalem, ſi non eſt idoneus ad Sac. Scripturam exponendam non eſt inſtituendus, ibi.
Si autem ſpes fulgeat acquirendæ idoneitatis, non eſt repellendus.
Præſentatio eſt facienda de Clerico præſente, abſens enim non poteſt præſentari, niſi ſit notus Ordinario, ibi num. 22. & 23.
Præſentatus ſi ſit abſens debet præſentationem acceptare infra tempus datum ad præſentandum, quando Ordinarius illam non rejecit, ibi.
Præſentatio in quo differat ab electione, & Poſtulatione oſtenditur, ibi num. 24.
Præſentati inſtitutio reſervari non poteſt inferiori Epiſcopo, ibi d. num. 24. in fin.
Præſentatus ad Beneficium Parochiale habet jus ad Congruam

gruam alimentariam alia jura expreſſa, ibi num. 31.

Privilegium.

Privilegium ſuperveniens, non præjudicat pacto antea cum tertio convento adnot. ad form. 1. tit. 13. n. 50. pag. 12.
Privilegium ſoli Lateranenſis, non competit Eccleſiis aliiſque locis poſt Six. V. Indultum acquiſiſtis, ibi n. 82. pag. 20.

Procurator.

Procurator in criminalibus admittitur ad defenſam reo abſente, ubi non agitur de imponenda pœna corporis afflictiva adnot. ad form. 2. tit. 15. num. 10. pag. 153.
Procurator non cenſetur conſtitutus ad delinquendum, nec ad illicita, nec ad obligandum conſtituentem ad pœnam adnot. ad form. 4. tit. 14. num 3. pag. 125.

Profeſſio. Vide. Moniales.
Puella. Vide. Moniales.

Q

Quarta.

Quarta debetur Epiſcopo de relictis piis, quarta de Decimis, & quarta mortuariorum adnot. ad form. 1. tit. 14. num. 14. pag. 117.
Quarta funeralis debet ſolvi à Regularibus, qui non ſunt ſpecialiter ab ea exempti, ſed ſolum per privilegiorum communicationem, ibi.
Pro exactione Quartæ funeralis, non gravatur hæres, ſed lis agitur inter Parochum, & Eccleſiam tumulantē, ibi.
Quarta funeralium ſolvitur juxtà conſuetudinem locorum, ibi.

Quindennium.

Quindennium ſolvitur propter amortizzationem, & quę dicatur amortizzatio adnot. ad form. 2. tit. 14. num 15. pag. 122.
Quindennium pro unione Beneficiarum quid vide, ibi.

R

Regulares, Religioſi.

Regulares in Parochialibus Eccleſiis Monaſteriis unitis poſſunt admitti ad exercendam Curam Animarum amovibiliter adnot. ad form. 1 tit. 13. num. 87. pag. 21.
Regulares cujuſcumque regulæ ſint, dummodò emittant tria vota ſolemnia ſunt incapaces Beneficiorum ſæcularium, ibi.
Regulares poſſunt à Sede Apoſtolica diſpenſari, ut præſententur ad Beneficium ſæculare Juriſpatronatus familiæ cum clauſulâ dummodò utatur fructibus juxtà regulam, ibi.
Regulares, qui exercent Curam Animarum ſubjacent ordinariis in his, quæ concernunt adminiſtrationem Sacramentorum, & Curæ plenariè non jure delegato tantum, ibi num. 88.
Regulares qui delinqunt in Sacramentis Miniſtrandis puniuntur ab Epiſcopo jure delegato, ibi.
Regulares in caſibus in quibus vigore Concilii Trid. vel aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum ſubiiciuntur ordinariis, poſſunt cenſuris coerceri jure delegato, ibi
Regulares ob notorium delictum, cui de jure impoſita eſt pœna excommunicationis poſſunt ab Ordinario publicè denunciari excommunicati, ibi.
Regulares non poſſunt ſepelire Advenas, & Hoſpitantes, qui decedunt in eorum Monaſteriis, niſi ibi elegerint ſepulturam, ibi num. 89.
Regulares non poſſunt habere in Granciis Oratoria pro celebratione Miſſæ adnot. ad Decret. de commun. quotidian. num. 3. pag. 27.
Neque vigore Privilegii Cruciatæ poſſunt uti Altari portatili, neque vigore c. in his de Privileg. ibid. & adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 31.
Regularis qui confeſſiones audit abſque approbatione Epiſcopi, poteſt cenſuris puniri, ibid. num. 13. p. 29.
Regulares non poſſunt in die Paſchatis adminiſtrare ſæcularibus Euchariſtiam, ibi num. 16.
Regulares non habentes requiſita clementinæ Dudum de ſepult. non debent approbari ad audiendas confeſſiones, ibi num 20.
Regulares qui ſcienter nulliter profeſſi ſunt, ordinari non poſſunt adnot. ad form. 3. tit. 13. num. 39. pag. 75.
Regulares qui tranſmiſſi fuerunt ad Triremes, & pœnitentiam compleverunt remanent irregulares, ibi.
Regulares non profeſſi, aut nulliter, ordinari non poſſunt ad Sacros Ordines adnot. ad form. 4. tit. 13. num. 10. pag. 79.
Regularis nulliter profeſſus per ſuſceptionem Sacrorum Ordinum, non ratificat profeſſionem, ibi num. 11.
Regulares qui permanent in Monaſterio nullius, pro ordinibus ſuſcipiendis debent dimitti ad Epiſcopum viciniorem, ibi num. 28.
Regulares Societatis Jeſu non comprehenduntur, quo ad ordines in Decreto Clem. VIII. ibi num. 31.
Hoc tamen Privilegio non gaudent alii Regulares, qui participant Privilegiis Societatis, ibi num. 33.
Regulares non poſſunt uti Privilegiis, quæ habent per ſolam communicationem, quoties ſunt prejudicialia tertio, ibi num. 34. 35. 36. & 37.
Debent ſolvere quartam funeralem quoties non ſint ab eà ſpecialiter exempti, ſed per ſolam Privilegiorum communicationem adnot. ad form. 1. tit. 14. num. 14. pag. 117.
Regulares alienantes bona Eccleſiæ ſine beneplacito Sac. Cong. Concilii incurrunt pœnas extravag. ambitioſæ & privationis vocis activæ, & paſſivæ adnot. ad form. 4. tit. 14. num. 16. pag. 126.
Regularium Superiores non poſſunt mutuo pecunias accipere ſine conſenſu Capituli Monaſterii, ibi.
Regulares non poſſunt retinere Aromatariam, niſi pro uſu Religioſorum, ibi num. 17.
Regularis Epiſcopus acquirit Menſæ, & non Monaſterio, ibi num. 18.
Regularis factus Epiſcopus recuperat jus ad ſucceſſionem hæreditatis ſibi delatæ poſt aſſumptionem ad utilitatem ſuæ menſæ, ibi, & num 19.
Regularis factus Epiſcopus, vel egrediens à Religione facto Papæ non recuperat bona ante adeptum Epiſco-

patum tertiò quæſita, ibi numer. 20.
Regulares quando non debeant recipere delinquentes in eorum Monaſteriis adnot. ad form. 13. tit. 15. n. 5. pag. 186.
Regulares impedientes juriſdictionem Epiſcopi circà cuſtodiam clauſuræ poſſunt cenſuris coerceri adnot. ad form. 15. tit. 15. num. 5. pag. 189.
Regularium Superiores non poſſunt abſolvere incurſos in cenſuras ob acceſſum ad Moniales, ibi num. 16.
Regulares ſi prohibiti ſunt alloqui Moniales, non poſſunt nec alloqui Abbatiſſam, ibi num. 17.
Regulares Oſpitalarii S. Spiritus in Saxia de Urbe teſtari non poſſunt neque de licentia Præceptoris adnot. ad form. 16. tit. 15. num. 13. pag. 194.
Regulares ſuper quibus debeant interrogari à Viſitatore Apoſtolico adnot. ad form. 10. tit. 16. num. 21. pag. 258.
Regulares non poſſunt à Superioribus à Clauſtro licentiari ſub pretextu ſubveniendi Parentes in extrema neceſſitate ſine facultate Sedis Apoſtolicæ, ibi.
Regulares non poſſunt Hoſpitibus laicis miniſtrare Sacramenta in infirmitate, nec eorum cadavera ſepelire ſine Parochi licentia, ibi.
Regulares extra Clauſtra uti non debent ſtola pro benedicendis agris, vel maledicendis locuſtis ſine Parochi licentia adnot. ad form. 1. tit. 13. n. 79. pag. 18.
Regulares deferentes publicè arma, poſſunt de mandato Epiſcopi carcerari adnot. ad form. 8. tit. 15. n. 4. pag. 174.
Religioſus Apoſtata ſi decedat extra Religionem, illius bona cadunt ſub ſpolio favore Cameræ Apoſtolicæ adnot. ad form. 15. tit. 15. num. 12. pag. 194.
Regulares præſentati pro obtinenda ab Epiſcopo approbatione ad Confeſſiones audiendas, quæ requiſita habere debeant adnot. ad form. 16. tit. 16. pag. 262.
Religioſus, qui obtinuit exemptionem paſſivam ab officiis Religionis, non debet illa acceptare, ſi ad illa eligatur adnot. ad form. 3. tit. 16. num. 19. pag. 229.
Religioſi profeſſi non poſſunt ad ſtrictiorem tranſire, inconſultâ Sac. Congreg. Concilii, ibi num. 18.
Religioſus qui habet votum non acceptandi Dignitates, non poteſt ad illas promoveri ſine Papæ diſpenſatione, ibi.
Religioſi Ordin. Min. S. Franciſci non poſſunt habere nec retinere legata perpetua Miſſarum, nec alia aſſignamenta certa, nec pecunias contractare, aut bona adminiſtrare adnot. ad form. 10. tit. 16. num. 21. pag. 258.
Vide. Officium Divinum.

## Regulæ Juris.

Proœmium legis, ſeù Conſtitutionis mentem Legiſlatoris oſtendit adnot. ad Decret. ſubcollect. n. 1. p. 67.
Referens eſt in relato cum omnibus ſuis qualitatibus, ibi num. 2. & ubi aliter loquitur attenditur relatum num. 3.
Lex generaliter loquens, generalitèr eſt intelligenda, ibi.
Ubi militat ratio legis, ibidem debet militare ejuſdem legis diſpoſitio, ibi.
Lex reſpiciens plura determinabilia, debet ea æqualitèr, & pariformiter determinare, ibi.
Lex nova indeterminatè loquens ſpecificatur à lege veteri adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 58. pag. 15.
Ejus eſt interpretari cujus eſt condere, & concedere adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 37. pag. 52.
Correctio, & contrarietas legis ſemper eſt vitanda, ibid. num. 38.
Ea quæ pendent ab animo, & conſcientia legitimè probantur per juramentum, ibi num. 46.
Illud propriè dicitur rediiſſe, quod manſurum eſt, ibi num. 70.
Privilegium exemptionis, niſi exprimat, non extenditur ad futura adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 82. pag. 20.
Licentia, ubi ex lege requiritur expreſſa, non ſufficit tacita, ſeù interpretativa, ibi n. 85.
In malis promiſſis non expedit fidem ſervare adnot. ad form. 3. tit. 13. num. 45. pag. 76.
Clauſula arbitrio non tollit juris diſpoſitionem, ſed moderat adnot. ad form. 4. tit. 13. n. 38. & ſeqq. pag. 87.
Clauſula conſcientiam veſtram onerantes, idem operatur, ibi.
Correlativorum, & contrariorum eadem eſt diſciplina adnot. ad form. 5. tit. 13. num. 22. pag. 94.
Nemo ex propria culpa lucrum reportare debet, ibi.
Honor, vitæ ab aliquibus antefertur adnot. ad form. 7. tit. 13. num. 5. pag. 105.
Infamia gravis æquiparatur morti, ibi.
Mandatum non cenſetur datum ad delinquendum, nec ad illicita adnot. ad form. 4. tit. 14. n. 3. p. 125.
Ubi non militat ratio, & finis legis, nec legis diſpoſitio militat adnot. ad form. 4. tit. 15. num. 12. pag. 165.
Impediens nè perſonaliter citetur, habetur pro citato adnot. ad form. 7. tit. 15. num. 7. pag. 172.
Nemo plus juris in alium transferre poteſt quam ſibi competere dignoſcatur adnot. ad formul. 8. tit. 16. num. 2. pag. 248.
Fruſtrà auxilium legis invocat, qui committit in legem adnot. ad form. 4. tit. 15. num. 7. pag. 174.
Culpa æquiparatur dolo adnot. ad form. 8. num. 4. tit. 14. pag. 139.
Judex non aſſumit officium partis adnot. ad form. 2. tit. 15. num. 12. pag. 154.
Teſtium præſentia includit viſum, & auditum, ibi num. 15.
Teſtes maſculi præferuntur fœminis, ibi num. 16.
Epiſcopus poteſt augere pœnam canonum adnot. ad form. 4. tit. 15. num. 22. pag. 168.
Matrimonia clandeſtina contracta contra ordinationem Eccleſiæ nullam habent præſumptionem validitatis adnot. ad form. 2. tit. 16. num. 28. pag. 221.
Paradiſum non ingreditur, qui non patitur tribulationes, ibi num. 36.
Non infringit, qui Votum commutat in melius adnot. ad form. 3. tit. 16. num. 13. pag. 227.
Papa concedens aliis juriſdictionem eandem ſibi reſervat, & majorem adnot. ad form. 10. tit. 16. n. 1. pag. 252.
Clericus qui non eſt in Sacris non dicitur Deo militare adnot. ad form. 7. tit. 16. num. 2. pag. 246.
Cœtera vide in verbo. Lex.

### Relatum, referens.

*Referens eſt in relato cum omnibus ſuis qualitatibus adnot. ad Decret. Subcollect. Spolior. num. 2. pag. 67.*

*Referens ubi aliter loquitur quam relatum, attendendum eſt relatum, ibi num. 3.*

### Religio.

*Qui ſunt actus Religionis, vide adnot. ad formul. 3. tit. 16. num. 23. pag.* 229.

### Reliquiæ.

*Vide* Cultus Sanctorum.

*Reliquiæ Sanctorum non ſunt tangendæ nudis manibus adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 26. pag.* 48.

*Neque à Monialibus, ibi num. 27.*

### Renunciatio.

*Renunciatio Monialium non poteſt fieri coram Vicario pro earundem gubernio deputato adnot. ad form. 10. tit. 16. num. 20. pag.* 257.

### Reſidentia.

*Canonici dicuntur reſidere, dummodò ſint in Civitate, & ſuburbiis adnot. ad form. 2. tit. 13. n. 64. pag.* 61.

*Canonici abeſſe non debent ab Eccleſia diebus Dominicis, & feſtis diebus totius anni, ibi num. 65.*

*Neque tempore Adventus, Quadrageſimæ, Octavarum Nativitatis, & Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, & Corporis Chriſti, & nunquam ultra tertiam partem eorum, ibi.*

*Canonicis non reſidentibus Epiſcopus debet procedere contra illos, ſervatâ, formâ Concilii, ibi num. 66.*

*Canonici Coadjutores ſubjici poſſunt pœnis non reſidentium, ibi num. 69.*

*Canonicus, qui ad breve tempus redit ad reſidentiam, & iterum diſcedit non dicitur rediiſſe, ibi num. 70.*

*Qui poſſidet Parochiam perpetuò unitam Dignitati Cathedralis, tenetur reſidentiam facere in Cathedrali, ſi verò unio ſit ad vitam in Parochiali, ibi num. 81.*

*Reſidere tenentur Canonici ſubcollectores ſicut cæteri, ibid. num. 80.*

*Reſidere continuò tenentur Parochi, nec diſcedere poſſunt ad modicum tempus, nec per brevem itineris intercapedinem ſine licentia Epiſcopi adnot. ad form. 2. tit. 16. num. 2. pag.* 216.

*Parochus Regularis cogitur ab Epiſcopo ad reſidendum in Parochia, ibi num. 3.*

*Parochùs tempore peſtis tenetur ad reſidentiam, ibi num. 7.*

*Epiſcopus tenetur in ſua Eccleſia reſidentiam facere, nec excuſatur prætextu mali aëris adnot. ad form. 3. tit. 16. num. 8. pag.* 226.

### Rota Romanæ.

*Rota Romana reverenter ſuſcipit Decreta Sac. Congreg. Rit. & Concilii adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 76. & 78. pag.* 18.

## S

### Sacerdos.

*Sacerdos celebrans ſine corona Clericali peccat, & eſt ſuſpendendus ſi monitus non ſe emendat adnot. ad formul. 2. tit. 13. n. 43. pag.* 53.

*Sacerdos bis celebrans eodem die graviter peccat, & acriter punitur adnot. ad form. 3. tit. 15. n. 13. p. 159.*

*Sacerdos celebrans bis in nocte Nativitatis D. N. eſt punibilis, ibi num. 16.*

*Sacerdos non poteſt celebrare in die Sabbathi Sancti, ibi num. 17.*

*Sacerdos ordinatus pro neceſſitate Eccleſiæ Cathedralis ad titulum Patrimonii: ſi participat de redditibus extraordinariis d. Eccleſiæ cogitur illi inſervire adnot. ad form. 4. tit. 15. num. 5. pag.* 163.

*Sacerdos ſimplex non poteſt ab Epiſcopo mulcta gravari, ut inſerviat in functionibus Cathedrali, ibi num. 6.*

*Sacerdos celebrans Miſſam non recitato matutino cum laudibus, peccat mortaliter, ſi hoc faciat ſine juſta cauſa adnot. ad form. 1. tit. 16. num. 5. & 6. pag.* 210.

*Sacerdos indignè celebrans, quas pœnas ſpirituales ſubeat, ibi num. 11.*

*Sacerdotē vilem reddit exercitiū Procuratoris, ibi n. 22.*

*Sacerdos habet nomen honoris, & dignitatis adnot. ad form. 7. tit. 16. num. 1. pag.* 246.

*Sacerdoti ſolummodò convenit nomen Antiſtitis, ibid. num. 2.*

### Sacramenta.

*Sacramenta pœnitentiæ, & extremæ uctionis, non debent conferri ſine ſuperpelliceo, & Stola adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 38. pag.* 9.

*De Sacramento extremæ unctionis Oleo deficiente, quomodò provideri debeat, ibi num. 39.*

*Sacramentum Baptiſmi debet Parochus conferre per ſeipsū ſi non ſit impeditus, & non per ſubſtitutū, ibi n. 40.*

*Sacramenta ſunt reverenter, & religioſè adminiſtranda ibi.*

*Sacramenti Euchariſtiæ perceptio uſus, & conſuetudo, quæ fuerit in Eccleſia, ibi num. 42.*

*Sacramentum pœnitentię dignè recipitur, quando quis habet attritionem ſupernaturalem adnot. ad form. 2. tit. 16. num. 12. & quatuor ſeqq. pag. 217. & 218.*

*Sacramenta ſunt adminiſtranda gratis non obſtante contrariâ conſuetudine, ibi num. 17.*

*Sacramentum Confirmationis collatum ab Epiſcopo per errorem cum oleo infirmorum an ſit validum, & cauſet in ſuſcipientes infantes impedimentum cognationis ibi n. 33.*

### Sacramentum Euchariſtiæ.

*An, & quando quis poſſit quotidiè ſumere Euchariſtiam vide Decretum generale ibique in adnot. poſt formul. 1. tit. 13. pag.* 25.

*Quæ ſint ſigna dignè accedentium ad communionem frequentem, ibi num. 4. pag.* 27.

*Conjugati debent abſtinere ab operibus carnis ſaltem per diem ante, ibi num. 5.*

*Difficilia, & mirabilia plura continentur in Euchariſtia, quæ numerantur, ibi num. 6.*


In Sa-

*In Sacramento Euchariſtiæ Chriſtus nos reficit quinque panibus, ibi num.* 8.
*Sacramentum Euchariſtiæ quare Chriſtus inſtituit, ibi num.* 9.
*Origo venerationis Sacramenti Euchariſtiæ, ibi* 10.
*Delationis Euchariſtiæ apparatum auxit Innoc. XII. & Clem. XI. ritum expoſitionis præſcripſit ibid. n.* 11.
*Qui aſſociatur Euchariſtiam gaudet immunitate, ibi num.* 12.
*Regulares non poſſunt in die Paſchatis miniſtrare ſæcularibus Euchariſtiam, ibi num.* 16.
*Qui tempore Paſchatis Euchariſtiam juxtà præceptum Eccleſiæ non recipit, poteſt pœna pecuniaria, vel excommunicationis mulctari, ibi num.* 17.
*Sacramento Euchariſtiæ publicè expoſito in miſſis privatis dicenda eſt oratio de Sacramento ordine à rubrica præſcripto, & quid in miſſis ſollemnibus, vel primæ, & ſecundæ claſſis ſervandum oſtenditur adnot. ad inſtruct. expoſit. Euchariſt. num.* 1. & 2. *pag.* 36.

Seminarium.

*Taxam pro manutentione Seminarii, omnes Beneficiati ſolvere tenentur quamvis Cardinales adnot. ad form.* 10. *tit.* 16. *num.* 22. *pag.* 258.
*Item, & Prælati Papæ domeſtici dummodò expreſsè Privilegiati non ſint, ibi.*
*Vicarius Capitularis non poteſt adminiſtrare Seminarium ſine conſenſu Deputatorum, nec innovare, ibi num.* 14.

*Vide in Verb.* Alimenta.

Sepultura.

*Electa Sepultura in Eccleſia, quæ jus ſepeliendi non habet, defunctus debet ſepeliri in Parochiali adnot. ad form.* 1. *tit.* 13. *num.* 90. *pag.* 22.
*Pater non eligit ſepulturam pro filio impubere, ubi conſuetudo non adeſt, vel in vita filii non elegerit, ibi num.* 91.
*Poteſt tamen eligere ſepulchrum majorum, ibi n.* 92.
*Impubes eſt ſepeliendus in ſepulchro majorũ, ibi n.* 93.
*Quæ ſint cura Parochi pro cadavere ſepeliendo in Eccleſia Regularium, vide ibid.*
*Qui eligit ſepulturam per ſcripturam, & cum juramento, poteſt variare, & alibi eligere, nec indiget relaxatione juramenti, ibi d. num.* 93.
*Hæres cogitur Officio Judicis ad expenſas funeris, ibi num.* 94.
*Expenſæ pro funere debent fieri ſecundum qualitatem perſonæ, ibi.*
*Expenſæ ultimæ infirmitatis, & veſtium lugubrium veniunt ſub nomine expenſarum ſepulturæ, ibi.*
*Expenſæ Sepulturæ præferuntur quibuſcunque creditoribus, etiam expreſſam hypothecam habentibus, ibi.*
*Et etiam locatori pro penſione Domus, ibi.*
*Expenſæ hujuſmodi debent eſſe moderatæ, & neceſſariæ, non autem ad pompam, ibi.*
*Expenſæ pro manutentione, refectione, & expurgatione Sepulturæ an faciendæ ſint à Parocho, vel à Parochianis, ibi num.* 95.
*Quid de Cœmeterio, ibi.*

Simplicitas.

*Simplicitas eſt multiplex, & explicatur adnot. ad formul.* 3. *tit.* 15. *num.* 2. *pag.* 157.
*Simplicibus parcendum eſt, ibi.*

Statutum.

*Statuta Synodalia ſi ſint facta ſine conſilio Capituli non habent vim ſtatuti, ſed ſunt proviſiones temporaneæ Epiſcopi adnot. ad form.* 1. *tit.* 13. *n.* 98. *pag.* 24.
*Statuta Synodalia facta ſine conſilio Capituli ſunt nulla, & indigent ſanatione à Sede Apoſtolica, ibi dict. num.* 98.
*Statutis Synodalibus intereſſe debent Canonici, qui ſi renuant cogi poſſunt etiam cenſuris, ibi num.* 99.
*Clerici, & Sacerdotes non Beneficiati cogi poſſunt ad intereſſendum quoties agitur de reformatione morum, ibi.*
*Non Beneficiati non admittuntur ad ferendum votum pro confirmatione Judicum, & Examinatorum Synodalium, ibi.*
*Statuta antiqua non ſunt abolenda, niſi evidens utilitas ex novo proveniat adnot. ad formul.* 6. *tit.* 13. *num.* 20. *pag.* 101.
*Statutum de Jure congrui, tanquam à jure exorbitans non tenet, niſi à Principe ſit confirmatum in forma ſpecifica adnot. ad form.* 2. *tit.* 14. *n°* 10. *pag.* 121.
*Statutum laicale de jure congrui non comprehendit Clericos non activè, nec paſſivè, ibi.*
*Comprehendit tamen Clericos Conjugatos, ibi num.* 12.
*Statutorum confirmatio, ſemper intelligitur conceſſa ſub tacita conditione, dummodò non ſint Sac. Canonibus contraria adnot. ad form.* 10. *tit.* 16. *num.* 24. *pag.* 258. & 259.
*Statutum, quod excludit plures Fratres à votando in Capitulo, ſive Congregatione eſt laudabile adnot. ad form.* 8. *tit.* 14. *num.* 6. *pag.* 140.

Stola.

*Stolæ delatio indicat Juriſdictionem adnot. ad form.* 1. *tit.* 13. *num.* 77. *pag.* 18.

Subcollector Spoliorum.

*Subcollector Spoliorum accedens contra prohibitionem ad Crates Monialium ſine licentia Epiſcopi poteſt cenſuris puniri adnot. ad form.* 15. *tit.* 15. *num.* 17. *pag.* 191.

*Vide in verbo* Canonici.

*Subcollectores Spoliorum quibus privilegiis, & Indultis gaudeant, vide in Decreto generali Sac. Congregat. Concilii pag.* 64.

Suffraganeus.

*Suffraganeus Epiſcopus titularis, quo honore ſit excipiendus, dum accedit ad Eccleſiam ad exercendum Pontificalia adnot. ad form.* 2. *tit.* 13. *n.* 13. *pag.* 44.

Non habet ſalutationem diſtinctam ab illa Canonicorum, & Magiſtratus à Concionatore, niſi ſedeat in Presbyterio, ibi.
Non debet habere genuflexorium cum ſtratu, ibi n. 14.
Neque deferre Cappam ſine licentia Epiſcopi, ibi.
Neque ſibi caudam deferri facere, ibi num. 15.
Neque aſperſorio alios aſpergere, ſed ſe ipſum tantum. ibi.
Neque ſibi deferri facere Vmbellam, ibi.
Epiſcopi ſuffraganei titulares differunt in præeminentiis ab Epiſcopis, qui adminiſtrationem habent, ibi num. 16.
Non poſſunt conferre primam Tonſuram ſine licentia Epiſcopi Ordinarii. ibi.
Non diſpenſant ſuper interſtitiis, ibi.
Non habent votum in approbatione Ordinandorum, niſi ſint ex numero Examinatorum, ibi num. 17.
Non poſſunt clauſuram Monialium viſitare, niſi ab Epiſcopis, quorum ſunt ſuffraganei habeant ſpeciale mandatum, ibi.
Viſitantes Diœceſim debent ab Epiſcopo expenſas habere, ibi.

Synodus.

Synodus facit jus ſpeciale, & eſt ſervanda in tota Diœceſi adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 73. pag. 17.
Synodus celebrata ſine conſilio Capituli eſt nulla adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 98. pag. 24.

Vide in verbo Statutum.

T

Teſtis.

Teſtis inductus ad probandam immemorabilem debet deponere cum requiſitis gloſ. in c. 1. de præſcr. in 6. & quæ ſint adnot. ad form. 1. tit. 13. n. 5. pag. 5.
Teſtis dicitur deponere de tempore antiquo ſi deponat curſu 60. annorum, ibi num. 8.
Teſtis conſanguineus nõ eſt proconſaguineo integer teſtis, & ſi eſt frater ſobrinus non admittitur ad juramentum adnot. ad form. 8. tit. 14. num. 3. pag. 139.
Teſtis qui dicit fuiſſe præſentem, dicit vidiſſe, & audiviſſe adnot. ad form. 2. tit. 15. num. 15. pag. 155.
Teſtes mares, præferuntur mulieribus, ibi num. 16.
Teſtes quatuor Clerici, equivalent ſex teſtibus laicis, ibi.
Teſtis unicus ſufficit pro declaranda partium voluntate, non autem ad condemnandum, ibi.
Teſtis unicus fide dignus probat miraculum, ibi.
Teſtis de novo repertus admittitur etiam poſt publicationem proceſſus in cauſis Canonizzationis Sanctorum ibi.
Teſtis compellitur mulctis, & pignoribus, imò, & excommunicatione ad deponendam veritatem, ibi num, 17.
Teſtis, cui per conſultationem ſecretam, & ſub ſigillo naturali fuit communicatum delictum, cogitur revelare, ubi agitur ad vitandum gravè damnum tertii, vel Communitatis, ibi
Teſtes examinati coram Judice incompetente nullum faciunt indicium ibid. nu. 18.
Teſtes deponentes falſum in judicio nullo, tenentur pœna falſi, ibi.
Teſtes examinati contra Clericum coram Judice laico ſunt repetendi citato reo coram Judice Eccleſiaſtico adnot. ad form. 8. tit. 15. num. 8. pag. 174.
Teſtes examinati coram Judice laico contra Clericum ſi ſunt mortui, vel abſentes, & repeti non poſſunt probant, ibi.
Teſtes examinati coram Judice laico contra Clericum per repetitionem, ſeù declarationem dicuntur denuo examinati coram Judice competenti, ibi.
Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam non probant, niſi fuerint examinati coram Judice, adnot. ad form 16. tit. 15. num. 4. pag. 193.
Teſtes examinati coram Judice incompetente, non faciunt indicium, ibi
Teſtes nulliter examinati faciunt indicium, & adminiculum, ibi.
Teſtes examinati ad perpetuam, ſi repeti non poſſunt quia ſunt mortui probant, ibi.
Teſtes examinati coram Notario, ſine Judicis commiſſione nihil probant, ibi in criminalibus, nec cum commiſſione.
Teſtes in publicatione Teſtamenti Parochi, ſi diſcordent ab eo in re non ſubſtantiali probant, ibi num. 5.
Teſtium depoſitiones ut actus ſuſtineatur, ſemper debent reduci ad concordiam, ibi.
Teſtes retractantes primam depoſitionem in ſecundo examine, an, & quando ſit ſtandum primo dicto, ibi num. 6. 7. 8. & 9.
Teſtes de obitu alicujus poſſunt recipi ex officio parte non citata, nec audita adnot. ad form. 17. tit. 15. num. 9. pag. 197.
Teſtes intervenientes matrimonio clandenſtino, poſſunt ab Epiſcopo puniri ſi ſunt in dolo adnot. ad form. 2. tit. 16. num. 29. pag. 221.
Teſtes Chriſtus habuit de humanitate, Divinitate, paſſione, & reſurrectione adnot. ad form. 18. num. 42. tit. 15. pag. 205.

Teſtamentum, Teſtator.

Teſtamenti Parochi publicatio form. 16. tit. 15. pag. 192.
Teſtamenti Parochi publicatio debet fieri ex officio, ibi adnot. num. 1.
Teſtamenti Parochi publicatio poteſt fieri à quocunque coram Judice ordinario, ibi num. 2. & 3.
Teſtamenti Parochi publicatio fieri debet citatis intereſſe habentibus, ibi num. 10.
Intereſſe habentes non ſunt rei, ſed actores reputantur, & publicationem non valent impedire, ibi.
Teſtator qui non habet hæredes neceſſarios an teneatur in foro conſcientiæ hæreditatem relinquere conſaguineis pauperibus vide, ibi num. 11.
Teſtator qui habet Indultum teſtandi cum clauſula = Omiſſa omni ſolemnitate poteſt teſtare per ſimplicem ſchedulam etiam abſque teſtibus adnot. ad formul. 17. tit. 15. num. 1. ſecus ſi d. clauſula non adeſt vel Teſtamentum eſt conditum ante obtentam licentiam pag. 195.
Teſtamentum Epiſcopi conditum pro Anima defuncti ab inteſtato quas conditiones habere debeat, ibi n. 3. & ſeqq. p. 195.

Teſta-

*Teſtatoris confeſſio emiſſa in articulo mortis pro exoneratione conſcientiæ, an, & quando probet adnot. ad form. 17. tit. 15. num. 10. pag.* 197.
*Infirmi Hoſpitalium liberè teſtari poſſunt de rebus ſuis ibi num. 2.*
*Regulares vulgò Cruciferi S. Spiritus in Saxia de Vrbe Teſtamentum condere non valent adnot. ad formul. 16. tit. 15. num. 13. pag.* 194.

Tranſlatio

*Translata Eccleſia, ſivè Collegio ab habente poteſtate, an tranferantur onera Miſſarum adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 6. & ſeqq. pag.* 60.
*Translata Moniali, an trasferatur Dos cum aliis bonis ad ſecundum Monaſterium adnot. ad form. 5. tit. 13. num. 17. & plurib. ſeqq. pag.* 93.

*Cœtera vide in Verbo* Penſio.

V

Verba in ſpecie.

*Verbum* debet*, neceſſitatem inducit adnot. ad formul. 2. tit. 13. num. 30. pag.* 49.
*Verbum* volumus*, prolatum à Papa in ſuis Indultis ſeù Privilegiis, dat formam præciſam, ibi num. 36.*

Veſtis.

*Veſtis Clericorum qualis eſſe debeat adnot. ad form. 4. tit. 15. num. 3. pag. 163. & ad form. 1. tit. 16. num. 3. pag.* 209.
*Veſtium vanitas, & novitas, an inducat ad peccatum adnot. ad form. 3. tit. 16. num. 20. pag.* 229.

Vicaria.

*Vicaria amovibilis, ſi erigatur in perpetuam, onera Eccleſiæ tranſeunt in Vicarium adnot. ad form. 1. tit. 15. num. 34. pag.* 149.

Vicarius Apoſtolicus.

*Vicarius Apoſtolicus debet eſſe Sacerdos adnot. ad formul. 7. tit. 16. num. 1. 2. & 3. pag.* 246.
*Vicarius Apoſtolicus, quibus de cauſis deputetur, ibi num. 4.*
*Vicarius Apoſtolicus eſt Ordinarius, & poteſt omnia, quæ juriſdictionis Epiſcopalis exiſtunt, ibi num. 5.*
*Vicarius Apoſtolicus, quæ non poſſit facere, nec prætendere, ibi num. 6.*
*Vicarius Apoſtolicus poteſt, & debet examinare dimittendos ad ordines, & recognoſcere requiſita, licèt Dimiſſoriæ concedantur ab Epiſcopo adnot. ad form. 8. tit. 16. num. 3. pag.* 249.
*Vicarius Apoſtolicus deputatus Sede plena, indicit concurſum ad Parochiales, & digniorem eligit, ibi.*
*Vicarius Apoſtolicus de jure poteſt concedere Dimiſſorias, ibi.*

Vicarius Capituli.

*Poteſt eligi à Canonicis, licèt certò ſciant novum Epiſcopum fuiſſe electum, quia Eccleſia dicitur vacare donec poſſeſſionem non appræhendat adnot. ad form. 10 tit. 16. num. 13. pag.* 254.
*Vicarius Capituli debet eſſe Doctor Univerſitatis, ibi.*
*In electione cœteris paribus præferendi ſunt Canonici, & Dignitates, Canonico Coadjutori, ibi.*
*Vicario Capituli non electo in termino à Concilio præſcripto, fit devolutio, tam in caſu negligentiæ, quam in caſu diſſenſionis, ibi.*
*Vicarius non dicitur electus, ſi duo habuerunt vota paria, ibi.*
*Electio Vicarii in Eccleſia Suffraganea, quæ caret Capitulo, ſpectat ad Capitulum Metropolitanæ, ibi*
*Quid in non Suffraganea? ibi.*
*Vicarius Capituli non ſuccedit in juriſdictione Epiſcopi delegata, ibi num. 14.*
*Vicarius Capituli non habet facultatem, quam habet Epiſcopus in caſibus Bullæ Gregorii XIV. ibi.*
*Vicarius Capituli exequitur Epiſtolas Sac. Congregationum Epiſcopo defuncto directas, ibi.*
*Non tamen litteras Apoſtolicas, neque diſpenſationes matrimoniales, ibi.*
*Poteſt ſubſtituere ad modicum tempus, & alia plura, quæ indicantur, ibi.*
*Non poteſt pœnas, & mulctas pecuniarias pro delictis inflictas, & ab Epiſcopo locis piis non applicatas, reducere, ibi.*
*Neque Seminarium adminiſtrare ſine conſilio Deputatorum, ibi.*
*Neque taxam ſalarii Miniſtrorum ſeù alimentorum variare, ibi.*
*Vicarius Capituli licentiam erigendi Confraternitates in ſolo Eccleſiæ Lateranenſis non concedit adnot. ad formul. 1. tit. 13. num. 85. pag.* 20.

Vicarius Generalis.

*Vicario Generali debetur præcedentia ſupra Canonicos, & Dignitates in omnibus actibus publicis, & privatis adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 18. pag.* 45.
*Vicarius Generalis ſi eſt de gremio Capituli debet ſedere in ſuo Stallo, alias non lucratur diſtributiones, ibi.*
*Vicarius Generalis non præcedit Canonicos Sacris veſtibus paratos, ibi.*
*Vicarius Generalis non poteſt reos ad compoſitionem admittere, ſine ſpeciali delegatione adnot. ad form. 3. adnot. 15. num. 8. pag.* 158.
*Vicarius Generalis debet eſſe Doctor adnot. ad form. 7. tit. 16. num. 3. pag.* 247.
*Vicarius Generalis non poteſt concedere licentiam pro erectione Confraternitatis in ſolo Eccleſiæ Lateranen. adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 85. pag.* 20.

Viſitatio Viſitator.

*Epiſcopus viſitans Eccleſias pertinentes ad Capellanos Religionis Hieroſolymitanæ, quid poſſit facere adnot. ad form. 2. tit. 13. num. 49. pag.* 57.
*Epiſcopus viſitans Eccleſias ſubjectas Capitulo Lateranenſi*

ranenſi, quid poſſit facere, & an jure Ordinario, an delegato, ibi num. 50. & 51.

Epiſcopus viſitans prædictas Eccleſias, & promulgans Decreta, non poſſunt hæc revocari, nec mutari à propriis Superioribus, ſed exequenda ſunt, ibi n. 52.

Epiſcopus poteſt viſitare Eccleſias, quæ ſub Regum protectione ſunt, & inquirere, quæ pertinent ad Sacra Miniſteria, ibid. num. 53.

Et Eccleſias, & Beneficia unita, & annexa S. Domui Lauretanæ, ibi.

Epiſcopus viſitans debet ſe celeriter expedire, ibi n. 54.

Viſitatio, quomodò, & quo equitatu, & famulatu ſit facienda, & quis teneatur Viſitantem procurare, ibi.

Viſitator Apoſtolicus, quibus de cauſis deputetur adnot. ad form. 10. tit. 16. num. 2. pag. 252.

Viſitatores Apoſtolici deberent deputari frequenter, & qua de cauſa, ibi.

Viſitator quando poſſit viſitatis deferre juramentum, ibi num. 3.

Viſitator Apoſtolicus debet monere Epiſcopum negligentem Paternaliter in privato, ibi num. 5.

Viſitator Apoſtolicus, quæ inquirere debeat in Viſitatione, ibi à num. 5. ad 10.

Viſitator Apoſtolicus poteſt compellere Canonicos ad intereſſendum lectioni Canonici Theologi, ibi n. 6.

Viſitator Apoſtolicus ſuper quibus interrogare debeat Regulares in Viſitatione, ibi num. 21.

Viſitator Apoſtolicus poteſt deponere ab Officio, & Beneficio privare, ibi num. 23.

Et Clericos Viſitationi perſonali ſe ſubjicere recuſantes cenſuris coërcere, ibi.

Deputationis Viſitatoris Apoſtolici formulæ cur afferantur adnot. ad form. 12. tit. 16. num. 2. in fin. pag. 260.

## Vita.

Cauſæ brevitatis vitæ hominis referuntur adnot. ad form. 3. tit. 16. num. 21. pag. 229.

Cauſæ infirmitatis Vitæ hominis enumerantur, ibi num. 22.

## Votum, Vox.

Votum ſollemne emiſſum in Religione, gratiſſimum Deo eſt holocauſtum, & quare adnot. ad form. 15. tit. 15. num. 1. pag. 189.

Votum in malis promiſſis non eſt ſervandum adnot. ad form. 3. tit. 13. num. 45. pag. 76.

Vota inutilia reperta in ſcrutinio, actum Capituli ſeù Congregationis non irritant, ſi remotis ſuperfluis remanet major pars adnot. ad form. 8. tit. 14. num. 8. pag. 140.

Votũ quiſque poteſt aucthoritate propriâ in melius commutare adnot. ad form. 3. tit. 16. n. 13. pag. 227.

Votum rei particularis, poteſt quiſque commutare in Votum religionis, ibi.

Votum cum promiſſione jurata facta homini non relaxatur ſine poteſtate Papæ, ibi num. 14.

Niſi ille cui jus quæſitum fuerat renunciet, ibi.

Votum promiſſorium juratum per quem alteri jus acquiritur, non poteſt diſpenſari ab eo qui habet facultatem commutandi Votum, ibi num. 15.

Imò neque Pœnitentiaria commutat, ibi.

Votum Tertiariarum, non poteſt commutari ab eo qui habet facultatem commutandi Votum ſimplex caſtitatis, ibi.

Votum perſeverantiæ in aliqua Congregatione emiſſum, indiget diſpenſatione Apoſtolica, ibi num. 16. & 17.

Vota non debent emitti extra Monaſteria Religioſorum, ſed promiſſiones ſimplices, & propoſita, ibi.

Votum emittens Religioſus tranſeundi ad arctiorem non tenet, ibi num. 18.

Votum non acceptandi Epiſcopatum, nec Dignitates, eſt validum, & indiget Papæ diſpenſatione, ibi.

Votum Univerſitatis ſervandi aliquem diem feſtum ſub præcepto, non obligat populum adnot. ad form. 1. tit. 13. num. 15. pag. 7. & adnot. ad form. 10. tit. 16. num. 12. pag. 254.

Vox illorum qui ſunt de Collegio, ſeù Univerſitate debet dari collegiativè, non autem extra Collegium adnot. ad form. 8. tit. 14. num. 2. pag. 159.

Vota ſuperflua reperta in Scrutinio Capituli, ſeù Congregationis vitiantur, ſed non vitiant determinationem, ibi num. 8.

## Uxor.

Uxor quæ dotem non habuit debet aliâ Marito adnot. ad form. 2. tit. 16. num. 19. pag. 219.

# CLEMENS PAPA XI.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. *Cùm ſicùt dilectus filius FRANCISCUS MONACELLI Presbyter Eugubinen. Diœceſis. Nobis nuper exponi fecit, ipſe librum à ſe compoſitum, cui titulus* Formularium Legale-practicum Fori Eccleſiaſtici *in duos, ſeù pluries Tomos diſtinctum in Alma Urbe noſtrâ publicæ utilitatis ſtudio ſuâ impensâ imprimi fecerit, ſeù facere intendat, vereatur autem, nè poſtquam in lucem prodierit, alii, qui ex alieno labore lucrum quærunt librum hujuſmodi in ipſius Franciſci præjudicium, iterùm imprimi curent; Nobis propterea humilitèr ſupplicari fecit, ut ſibi in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur; Nos igitur eumdem Franciſcum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxàt conſequen. harum ſeriè abſolventes, & abſolutum fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eidem Franciſco, ut decennio proximo à primæva libri præfati impreſſione computando durante, dummodò tamen ille prius à dilecto filio Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici approbatus ſit, nemo tàm in Urbe prædicta, quàm in reliquo Statu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè Nobis ſubjecto librum prædictum ſine ſpeciali dicti Franciſci, aùt ab eo cauſam habentium licentiam imprimere, aùt ab alio, vel aliis impreſſum vendere, aùt venalem habere, ſeù proponere poſſit Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus; Inhibentes propterea utriuſque ſexus Chriſti-fidelibus, præſertim librorum impreſſoribus, & Bibliopolis ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum, & Typorum omnium pro unâ Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, & pro aliâ eidem Franciſco, ac pro reliquâ tertiis partibus accuſatori, & Judici exequenti irremiſſibilitèr applican. & eo ipſo abſque ulla declaratione incurren. pœnis, nè dicto decennio durante, librum prædictum, ſeù aliquam ejus partem tàm in Urbe, quàm in reliquo Statu prædictis, ſine hujuſmodi licentia imprimere, aùt ab aliis impreſſum vendere, ſeù venalem habere, vel proponere quoquomodo audeant, ſeù præſumant. Mandantes propterea dilectis filiis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legatis, ſeù eorum Vice-legatis, æut Præſidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis Juſtitiæ Miniſtris Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & locorum Status noſtri Eccleſiaſtici prædicti, quatenùs eidem Franciſco, ſeù ab eo cauſam habentibus prædictis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, quandocumque ab eodem Franciſco requiſiti fuerint, pœnas prædictas contra quoſcumque inobedientes irremiſſibilitèr exequantur, Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis Statutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, Privilegiis quoque Indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxàt ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis etiam in ipſo libro impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo Perſonæ in Dignitate Apoſtolicâ conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris Die XVI. Decembris MDCCVI. Pontificatus Noſtri Anno Septimo.*

F. Oliverius.

*IMPRI-*

*IMPRIMATUR,*

Si videbitur Reverendiſs. Patri Sac. Palatii Apoſtolici Magiſtro.

*D. de Zaulis Epiſc. Verulanus Viceſg.*

# APPROBATIO.

SEcundam partem Formularii Legalis-practici Fori Eccleſiaſtici Auctore FRANCISCO MONACELLI Cive Eugubino Prothonotario Apoſtolico &c. De mandato Reverendiſs. Patris F. Paulini Bernardinii Sac. Palatii Apoſtolici Magiſtri non ſolum maxima voluptate percurri, ſed lectam attentè perpendi, & cum nihil Catholicæ Fidei, morumque honeſtati, ſicut in priori parte à me etiam reviſa deprehenderim, quin ob argumentum Operis, nempè Formulas Sacris Canonibus, Sanctionibuſque Apoſtolicis nec non Sacrarum Congregationum reſolutionibus refertas, nec minus ſolidè, accuratè pertractatas, librum eruditiſsimo Auctore dignum, & ſi publici Juris fiet, quamplurimis preſertim in ForoEccleſiaſtico verſantibus profuturum cenſeo, Romæ die 26. Junii 1706.

*Nicolaus Antonius Cuggiò Sac. Congregat. Indicis Conſultor, & Tribunalis Eminentiſs. Urbis Vicarii Secretarius.*

*IMPRIMATUR.*

Fr. Paulinus Bernardinius Ordinis Prædicatorum Sac. Apoſtolic. Palatii Magiſter.

INDEX

# FORMULARIUM
## LEGALE PRACTICUM
## FORI ECCLESIASTICI.
## *TITULUS XIII.*
## De Rebus Sacris, & Religioſis.

### Edicta de Imaginibus Sanctorum, Sacrarum rerum veneratione, & adminiſtratione.

### *FORMULA I.*

### SUMMARIUM.

1. *Imagines Sanctorum novæ, & inuſitatæ removendæ ſunt ab Eccleſiis.*
2. *Deſcriptio Sanctorum facta in Martyrologio dat cultum.*
*Hodie non deſcribuntur in Martyrologio, niſi Sancti formiter canonizati ibid.*
3. *Sancti, qui habent cultum immemorabilem, venerantur, quamvis in Martyrologio non ſint deſcripti.*
4. *Ad probandum cultum immemorabilem, admittuntur teſtes* 54. *annorum.*
5. *Teſtes inducti ad probandam immemorabilem debent deponere cum requiſitis gloſæ in c.* 1. *de præſcr. in* 6.
6. *Ad probandum cultum immemorabilem præter teſtes, requiritur alia ſpecies probationis, & qualis ſit demonſtratur.*
7. *Super cultu immemorabili, debet præcedere Sententia Ordinarii.*
8. *Tempus antiquum in Scripturis dicitur centum annorum, in teſtibus verò* 60.
*Reliquiæ quæ per ſpatium* 60. *annorum fuerunt expoſitæ, venerandæ ſunt, etiamſi de identitate non conſtet ibi.*
*Reliquiæ quando ſunt dubiæ, conſulendi ſunt Theologi an debeant exponi ibi.*
9. *Regularium atteſtatione non probatur identitas, & antiquitas Reliquiarum exponendarum in eorum Eccleſiis.*
10. *Sacræ Imagines, ſive Cruces, non ſunt pingendæ in locis ſordidis.*
11. *Reiicitur Van. Eſpen.*
12. *Imagines Sacræ inſolitæ nullo in locó quamvis exempto exponi debent ſine approbatione Epiſcopi, & Imagines Sacræ non debent depingi ſeù veſtiri cum habitu inſolito ibi.*
13. *Imagines Sacræ cur, & qua de cauſa fuerint in Eccleſia introductæ enarratur.*
14. *Feſti dies de præcepto, non indicuntur à Principe laico, imò hodie nec ab Epiſcopo.*
15. *Vota, & promiſſiones ſervandi aliquod feſtum de præcepto, emiſſa ab Univerſitatibus non obligant populum.*
16. *Feſti dies de præcepto qui indicuntur ab Eccleſia inviolabiliter ſervandi ſunt, non obſtante quacumque contraria conſuetudine.*
17. *Diebus feſtis non eſt vacandum ſpectaculis, & choris, aut ſcenis Hiſtrionum, quibus licentia ut hæc agant dari non poteſt à Gubernatore.*
18. *Dies feſti ſolemniores in quibus non datur licentia laborandi, nec celebrandi Sacrum in privatis Oratoriis, qui ſint de iure communi innuitur.*
19. *Qui ſint ex* Decreto S. Congr. *Rit.*
20. *Qui ſint ex Decreto Sac. Congr. Concilii & n.* 21.
22. *Feſti dies non ſolemnes, non ſunt de novo celebrandi cum ſolemnitate abſque approbatione Epiſcopi.*
23. *Nova miracula approbari debent privativè ab Epiſcopo cum conſilio Theologorum.*

24. *Dona duo ſingularia conceſſit Chriſtus ſuæ Eccleſiæ, nempè poteſtatem faciendi miracula, & intelligentiam Scripturarum.*

25. *Quid ſit miraculum declaratur, & n. 26. 27. 28. & 29.*

30. *Vera miracula non niſi ab hominibus Deo gratis fiunt.*

31. *Miracula quæ in Eccleſia perſeverant, quæ ſint enumerantur uſque ad n. 37. incluſivè.*

38. *Sacramenta cum devotione, & religioſitate tractanda, & adminiſtranda ſunt.*

39. *Oleo infirmorum deficiente, quid agere debeat Parochus?*

40. *Expoſiti ſunt ſemper baptizzandi ſub conditione, niſi habeatur certa ſcientia de collato baptiſmo.*

*Parochus per ſe ipſum tenetur baptizzare ibi.*

*Eſt maximum delictum miniſtrare Sacramenta irriverenter ibi.*

*Rector Eccleſiæ, ſi eſt in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus, poteſt per alium Chriſtianam Doctrinam docere ibi.*

41. *Parochia quando eſt numeroſa, Parochus cogitur ab Epiſcopo ad aſſumendum ſibi Coadiutores, abſque eo quod poſſit reclamare.*

*Epiſcopus motivo numeroſitatis populi, non poteſt Parochiam diſmembrare ibi.*

42. *Conſuetudo primitivæ Eccleſiæ ſumendi Euchariſtiam qualis fuerit demonſtratur.*

43. *Sacrificium miſſæ quod vaticinarunt Prophetæ, omni religionis cultu celebrandum, & adſtandum.*

44. *Miſſa ex parte Sacerdotis quomodo, & quâ attentione ſit celebranda.*

*Fideles audientes Sacrum quâ corporis compoſitione, & attentione aſſiſtere debeant, ut ſatisfaciant præcepto ibi.*

*Attentio eſt triplex ibi.*

45. *Mulieres ſedentes tempore miſſæ abſque neceſſitate Deum non colunt.*

*Deus actibus etiam exterioribus eſt colendus ibi.*

*Epiſcopus poteſt punire Regulares committentes, vel permittentes in eorum Eccleſiis indecentia ibi.*

46. *Officiales, & Cappellani Confraternitatum, quid agere poſſint, tàm in Eccleſiis Parochialibus, vel propriis, referuntur Decreta S. Congr. Rit.*

47. *Facultas Cōg. S. Rituũ eſt reſtricta ad decidẽdos ritus*

48. *Confraternitas, ut dicatur legitimè erecta tria requiruntur, & referuntur requiſita.*

49. *Confraternitatibus, aggregatis Archiconfraternitatibus Vrbis, privilegia communicari non poſſunt ſinè Epiſcopi approbatione.*

*Confraternitates aggregatæ ſubiacent juriſdictioni Ordinarii.*

50. *Privilegium exemptionis ſuperveniens non tollit pacta, & conventiones in fundatione receptas, niſi privilegium de illis faciat expreſſam mentionem.*

51. *Formula ſervanda à Regularibus in Erectione, & inſtitutione Confraternitatum.*

52. *Formula ſervanda in aggregationibus.*

53. *Formula aggregationis à Pontificibus præſcripta, ſi non ſervetur, actus corruit.*

*Bulla* Clem. VIII. *ſervanda eſt ab omnibus locis Piis, & Eccleſiis, quæ habent facultatem aggregandi ibi.*

54. *Jura Parochialia diſtinguuntur à functionibus Parochialibus, & adducitur diſtinctio.*

55. *Confraternitates Laicorum ſunt collegia perſonalia, quæ extingui, & recedere poſſunt ad libitum ibi.*

*Non ſunt membra Hierarchiæ Eccleſiaſticæ ibi.*

*Sunt incapaces jurium Spiritualium, & illis ſe immiſcere non poſſunt ibi.*

*Non poſſunt Parochiales functiones exercere ibi.*

56. *Archiconfraternitatibus Vrbis ob præſidentiam Cardinalium conceditur aliqua prærogativa.*

57. *Benedictiones ſolemnes olivarum, Cinerum, & Candelarum pertinent ad Parochum, & fieri non poſſunt in Oratoriis publicis Confraternitatum, & n. 59. 60. 61. & 62.*

58. *Lex nova indeterminatè loquens ſpecificatur ab antiqua.*

63. *Benedictiones Puerperarum ſpectant ad Parochum.*

64. *Benedictio Fontis Baptiſmalis pertinet ad Parochum.*

65. *Miſſa ſolemnis fer. V. in Cœna Domini eſt functio Parochialis.*

66. *Miſſarum ſolemnium celebratio eſt functio Parochialis, quam exercere non valent Confraternitates.*

67. *Benedictio ſuper populum cum Sacramento Euchariſtiæ, eſt functio Parochialis, & actus juriſdictionis.*

68. *Munus prædicandi in Eccleſia Parochiali pertinet ad Parochum privativè.*

69. *Cappellani Confraternitatum non poſſunt celebrare miſſam in Oratoriis ipſarum ante miſſam Parochialem, niſi aliter Epiſcopus diſponat.*

70. *Officium funeris ſuper cadaveribus in Eccleſiis Confraternitatum, & Conventuum Regularium juriſdictioni Ordinariorum ſubiectorum ſitis intrà fines Parochiæ tumulandis, ſpectat ad Parochum & n. 71. 72. 73. 74. 75. & 76.*

77. *Stolæ delatio eſt ſignum juriſdictionis, & reſpondetur contrariis n. 78.*

*Rota Romana ſequitur, & amplectitur Decreta S. Congr Concilii ibi.*

79. *Regulares non poſſunt benedicere Agros, aut maledicere locuſtas cum Stola ſine Parochi licentia.*

80. *Capitulum Eccleſiæ Lateranenſis in erigendis, & aggregandis Confraternitatibus, tenetur ſervare formam, & diſpoſitionem Bullæ Clem. VIII.*

*Privilegium Siſti V. d. Capitulo conceſſum præſervat in omnibus jura Parochorum ibi & n. 81.*

82. *Privilegium Sixti V. favore Eccleſiæ Lateranenſis conceſſum, non comprehendit fundos de novo acquiſitos, & redditur ratio & n. 83.*

84. *Epiſcopus in Confraternitates erectas in ſolo Lateranenſi habet plenam juriſdictionem.*

*Vicarius Generalis vigore ſuæ ordinariæ facultatis, ſivè Vicarius Capituli, non poſſunt concedere licentiam pro erectione ſeu aggregatione Confraternitatis in ſolò Lateranenſi ibi & n. 85.*

*Licentia Epiſcopi in Erectione ſeu aggregatione Confraternitatis in ſolo Lateranenſi requiritur expreſſa, & non ſufficit tacita ibi.*


86. Cap-

86. *Capellani Confraternitatum de licentia Epiſcopi plura facere poſſunt, abſque eo quod Parochus poſſit ſe opponere.*

*Parochus Proceſſiones non facit extraordinarias ſine Epiſcopi licentia ibi.*

87. *Regulares in Eccleſiis Parochialibus Monaſteriis unitis, poſſunt exercere curam Animarum*

*Regulares quicumque ſint, qui emittunt tria vota ſolemnia, non poſſunt retinere Beneficia ſecularia in titulum abſque Indulto Apoſtolico ibi.*

*Regulares ex Indulto Apoſtolico poſſũt præſentari ad Benificium Jurispatronatus agnatitii ibi.*

88. *Regulares, qui exercent curam Animarum ſubiacent juriſdictioni Ordinariorum in hjs quæ pertinent ad curam, & adminiſtrationem Sacramentorum.*

*Tenentur ad Synodum accedere cujuſuis ordinis ſint ibi.*

*Ordinarius illos viſitat plenaria juriſdictione ibi.*

*Regulares non exercentes curam Animarum, ſi delinquant in Sacramentis miniſtrandis puniuntur ab Epiſcopo, iure delegato ibi.*

*Regulares ob notorium delictum poſſunt ab Epiſcopo denunciari excommunicati ibi.*

*Regulares pro executione Decretorum Concilii Trid. & Conſtit. Apoſtolicarum, poſſunt cenſuris ab Epiſcopo compelli ibi.*

89. *Regulares non poſſunt ſepelire in eorum Eccleſiis Hoſpitantes, ſi ibi ſepulturam non elegerint, non obſtantibus privilegiis, aut conſuetudine.*

90. *Defunctus qui elegit Sepulturam in Eccleſia, quæ jus ſepeliendi non habet, vel in Eccleſia interdicta, debet ſepeliri in Parochia, & reſpondetur contrariis.*

91. *Filius impubes debet ſepeliri in Parochiali, ſi Pater in vita illius ſepulturam alibi non elegit, vel non adſit conſuetudo, quod eligat etiam poſt mortem.*

92. *Limitatur quando Pater eligit ſepulcrum majorum, in quo impubes de jure debet ſepeliri, & allegatur Decretum Sac. Concilii n. 93.*

*Jura Parochi in funere ad Eccleſiam Regularium deferendo quæ ſint ex decreto Congreg. Sac. Concilii demonſtratur ibi.*

93. *Qui per Scripturam juramento firmatam elegit ſepulturam in Eccleſia Parochiali, poteſt variare & alibi eligere, nec indiget relaxatione juramenti.*

94. *Hæres ad faciendas expenſas funerum compellitur officio Judicis, etiam non adita hæreditate.*

*In calculum expenſarum funeris veniunt expenſæ factæ in ultima infirmitate ibi.*

*Nec non veſtes lugubres etiam famulorum ibi.*

*Impenſa funerum præfertur omnibus, creditoribus, & Uxorum Dotibus, etiam expreſſam hypothecam habentibus ibi.*

*Quales autem hujuſmodi expenſæ eſſe debeant ut præferantur ibi.*

95. *Ad manutentionem Sepulcrorum communium; reparationem, & conſtructionem Cæmeterii tenetur populus, & non Parochus.*

*Parochus ſi eſt dives tenetur ad expurgationem ibi.*

96. *Cæmeterium, quod eſt dormitorium mortuorum eſt locus ſacer, & religioſus, & gaudet immunitate Eccleſiæ, dummodo, habeat requiſita hic expreſſa.*

97. *In Synodo debet præſcribi forma, & ritus ſervandus in funeribus.*

*Capitulum Cathedralis, non poteſt taxare emolumẽta funerũ, neque funeri intereſſe non vocatus ibi.*

98. *Synodus publicatus abſque conſilio Capituli Cathedralis non habet vim conſtitutionis ſeù Statuti, ſed dicitur proviſio temporanea Epiſcopi: & ideò indiget ſanatione.*

99. *Canonici, & alii de Capitulo, renuentes accedere ad Synodum, poſſunt ab Epiſcopo per cenſuras cõpelli Clerici, & alii Sacerdotes non Beneficiati pariter compelluntur cenſuris, ſi in Synodo agendum ſit de reformatione morum.*

*At hi non admittuntur ad ſuffragandum pro confirmatione Judicum, & Examinatorum ibi.*

AFINCHE l'uſo legitimo delle Sacre Imagini, e della venerazione de Santi ricevuto, & ammeſſo fin da primi tempi della Cattolica Chieſa, & approvato da Concilii Generali, e maſſime dal Niceno Secondo, non ſia corrotto, e guaſto dagl'abuſi, tal volta introdotti ò tollerati da i Miniſtri delle Chieſe *per l'avidità di guadagno*; ma ſi coltivi, e propaghi colla purità de Dogmi, & inſegnamenti della medeſima Santa Chieſa, Madre e Maeſtra di verità: inerendo al Decreto del Sagro Concilio di Trento, *de invocatione, & veneratione Sanctorum*: col preſente Editto ordiniamo.

1 Che nelle Chieſe, Cappelle, Oratorii tanto publici, quanto privati di queſta Città, e Dioceſi, ancorche foſſero de Regolari, ò d'altri Eſenti, non ſi poſſano ritenere eſpoſte alla venerazione de fedeli, nè con ſegni di Santità, le Imagini, Figure, ò Reliquie di quei Santi, ò Beati *che non ſono deſcritti nel martirologio Romano*, nè Beatificati nè approvati per tali dalla detta Santa Chieſa; ò almeno non habbiano *il publico culto immemorabile*: e quando vi foſſero ritenute, e venerate, che ſiano onninamente rimoſſe ſotto le pene preſcritte ne i Decreti Apoſtolici d'Urbano VIII. emanati ſotto li 13. Marzo, e 2. d'Ottobre l'anno 1625. e publicati li 5. Luglio 1634.

2 Che le Imagini, e Pitture de Santi, che ſi doveranno, e vorranno eſporre sù gl'Altari, ò in altri luoghi publici di detto Chieſe, ò Cappelle a noi ſoggette, non ſi poſſano eſporre, ſe prima non ſaranno da noi vedute, approvate, e benedette: & il ſimile ordiniamo delle loro Reliquie, le quali quando *da tempo antico*, non habbiano havuto il culto, e venerazione publica, non ſi eſpongano, ſe prima nõ ſaranno da noi ſtate riconoſciute, & approvate: e proibiamo, che non ſi tocchino colla mano nuda da neſſuna perſona, nè ſi adornino cõ naſtri; ne ſi eſtragano dall'Urne,

Vaſi, e Reliquiari in cui ſtanno collocate, ma ſi cuſtodiſcano decentemente in eſſi ben chiuſe e ſigillate.

3 Che le dette Imagini, e Pitture de Santi, e delle Croci non ſi tengano, o dipingano *in luoghi ſordidi, & indecenti*: ne ſi pongano per Inſegna d'Oſterie, di Bettole, ò Alberghi d'Animali nè ſiano dipinte, ò ſcolpite con forme indecenti atteggiamenti immodeſti, *e foggie nuove* non uſitate dalla Santa Chieſa: poiche venendo, a noſtra notizia tali abuſi, procureremo cò mezzi opportuni di rimuoverli anche dalle Chieſe, & altri luoghi Eſenti coll'autorità a noi conceſſa dal S. Concilio di Trento, e Decreti Apoſtolici.

4 Che niuno ſecolare, ò Regolare, Univerſità, ò Religione *introduca nuove feſte* de Santi, ò Proceſſioni, ò ardiſca di autenticare, *e publicare nuovi miracoli* de medeſimi Santi, ò d'altre perſone pie morte con fama, e concetto di Santità, ſe prima non ne haveranno da noi ottenuta licenza, e reſpettivamente non ſaranno ſtati da noi eſaminati, & approvati.

5 Che i Santi Sagramenti non ſi conferiſcano di notte, ſe non in caſo di neceſſità; ma di giorno, & in Chieſa *con divozione, e religioſità*, giuſta il preſcritto dal Rituale Romano. Il Batteſimo come Sagramento di ſomma importanza e neceſſario aſſolutamente per l'eterna ſalute, non ſi differiſca a i Fanciulli, e Fanciulle nati di freſco oltre il terzo giorno; anzi ſi dia anche prima, quando vi ſia qualche pericolo di morte, ſotto pena a i Padri, e le Madri, che traſgrediranno queſto noſtr'ordine di...

6 L'Eucariſtia nelle Chieſe Parocchiali, ed altre c'hanno il Privilegio di ritenerla, ſia cuſtodita con ſomma geloſia, venerazione, e pulizia nel Tabernacolo ſopra l'Altare maggiore, con chiave d'argento, dentro la Piſſide d'argento bene indorata, e coperta con padiglioncino di ſeta di color bianco, poſata ſopra Corporale mondo: avanti il cui Altare arda di continuo giorno, e notte la lampada, in ſegno di riverenza, e dell'amore con cui devono i fedeli portarſi verſo queſto ineffabile miſtero della Divina carità. Si rinuovi ogni otto giorni l'eſtate, & ogni quindeci l'inverno. *La menſa a cui s'accoſtano i fedeli* per riceverla, ſia coperta con mantile di lino bianco, e quelli che ſerviranno di miniſtro ad eſſa, ò alle Meſſe private, che ſi celebrano al detto Altare, per quanto ſarà poſſibile, e preciſamente ne giorni feſtivi, ſiano Chierici colla Cotta, ò almeno fratelli della Compagnia del Santiſſimo Sagramento veſtiti di Sacco così convenendo alla Dignità del luogo, in cui ſi ſerve e ſi venera il Signore dell'Univerſo, e ſi amminiſtra il pane degl'Angeli.

7 Il Sagramento della penitenza ſi amminiſtri da Confeſſori Sacerdoti ſecolari indiſpenſabilmente i giorni feſtivi nelle Chieſe con Cotta, Stola, e berretta Clericale nella Sede Confeſſionale, a quei penitenti, che moſtrano colla compoſitione eſterna, d'eſſere nell'interno compunti e diſpoſti a degnamente riceverlo: rigettando gl'altri che pieni di faſto, e ſenza ſegno alcuno d'umiltà, e di riconoſcerſi rei di leſa Divina Maeſtà, ſi preſentano al ſacro Tribunale ſenza verecondia Chriſtiana non come penitenti; ma come provocatori della Divina patienza.

8 *La Santa meſſa* ne i giorni feſtivi di precetto ſi oda nelle Chieſe con divozione in ginocchione con ambedue le ginocchia, poiche chi fà altrimente, & aſſiſte al tremendo ſagrificio con poſitura di corpo indevoto e ſconcia, ò pure ſedendo, dà ſcandolo e mal'eſempio a fedeli per eſſere una grande irriverenza, colla quale ſi contraviene al precetto della Chieſa, per adempimento del quale deve udirſi con la dovuta riverenza e compoſizione di corpo religioſa: quando l'infermità delcorpo, ò la brevità del tempo non ſcuſi, ſecondo il conſiglio, e parere del Confeſore.

9 I Cappellani, & altri Sacerdoti che ſervono nelle Chieſe, ed Oratorii publici de luoghi Pii, e Confraternite de laici, non s'ingeriſcano in quelle funzioni, *che ſpettano a i Parochi* ſenza la loro licenza e permiſſione, ſotto pena....

10 Ne i funerali non s'introduchino abuſi, o facciano patti illeciti ò aggravii *alle Chieſe Parochiali ma ſi oſſervino gli ſtatuti Sinodali*, e le regole Canoniche.

Et il preſent e affiſſo che ſarà &c.

N. Veſcovo N.

Loco ✠ Sigilli.

*N. Cancellarius.*

## ADNOTATIONES.

1. PER AVIDITA' DI GUADAGNO. Nè ſacerdotale officium totum convertatur ad terrenum emolumentum, & nè Miniſtri Eccleſiarum exiſtiment hodiè, quæſtum eſſe pietatem, nihilque magis curent quam concurſum habere, & ideò Symphonias novas, Sanctorum feſtivitates, & Imagines, canere, evulgare, & exponere ſollicitè ſtudeant, hinc Epiſcopus nè perículoſi erroris Imagines Sacræ rudibus occaſionem præbeant, providere debet, ut quæ traditioni Eccleſiæ repugnant, quæ incerta, quæ inſolita ſunt ab Eccleſiis etiam Regularium, & Exemptorum arceantur: nilvè falſum adhibeatur, & quod ad pietatem non informat prorſus tollatur.

2. CHE

2. *CHE NON SONO DESCRITTI NEL MARTIROLOGIO ROMANO.* Deſcriptio Sanctorum facta in Martyrologio Romano præſtat cultum, ut opinio communior tenet; ideoque hodie poſt Decretum generale S. Congreg. Rituum emanatum anno 1616. & poſteà innovatum 31. Auguſti 1680. non deſcribuntur amplius in Martyrologio, niſi Sancti qui fuerunt ſolemniter ab Eccleſia canonizati: dummodò Papa audito d. Congr. voto non diſpenſet: prout diſpēſari obtinuerunt Poſtulatores S. Bernardi de Mentone, B. Petri Armengol, & B. Zitæ Lucen, qui per immemorabilem cultum ejs præſtitum in albo Sanctorum deſcribi ab Eccleſia meruerunt.

3. *IL PUBLICO CULTO IMMEMORABILE.* Hi etenim excipiuntur expreſsè in dd. Decretis *Urbani VIII. pag. 4.* hjs verbis = *Declarans quod per ſupraſcripta præiudicare in aliquo non vult, neque intendit iis, qui aut per communem Eccleſię conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarii coluntur.*

4. Difficultas tamen in hoc genere probationis ſolet in Congr. Rituum excitari. An ſcilicet ad effectum probandi per teſtes immemorabilem, ſeù centenarium cultum, & ſic hunc caſum exceptum, requiratur tanta ætas, ut deponere poſſint de viſu per quadraginta annos ante Decreta anno 1634. publicata, ſi aliæ probationes non ſuppetant; vel potius ad hunc effectum ſufficiat ordinaria ætas 54. annorum: Et ſufficere declaratum fuit in Toletana Canonizationis B. Mariæ de Capite vulgò della Cavezza Uxoris S. Iſidori Agricolæ ſub 3. Auguſti 1697. tùm quia ætas hujuſmodi ſufficit ad probandam immemorabilem in quacumque cauſa quantùmvis graviſſima ut latè tradit *Pignatell. conſult. 242. ferè per tot. tom. 1. & conſ. 42. n. 33. & ſeqq. tom. 4. Matt. de canoniz. Sanct. par. 4. cap. 23. n. 3. 4. &* 5. tum quia hodiè cum reperiri non poſſint teſtes tam annoſi, ſi non admitterentur teſtes ordinariæ ætatis, penitus ſubverteretur immemorabilis, quæ non ſolùm non fuit ſublata, ſed imò expreſsè & ſpecialiter pręſervata in dictis Decretis, ut advertit *Matt. loc. citat.*

5. Teſtes verò ad hunc effectum inducti, debent deponere cum requiſitis *Gloſ. in c. 1. de præſcr. in 6.* ſcilicet de viſu per 40. annos ante motam litem, quod ita ſervatum fuiſſe audierint a ſuis majoribus. Et quod ipſi, nec majores ſui quidquam non viderint, vel audiverint in contrarium, & deponant de publica voce, & fama per verbum fuit, & eſt, & quod iidem teſtes ſint conformes, & conteſtes in dictis requiſitis, quæ explicitè recenſeri per illos debent, non autem ſe referre ad articulos *Mareſcot. var. reſol. lib. 2. reſol. 100. n. 10. & 11. Tond. quæſt. beneſ. tom. 1. par. 1. cap. 104. n. 12. Antonel. de temp. legal. lib. 2. cap. 12. n. 1. Rot. coram Greg. dec. 196. ubi Add.*

6. Et ulteriùs quia Cong. Rituum plenitudinem probationis cultus immemorabilis non admittit in ſola teſtium depoſitione; qui vult illum concludenter probare, procurare debet alias ſpecies probationum, eaſque conjungere, & conglomerare; unde ad hunc effectum indagandum erit. Primò, an adſit aliquod antiquum Miſſale, ſeu Breviarium, aut Kalendarium, in quibus ante editionem Miſſalis, & Breviarii factam per B. Pium V. fortaſsè reperiatur adnotata Miſſa, vel officium, vel aliqua peculiaris oratio, commemoratio, aut Antiphona de Beato, de quo quis vult probare cultum. Secundò, an adſit aliquod Synodale Decretum antiquum, ſivè Viſitatio Eccleſiæ, in quibus fiat mentio de Beato, vel de ejus Reliquiis. Tertiò, an reperiatur aliqua ſcriptura, vel liber publicus, in quibus denominetur *Beatus* vel reſultet, aliquod indicium publici cultus. Quartò, an circa ſepulcrum, vel in alio loco publico, adſint inſcriptiones, elogia, aut alia Epigraphis, cum denominatione *Beati*, vel alia demonſtratione cultus, & venerationis publicæ. Quintò, an Vita *Beati* fuerit deſcripta, & poſtea typis edita cum licentia Ordinarii, & in ea denominetur *Beatus*. Sextò, an ad ejus ſepulcrum fuerit accenſa lampas, vel candelæ ſaltem in die anniverſaria obitus. Septimò, an fuerit tumulatus in Sepulcro ſolus, cum aliquo ſigno Sanctitatis, ibique fuerint donaria, ſeù tabellæ Votivæ relictæ, & appenſæ ab antiquo tempore. Octavò, an reperiantur Imagines antiquæ aut ſimulacra Beati in Eccleſiis, vel aliis locis publicis cum radiis, laureolis, diadematibus, & ſimilibus ſignis denotantibus venerationem, quæque judicio Peritorum, reputentur antiquæ. Nonò, an in aliqua Eccleſia reperiatur ab antiquo conſtructum Altare in honorem Beati, & de tali erectione appareat ſcriptura, ſivè actus poſitivus. Decimò, an aliquis Hiſtoricus, ſeù Chroniſta antiquus mentionem faciat de Beato, & de ejus virtutibus.

7. Hæc inquam, vel horum plura ſimul juncta cum teſtibus, regulariter probant cultum immemorabilem: ſuper quo prævio proceſſu ſer. ſer. conſtructo, ſententia Ordinarii præcedere debet, quà declaretur conſtare de cultu immemorabili, & caſu excepto in dictis Decretis Urbani, & illis proindè non fuiſſe contraventum. De qua Proceſſus conſtructione, inſtructio dabitur in fine hujus operis.

8. *DA TEMPO ANTICO.* Tempus antiquum in ſcripturis dicitur centum annorum, in teſtibus verò eſt ſexaginta *Garc. de beneſ. par. 12. cap. 2. n. 264. & ſeqq. Rot. coram Coccin. dec. 1045. n. 2.* & ſic in hac ſubiecta materia, cùm teſtes deponant Reliquias fuiſſe expoſitas publicæ venerationi, & cultum habuiſſe per curſum temporis ſexaginta annorum, poterit permitti ut exponantur ut priùs, quamvis de identitate aliundè plenè non conſtet, *Barboſ. de offic. Epiſc. alleg. 97. n. 12.* quem ſequitur *Gavant. manual. Epiſc. verb. reliquiæ Sanctor. n. 11. Gallemart ſupra Concil. in Decret de invocat. Sanct. verſ. penult.* ubi Decretum

tum Congr. refert. Si autem probatio non ſit concludens,& dubium emergat,tuncEpiſcopus, in illarum approbatione, conſulere debebit Theologos, & aliquos Viros pios, & doctos ut Concilium Trid. monet, non ut ſuffragium ferant, ſed ut conſilium præſtent *Barb. ſupra Concil. in Decret. de invocat. & vener. Sanct. n.* 13.

9. Item advertere debet, quod ſi agatur de Reliquiis dubiis exponendis in Eccleſiis Regularium; ſuper illarum cultu, identitate, & antiquitate, non eſt deferendum atteſtationibus ipſorum Regularium, quamvis Superiorum, ut monet *Criſpin. de Viſit par.* 2. §. 5. *n.* 6. niſi adſint aliæ demonſtrationes, quæ identitatem demonſtrent, & antiquitatem.

10. *IN LVOGHI SORDIDI, ET INDECENTI*. Signum Crucis, aliævè Sanctorum Imagines humi, aut locis ſordidis ſculpi, vel pingi non debent juxta *Imperialem juſſionem in l. unica Cod. nem. lic. Sign. Salvat. &c. Tuſch. lit. c. concl.* 1091. ubi quod contrarium facientes poſſunt puniri, *Concil. Prov. Mediol.* 3. *tit. quæ ad Sacramental. & Sacram. pert.* §. *hoc igitur Menoch. de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 376. ubi quod blaſphemia facto committatur, & quod Crucis ſignum humi ponens, vel in marmore, quod pedibus calcatur ſculpens ſit pœna gravi Judicis arbitrio puniendus, *Graff. dec. aur. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 6. ubi ſic ait = *ut ſignum Crucis in ſilice, aut marmore humi poſitum ſculpere non licet l. unica Cod. nemini &c. & videtur eſſe præceptum, quia vult hoc puniri pœna graviſſima, ubi gloſ. fortè mortis, ex quo patet quantum reprehenſibiles ſint, qui ſepulturis in humo poſitis imprimunt Cruces, ut inquit Sylveſt. verb. Imagines Pac. Jord. elucubr. tom.* 2 *lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 150. ubi allegat *Caſſan. in Catalog. glor. mund. par.* 1. *conſid.* 38. & inquit non eſſe permittendum, *Nicol. in floſc. verb. Imago n.* 2. ubi deciſum refert in Venet. 22. Maii 1596. non eſſe tolerandum quod in locis publicis, & ſordidis ſtent depictæ Cruces, & idem dicit *Gavant. in manual. Epiſc. verb. Imagines Sacræ n.* 10.

11. Neque audiendus eſt modernus Van Eſpen Author Lovanien qui in Schol. ad canon. *Concilior. par.* 3. §. 7. *ad can. Trullan. c.* 73. hæc habet = *At hanc legem* (ideſt Theodoſianam) *ac conſequenter, & hunc canonem antiquatam eſſe rectè monet Tuldenus ad tit. Codicis, addens in reverentiam Crucis cædit quod omni loco ſivè infernè, ſivè supernè obverſetur*. Nam quod hic Author in dicto ſuo opere fidenter aſſerat, quod Epiſtolæ, & Decretales quamplures, & præſertim quæ præceſſerunt Siricium Pontificem (qui Cathedram Petri aſcendit anno 385.) Et quæ inſertæ leguntur in Codice Gratiani, non ſolum ſint antiquatæ, ſed fictitiæ, ſuppoſititiæ, falſæ, & confictæ non obſtante correctione d. Codicis per Pium IV. Pium V. & Gregor. XIII. demandata, & exequuta: item quod Decretales Gregorii IX. ſint obſcuræ, & detruncatæ ut in *par.* 4. §. 6. & 7. & *par.* 6. §. 5. & *par* 8. §. 5. & 6. videtur in hoc ſequi criterium aliquorum ex modernis Scriptoribus (& præſertim Papebrochii) qui ferè nihil certi antiquitati relinquunt; Verum quod dicat legem Theodoſianā in reverentiam Crucis latam, eſſe antiquatam (cum Tuldeno) & in honorem Crucis cedere quocumque loco ſculpatur: in hoc non parco; quia propoſitio ſic abſolutè concepta non benè ſonat, & nemo pius feret, nec abnuet illi: Et eſt contra communem ſenſum DD. mox ſupra allegatorũm, & contra Canonem 8. Concilii Trullani, quem ſi ipſe antiquatum eſſe unà cum l. Theodoſiana malè credit, adhuc vigere, & obſervandum eſſe probè exiſtimat doctiſſimus Pithæus in *Cod. annot. ad d. leg. Theodoſii*.

12. *O FOGGIE NVOVE*. Nemini licet ullo in loco, vel Eccleſia etiam quomodolibet exempta ullam inſolitam ponere vel ponendam curare Imaginem, niſi ab Epiſcopo approbata fuerit, *ut Concil Trid.* diſponit in Decreto de invocat. & vener. Sanct. neque quid pingatur, aut ſculpatur, quod veritati Scripturarum, aut traditionum Eccleſiaſticarum adverſetur: nihilque contra formam præſcriptam à Conſtitutione Urbani VIII. impreſſa in *Bullar. tom.* 5. *Conſt.* 280. (quà prohibetur Imagines cum alio habitu quamCatholica Eccleſia illas conſuevit veſtire, & pingere, depingi) innovetur; tàm in Eccleſiis Secularibus, quam Exemptorum: ſicuti enim ex traditione Apoſtolica Sacras Imagines introductas fuiſſe credimus; ita prout à Patribus accepimus, ſinè fucu ſervare debemus.

13. Triplici autem de cauſa introductę ſunt Imagines, ſcilicet propter ſimplicium ruditatem: propter affectus tarditatem: & propter memoriæ labilitatem. Propter ſimplicium ruditatem inventæ ſunt, ut ſimplices, qui non poſſunt Scripturas legere, in hujuſmodi figuris, & picturis tanquā in Scripturis, apertius poſſint Sacra myſteria noſtræ fidei legere. Propter affectus tarditatem introductæ ſunt videlicet, ut homines, qui non excitantur ad devotionem in hjs, quæ pro nobis Chriſtus geſſit, dum illa auribus percipiunt: ſaltem excitentur, dum eadem in figuris, & picturis tanquam præſentia oculis corporeis cernunt: plus enim excitatur affectus noſter per ea quæ videt, quàm per ea, quæ audit: Unde Horatius = *Segnius irritant animos dimiſſa per aures: Quam quæ ſunt oculis ſubdita fidelibus, & quæ ipſe ſibi tradit ſpectator*. Propter memoriæ labilitatem; quia ea quæ audiuntur citius traduntur oblivioni, quam ea quæ videntur: item non eſt ſemper præſto, qui beneficia nobis præſtita ad memoriam reducat per verba: Ideo diſpenſatione Dei factum eſt, ut Imagines fierent, & exponerentur in Eccleſiis, ut videntes eas recordemur de beneficiis impẽſis, & Sanctorũ operibus virtuoſis, ut docet *Medic. in Summ. concord. Canon. decret. de conſecr. diſt.* 3. *arc.* 7. Quibus rationibus addo quartam nempe, ut Salvatoris, & Sanctorum Imagines venerantes, nos mortàles mereamur eorum meritis, & precibus ad eorum immortalitatis gloriam pervenire, atque

corum

eorum ſuffragiis, quibus preces fundimus de fide perduci ad viſionem, de ſpè ad rem, de ſtadio ad bravium, de via ad Patriam.

14. *INTRODUCA NUOVE FESTE*. Nemo, etiam ſi Princeps ſit poteſt feſtos dies edicere, & ſubditis proponere ſine Epiſcopi loci auctoritate *Barb. de offic. Epiſc. alleg.* 105. *n.* 38. & patet ex declaratione *Inno. XII. Conſtit.* 31. Imò licet Epiſcopi de jure communi in c. conqueſtus de fer. valeant in propria Diæceſi vocato Clero, & populo dies feſtus indicere *Barb. ubi ſupra n.* 36. *& ſequitur Pignatell. conſult.* 184. *n.* 1. *tom.* 4. hodiè tamen quamuis talis poteſtas non ſit ablata; nihilominus ab indictione ſub præcepto novorum feſtorum debent abſtinere, prout illos monuit *Urban. VIII.* in ſua Conſtit. quam promulgavit anno 1642. ſuper obſervantia feſtorum §. 3. impreſſa in *Bullar. tom.* 5. *conſtitut.* 291.

15. Ideòque promiſſiones, & Vota, quæ frequenter fieri ſolent ab Univerſitatibus ſervandi ſub præcepto feſtum alicujus Sancti, ac jejunandi in vigilia, non obligant populum, qui tamen poteſt ſpontè promiſſa obſervare, & nullus eſt ſub pœna cogendus, ut illa die jejunet, vel abſtineat ab operibus ſervilibus *Barb. collect. dicif. Apoſt.* 355. *n.* 8 Vidique pluriès ſupplices libellos hac in re Sac. Congr. Rituum porrectos pro confirmatione hujuſmodi promiſſionum, & Votorum, fuiſſe rejectos, & præcisè in Urbevetana 6. Octob. 1696. in Meſſanen. loci Milazzi 25. Januarii, & in Aleſſan. Terræ Corſani. 6. Septemb. 1698.

16. Feſti autem dies de præcepto, qui ab Eccleſia indicuntur inviolabi liter ſervandi ſunt, & magis qui à divina juſſione promanant, ut ſunt omnes per annum Dominicæ: hæc inquam dies Domini eſt, cum ipſe dixerit = *Sex diebus operaberis, & die ſeptimo ceſſabis arare, & metere Exod.* 34. Undè qui hunc diem violant, peccant in Patrem, in Filium, & Spiritum Sanctum: in Patrem cujus potentia Mundum creavit: in Filium cujus Sapientia Mundum redemit; in Spiritũ Sanctum, qui tali die in Mundũ miſſus eſt, & per conſequens hi ingrati ſunt ſuo Creatori, Redemptori, & Conſolatori *c. quod die diſt.* 75. Neque ab horum feſtorum obſervantia excuſat prætextus contrariæ conſuetudinis: quia conſuetudo mala inveterata quantò diuturnior, tantò periculoſior 24. *queſt.* 1. *c. Schiſma*: Et ideo Mercatores Barchinonenſes, qui ſub clipeo aſſertæ Conſuetudinis prætendebant retinere apertas Apothecas diebus feſtis, & in illis vendere merces: & neceſſitatem (ratione loci) vendendi, teſtibus, & legitimam conſuetudinem auctoritate DD. reddere conabantur, fuerunt a *Sac. Congr. Concilii* (in qua Cauſam proponere curarunt) ſub die 13. Maii 1679. rejecti, & reſcriptum non licere, & cum non acquieſcerent, repropoſitâ eorum inſtantiâ 21 Martii 1682. iterum repulſi fuere, & injunctum ut amplius non audirentur, *lib.* 33. *Dec. fol.* 87.

17. Et non tantùm ab operibus ſervilibus, ſed à ſpectaculis prophanis, choreis, & Scenis ludifactoriis, præſertim Hiſtrionum, eſt abſtinendum, quæ ab Epiſcopis locorum (ad quos privativè jus ſpectat licentiam concedere) permitti non debent. Etenim cum in una Fulginaten, quæſitum fuiſſet = *An Gubernator ſæcularis poſſet licentiam concedere Hiſtrionibus, ut in diebus Dominicis, & feſtis de præcepto perſonati in Plateis, etiam cum Mulieribus fabulas agerent? Sac. Congr. Concilii ſub die* 30. *Aprilis* 1622. *Cenſuit minime licere Gubernatori hujuſmodi licentias concedere, quinimo Epiſcopum permittere non debere, ut hæc, & ſimilia fiant Dominicis, & feſtis diebus, lib.* 134. *pag.* 26.

18. Dies autem feſti ſolemniores, in quibus licentia laborandi abſque præciſa neceſſitate concedi non ſolet, & Miſſa in Oratoriis privatis ex Indulto Apoſtolico conceſſis, celebrari, & audiri nòn debet, iuxta diſpoſitionem Concilii *Agathen. relati in c. ſi quis* 35. *de conſecr. diſt.* 1. ſunt ſequentes Feſtum Paſchatis, Reſurectionis, Natalis D. N. Ieſu Chriſti, Epiphaniæ, Aſcenſionis Domini, Pentecoſtes, Nativitatis S. Io: Baptiſtæ.

19. Ex Decreto verò *S. Congr. Rit.* 17. *Nov.* 1607. quod refert *Gavant. in rubr. miſſal. par.* 1. *tit.* 20. *de præpar. Altar. lit. f. verſ. ſciendum*, ſunt. Nativitas D. N. Epiphania, Paſca, Pentecoſtes, Anunciatio, & Aſſumptio B. M. Virg. Feſtum omnium Sanctorum, Feſtum SS. Petri, & Pauli.

20. Ex Decreto itèm *S. Congr. Concilii emanato in Derthonen.* 17. *febr.* 1685. *lib.* 33. *fol.* 100. ſunt. Nativitas D. N. Paſcha Pntecoſtes. Epiphania Aſſumptio B. M. V. Feſtum SS. Petri, & Pauli, Omnium Sanctorurm, & Eccleſiæ Titularis.

21. Quæ Decreta ſunt tanquam declarativa d. Canonis Concilii Agathenſis; nam ibi poſt enumerationem feſtivitatum ſolemnium exceptarum, adduntut hæc verba = *& ſiqui maximi dies in Feſtivitatibus habentur*.

22. Eſt quoque advertendum, quod prohibitio Edicti de non introducendis novis feſtivitatibus, nõ ſolum compræhendit feſtivitates de præcepto, in quibus ſit abſtinendum ab operibus ſervilibus, ſed etiam illas, quæ recurrentibus natalitiis Sanctorum non ſolemnibus vel nunquàm, vel ſinè apparatu, & ſolemnitate celebratæ fuerunt, & præter ſolitum pompaticè celebrari volunt, nè ut plurimum accidit, triumphet vanitas, miſceatur pravitas, & depellatur pietas.

23. *E PUBLICARE NUOVI MIRACOLI*. Nova miracula tam Sancti Canonizzati, quàm non canonizzati, approbanda ſunt ab Epiſcopo juxtà præcitati Concilii Decretum: quæ facultas eſt in eo privativè quoad omnes alios inferiores Prælatos, etiam habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ut reſpondit S. Congr. Rit. apud *Barb. collect. dec. Apoſt.* 472. *verb. miracula*, ubi teſtatur penes ſe retinuiſſe Decretum authenticum, & ſequitur *Pac. Jord. elucubr. tom* 2. *lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 159. *&* 160. Sac. Cong. Concilii in Aprutina 21. Decembr. 1596. in qua declaravit, appro-

approbationem miraculorum patratorum in loco exempto, ſpectare ad Epiſcopum, intra cujus fines Diœceſis exiſtit. Verum cùm ſit res gravis, non niſi adhibito conſilio Virorum gravium, & Theologorum, ad approbationem procedere non debet.

24. Dona enim plura, at duo ſingularia conceſſit Chriſtus Eccleſiæ ſuæ Sponſæ, nimirum miraculorum faciendi poteſtatem, & intelligentiam Scripturarum. Primum cum dixit: = *Signa autem eos, qui crediderint hæc ſequentur, in nomine meo Dæmonia eiicient. Marc.* 16. Secundum quando apparuit Diſcipulis Cleophæ, & Ammeoni, narrantibus ejus mortem; & *aperuit illis ſenſum* (inquit Evangeliſta) *ut intelligerent Scripturas Luc.* 24.

25. Miraculum, Mirabile, ſignum, prodigium, & virtus inter ſe differunt. Miraculum latè, & impropriè ſumptum accipitur pro omni eo, quod raro contingit: ſtrictè verò ſumptum accipitur pro facto, quod naturæ vires excedit *Contelor. de canoniz. Sanct. cap.* 16. *n.* 1. & 2. Miraculum igitur aliud eſt naturale, quia non excedit vires naturæ, licet eveniat per cauſas nobis ignotas. Aliud ſupernaturale, quod naturam omnem tam humanam, quàm Angelicam excedit, & non niſi Deum habere poteſt Authorem. Aliud denique partim naturale, partim ſupernaturale, quatenus licèt viribus naturæ humanæ, vel Angelicæ fieri poſſit quo ad ſubſtantiam: quo ad modum tamen, virtute tantummodò Divina fieri poteſt.

26. Ad primam ſpeciem pertinent quæcumque extra communem ordinem naturaliter eveniunt: ejuſmodi ſunt ſaxis, vel ſanguine pluere; plures Soles in Cœlo apparere, hominem bicipitem, vel cum capite ferino naſci, & alià hujuſmodi, potius mira Naturæ, & Monſtra, quàm miracula dici poſſunt.

27. Ad ſecundam ſpeciem ſpectant, mortuos ſuſcitare, cęcos illuminare, aliquid novum creare, & alia ſimilia, quæ conſtat à Deo tantummodò, vel per virtutem ejus effici poſſe.

28. Tertiæ Speciei ſunt febres, alioſque morbos inſtantaneè, vel breviſſimo tempore curare: efficere ut ſubito pecuniæ, vel cibi alicui appareant: ut fons repentè ſcateat: vel unum corpus in aliud ſubitò convertatur, & alia hujus generis. Hæc, inquam, tam Deum, quàm Demonem, vel etiam hominem habere poſſunt Authorem: cum hoc tamen diſcrimine, quod quando fiunt ope Divina, verum ac realem ſortiuntur effectum, nec quo ad modum ullam habent virtutem, aut vim cauſæ naturalis, & ad finem tantùmmodò honeſtum, utilem, aut neceſſarium diriguntur. Cum verò mali Dæmonis opera efficiuntur, vel ſunt tantùmmodo phantaſtica, & apparentia, neque ullum habent verum, & realem effectum; vel fiunt per media merè naturalia applicando, nimirum activa paſſivis, vel transferendo inviſibiliter aliquid de loco ad locum, vel alienas ſpecies ingerendo, ita ut appareat alicui mortuus, qui verè eſt vivus, vel Aſinus, qui eſt homo, vel ampliſſimum Palatium, quod eſt vile tugurium aut Nemus.

29. Hac ratione Pharaonis Magi in certamine habito cum *Moyſe Exod.* 7. Virgas in Colubres, aquam in Sanguinem, pulverem in ranas convertebant, vel certè convertere videbantur: At iſta Dæmonum mira evanuerunt, quia Virgæ Magorum devoratæ fuerũt a Virga Moyſis: idẽ de divinationibus, ac præſagiis rerum futurarum, vel occultarum, vel abſentium ſentiendum eſt: hæc enim, vel caſu, vel per ſolas conjecturas fieri cenſendum eſt. Hæc ajo à Dæmone per media naturalia proportionata, ſibique cognita, licèt nobis ignota producuntur, & licet quandoque verè facta ſint, non habent tamen rationem veri miraculi, ſed potius ſunt, & dicuntur figmenta, & præſtigia ad homines facilius decipiendos, ut latè demonſtrat *Martin. de Rio diſquiſ. magic. lib.* 2. *quæſt.* 7. & 8. & *lib.* 4. *quæſt.* 2. *per tot. Contelor. de canoniz. Sanct. cap.* 17. *n.* 1.

30. Siquidem vera miracula cùm ſemper ſint a Deo, non niſi ab hominibus Deo gratis, vel ſaltem non niſi per apertam, & ſeriam Dei invocationem, & in nomine, & virtute ejus, iiſque mediis, quæ ipſemet præſcripſit, vel probavit, fieri poſſunt: mira autem Magorum, & Sagarum ſemper admixta ſunt abſonis, abditis, vanis, aut ſuperſtitioſis precibus vel ſignis. Et ſic in dignoſcendis veris a falſis miraculis, attendenda eſt cauſa efficiens, modus, media, finis, & res ipſa, ne Epſcopus, ejuſque Conſultores decipiantur.

Sunt, & alia miracula, quæ in Eccleſia Catholica firmata ſupra firmam petram, continuò perſeverant, & præter alia plura celebriora enumerantur.

31. Primò, Domus Lauretana in qua Beata Virgo nata eſt, & enutrita, æternum Verbum concepit, quæ a fundamentis avulſa Angelico miniſterio a Nazareth in Illyricum primò anno Chriſti 1291. die 6. Maii deportata, & triennio poſt die 10. Decembr. in Picenum tranſlata, omnium Chriſtianorum concurſu, & Votis tanquam divinæ charitatis prodigium veneratur, & miraculorum perennitate exaltatur.

32. Secundum, Crux illa celebris in Urbe Malipuritana in India Orientali, de qua *Marrac. in prodom. ad confut. Alcoran. par.* 2. *poſt fin. in Appendic.* ſupra quam cum oraret vulneratus fuit ad mortem à quodam Brachmane S. Thomas Apoſtolus die 18. Decembr. Hæc quotannis eadem die recurrente dum ante eam Sacrum ſolemniter celebratur ad initium Evangelii, atro quodam colore ſplendore, permixto offuſcatur, qui poſt offertorium clarior evadit, donec Crux tota candida, ac nitens appareat. Dum autem fit conſecratio, reſumit Crux colorem ſuum naturalem, & ſanguineo ſudore tota perfunditur, quo fideles linteola ſua infundunt, ac per ea Deus miranda operatur. Si quando verò contingat; ut Crux eo tempore non immutetur, flagel-

flagellum aliquod grave Chriſtiano populo protendi experimento compertum eſt, prout Author citatus refert.

33. Tertium. Liquor (quem Mannam vocant) qui manat aſſiduè ex oſſibus Corporis S. Nicolai Epiſcopi Myrenſis, Barium tranſlati (ad quem Peregrinus acceſſi de anno 1687. videruntque oculi mei, quæ operatur Deus in Servis ſuis), qui in vitreis ampullis ſervatus incorruptus perſeverat, & quotidiana, per illum patrantur miracula.

34. Quartum. Sanguis S. Januarii Martyris Epiſcopi Beneventani, cujus Corpus Neapolim delatum, ibique in Eccleſia Cathedrali honorificè tumulatum, adhùc poſt tot ſæcula à die martyrii Beatiſſimi Martyris Sanguis in ampulla vitrea ſervatus in cõſpectu capitis illius poſitus, velùt recens liqueſcere, & ebullire ter vel quater in anno conſpicitur.

35. Quintum. Tres globuli carnei ex viſceribus Beatæ Claræ de Monte Falco Ord. Eremit. S. Auguſtini Spoletanæ Diœceſis avulſi (quos anno 1701. vidi, & veneratus ſum) qui ut à fide dignis audivi tantum ponderant omnes ſimul, quàm unus tantum, & tam duo ſimul, quam tres, myſterium ineffabile Trinitatis mirabiliter exprimentes.

36. Sextus, Sanguis ſivè Cruor Sanguineus, qui ex brachiis à corpore ſectis S. Nicolai Tolentinatis in Piceno poſt quatuor ſæcula, turgeſcentibus venis emanat, quotiès aliqua calamitas Chriſtianorum Provinciis imminet, ut experimento compertum eſt.

37. Septimum. Cereus delatus à Virgine Deipara Lamberto Epiſcopo Attrebatenſi vulgò *Arras* in Belgio anno 1105. cujus Cerei guttis quædam infirmitas Epidemica è Cœlo ad puniendum nonnullorum pravorum hominum audaciam emiſſa, nutu Virginis ſanabatur. Hic Cereus poſt ſex ſæculorum curſum, pluries accenſus, & ex guttis copioſè delapſis aliis Cereis, & candelis efformatis, adhùc non eſt diminutus, ſed integer perſeverat, proùt refert *Menoch. in opere cui titulus Stuore* o vero *Trattenimenti Eruditi Centur. 4. cap. 91.*

38. *CON DEVOTIONE, E RELIGIOSITA'.* Una ex curis præcipuis Epiſcoporum eſt, ùt Sacramenta à Parochis, aliiſque quibus illorum adminiſtratio incumbit piè, & religioſè conferantur, quia Sancta ſanctè tractanda ſunt, & ideò non debet permittere quod Sacramentum pœnitentiæ conferatur in Cellis extra caſum infirmitatis, & in Eccleſia extrà ſedem confeſſionalem, præſertim mulieribus, & pueris non interpoſita Crate: minuſque, quod diebus feſtis, conferatur ſine ſuperpelliceo, & Stola: nec quod Sacramentum Extremæ Unctionis deferatur in abſcondito ſine Cotta, & Stola, & ſinè Clerico, vel in ejus defectu uno ſaltem Socio Sodalitatis, quæ in Parochia exiſtit ſacco decenti veſtito, quia ut mandat Rituale, hoc Sacramentùm publicè deferri debet.

39. Doceatque, quod ſi fortè ob infirmorum copiam, Oleum Sanctum deficeret, poteſt Parochus tali caſu oleo benedicto ſuperaddere ſæpius oleum non benedictum, dummodo ſingulis vicibus, minor quantitas addatur non benedicti: nam ita faciendo licitum, & validum erit Sacramentum, quamvis conſideratis additionibus inſimul junctis, non benedictum eſſet in majori quantitate, proùt declaravit *Sac. Congr. S. Officii 23. Septembr. 1682. in una Hiſpalen.*

40. Item quod Expoſiti ſunt ſemper baptizandi ſub conditione *Si non es baptizatus Ego te Baptizo &c.* quotiès nõ habetur certa ſcientia de collato baptiſmo, putà per fidem exaratam alicujus Sacerdotis cogniti; aliter enim res ſemper manet dubia: nam ignoratur quis baptizaverit, & an ille, aut illa noverint, & obſervaverint ſubſtantialia hujus Sacramenti. Sciatque Parochus quod per ſe ipſum ubi legitime non fuerit impeditus, tenetur baptizare, & non per ſubſtitutum, non obſtante contraria Conſuetudine, ut reſpondit *S. Congr. Concilii 8. Febr. 1601. lib. Dec. 55. pag. 556.* & quod maximum delictum eſt miniſtrare Sacramenta irreverrenter *Ricc. Deciſ. 96. n. 1. par. 1.* ubi quod Parochus fuit ſuſpenſus per annum à Cura. Si autem Cura Animarum incumberet perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, tunc munus Doctrinam Chriſtianam docendi, poſſet exercere per alium *S. Congr. Concilii in Vintimilien. 2. Septembr. 1606. lib. 82. poſit. fol. 226.*

41. Si autem Parochia eſſet populoſa, & unus Rector, & Parochus non poſſet ſufficere Sacramentis diligenter miniſtrandis; Epiſcopus illum cogat ſibi alium vel alios adjungere Sacerdotes, quot ad hoc munus peragendum judicaverit neceſſarios; *juxtà Concilii Trid.* diſpoſitionem *cap. 4. ſeſſ. 21. de refor.* ab hac enim proviſione non datur appellatio, neque aliqua inhibitio attendenda eſt, ſed Decretum de Coadiutore adjungendo exquendum venit, *ut Sac. Congr. Concilii* reſcripſit *Epiſcopo Abulen. 5. Januarii 1589. lib 7. Epiſtolar. pag. 2.* Secùs verò ſi Epiſcopus ob numeroſitatem Parochianorum vellet ad diſmembrationem Parochiæ procedere, quia Parochus jure ſe opponeret: cum non poſſit Ordinarius ad illam devenire, motivo numeroſitatis, & niſi concurrant requiſita ejuſdem Concilii, ùt ſæpè ſæpiùs reſpondit *S. Congr. Concilii*, & recenter in *Toletana 4. Maii 1697. in Gerunden. 29. Januarii 1701. & in Neocaſtren. 15. Decembris 1703.*

42. *LA MENSA A' CUI S'ACCOSTANO I FEDELI.* Dandæ, & accipiendæ communionis diverſæ olim fuere Conſuetudines in primordiis Eccleſiæ, & certum ac exploratum eſt omnes fideles, quorum erat cor unum, & Anima una, quotidiè perſeveraſſe in communione fractionis panis, ut Acta Apoſtolorum teſtantur, quam Conſuetudinem diù perſtitiſſe evidens quoque eſt ex traditis a *Card. Bona in tract.*

*ver. liturgic. lib.* 2.*cap.* 17. §. 2. ubi teſtimonio Patrum uſque ad initium quinti ſeculi Romæ, & in Hiſpania viguiſſe demonſtrat. Quam cum de novo noſtro hoc ævo in aliquibus Diœceſibus reaſumptam fuiſſe Innocentio XI. innotuiſſet, ad tollendos abuſus, qui irrepſerant ignavia adminiſtrantium, audito *S. Congr. Concilii Voto*, Decretum ædidit generale, in quo datur inſtructio, quid in hac re ſit obſervandum, ùt quiſque. qui ad hanc menſam accedit, cenſeatur dignus quotidiana communione. Quod Decretum cum ſit nota dignum, referam infrà.

43. *LA SANTA MESSA &c.* Hæc eſt illa oblatio munda, quam Sacrificandam à Solis ortu uſque ad occaſum in omni loco vaticinatus fuerat *Malachias Propheta* 1. quãque *Iſaias* 25. anticipato ſuavitatis ejus odore illectus, convivium Vindemiæ Defecatæ appellavit: ac propterea ſumma cura adhibenda eſt, ùt Miſſæ Sacrificium, omni religionis cultu, & veneratione à Sacerdotibus non tantùm celebretur; ſed etiam ab aſtantibus audiatur.

44. Ex parte igitur Sacerdotis eſt celebranda, altè, voce intelligibili, ùt audiatur ab à ſtantibus; breviter non ultra mediam horam; dare ùt omnia verba integrè proferantur; devotè ùt attendatur ad ea quæ dicuntur eſactè, ùt fiant omnia, quæ præſcribuntur in Rubricis, ùt docet *Gavant. in rubr. par. 3. tit.* 11. *n.* 13. Ex parte verò audientium, aſſiſtendum venit nudato capite, flexis genibus excepto tempore quo legitur Evangelium, tunc enim ſtandum eſt, ùt jubet canon Apoſtolica de *conſecr. diſt-* 1. cum devotione, & attentione, ùt monet *Pac. Jord. elucub. tom* 1. *lib.* 4. *tit.* 1. *n*, 434. *& ſeqq.* cum aliis *ibid allegat. Synod. Farfen. in tit. de Sacrif. miſſæ* §. 16. & eſt communis opinio, & ſententia. Qui autem confabulando, ambulando, ſedendo, ſtando cum indecentia, & ſcandalo ſeù aliquid quidpiam Dei majeſtate indignum operaret, miſſæ Sacrificio debitam aſſiſtentiam non præſtaret, nec præcepto de audienda miſſa diebus feſtis ſatisfaceret: cùm enim Eccleſia præcipiat auditionem miſſę ùt eſt actus humanus, ac Religioſus, & per modũ orationis; certũ eſt, quod actus mox recẽſiti, ſunt prorſus cũ Religione, oratione, & attẽtione, (ſi per tempus notabile fiant) incompatibiles, & contrà voluntatem, & inſtitutionem Eccleſiæ. Attentio autem triplex eſt: Prima, quà attenditur ad actiones Sacerdotis: Secunda quà attenditur ad ſignificationem verborum: Tertia quà indè mens ad Deum elevatur, contemplando miſteria, quæ in miſſa per actiones, aut Sacerdotis verba exprimuntur. Prima eſt neceſſaria, ſecunda eſt melior, tertia eſt optima.

45. Elaborandum propterea eſt, ut fideles per Parochos, per Confeſſarios, per Concionatores, per Cathechiſtas inſtruantur quà corporis compoſitione, & devotione, & attentione audienda ſit miſſa, & quod Mulieres tempore miſſæ ſedentes abſque neceſſitate, Deo non præſtant debitum cultum; tollanturque occaſiones irreverentiæ, nè ubi adeſt preſentialiter Chriſtus, Angeli circumſtant, Imagines Sanctorum coluntur, abominationes fiant. Deus enim non ſolùm interioribus actibus, ſed etiam exterioribus eſt colendus, quod eſt proprium Religionis, ùt docet *D. Thom.* 22. *quæſt.* 81. *art.* 7. Et non ſolum ùt hæc fiant, & removeantur reſpectivè ab Eccleſiis ſibi ſubjectis curare debent. Ordinarii, ſed etiam Regularium, quia *S. Concilium Tridentinum* tribuit in hoc ejs juriſdictionem; Nàm in Vercellen, propoſito dubio = *An liceret Epiſcopo punire Regulares, prohibita, vel indecentia in Eccleſiis ſuorum ordinum committentes circa miſſæ Sacrificium? Die* 21. *Martii* 1643. *Congr. Cocilii reſpondit licere Epiſcopo punire Regulares committentes prohibita, vel indecentia in Eccleſiis etiam ſuorũ Ordinũ circa miſſæ Sacrificium lib.* 17. *Dec. pag.* 170.

46. *CHE SPETTANO A I PAROCHI*. Quæ ſint Parochorum jura hodiè vigentia dixi *tom.* 1. *tit X. annot. ad form.* 18. *n.* 4. At quia ſuper illorum intelligentiam, & exercitium, emanarunt poſteà nova Decreta *S. Congr. Rituum*, aliquid hic addendum modò ſupereſt. Propoſitis enim in Congregatione ſequentibus Dubiis.

*I.* *An Confraternitates laicorum legitimè erectæ in Eccleſiis Parochialibus, habeant dependẽtiam à Parocho in explendis functionibus Eccleſiaſticis non Parochialibus.*

*II.* *An dictæ Confraternitates erectæ in cappellis, vel Oratoriis, tùm publicis, tùm privatis adnexis Parochialibus Eccleſiis, ab eis dependentibus, habeant dictam dependentiam à Parocho quo ad dictas functiones?*

*III.* *An Confraternitates erectæ in aliis Eccleſiis publicis, habeant quo ad eaſdem functiones aliquam dependentiam à Parocho intra cujus Parochiæ limites ſitæ ſunt Eccleſiæ?*

*IV.* *An Confraternitates erectæ in Oratoriis tam publicis, quam privatis, ſejunctis ab Eccleſiis Parochialibus quo ad dictas functiones Eccleſiaſticas, habeant dictam dependentiam à Parocho?*

*V.* *An benedictiones, & Diſtributiones Candelarum, Cinerum, & Palmarum, ſint de juribus merè Parochialibus?*

*VI.* *An benedictiones Mulierũ poſt partum, Fontis Baptiſmalis, Ignis, Seminis, Ovorum, & ſimilium, ſint de juribus merè Parochialibus.*

*VII.* *An functiones omnes Hebdomadæ Sanctæ ſint de juribus merè Parochialibus?*

*VIII.* *An celebratio Miſſæ ſolemnis feria quinta in Cœna Domini, ſit de dictis juribus Parochialibus?*

*IX.* *An prima pulſatio Campanarum in Sabbato Sancto ſit de juribus Parochialibus?*

X. *An celebratio Miſſarum ſolemnium per annum, ſivè pro vivis, ſivè pro defunctis, ſit de dictis juribus Parochialibus?*

*XI.* *An expoſitiò quadraginta horarum, & benedictio*

*dictio quæ ſit ſuper populum, ſit de dictis juribus Parochialibus?*

XII. *An expoſitio, quæ fit cum Reliquiis, vel Sacris Imaginibus, & benedictio, quæ cum eis fit ſuper populum, ſit de dictis juribus Parochialibus?*

XIII. *An functiones in præcedentibus octo dubiis, videlicet à dubio quinto ad duodecimum expreſſæ, peragi poſſint in Oratoriis privatis, contradicente Parocho?*

XIV. *An in dictis Oratoriis privatis Confraternitatum per Confratres ſtatis horis recitari poſſint horæ Canonicæ cum cantu, vel ſine, abſque alia licentia Parochi?*

XV. *An in dictis Oratoriis privatis ſit licita celebratio miſſæ privatæ, aſſentiente Ordinario loci, & contradicente Parocho?*

XVI. *An Capellani Confraternitatum poſſint populo denunciare feſtivitates, & vigilias occurrentes in hebdomada abſque licentia Parochi?*

XVII. *An Parochus invitis Confratribus docere poſſit doctrinam Chriſtianam in prædictis Eccleſiis, Oratoriis publicis vel privatis à Parochiali diviſis, & ſeparatis?*

XVIII. *An in ſæpè dictis Eccleſiis publicis Confraternitatum poſſint haberi publicæ Conciones etiam per totum curſum Quadrageſimæ, vel Adventus cum licèntia Ordinarii, & abſque licentia Parochi?*

XIX. *An in eiſdem Eccleſiis poſſit celebrari miſſa ſivè lecta, ſivè cantata antè miſſam Parochialem, ſivè lectam ſivè cantatam.*

XX. *An ad Parochum ſpectet facere officium funebre ſuper cadaveribus ſepeliendis in ſæpè dictis Eccleſiis, & Oratoriis publicis Confraternitatum?*

XXI. *An intrà ambitum earumdem Eccleſiarum fieri poſſint Proceſſiones juxtà cujuſque Confraternitatis inſtitutum, abſque interventu, vel licentia Parochi?*

XXII. *An eædem Proceſſiones fieri poſſint extra ambitum dictarum Eccleſiarum abſque licentia illorum Parochorum, per quorum territorium tranſeundum eſt?*

XXIII. *An in dictis Proceſſionibus Cappellani Confraternitatum poſſint deferre Stolam?*

XXIV. *An Epiſcopo accedente ad Eccleſias publicas Confraternitatum, quæ non ſint Regularium, neque proprium Rectorem Beneficiatum habeant, porrigendum ſit Aſperſorium à Parocho in cujus territorio ſunt ſitæ dictæ Eccleſiæ?*

XXV. *An earundem Eccleſiarum, & Confraternitatum Rectores, & Cappellanos poſſit Parochus, ceſſante alio ſpeciali, ac legitimo titulo, & ex ſolo jure Parochialitatis compellere invitos ad aſſiſtendum functionibus Eccleſiæ Parochialis?*

XXVI. *An in ſæpè dictis Eccleſiis Confraternitatum, neque Parochialibus, neque Regularibus, retineri poſſit Sanctiſs. Euchariſtiæ Sacramentum ſinè ſpeciali Indulto Sedis Apoſtolicæ?*

XXVII. *Præſuppoſita facultate retinendi, an poſſit infrà annum publicè exponi, ſinè licentia Ordinarii?*

XXVIII. *An poſſit Parochus ſe ingerere in adminiſtratione oblationum, vel eleemoſinarum in ſæpè dictis Eccleſiis recollectarum, vel Capſulæ pro illis recipiendis expoſitæ clavem retinere?*

XXIX. *An in Eccleſia Parochiali Confratres, vel eorum Capellani, immiſceri ſe valeant invito Parocho in ejuſdem Eccleſiæ functionibus, ſivè Parochialibus, ſivè non Parochialibus?*

XXX *An Confraternitates ſivè ſint erectæ in Eccleſia Parochiali, ſivè extrà illam, poſſint pro libito, & juxtà uniuſcujuſque peculiaria ſtatuta Congregationes ſuas facere, abſque interventu, vel licentia Parochi?*

XXXI. *An poſſit propria bona adminiſtrare, atque de illis diſponere abſque ulla dependentia à Parocho?*

XXXII. *Quando Parochus eiſdem Congregationibus interſit de mandato Ordinarii, & tanquàm ejus Delegatus, an poſſit ſuffragium deciſivum ferre: & quatenùs Affirmativè?*

XXXIII. *An etiam ſuffragium duplex?*

*Die* 10. *Decembris* 1703. *proùt infrà reſpondit.*

*Ad* 1. *Affirmativè.*

*Ad* 2. *Affirmativè.*

*Ad* 3. *Negativè.*

*Ad* 4. *Negativè.*

*Ad* 5. *Negativè.*

*Ad* 6. *Negativè: ſed benedictiones Mulierum, & Fontis Baptiſimalis fieri debere à Parochis.*

*Ad* 7. *Negativè proùt jacet.*

*Ad* 8. *Negativè prout jacet, ſed ſpectare ad Parochum.*

*Ad* 9. *Negativè proùt jacet, ſed ſpectare ad Eccleſiam Digniorem ad formam* Conſt. Leonis X. la 22. §. 14.

*Ad* 10. *Negativè proùt jacet. ſed licere Confratribus dumtaxat in feſtivitatibus ſolemnioribus ejuſdem Eccleſiæ vel Oratorii, ut in* Brunduſin. ſub die 1. Junii 1601.

*Ad* 11. *Negativè.*

*Ad* 12. *Negativè, & quò ad benedictiones cum Reliquiis, & Imaginibus ſerventur Decreta.*

*Ad* 13. *Satis proviſum in ſuperioribus.*

*Ad* 14. *Affirmativè, niſi aliter Ordinarius ſtatuat ex rationabili cauſa.*

*Ad* 15. *Affirmativè.*

*Ad* 16. *Affirmativè.*

*Ad* 17. *Negativè.*

*Ad* 18. *Affirmativè*

*Ad* 19. *Negativè, niſi aliter Epiſcopus diſponat.*

*Ad* 20. *Affirmativè, quando tumulandus*

*eſt ſubditus Parocho intra cujus fines eſt Eccleſia vel Oratorium.*

*Ad 21. Affirmativè.*

*Ad 22. Negativè, niſi adſit licentia Epiſcopi.*

*Ad 23. Negativè extrà propriam Eccleſiam.*

*Ad 24. Negativè.*

*Ad 25. Negativè.*

*Ad 26. Negativè.*

*Ad 27. Negativè.*

*Ad 28. Negativè.*

*Ad 29. Negativè.*

*Ad 30. Affirmativè, dummodò non impediant functiones, & divina officia.*

*Ad 31. Affirmativè.*

*Ad 32. Negativè.*

*Ad 33. Negativè.*

47. Hæc Decreta quamvis prudentia, & ſapientia plena ſint; nihilominus, nè occurrentibus caſibus ſuper quibus emanarunt, detur rudibus diſceptantibus occaſio dubitandi; an *S. Congreg. Rituum* potuerit ſuper juribus Parochialibus Decreta edere, cum eius facultas in Bulla erectionis Sixti V. videatur reſtricta nominatim ad ſolos ritus decidendos, & an per ſimplicem oraculum vivæ vocis Papæ cenſeantur convalidata? adeò ùt vim habeant obligandi ad obſervantiam: & an demùm videantur contraria reſponſis aliarum *Sac. Cangregationum*? opportunum duxi (quia materia frequens eſt) illa examinando hic oſtendere, in nihilo iuribus Parochorum derogaſſe, & reſponſis tàm Congreg. Concilii, quàm Epiſcoporum conſona eſſe, ut ex ſubnexis animadverſionibus patebit.

48. Et primò animadvertendum, quod hæc Decreta allegari, & produci non poſſunt ab illis Confraternitatibus, quæ legitimè ad formam *Bullę Clementis VIII.* erectæ non ſunt; & ideò ſapienter in primo dubio (ad quod cætera omnia ſubſequentia relationem habent) quæſitum, & propoſitum fuit = *An Confraternitates laicorum legitimè erectæ, habeant dependentiam &c.* Ut autem Confraternitas legitimè erecta dicatur, tria requiruntur. Primò, ùt in loco, in quo erigitur, nulla alia Societas, ſeù Congregatio ejuſdem inſtituti reperiatur inſtituta. Sed ab iis quibus à ſede Apoſtolica facultas inſtituendi attributa fuit, una tantùm ſingulis in locis erigatur, & inſtituatur, ùt in §. 2. niſi ageretur de Confraternitatibus jam erectis ante publicationem d. Bullæ, quæ juxtà Decretum Congregationis Indulgentiarum emanatum 27. Septembris 1607. quod referunt *Lauret. de franc. contr. par.* 1. *n.* 231. *Lantuſch. in theatr. Regular. verb. Confraternitas n.* 10. poſſent confirmari plures, etiamſi eſſent ejuſdem nominis, & inſtituti. Secundò requiritur, quod inſtituere facultatem habentes, priùs receperint conſenſum Ordinarii loci, cum litteris ejus teſtimonialibus, quibus Confraternitatis, & Congregationis erigendæ, & inſtituendæ, pietas, & Chriſtianæ Charitatis officia, quæ exercere cupit apud illos commendentur. Tertiò, quod privilegia, indulgentias, facultates, aliaſque gratias Spirituales, quæ Ordini inſtituenti, ſeù Archiconfraternitati aggreganti competunt, non ſub generali forma verborum, vel ad inſtar, ſed nominatim, & in ſpecie communicentur: hęc inquam pro valida erectione, vel aggregatione ſubſtantialia ſunt, & de forma, quæ ſi non ſerventur, actus corruit, & nullius eſt roboris, & momenti, ut diſponitur in §. 12. *d. Bullæ à me relatæ tom.* 1. *in Appendic. pag.* 299.

49. Secundò, quod ſtatuta pro regimine Ordinum, Religionum, & Inſtitutorum erigentium, & inſtituentium, ſeù Archiconfraternitatum aggregantium, edita impartiri, & communicari non poſſint Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, niſi priùs ab Epiſcopo Diœceſano examinata, & approbata pro ratione loci non fuerint, quæ nihilominus ejuſdem Epiſcopi Decretis, ac moderationi, correctioni, & viſitationi in omnibus ſemper ſubiecta remanent, ut habetur in §. 5. d. Conſtitutionis, quæ famulatur expreſsè diſpoſitioni *Concilii Trid. cap.* 8. *ſeſſ.* 22. *de refor.* ſicque ſi erigentes, vel aggregantes aliquid ultrà præter ſibi conceſſum, & decernerent citrà Epiſcopi conſenſum, nulliter, & illicitè agerent, ut in terminis ejuſdem Bullæ docet *Leo Theſaur. for. Eccles. par.* 4. *cap.* 2. *n.* 140., & 141. Et quod per aggregationem, nihil detrahatur juriſdictioni Ordinarii, pluries declaravit Congreg. Concilii, & ad rem noſtram in *Potentina aggregationis*, in qua propoſitis Dubiis: Primò an ad effectum ùt Confraternitates laicales aggregatæ uti poſſint regulis, & ſtatutis, ac coſtitutionibus, quas obſervandas recipiunt ab Archiconfraternitatibus aggregantibus, neceſſaria ſit præcedens aggregatio Ordinarii loci? 2. An ad effectum ut Confraternitates aggregatæ uti, & gaudere poſſint Indulgentiis Archiconfraternitatum aggregantium, neceſſaria ſit approbatio Epiſcopi, cum interventu duorum de Capitulo? 3. An Confraternitatibus aggregatis Archiconfraternitati mortis de Urbe jus competat ſepeliendi Cadavera occiſorum tàm in Civitate quàm extra, & tàm Civium quàm exterorum, quando Parochi parati ſunt ſepelire dicta Cadavera? 4. An dictæ Confraternitates aggregatæ ſubſint Ordinario? ita ùt eorum Adminiſtratores, rationem Ordinario teneantur reddere. Die 29. Maii 1683. *S. Congr. Concilii* reſpondit ad 1. 2. & 4. *Affirmativè ad* 3. *Negativè. lib.* 33. *Dec. fol.* 148.

50 Tertiò, quod conventiones, & pacta appoſita in limine erectionis Confraternitatis, ſeù Congregationis, obſervanda ſunt, & exequenda, non obſtante, quod ex poſt, fuerint illi per erigentes, ſeù aggregantes communicata nominatim, & expreſsè eorum privilegia, & ſtatuta, quæ juxtà præmiſſa in ſecunda animadverſione, ſint auctoritate Ordinarii, immò etiam

etiam Apoſtolica conceſſa, & approbata: Quia ſuperveniens privilegium non præjudicat pacto, neque tollit conventiones, & ſtatuta, niſi illarum faciat expreſſam mentionem, ùt ſunt textus aperti *in c. 1. de Conſtit. in 6. & in c. ex multiplici extra de decim. Paſſerin. in c. 1. n. 11. de pact. in 6. Pirhing. in jus can. lib. 3. tit. 30. n. 121. & 122.* & tenuit in puncto bis cauſa examinata, & doctis in iure Aduocatis ſcribentibus *Sac. Congreg. Epiſcop. in Ceſenaten. 17. Auguſti, & 5. Octobris* 1691. Ideòque in Decretis ſupra relatis prudenter addita fuit in fine clauſula ſalutaris = *ſalvis tamen conditionibus, & pactis &c.*

51. Quartò, quod in erectionibus, & inſtitutionibus per Ordinum Regularium Generales concedendis, ſervanda eſt ſequens Formula.

### N. Ordinis N. Generalis.

*Religio noſtra cùm inter alia privilegia, quibus à Sede Apoſtolica decorata eſt, facultatem habeat ſecularium Confraternitates ſub invocatione N. erigendi, eiſque ſpirituales gratias, privilegia, & Indulgentias communicandi in hujuſmodi Confraternitatibus inſtituendis, ſi ad Chriſtifidelium ſalutem promovendam expedire animadvertit, liberalem ſe præbere conſuevit. Nos igitur qui Generalem totius Ordinis noſtri curam gerimus, ſperantes fore, ut ex hac ſpiritualium gratiarum participatione Chriſtifideles ad devotionem, & pietatem magis excitentur, auctoritate Nobis à Sũmis Pontificibus cõceſſa, Confraternitatem N. in Eccleſia N. loci N. Diœceſis N de cõſenſu loci Ordinarii, qui ejuſdem Confraternitatis inſtitutũ, pietatẽ, ac Religionẽ, literis, patentibus Nobis nuper exhibitis commendavit, dùmmodò tamen alia ſimilis in ipſo, vel alio ad tria milliaria propinquo loco hactenus erecta non fuerit, per præſentes noſtras literas erigimus, & inſtituimus, illiſque, & pro tempore exiſtentibus utriuſque ſexus Confratribus elargimur, & communicamus Indulgentias, privilegia, & ſpeciales gratias ſigillatim inferiùs deſcriptas, noſtræque Confraternitati nominatim expreſsè conceſſas per Breve Sanctiſs. D. N. Pauli Papæ V. tenoris ſequentis. Paulus &c.* (& inferatur tenor) *Quibus omnibus Indulgentiis, & ſpiritualbus gratiis deſcriptis, Confraternitatem ipſam nunc erectam, ejuſque Confratres potiri, & gaudere poſſe decernimus, juxtà felicis record. Clementis Papæ VIII. Conſtitutionem ſequentem: Clemens &c.* & inferatur tenor). *In quorum teſtimonium has literas fieri, & per noſtrum Secretarium ſubſcribi, & publicari mandavimus, ſigilloque Officii noſtri muniri. Datum &c.*

*Formulam hanc Confraternitates inſtituendi, & Indulgentias communicandi à fel. rec. Clemente VIII. præſcriptam, & in Congregatione Illuſtriſſimorum Cardinalium reformationi Indulgentiarium Præpoſitorum nuper recognitam, Religionis Carmelitanæ Superiori tradidimus, ùt illa in inſtituendis, confirmandiſque Confraternitatibus, ac Indulgentiis, & gratiis, quas à Sanctiſs. D. N. Paulo V. obtinuit, communicandis utatur, eamque in proprio ſtatutorum libro deſcribi curet. In quorum teſtimonium haſce noſtra manu ſubſcripſimus, & proprio ſigillo muniri juſſimus. Dat Romæ 17. Maii 1606. Cardinalis S. Ceciliæ.*

Et illam refert P. Thedorus Stratius in Inſtructione Indulgentiarum, quam pro Fratribus Carmelitis antiquæ Obſervantiæ Typis mandavit Romæ anno 1640. *cap. 14. n. 4.* ubi n. 3. dicit communem eſſe etiam aliis Ordinibus: quod verum puto: quia eamdem afferunt quoque *Donat. ord. Prædicat. prax. rer. regular. tom. 3. tract. 8. quæſt. 10. n. 1. & Lantuſch. Ord. minor. ſtrict. obſeru. in Theatr. regular. verb. Confraternitas n. 2.* In aggregationibus verò, alia quæ hic ſequitur.

### Dilectis nobis in Chriſto Confratribus Societatis N. in Eccleſia N. Auctoritate N. canonicè erectæ Salutem in Domino ſempiternam.

52. *Nos, qui juxtà Officii noſtri debitum, fidelium ſalutem, pietatiſque, ac religionis progreſſum procurare debemus, libenter noſtræ Archiconfraternitati, aliàs ejuſdem inſtituti Confraternitates adjungimus, & aggregamus, illiſque ſic aggregatis Indulgentias, facultates, ac alias Spirituales gratias, & indulta, juxtà facultatem Nobis à Sũmis Pontificibus conceſſam impartimur. Qua de re cum D. N. ejuſdem Confraternitatis Procurator aggregationem hujuſmodi, & Indulgentiarum communicationem enixè poſtulaverit, Nos Protector, Prior, & Cuſtodes prædicti totam ipſam Archiconfraternitatem repræſentantes fel. rec. Clementis Papæ VIII. Conſtitutioni ſuper hujuſmodi aggregationum, & Cæleſtis Ecleſiæ Theſauri communicationum moderatione nuper editæ inhærentes, his noſtris literis ſolo Dei amore, ac pietatis, Religioniſque Chriſtianæ augendæ Zelo ducti, Confraternitatem prædictam Canonicè, ut ſuperiùs erectam, attentis Epiſcopi, ſeù Ordinarii loci conſenſu, ac literis teſtimonialibus, quibus eius inſtitutum, pietas, ac religio commendatur noſtræ Archiconfraternitati (dùmmodò per nos ſimilis gratia priùs alteri in d. loco N. conceſſa, & tempore hujuſmodi conceſſionis aliæ Archiconfraternitati aggregata non fuerit) juxtà facultatem Apoſtolicam nobis conceſſam, adjungimus, & aggregamus, atque illi ejuſque Confratribus, Indulgentias, & Spirituales gratias infrà ſigillatim deſcriptas, noſtræ Archiconfraternitati literis Pontificiis nominatim expreſsè, & precisè conceſſas, largimur, & communicamus.* (Deinde inſeritur tenor literarum Apoſtolicarum Pauli V. in quibus nominatim Indulgentiæ Congregationi, & Societati aggreganti conceſſæ ſunt poſtmodùm iidem Officiales ſic loquuntur). *Quibus omnibus Indulgentiis, & gratiis Spiritualibus ſuprà ſigillatim deſcriptis, prædicta Confraternitas ejuſque Confratres uti, potiri, & gaudere poſſint, juxtà Conſtitutionem fel. rec. Clem. Papæ VIII. tenoris ſequentis* (& inſeritur totus tenor Conſtitutionis, & poſteà Officiales dicunt) *Volentes, & decernentes præſentibus literis noſtris eamdem fidem adhiberi, quæ præinſertis literis originalibus adhiberetur ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium has literas noſtras exinde fieri, &*



Hospital Real · Universidad de Granada · Biblioteca

*per noſtræ Archiconfraternitatis ſecretarium ſubſcribi, & publicari mandavimus, & ſigillorum ipſius Protectoris, & Archiconfraternitatis juſſimus, & fecimus appenſione muniri. Datum Romæ in loco ſolito noſtræ Congregationis Anno &c. Indictione . . Die . . Menſe, Pontificatus &c. Preſentibus &c.*

53. Et hanc per extenſum refert *Cherubin. in Compend. Bullar. Schol. ad Conſtit.* 115. *Clem. VIII.* ubi pariter teſtatur eſſe communem Congregationibus aggregantibus, quæ ſi non ſervetur actus corruit, & non valet aggregatio, ùt docet in puncto *Leo Theſaur. for. Eccleſ. par* 4. *cap.* 2. *n.* 103. & 104. & ſequitur *Romaguer. in gloſ. ad Synod. Gerund. lib.* 5. *tit.* 13 *cap.* 3. *in fin. poſt relationem Bullæ Clem. VIII. n.* 5. quia Conſtitutio Clementis VIII. non tantùm ab aliquibus, ſed ab omnibus, qui facultatem habent aggregandi obſervanda eſt, ùt mandat expreſsè Paulus V. in ſua Conſtitutione 68. *Bullar. tom.* 3. *pag. mihi* 260. §. 3. *ibi* = *Propterea nos volentes, ùt Conſtitutio prædicta* (ideſt Clem. VIII.) *tàm ab eisdem Lateranenſis Eccleſiæ Capitulo, & Canonicis, quàm ab aliis quibuſcunque jus, & facultatem communicandi hujuſmodi indulgentias habentibus, ùt par eſt ſine diſcrimine in poſterum obſervetur, Conſtitutiones, & literas prædictas dicti Clementis prædeceſſoris, cum ſuis clauſulis, decretis ad Baſilicæ Lateranenſis, & aliarum Baſilicarum, & Eccleſiarum quarumcumque, Capitula, Canonicos, & quaſvis alias perſonas ſimiles facultates habentes, illiſque utentes, ad effectum videlicet, ùt ipſa Capitula, & Canonici, ac perſonæ, nullas in poſterùm indulgentias communicare poſſint, niſi prædictæ Conſtitutionis forma ſervata, & eas ſolùmmodò, quæ à nobis illis præſcribitur, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium extendimus &c. ſub pœnis in eisdem literis contentis inviolabiliter obſervari præcipimus, & mandamus.*

54. Hinc ad intelligentiam dd. Decretorum, & præſertim aliquorum (quam omnes obviam, & planam inveniunt) deſcendendo, iterùm præmittendum venit. Primò, quod præter jura merè Parochialia, quæ ùt plurimum reſpiciunt utilitatem, & emolumenta Parochi, & de quibus loquuntur Canoniſtæ, & præciſè *Innoc.*, & *Abb. in rubr. de Paroch. Pirhing. in jus can. lib.* 3. *tit.* 29 *n.* 3. & *ſeqq.* adſunt quoque functiones Parochiales ita dictę, quia ad Parochum pertinent, vel propter affinitatem, connexionem, & dependentiam, quam habent a juribus merè Parochialibus, vel ratione officii paſtoralis, quò vicès gerit Epiſcopi in regimine Curæ Animarum, quales ſunt, celebratio officii ſuper Cadaveribus, receptio Mulierum ad purificationem poſt editũ partum, adminiſtratio publica ſacramentorum, Cinerum, Palmarum, & Candelarum Solemnis benedictio, Miſſæ celebratio feria V. in Cæna Domini, Domorum benedictio in Sabbato Sancto, benedictio fontis Baptiſmalis, delatio, & expoſitio publica Euchariſtiæ, & aliæ ſimiles, quas referunt, & ad ipſum ſpectare firmant *Ricc. prax. rer. for. Eccles. par.* 4. *à reſol.* 305. *ad reſo.* 311. *Barboſ. collect. deciſ. Apoſt. cap.* 391. *per tot.*

55. Secundò quod Confraternitates laicorum non ſunt Collegia realia naturalia Eccleſiæ in qua ſunt erectæ (cum qua nullam habent conjunctionem)? ſed Collegia merè perſonalia, quæ ad libitum recedere, & extingui poſſunt, ùt benè obſervat *Tondut. queſt. benef. tom.* 1. *cap.* 43. *n.* 5. & *trib. ſeqq.* & inſtitutæ reperiuntur, non ùt in Hyerarchia Eccleſiaſtica (cujus non ſunt membra), partem aliquam habeant: verum (ùt ipſa Conſtitutio *Clem. VIII.* §. 2. & 3. loquitur) ad hoc ùt pietatis, & Chriſtianæ charitatis officia exerceant, quod etiam notat *Cyriac. contr.* 94. *n.* 4. & 5. & propterea cum ſint incapaces Spiritualium jurium, & illis ſe immiſcere non poſſint *Rot. cor. Gregor. dec.* 310. *n.* 1. & quod per ſe ipſos exercere prohibentur, nec aliis valeant demandare *c. Daibertus* 1. *queſt.* 7. *c. nuper de donat. inter vir. & uxor*, ideò Divus Carolus in Concilio V. Provinciali *titulo quæ ad Sacramentalia, & Sacramenta pertinent*, & in Concilio Provinciali VII. à Paulo V. approbato ſub titulo *de Societatibus*, expreſsè prohibuit ſupradictas Parochiales functiones fieri in Oratoriis, ſivè Eccleſiis Confraternitatum ſub pœna ſuſpenſionis à divinis ipſo facto incurrendæ à Sacerdote, qui ibi illas faceret. Hunc Ven. Magiſtrum ſequuta eſt Synodus Farſen. anno 1686. publicata, *in titulo de Societatibus laicorum n.* 8. 10. & 11. cui præſens ſubſcripſit Sanctiſs. & Sapientiſſimus D. N. Clemens XI. dum erat clar. m. Card. Caroli Barberini Ordinarii Farſen. in Baſilica Principis Apoſtolorum Vicarius, & examinator Synodalis: item Purpura, & doctrina Eminens. Cardinalis Denkoff in ſua Synodo anno 1695. impreſſa. & publicata, ſub eod. titulo.

56. Tertiò quod ad decidendum controverſias, quas ſæpè excitant Confraternitates adverſus Parochos, non eſt deſumenda regula ab Archiconfraternitatibus Urbis: quia cum ibi ferè in omnibus præſidentiam habeant Cardinales Papæ Aſſeſſores, aliique Prælati in præcellenti Dignitate conſtituti. Propter horum præeminentiam, ac etiam propter numeroſitatem, præſtantiam, & nobilitatem Cleri potuit, concedi aliqua prærogativa ſeù Privilegiũ eo modo quò *Concilium Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de regular.* propter Abbatum Generalium, & Capita Ordinum præſtantiam, voluit diſtinguere, & privilegiare Monaſteria, in quibus fixam habent reſidentiam, illa à Viſitatione Epiſcopi eximendo, quamvis ibidem Cura Animarum ſæcularium perſonarum immineret. Ad quod propterea animadvertens Clemens VIII. nè ſcilicet privilegia Confraternitatum Urbis traherentur in exemplum, ad evitanda inconvenientia, quæ indè oriebantur, in §. 5. ſæpè dictæ Conſtitutionis vetuit communicari, & *pro ratione loci* ſtatuta condi, & reformari mandavit.

57. His præeliminaribus poſitis, ſtatim effulget intelligentia Quinti Decreti, in quo licèt deciſum ſit, quod functiones in dubio expreſſæ non ſunt de juribus merè Parochialibus, adhuc

hùc non inde valet inferri, quod poſſint ſolemniter expleri in Oratoriis, ſeù Eccleſiis Confraternitatum. ſed ad Parochum ſpectare dicendum eſt, proùt de aliis ſimilibus in Sextò, Octavò, Decimò, & Duodecimò declaratum fuit: tùm ob rationes, & authoritates deductas in primo præliminari, tùm ob declarationem olim jam factam ab eadem Congregatione in Neapolitana 18. Maii 1602. quæ ex Regeſtro Secretariæ deprompta *hæc habet* = *In Eccleſiis Parochialibus etiam quæ ſub magiſtrorum laicorum gubernio, & directione eſſe ſolent, extauritis nuncupatis, Sacerdotalia munera, & Presbyterales functiones*, quæ Populi, & Animarum curam quodammodò concernere videntur, quales ſunt *Candelarum, Cinerum, Palmarum, fontis Baptiſmalis benedictiones, Sanctiſſ. Sacramenti delationes, celebrationes Miſſarum, feria V. Cœnæ Domini, & Sabbati Sancti, aſperſiones Domorum, & quæ in Dominicis diebus in Eccleſia fiunt, quæque circa cultum Sanctiſſ. Corporis Domini in quadraginta horarum oratione, & ſimiles, non ad Cappellanos, ſeù etiam Sacriſtas, Eccleſiarum huiuſmodi ab eiſdem laicis deputatos, ſed ad Parochum, ſeù Rectorem Animarum Curam habentem in Eccleſiis huiuſmodi inſtitutum, & præcedente examine, & aliis requiſitis proviſum ſpectare debere cenſuit.*

58. Unde d. Quintum Decretum ab iſto antiquiori declaratur cùm certum ſit, quod lex nova loquens indeterminatè, accipit determinationem, & ſpecificatur à lege veteri *c. cum expediat 29. de elect. in 6. Donat. prax. rer. regular. tom 1. par 1. de revoc. privil. quæſt. 17. n. 12. & par 2. tract. 13. quæſt. 75. n. 4.* Etenim cùm ad dubium 13. in quo quærebatur = *An functiones in præcedentibus octo dubiis, videlicet à dubio quintò ad duodecimum expreſſæ peragi poſſint in Oratoriis privatis contradicente Parocho, reſponſum fuerit = ſatis proviſum in ſuperioribus*: & hæc reſponſiò cum non magis ad quintùm, quàm ad ſextum, octavùm, decimùm, & duodecimùm referatur, & tali decreto non contradicat, evidens ſit quod huic ſit ſtandum l. ſed, & poſteriores ff. de legib.

59. Nihilque refert, quod Decretum iſtud loquatur de Cappellanis à laicis ad officiandum deputatis in Eccleſiis Parochialibus, non autem de illis, qui functiones prædictas exercent in Oratoriis publicis a Parochialibus ſejunctis, & independentibus: Quia ratio motiva prohibitionis (ùt patet ex lectura Decreti, & clarius infra patebit) non provenit ratione loci, nec ratione dependentiæ, ſeù juriſdictionis, quam habet, vel non habet Parochus in Oratoriis, ſeù Eccleſiis in quibus confraternitates reperiuntur erectæ; ſed ratione incapacitatis ùt probatum fuit in ſecundò præliminari, ac ratione officii, & functionis ſolemnis explendæ per certum, & digniorem Miniſtrum ab Eccleſia, in ſuis Ritualibus deſignatum, quod inferior uſurpare non debet, & tandèm illis prohibentur; quia concernunt quodammodò curam Animarum, ùt habetur expreſsè in d. Decreto, & illud referendo hoc idem benè advertunt, *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Miſſa verſ. in Eccleſiis Samuel. de Sepultur. tract. 1. diſp. 3. contr. 7. n. 19.* & indiſtinctè hoc quoque firmant in terminis *Barboſ. de offic. Paroch. cap. 12. n. 4. 5. & ſeqq. Donat. prax. rer. regular. tom. 3. tract. 8. quæſt. 19. n. 4. Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. cap. 25. n. 362.* quibus non ſemel, & perfunctoriè, ſed pluriès articulo diſcuſſo, *Sac. Congr. Concilii* (ad quam pertinet de juribus Parochorum cognoſcere) ſuis Decretis robur adiecit; nempè in Mantuana jurium Parochialium 3. Julii 1677. ad 6. & 7. dub. in Nullius Nonantulana jurium Parochialium 17. Febr. 1685. ad 2. in qua receſſit à reſolutione contrariâ emanatâ 13. Jan. ejuſd. anni, & in Bononien. jurium Parochialium 17. Novembr. 1691. ad 3.

60. Decretis Congregationis Rituum, & Concilii conſonant reſolutiones S. Congregat. Epiſcop. & Regul. in una Rhegien. inter Monaſterium, & Monacos S. Petri Congregat. Caſſinenſium, & Confraternitatem SS. Sacramenti dictæ Civitatis, in quà propoſitis dubiis.

*I.* *An Confraternitas ſit exempta à juriſdictione Ordinarii?*

*II.* *An eidem Confraternitati competat facultas retinendi Campanas obſtrepentes in Culmine Oratorii.*

*III.* *Proceſſiones faciendi per Parochiam cum Stola, & Cruce occaſione aſſociationis cadaverum, & ſimilium?*

*IV.* *Continuò aſſervandi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, etiam cum illius publica expoſitione?*

*V.* *Adminiſtrandi publicè Sacramenta confeſſionis?*

*VI.* Benedicendi Candelas, Cineres, Olivas?

*VII.* *Functiones peragendi in maiori Hebdomada ſignanter in die Cœnæ Domini.*

*VIII.* *Ibique ſepeliendi Cadavera abſque ullo interventu Parochi, iſtique omninò denegando iura Parochialia.*

Die 5. Iunii 1699. *Sac. Congr.* referente Eminentiſſimo Cardinali Tanario, cenſuit, & decrevit non conſtare de exemptione, & in reliquis = *inherendo* (ſunt verba Decreti) *Decretis aliàs deſuper editis, cenſuit reſpondendum negativè.*

61. Et hæc eſt veritas, auctoritate Divi Caroli, Synodorum, Doctorum, & Decretorum omnium Congregationum meritò comprobata, & firmata: nè ordo Eccleſiæ Hyerarchicus confundatur, Sacri Ritus corrumpantur, Clerus efficiatur mercenarius, & Dignitas, ac Libertas Eccleſiaſtica ledatur, & uſurpetur: nam ùt inquit *Guibert. Tornacens. quem refert Card. Bona in tract. rer. litur. lib 2. cap. 16. n. 3. circà fin.* = *ſolemnes benedictiones, ad ſolemnes pertinent Sacerdotes.*

62 Si

62. Si quæ verò contraria reperiantur Decreta, magnifacienda non ſunt; quia vel de benedictionibus non ſolemnibus extra dies Cinerum, Palmarum, & Purificationis B. M. Virginis loquuntur, & intelligenda veniunt, vel non auditis, aùt indefenſis Parochis articulo non examinato, ac Animadverſionibus ſupra relatis non factis, vel demùm ex aliqua facti circumſtantia nobis ignota emanaſſe credendum eſt.

63. Sextum Decretum (quidquid dicant cauſam propriam tuendo *Lezan. oper. mor. tom. 1. par. 1. cap. 12. n. 41.* & alii DD. Regulares) iuridicum videtur: quia licet benedictio Mulierum poſt partum non ſit de iuribus merè Parochialibus, ad Parochum tamen pertinet ex pluribus rationibus latè ponderatis per *Pignatell. conſult. 76. tom. 5.* & ſignantèr, quia in dicta Purificatione, offerri ſolet candela in memoriam, & honorem oblationis Turturum; ſeù Columbarum factæ per B. M. Virginem S. Simeoni; ſuper quibus oblationibus Parochus habet intentionẽ fundatam, & in puncto tenet etiam *Genuen. prax. cap. 70. n. 13. ſecund. impreſ. Neap. 1602.* & concordant alia Decreta à me allegata *par. 1. annot. ad Form. 18. n. 10. 11. & 12. tit. X.*

64. Quò verò ad benedictionem fontis Baptiſmalis planior, & certior eſt reſolutio: quia cùm de jure unuſquiſque in ſua debeat baptizari Parochia, & à ſuo Parocho *Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. cap. 21 n. 82.* ſequitur, quod Parochus habere debeat jus quoque privatiuum benedicendi fontem, cùm nemo alius baptiſmum miniſtrare valeat, ſine ejus licentia *Barbos. de Paroch. cap. 12 n. 2. Nicol. in floſc. verb. Parochus n. 18. Sac. Congr. Rit. in d. Neapolitana 18. Maii 1602. Ricc. in prax. par. 4. reſol. 309.*

65. Octauum item juſtiſſimum eſt: quia celebratio Miſſæ Solemnis fer. V. in Cœna Domini eſt functio Parochialis *Barbos. de Paroch. d. cap. 12. n. 3. & collect. deciſ. Apoſtol. cap. 391. n. 6. Ricc. in prax. par. 4. reſol. 310. Pignatell. conſult. 79. n. 7. & ſeq. tom. 9. Sac. Congr. Concilii in Nullius Nonantulana jurium Parochialium 13. Januari 1685.* Ad quartum: Utrum ſcilicet Vicarius Eccleſiæ exiſtentis intrà fines Parochiæ poſſet Miſſam canere? *Affirmativè, præterquàm quo ad Feriam V. in Cœna Domini.*

66. Decimum æquè juſtum reperio; nam Miſſarum ſolemniũ celebratio, quamvis non ſit de juribus Parochiæ, adhùc tamen Confraternitates, non poſſunt per ſuos Cappellanos ſolemniter celebrare, ut iam ead. *Sac. Congr.* declaraverat in *Ceſerauguſtana 14. Ian. 1612.* articulo plenè diſcuſſo, & examinato, ùt habetur ex eodem Decreto, quod hic in neceſſariis referam, factum enim ibi ita exponitur = *Cum in Civitate Cæſerauguſtana intrà fines vetuſtiſſimæ Parochiæ S. Pauli ejuſdem Civitatis ſitum ſit quoddam Hoſpitale cum cappella ſub invocatione B. Mariæ Conceptionis, & SS. Juſtæ, & Ruſinæ cujus Hoſpitalis Confratres ſub prætextu quod dictum Hoſpitale extitiſſet in Monaſterio Fratrum Carmelitarum obtinuerunt aggregari Hoſpitali, ſivè Eccleſiæ Lateranen. de Vrbe, & ex dicta aggregatione prætendunt per Cappellanum ſivè Cappellanos ſuos dicto Hoſpitali inſervientes exercere poſſe omnia, & ſingula, quæ ad ſolum Parochum pertinent,* ùt Miſſam cum cantu ſolemniter celebrare, Confeſſiones audire, communicare, ſepelire mortuos, prædicare, Sacramenta miniſtrare, in die Cœnæ Domini ſepulcrum facere, Sanctiſs. Sacramentum reſervare, & alia hujuſmodi exercere, *etiam ſinè conſenſu, & licentia Ordinarii, & ipſius proprii Parochi, quæ ex diſpoſitione juris ad ſolum, & proprium Parochum ſpectant &c. propterea tàm pro parte Parochi prædicti, quam Prioris, & Fratrum dicti Monaſterii Carmelitarum ſupplicatum fuit in Sac. Rit. Congregat. ut dignaretur declarare ſupradicta omnia dictis Confratribus non licere abſque expreſſa licentia Ordinarii, & cum negocium ab ead. Sac. Rit. Congr. commiſſum fuerit Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinali de Monte, qui audire voluit etiam Vicarium, & Canonicos Eccleſię Lateranenſis de Vrbe pro eorum intereſſe, ob prædictam aſſertam aggregationem, & tandem audita de omnibus prædictis relatione ejuſdem Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Card. de Monte: Eadem Sac. Rituum Congregatio, cenſuit non licere dictis Confratribus Hoſpitalis prædicti, & Cappellæ B. Mariæ Conceptionis, & SS. Iuſtæ, & Rufinæ ſitæ ſub Parochia S. Pauli in Civitate Cæſerauguſtana, prædicta facere, & exercere, quæ ad proprium Parochum ſpectant, ſinè expreſſa Ordinarii, & ipſius Parochi licentia, & ita declaravit.* Quam declarationem referunt etiam, & ſequuntur *Gavant. manual. Epiſc. verb. Confraternitas in addition. n. 3. Barbos. collect. dec. Apoſtolic. cap. 207. n. 17. Pignatell. conſult. 103. n. 17. tom. 10. Nicol. lucubr. can. lib. 3. tit. 36. n. 9.* & ratio eſt quia per aggregationem non communicantur exemptiones, & privilegia aggregantium, ſed Indulgentiæ, & gratiæ Spirituales tantum, ut ſupra præmiſſum fuit, & quia ſolemniter celebrare, Parocho convenit, & tandem quia ita declaravit *S. Congregatio Concilii in Lunen. Sarzanen. 18. Auguſti 1690. ad 5. confirmata auditis, & informantibus partibus 13. Jan. 1691. & hanc declarationem ſervari mandavit S. Congr. Epiſcop. in Cæſenaten. 27. Junii 1692.*

67. Vndecimò Decreto conveniunt reſponſiones ſuperiùs datæ *ad Quintum*, quia licèt de ſtricto juris rigore expoſitio 40. horarum, & benedictio, quæ fit ſuper populum, non ſit de juribus merè Parochialibus, dubitari tamen non poteſt, quin ſit functio reſpiciens populum, & curam Animarum, & ad ſolum Parochum qui illum habet ſubiectum pertineat, eſt enim actus juriſdictionis, ut notat *Biſſ. in Hierurg. par. 1. verb. Benedictio n. 67. ibi = Benedictio à ſimplici Sacerdote dari non poteſt, niſi in Miſſa, vel adminiſtratione Sacramentorum, quando à rubrica præſcribitur, cæterùm benedicere populum eſt actus juriſdictionis, quod colligo ex Cæremon. Epiſc. lib. 1. c. 4. ubi habetur, quod Epiſcopus ambulans per Civitatem debeat manu extenſa populum benedicere, non* tamen

*tamen id faciat extrà ſuam Diæceſim*, & *quidem nulla alia de cauſâ, niſi quia in alienâ Diœceſi juriſdictionem non habet; ſimplex autem Sacerdos nullam habet juriſdictionem, ergo poterit tantùm benedicere populum in caſibus ſuprà notatis*; & quod benedictiones cum SS. Sacramento expoſito de licentia Ordinarii in Eccleſia Confraternitatis, expleri debeant à Parocho, vel ab alio Sacerdote de ejus licentia, auditis partibus, declaravit *S. Congreg. Concilii in Ferrarien. 22. Martii* 1698. *ad* 2. & 3. quod, & probè ſancitum fuit in Synodo Farfenſi in *titulo de Societ. laicor. n.* 8. ubi alia Decreta allegantur, & in Synodo Bononien. Eminentiſs. Card. Boncompagni in *titulo de Confratriis* § *cum de exponendo*.

68. Decimum octauum Decretum, habet locum (proùt quæſitum fuit in dubio) in Eccleſiis publicis ſejunctis à Parochiali; Cæterum munus prædicandi in Eccleſia Parochiali, eſt jus Parochiale, quod Parochis ratione officii ſui Paſtoralis, præcipuè incumbit, proùt deſumitur *ex Clem. dudum de ſepultur.* §. *nos autem*, & advertit *Pirhing. in jus can. lib.* 3. *tit.* 29. §. 5.

69. Decimum nonum Decretum, fulcitur DD. authoritate, & aliorum Decretorum nempè, *Gavant. in manual. Epiſc. verb. Confraternitas n.* 25. & *in verb. Miſſa Parochialis n.* 5. *Nicol. lucubr. can. lib.* 3. *tit.* 41. *n.* 7. *Romaguer. ad Synod. Gerund. lib.* 3. *tit-* 17. *cap.* 13 *n.* 1. *Panimoll. dec.* 5 *annot.* 1. *n.* 25 *Pignatell. conſult.* 103. *n.* 18. *tom.* 10. *ead. S. Congr. in S. Agathæ Gothorum* 25. *Maii* 1652. *in Narnien.* 11. *Septembr.* 1666. *in Squillacen.* 26. *Martii* 1678. *in Forolivien. jurium Parochialium* 18. *Novembris* 1684. *ad* 6. *dub.* & *in Britinorien.* 21. *Junii* 1687. *ad* 7. *dub.* ſcitè autem additum fuit = *niſi aliter Epiſcopus diſponat*; quia hoc pendet à prudenti arbitrio Ordinarii pro diverſitate locorum cum in magnis Civitatibus, & locis populoſis, & inſignibus Miſſa etiam diebus feſtis in hujuſmodi Oratoriis ad libitum celebrari ſóleat, abſque ullo reſpectu ad Eccleſias Matrices, ùt advertit *Nicol. in floſc. verb. miſſa n.* 30.

70. Vigeſimum Decretum juridicum omninò eſt; quia cum indubitanter jus ſepeliendi ſuos Parochianos ſit de juribus Parochialibus, ùt docent *Medic. de ſepult. quæſt.* 10. *n.* 1. *Rot. coram Coccin. dec.* 1213. *n.* 2. ſequitur, quod etiam jus faciendi officium funebre ſuper Cadaveribus tanquam connexum, & dependens privativè, ad Parochum ſpectet *Samuel. de Sepultur. diſp.* 3. *contr.* 2. *n.* 19. & *contr.* 7. *n.* 16. *ibi* = *Parochum intereſt officia funeralia peragere in ſua Parochia quando defunctus ibi ſepelitur, licèt totum Capitulum præſens ſit Eccleſiæ matricis, & minimè intereſt Presbyteros Cleri, niſi hoc agerent ex Parochi commiſſione*: Et non tantùm in Eccleſiis ſecularibus intra fines Parochiæ; ſed etiam regularibus illorum Conventuum, qui vigore Conſtitutionis Innocentii X. quæ incipit *ùt in parvis* 55. *Bullar tom.* 5. juriſdictioni ſubiacent Ordinariorum: in his inquam non à Regularibus, ſed à Parocho ad quem ſpectat officium funeris ſupra cadaver, explendum erit, ùt obſervat *Romaguer. ad Synod. Gerund. lib.* 3. *tit.* 9. *cap.* 3- *n.* 22. ubi dat concordantes.

71. Neque huic veriſſimæ concluſioni obſtat ſæpè allegata in contrarium deciſio *Cocci. n.* la; 2089. quam deinde ſequuti ſunt *Tondut. quæſt benef. lib.* 1. *cap.* 63. *n.* 27. & *Card. de Luc. de Paroch. deciſ* 31. *n.* 7. in quâ firmatur hujuſmodi officium per Cappellanum Confraternitatis in propriâ Eccleſiâ fieri debere, exquo juxtà opinionem Abbat., non ſit de juribus Parochialibus.

72. Nam præterquam quod deciſio prædicta validiſſimis impugnatur fundamentis à *Marant. reſp.* 21. *per tot. tom.* 4. & *per Pignatell. conſult.* 73. *n.* 24. 55. & *ſeqq. tom.* 8. adverto, quod licet Abb. in loco allegato, officium funeris inter jura Parochialia non recenſeat, contrarium tamen *dicit. in c. primo n.* 4. *de ſepultur. ibi* = & *ſic erit idem dicendum de jure funerandi Vitalin. in Clem. eos qui n.* 41. *de ſepult.* ubi, quod officium prædictum lato modo vocatur Sacramentum *Hoſtien. Summ. lib.* 3. *de ſepultur. n.* 1 *in fin. ibique Add. lra. c. text in c. cum in Eccleſiâ de ſimon.* ubi hoc officium parificatur Sacramentis ibi = *Nec non pro ſepulturis*, & *exequiis mortuorum*, & *benedictionibus nubentium, ſeù aliis Sacramentis, aliquid requiratur*: Et ſic primum fundamentum Rotæ non ſubſiſtit: & quatenùs ſubſiſteret, ſufficit, quod ſit jus dependens à juribus Parochialibus, ut per ſolum Parochum expleri debeat, ùt oſtenſum eſt ſuprà, & latiùs probant authoritates, & Decreta fuſo calamo à Marantâ, & Pignatello allegata.

73. Prætereà d. Deciſio ſalvari poteſt in ſuo caſu; quia in eo favore Cappellani inſignis Hoſpitalis, aderat Conſtitutio Synodalis, in quâ Rota ſe fundavit ut n. 19. quæ Conſtitutio ſufficit pro ſuſtinendâ deciſione, cum Synodus faciat jus ſpeciale pro tota Diœceſi ſervandum *Rot. coram Emerix dec.* 740. *n.* 2. & 9. & *in Calaguritanâ Decimarum de Aguillar.* 13. *Jan.* 1698. §. *verum coram Molines*, & *in altera Calaguritanâ Decimar. S. Petri Manrique* 14. *Aprilis* 1698. §. *conſtito*, *coram Priolo*.

74. Nec minus officit auctoritas *Sac. Congreg. Concilii in Romana funerum* 10. *Jan.* 1682. *ad* 4. quia eadem occurrit reſponſio mox ponderata quò ad deciſionem Coccini, quod ſcilicet in caſu d. reſolutionis concurrebat tàm ſpeciale Statutum *Cleri Roman. cap.* 5. §. 10. præcipiens, quod officium ſuper Cadavere celebretur à Sacerdote illius Eccleſiæ ad quam corpus humandum defertur: quàm peculiaris prætenſa obſervantia Urbis per teſtes probata: undè quidquid ſit de ſubſiſtentiâ d. reſolutionis in caſu particulari in quo emanavit, contra quam ſcripſit *Pignatell. d*

*conſult.* 73. *n.* 27. *tom.* 8. & cui ( ùt audivi ) Parochi Urbis non acquieſcunt , noſtro Decreto obſtare non valet, quod emanavit per viam legis univerſalis, ſola juris diſpoſitione inſpectâ.

75. Imò quod Parochus debeat officium funeris explere non ſolum ſuper Cadaveribus ſuorum Parochianorum ( ad quos reſtringitur Decretum ) , ſed etiam aliorum, qui ſepeliuntur in Eccleſiis Secularibus Confraternitatum intrà fines Parochiæ exiſtentibus , tenet Decretis, & aucthoritatibus pluribus allegatis *Samuel. de ſepult. diſp.* 3. *contr.* 2. *n.* 52. *& contr.* 5. *n.* 16. *ibi = Defunctorum corpora quando ſepeliuntur in Oratoriis, aut Cappellis, & Sacellis, atque in Confratrum Eccleſiis, quorum locorum eſt Sacerdos ſæcularis Cappellanus, ſpectat ad Parochum, & non ad ipſum Cappellanum officia peragere, & ſepulturæ illa tradere, & diſp.* 5. *contr.* 10. *n.* 5. *ibi = Confratres ſepelientes in Oratorio, aut Cappellâ ſeù in Eccleſiâ Confraternitatis, quia in his locis ſibi ſepulturam elegerunt officium funerale ſuper Cadaver ad Parochum de jure ſpectat, & nullatênus ad Cappellanum horum locorum. Ita declaravit etiam noviſſimè Sac. Epiſcop., & Regular. Congr. referente Cardinali Ludovico Taberna Epiſcopo Laudenſi, ut in illius Synodo fol. mihi* 63. *regiſtratum eſt*, & latiùs idem firmat *diſp.* 6. *contr.* 18.

76. Hoc tamen abſolutè firmare non audeo; non ſolùm quia Decretum tantùm primos compræhendit, ſed etiam quia cum jus funerandi maximè pendeat ab adminiſtratione Sacramentorum *Panimoll. dec.* 5. *annot.* 3. *n.* 9. ( & ſic ratione ſubiectionis perſonarum defunctarum, quam non habent non ſubditi ) videtur quod in his diverſa militet ratio, ùt in proximis terminis obſervat *Card. de Luc. de regular. diſc.* 65. *n.* 8. *&* 9. At ampliationem afferre volui ad demonſtrandam Decreti juſtitiam, & ſoliditatem, adverſus quod deciſio Coccini ſuprà in obiecto allegata adduci non poterit in futurum: Tùm quia principale fundamentum Rotæ non ſubſiſtit, ùt præmiſſum eſt, tùm quia ab illa opinione receſſit in *Taurien. jurium Parochialium* 28. *Julii* 1688. quam deciſionē refert per extenſum *Pignatell. Conſult.* 103. *n.* 11. *tom. X.* tùm demùm quia, cùm ipſa *Rot. in d. deciſ. Coccini n.* 26. ingenuè, & laudabiliter ( ùt ſemper ſolet ) fateatur, hoc articulum declarare pertineat ad hanc S. Congr. clarum eſt quod attento hoc Decreto, ceſſat hodie omnis quæſtio.

77. Vigeſimum tertium Decretum iuridicum item eſt: nàm Stolæ delatio jurisdictionem importat *Samuel de Sepultur. tract.* 1. *diſp.* 3. *contr.* 7. *n.* 9. *& diſp.* 4. *contur.* 12. *n.* 13. quam cùm Sacerdotes ſimplices Cappellani non habeant, illam deferre non debent extra Confraternitatum Eccleſias, ùt probant Decreta congeſta à *Pignatell. conſult.* 73. *n.* 21. *tom.* 8. & conſonant aliæ authoritates, quas adduxi *par.* 1. *adnotation. ad formul.* 18. *n.* 4. *titulo Decimo*, quibus non obſtat uſus Urbis, in quâ Cappellani Confraternitatum Stolam deferre ſolent in Proceſſionibus funeralium, quia hoc provenit ex conceſſione Statuti Cleri Romani *cap.* 7. §. 7. quod refert *Pignatell. d. n.* 21. Undè, ubi tale Statutum non viget, juris diſpoſitioni ſtandum, & huic Decreto per viam legis emanato.

78. Nec minus in contrarium allegari valent Deciſiones Rotæ in Cauſâ *Savonen. Aggregationis* 27. *Junii* 1698. *corā Pio*, 9. *&* 15. *Junii* 1699. *coram eod.* 15. *Jan.* 1700. *coram dell' Olmo, &* 13, *Junii* 1701. *coram Molines Decano* in quarum ultima §. *ad remotionem*, firmatur, quod virtute aggregationis Archicōfraternitatis Mortis Urbis, & communicationis privilegiorum, poſſit Cappellanus Confraternitatis aggregatæ Stolam deferre, ac privilegiis aggregantis uti, ac ſi ea ab origine fuiſſent directè conceſſa: quoniam quidquid ſit de ſubſiſtentiâ hujus propoſitionis, & de quâ valdè eſt dubitandum, cùm de directo contraria ſit diſpoſitioni Bullæ Clementis VIII. ùt notatum fuit ſuprâ in principio in Secundâ animadverſione; ſatis eſt reſpondere, quod cum hoc noſtrum Decretum quod emanavit per viam legis generalis, ſit poſteriùs, illi ſtandum eſt. Quod eſt adeò verum, ùt ortâ controverſiâ inter Cappellanos Confraternitatis Caſalis majoris Cremonen. Diœceſis, aggregatæ Archiconfraternitati Mortis, & Orationis Urbis, & Parochum d. loci ſuper delatione ſtolæ deferendæ per dd. Cappellanos in functionibus, & proceſſionibus, *Sac. Congr. Concilii* ad quam cauſa fuit delata, in reſponſione *ad* 10. *ſub die* 23. *Januarii* 1706. partibus informantibus declaravit, eos extrâ Oratorium Confraternitatis Stolam deferre non debere nec poſſe, non obſtantibus dictis *Deciſionibus Rotæ in d. Savonen.* quæ dabantur in Summario Confraternitatis. Si igitur in opinionum varietate, ſequenda eſt illa, quàm ſunt amplexa maiora, & digniora Tribunalia, ùt inquit *Card. de Luc. in relat. Cur. Rom. dec.* 32. *n.* 73. *&* 86. profectò Decreta hujusmodi Sac. Congregationum (quæ, & ipſa Rota veneratur, & ſequitur ùt teſtatur expreſsè ultima ex prædictis *Deciſionibus coram Molines* §. *evidenti, & coram Dunoz. jun. dec.* 878. *n.* 10. *& corā. Celſ. dec.* 5. *n.* 12. *& dec.* 60. *n.* 4.) ſequēda ſunt

79. Ulterius quod ſimplicibus Sacerdotibus ſecularibus jus non competat in functionibus Eccleſiaſticis (niſi gerant vices Parochi) deferendi Stolam redditur certum etiam, eo, quod id neque Sacerdotibus Regularibus permittatur extrà eorum Eccleſias occaſione benedicendi agros, ſine licentiâ Parochi. Supplicante enim in *Sac. Congreg. Concilii* Procuratore generali Capuccinorum declarari *Primò an Regulares dicti Ordinis requiſiti ab Agrorum Dominis, poſſint abſque licentiâ Parochi benedicere Agros, & maledicere Locuſtas, & Brugos, & cæteros huiuſmodi Vermes, & quatenùs affirmativè: Secundò an in huiuſmodi functionibus peragendis uti poſſint Stola abſque licentia Parochi? Sac. Congr. die* 28. *Au-*

*guſti*

*guſti 1688. reſpondit ad utrumque Negativè*. Et hinc patet, quod delatio, & uſus Stolæ in functionibus præſertim publicis ab Eccleſia præſcriptis, non ſimplicibus Sacerdotibus, ſed officium Parochi exercentibus tantùm convenit: Cumque tàm Confraternitates, quam Conventus, & Monaſteria Regularium, non erigantur, niſi cum clauſula præſervativa jurium Parochialium, ut per me oſtenſum fuit *par. 1. annot. ad for 10. tit. 6. n. 9. & ſeqq. & annot. ad form. 18. n. 30. ejusd. tit.* ideò eorum Cappellani, & Religioſi reſpectivè, hoc jure deferendi Stolam extrà propriam Eccleſiam (quod Parochi eſt) uti non debent, nec poſſunt, neque alias functiones Parochiales ſuprà enumeratas exercere, nè ita prejudicium juribus Parochorum inferatur.

80. Iisdem principiis, & theoricis (quoties de intelligentia Decretorum hùc uſque examinatorum diſceptatio contingat) decidendæ erunt quæſtiones, quæ oriuntur non minus frequenter, cum Officialibus, & Cappellanis Confraternitatum erectarum in Eccleſiis, Oratoriis ſitis in ſolo Eccleſiæ Lateranenſis quia ſicùti Capitulum hujus celeberrimæ Baſilicæ omnium per Orbem Eccleſiarum Matris, compræhenditur ſub diſpoſitione Bullæ Clementis VIII. & in erigendis, & aggregandis Confraternitatibus, illam obſervare tenetur, ut expreſsè declarat Paulus V. in ſua Conſtitutione 68. de qua ſupra in §. & hanc: ita legibus, & Decretis aliis Confraternitatibus communibus gubernari debent, & licet vigore Privilegii Honorii III. & Bonifacii IX. (olim tamen à Pio IV. revocati, & dèinde à Sixto V. per ejus Conſtitutionem 19. reintegrati (loca pia hujuſmodi ſint ſub immediato dominio, protectione, & jurisdictione d. Capituli: nihilominùs Sixtus qui prædicti Privilegii innovationem conceſſit, jura Parochorum intacta voluit remanere: quod ùt à non habentibus Bullarium melius percipiatur verba ejusBullæ impreſsæ *tom. 2. pag. 513.* hic fideliter referam in §. enim 2. hæc habet = *Sanè cum dudum fel. rec. Bonifacius Papa IX. prædeceſſor noſter, qui ſingularem devotionis affectum ad eamdem gerebat Baſilicam &c. volens propterea ſpecialis alicujus prerogativæ Privilegio eam decorare, tunc Archipresbytero, & Capitulo, ſingularibuſque perſonis, & Miniſtris illius, ac aliis quibuſcumque perſonis utriuſque ſexus, ùt* in quibus vis fundis, terris, poſſeſſionibus, & locis, ad eorumdem Archipresbyteri, & Capituli menſam Capitularem ſpectantibus *Diœceſani loci, aut alterius licentiâ minimè requiſitâ, Eccleſias, Monaſteria, Oratoria, Prioratus, Dignitates, Perſonatus, Officia, & alia Beneficia Eccleſiaſtica, cum curâ, vel ſine curâ, nec non Conventus, Hoſpitalia, & pia loca quæcumque fundare, conſtruere, inſtaurare, erigere, ædificare, & totiès quotiès placeret valerent jure tamen Parochialis Eccleſiæ, & aliàs cujuslibet* in omnibus ſemper ſalvo) *authoritate Apoſtolica indulſerit &c. proùt ejusdem prædeceſſoris literis, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur prò plenè, & ſufficienter expreſſis haberi volumus, plenius continetur.*

*Et in* §. 3. facta prius in §. 2 mentione revocationis dicti Indulti emanati per Pium IV. ſic proſequitur. *Nos moti tàm prænarrata Bonifacii Papæ prædeceſſoris conſideratione, quàm præclara Imperatoris Conſtantini & veſtris hujuſmodi ſuplicationibus benignè annuentes, prænarrataſque Bonifacii Papæ literas, cum omnibus, & ſingulis decretis, clauſulis, & aliis in eis contentis, Apoſtolica aucthoritate (modificationibus infraſcriptis ſemper ſalvis (harum noſtrarum ſeriè revalidantes, & innovantes, voſque ad illarum priſtinum uſum adverſus ſupradictas Pii IV. literas revocatorias reſtituentes, & plenariè reintegrantes, ex ſpeciali gratiâ indulgemus, quod perpetuis futuris temporibus litteris veſtris patentibus, ſub ſolitis titulo, & nomine ſupradictis, etiam abſque præſentium noſtrarum inſertione expediendis, licentiam, & facultatem liberas quibuſlibet benè viſis*; in fundis, terris, & locis menſæ veſtræ Capitularis, ac aliàs juxtà earumdem Bonifacii Papæ prædeceſſoris litterarum formam, *quæcumque Monaſteria, Prioratus, Conventus, Eccleſias, Dignitates, Perſonatus, officia, & alia Beneficia Eccleſiaſtica, cum Curâ, vel ſine Curâ, nec non Hoſpitalia, & alia pia loca fundandi, erigendi, ædificandi, dotandi, ac alias quomodolibet in illis contenta faciendi, quæ quidem dominio, protectioni, jurisdictioni, defenſioni, ac poteſtati veſtris immediatè ſubſint, nec non earumdem plenum jus, dominium, merum, & mixtum imperium, inſtitutio, inſuper deſtitutio, collatio, proviſio, præſentatio, & quævis alia diſpoſitio ad vos ſolum, & in ſolidum, perpetuò ſpectet*, dùmmodò Epiſcoporum in quorum Civitatibus, ſivè Diœceſibus illa fuerint licentia expreſſa ad hoc accedat. Eccleſiæque, & alia ùt præfertur fundanda, erigenda, ædificanda, & dotanda, atque illa pro tempore obtinentes, libertatis, immunitatis, & exemptionis, privilegium aliquod à jurisdictione, & ſuperioritate ipſorum Epiſcoporum, alitervè contra formam Decretorum, & Ordinationum Sac. Concilii Trid. propterea non acquirant, *licentiam, & facultatem, liberas, ùt prius in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi litteræ hujuſmodi revocatoriæ nullatenùs emanaſſent concedere valeatis.*

81. Tenore igitur Bullæ Sixti hic relatæ perſpecto illicò fit palam, quod Papa noluit per reintegrationem privilegii Eccleſiæ Lateranenſis Parochis præjudicium inferre; ſed omnia eorum jura expreſsè præſervare per clauſulam in privilegio Bonifacii contentam, & inuovatam ibi = *jure tamen Parochialis Eccleſiæ in omnibus ſemper ſalvo*, per quam omnia firma, & præſervata remanent, non tantùm ea quæ merè jura Parochialia ſunt, ſed cætera quæ ad officium Parochi pertinere, & ſpectare iam ſupra plenè probatum fuit, proùt in terminis alterius Brevis Clementis Papæ VIII.

eandem præſervationem, & clauſulam habentis firmavit *Rot. coram Coccin. dec. 1469. n. 3. 6. & 7. & coram Buratt. dec. 193. n. 1. ubi Add.* & ſic cum Sixtus non auxerit privilegium, ſed tantùm innovaverit cum clauſulâ ſine præjudicio Parochialis Eccleſiæ, jura, & prærogativa Parochorum etiam in minimis præſervata dicuntur, ùt in puncto reſpondit *Rot. coram Cerr. dec. 566. n. 24.*

82. Et hæc fortiùs procedunt in illis Confraternitatibus, & aliis locis piis erectis, & aggregatis in fundis acquiſitis poſt Sixti Indulti innovationem: nam cum illud, reperiatur conceſſum ſinè clauſula amplectente futura, cenſetur reſtrictum ad loca, & fundos tempore privilegii poſſeſſa ibi = *In fundis, terris, & locis menſæ veſtræ Capitularis &c. Rot. coram Buratt. dec. 639. n. 13.* & ſic privilegium non extenditur ad fundos, & loca de novo acquiſita, quibus proindè communicari nec poterit ad text. expreſſum in *Clem. I. de cenſib. in fine ibi = privilegia verò, ſeù exemptiones hujuſmodi ad Monaſteria ſeù Eccleſias, quæ ad eos obvenire contingет in poſterum, volumus non extendi,* ibique glos. & in terminis hujus noſtræ Bullæ Sixti V. privilegium Eccleſiæ Lateranenſis innovantis, quod tanquam exorbitans à jure non extendatur ad Eccleſias ædificatas in fundis poſt Indulti conceſſionem acquiſitis, tenet cum *Calderin. conſ. 12. de privileg. Cherubin. in compend. Bullar. Schol. 1. ad eamd. Bullam,* & in jure concluſionem firmant *Donat. de regular. tom. 1. p. 1. trac. 6. de extenſ. privil. q. 1. n. 5. Pirhing. in jus can. lib. 5. tit. 33. n. 40.* cujus verba hæc ſunt = *Notandum quartò, & ſi glos. hic V. in quantum exempti, dicat, quod privilegium exemptionis conceſſum alicui Monaſterio, & omnibus Cappellis ipſius, ſe extendat etiam ad Cappellas poſteà de novo acquiſitas, ſiquidèm hæ acceſſoriè ſint annexæ; ſecùs ſi ab illis omninò ſint ſegregatæ, & habeant ſe velut principale, & non acceſſoriè ad alias Cappellas. Oppoſitum tamen eſt probabiliùs, nempè quod hujuſmodi privilegium indiſtinctè non exendatur ad Cappellas de novo acquiſitas arg. l. ſi ita 7. ff. de aur. & arg. leg. ubi dicitur, ſi ita legatum ſit veſtem meam, argentum meum tibi lego, ſolùm præſens argentum, non futurum legatum cenſetur, quia pronomen meũ vel ſuum, tantùm verificatur de præſenti. Ratio eſt, quia hujuſmodi privilegia ſunt odioſa, cum præiudicent juri Ordinariorum, ideòque ſunt reſtringenda Hoſtien. hic §. ſed pone, & Abb. n. 5. Non obſtat quod de novo acquiſitum eodem jure cenſetur cum antiquo c. Eccleſiis 9. de cenſib. & una eademque Eccleſia, non debet diverſo jure cenſeri c. cum in tua de decim. Nam debet eodem jure communi cenſeri, non autèm ſpeciali quod non extenditur, vel debet eodem jure cenſeri quo ad idem, ſicut non poteſt quis eſſe ſimul ſervus, & liber, ſed ratione diverſorum jurium concurrentium in eadem perſonâ, vel re, poteſt idem, vel eadem res diverſo jure cenſeri, nam poteſt una eademque perſona, vel Eccleſia in uno eſſe privilegiata, & non eſſe in alio, & poteſt quis habere plura domicilia,* & *ratione eorum, ſubeſſe diverſis, & in unius foro, uno jure judicari, in alterius alio, Hoſtien. & Abb. loc. cit. & apte Rot. poſt Tamburin. de jure Abb. dec. 16. n. 8. & 9. & det. 78. n. 13.*

83. Quæ ſententia à fortiori militat in acquiſitionibus, quæ fiunt mediantibus largitionibus laicorum, non ùt amore Dei pia liberalitas erga Baſilicam exerceatur; ſed ùt iidem laici fundum proprium (quem fiducialiter, & intentione correſpectivâ donant) cenſuarium reddentes, privilegium fundi Lateranenſis ſurripiant, & obtineant; quod èſt contra mentem expreſſam Summorum Pontificum, qui nunquam de iſta acquiſitionis, proprietatis, & fundorum ſpecie cogitarunt, ùt patet ex ſupra relatâ Bullâ; ad quod ſapientiſſimè animadvertentes Sacræ Congregationes, huiuſmodi locis, & fundis privilegium non ſuffragari ſæpè declararunt, nempè Sac. Congr. Epiſc. & Regular. *in Aquilanâ juriſdictionis Terræ Ariſchiæ 23. Junii, & 4. Auguſti 1690. & in Rhegien. jurium Parochialium 5. Junii 1699. referente Eminentiſſimo Tanara, & Sac Congr. Concilii in alia Rhegien. 15. Novembris 1698.* (in quâ omnes functiones ſuprà controverſæ, & in quinto Dubio contentæ excluduntur) quam alligavi *tom. 1. tit. 5. annot. ad form. 1. n. 4.* Quæ, & ſi quoque Judices inferiores advertent, profectò diverſimodè non judicabunt.

84. Quod autem attinet ad juriſdictionem Epiſcoporum, quam habent in his Confraternitatibus erectis in fundo Lateranenſi, ad illam firmandam, non indigemus DD. allegationibus; quia ipſemet Sixtus in d. ſæpè citatâ Bullâ de hoc maximam auchoritatem præbet illis verbis = *Eccleſiæque, & alia ùt præfertur fundanda, erigenda, ædificanda, & dotanda, atque illa pro tempore obtinente, libertatis, immunitatis, & exemptionis Privilegium aliquod à juriſdictione, & ſuperioritate, ipſorum Epiſcoporum, aliterve contra formam Decretorum, & ordinationum Sac. Concilii Tridentini propterea non acquirant.* Certiùs, quod hic Sixtus diſponit eveniret, quoties in Diœceſi reperiretur erecta, vel aggregata in ſolo, aùt Eccleſiæ Lateranenſi ſine ullâ, vel cum licentiâ tantùm Vicarii Generalis ad id ſpeciale mandatum non habentis, aut Vicarii Capitularis: quia cum agatur de re voluntariæ juriſdictionis (quæ gratiam ſapit) & non competat de jure communi, & ſit de majoribus: non cenſetur in eis talis facultas traſlata, neque commiſſa, ùt in terminis licentiæ dandæ, & obtinendæ in fundatione, & erectione novorum Monaſteriorum, per hæc, & alia juris fundamenta latè probat *Fagnan. in c. non amplius 2. n. 70. uſque ad fin. cap. de inſtitut.* cum quo communiter concordant *Paſqualig. ad contr. Lauret. de Franc. par. 1. n. 504. & duob. ſeqq. Nicol. lucubr. can. lib. 1. tit. 28. n. 22. Donat. prax. rer. regular. tom. 1. par. 2. tract. 1. quæſt. 18. Carol. Ant. de Luc. ad Ventrigl. par. 1. annot. 18. §. unico n. 11.*

85. Imò dd. Vicariorum excluſio non ſo-

lum

lum deducitur ex mox perpenſis; ſed ex ipſa Sixti V. Sanctione ibi = *Dùmmodò Epiſcoporum in quorum Civitatibus, ſivè Diœceſibus illa fuerint, licentia expreſſa ad hoc accedat* : Undè cum Pontifex uſus fuerit nomine *Epiſcoporum*, & non Ordinariorum, digito demonſtrare voluit, quod talis licentia non niſi ab Epiſcopis ( quibus ob rei importantiam, & gravitatem ſpecialiter commiſſa eſt ) dari poſſit, ùt benè obſervat *Fagn. ubi ſupra n.* 73. *&* 86. *Barboſ. de canonicis cap. ultimo n.* 108. *Paſſerin. in c. cum in generali n.* 10. *de offic. Vic. & in c. Epiſcopali n.* 7. *de majorit. & obed. in* 6. & per conſequens erectio, ſeù aggregatio facta in ſolo Eccleſiæ Lateranenſis cum licentiâ à Vicario Epiſcopi vigore mandati generalis, vel à Vicario Capituli conceſſa, nulla, & illegitima prorſus erit, proùt obſervatum fuit *in d. Rhegien.* 15. *Novenbris* 1698. in quâ ſolus conſenſus Vicarii generalis abſente Epiſcopo interceſſerat: Nec ſufficeret Epiſcopi conſenſus interpretavus, ſeù tacitus, qui ex taciturnitate ac aliis actibus aliquando induci poſſet: nàm ubi licentiâ Epiſcopi expreſſa requiritur ( ùt hic ) non ſufficit tacita, ſed expreſſa eſſe debet *Barboſ. ſupra Concil. Trid. Seſſ.* 7. *cap.* 5. *n.* 28. *de refor. Fagna. in c. relatum n.* 48. *de cleric. non reſiden.* & qui ſine licentia aliquid facere non poteſt, non ſufficit, quod petat, niſi obtineat *Barboſ. dect.* 371. *n.* 2. *& ſeq.*

86: Cæterum in Proceſſionibus peragendis extrà ambitum Eccleſiarum, in expoſitione Euchariſtiæ, benedictione ſolemni ſuper Populum, aliiſque ſimilibus, quoties interveniat licentia Ordinariorum, Parochus non poteſt ſe opponere nè à Cappellanis, & Officialibus Confraternitatum fiant quia Animarum Cura, & Populi directio principaliter incumbit Epiſcopo, qui eſt Parochus Parochorum Sac. Congr. Concilii in *Savonen.* 12. *Febr.* 1689. Imò nec ipſe Parochus ſine licentiâ Epiſcopi poteſt Proceſſiones extraordinarias facere *ead. Congr.* 12. *Julii* 1636: in quâ fuit dictum non ſufficere licentiam Vicarii Foranei.

87. Prætereà jura quæ ad Parochos ſeculares pertinent, Regularibus quoque competere non ambigitur, quando in Eccleſiis Parochialibus, Monaſteriis unitis ad exercendam curam deputantur; proùt deputari, nominari, preſentari, & admitti in illis poſſe pluries reſpondit Sac. Congr. Concilii, cujus Decreta retuli *tom.* 1. *Appendic. annot. ad Decr. Clem. X. de Canonic. Regular. ad Cur. Anim. non admitt. n.* 13. *in fin.* & noviſſimè *in Placentino* 15. *Decemb.* 1703. Quod tamen intellige non ùt habeant titulum ſed Curæ exercitium dùmtaxat ad nutum amovibile, quia Regulares omnes, qui emittunt tria vota ſolemnia cujuſcumque ordinis, & Militiæ ſint, tanquam incapaces, Beneficia ſecularia in titulum habere, ſeù retinere non poſſunt abſque Sedis Apoſtolicæ Indulto, ùt reſpondit tàm Rota in *Leodien. Parochialis* 4. *Julii* 1692. *&* 6. *Martii* 1693. coram Pio contra Regularem Lateranenſem: quàm Sac. Congr. Concilii Epiſcopo Elvenſi in Regno Portugalliæ quærenti enim ipſo declarari = *An fratres Sacerdotes Profeſſi Ordinis Militiarum S. Jacobi de Anis poſſent conſequi, & retinere Beneficia ſæcularia cum Curâ, & ſine Curâ, nec non Cantus in Cathedralibus Eccleſiis abſque diſpenſatione Apoſtolicâ* ; *ſub die* 15. *Junii* 1652. prodiit reſolutio: hujuſmodi Fratres Sacerdotes Profeſſos, ſi emittant Profeſſionem expreſſam cum tribus votis ſubſtantialibus, eſſe incapaces Beneficiorum Sæcularium abſque Diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ, *lib.* 19. *dec. pag.* 194. quæ ſolet aliquando ex Voto Congregr. indulgere ùt Religioſus profeſſus poſſit præſentari ad Beneficium Sæculare Juriſpatronatus agnatitii, cum clauſula = *Dùmmodò utatur fructibus juxtà Conſtitutiones Regulæ*: proùt indultum fuiſſe vidi *P. Leonardo Paſſano Ord. Prædicator. à Sac. Congr. Epiſc. Regular.* 17. *Jan.* 1692..

88. Tales autem Curati regulares amovibiles, in his quæ pertinent ad Curam, & adminiſtrationem Sacramentorùm ſubiacent Ordinariis locorum juxtà claram diſpoſitionem *Concilii Trid. cap.* 11. *ſeſſ.* 25 *de regular.* ideòque tenentur ad Synodum accedere cujuſuis odinis ſint, etiam Societatis Jeſu, quoties inſerviant Parochialibus unitis eorum Collegiis ùt reſpondit S. Congreg. Concilii *in Oſnaburgen.* 8. *Januarii* 1633. & quidem Ordinarius illos viſitat, & punit circa præmiſſa non jure delegato, ſed plenariâ juriſdictione ordinaria, ſicut, & cæteros Parochos ſeculares, ùt præter Decreta Sac. Congr. Conclii per extenſum relata *à Barboſ. Vot. deciſ.* 125. *poſt. n.* 42. *lib.* 3. *& in Ceſenaten. Juriſdictionis* 23. *Septembr.* 1690. ad primum plenè examinato articulo firmavit *Rot in Firmana juriſdictionis* 10. *Maii* 1700. §. *hancque juriſdictionem & ſeq. coram Molines*. Quidquid ſit, ſi Regulares Curam Animarum non exerceant, ſed ſolum delinquant in Sacramentis miniſtrandis tunc enim ſubſunt juriſdictioni Epiſcopi Diœceſani tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, ùt pluribus allegatis diſtinguit *Rot. in d. Firmana juriſdictionis* §. *tum etiam quia in fin.* ſicuti quando contra eos procedit pro obſervatione, & executione Decretorum Concilii Trid. & Conſtit. Apoſtolicarum; vel ob notorium delictum: nam in his caſibus, quamuis exercere poſſit juriſdictionem etiam cenſuris ùt reſpondit Congr. Concilii *Albinganen.* 4. *Julii* 1648. vel illos pro ſenundo caſu excommunicatos publicè denunciando, ùt in *Limana* 29. *Jan.* 1633. quam refert *Barboſ. d. Vot. deciſ.* 125. *lib.* 3. *poſt. n.* 42. *decr.* 45. nihilominus hæc agit tanquam Delegatus.

89. *O' AGGRAVII ALLE CHIESE PAROHIALI*. Parochialis Eccleſia gravaretur in funere, ſi Regulares in eorum Eccleſiis ſepelirent Advenas, & Hoſpitantes in eorum Monaſte-

naſteriis, quoties non electa ſepultura ibidem mori contingeret, quia hi ſepeliri debent in Eccleſia Parochiali *Nicol. lucubr. civil lib. 4. tit. 15. de mort. infer. poſt. n. 24. verſ. ſecus de aliis, & lucubr. can. lib. 5. tit. 38. n. 10. verſ. multò adhùc minus Amoſtaz. de caus. piis part. 2. lib. 6. cap. 8. n. 91. Sac. Congr. Epiſcop. in Comen. 4. Decembr. 1699.* Non obſtantibus privilegiis quià à Concilio revocata fuerunt, ùt advertit *Nicol. loco citat.* nequè contrariâ conſuetudine: nam conſuetudo, quæ aufert ea quæ de jure communi debentur Parocho in ſua Eccleſiâ debet eſſe quadragenaria cum titulo, vel immemorabilis, ùt notabiliter reſpondit *S. Congr. Concilii in Feretrana 12. Julii 1642. lib. 17. Dec. pag. 64.*

90. Item gravaretur, ſi factâ electione ſepulturæ in Eccleſia quæ jus ſepeliendi non habet, ùt ſunt Eccleſiæ, Monialium, & Capuccinorum, vel in Eccleſiâ interdictâ, aùt in Baſilica Divi Petri de Urbe, in quà ſolùm Summi Pontifices ſepeliuntur, cadaver alibi, quam in Eccleſia Parochiali ſepeliretur; Nam licet *Genuen. in prax. cap. 74. n. 5.* teneat, quod quado quis eligit ſepulturam in Eccleſia, in qua ob aliquod inpedimentum ſepeliri non poteſt, ſpectet ad Epiſcopum, vel ejus Vicarium declarare in qua Eccleſia defunctus ſit ſepeliendus, & illum ſequuntur *Amoſtaz. de cauſ. piis tom. 2. lib. 6. cap. 9. n. 12. Paſſerin. de ſtat. hom. tom. 2. quæſt. 187. art. 4. n. 260.* attamen hæc doctrina poteſt locum habere quando impedimentum eſt accidentale, & temporaneum, non autem ubi impedimentum eſt perpetuum, & provenit à jure, ùt benè declarat *Paſſerin. loco citato d. n. 260. verſ. ſed in ſimili*: quia tunc Epiſcopus jus ſepulturæ, quod tali caſu competit Parochiali, auferre non poteſt, & dare alteri cum præjudicio ejuſdem ùt advertit *Pirhig. in jus can. lib. 3. tit. 28. n. 32.* & quod ſi Eccleſia in quâ defunctus elegit ſepulturam ſit interdicta, debeat ſepeliri in Parochiali, tenet *Gavan. in manual. Epiſc. verb. ſepultura n. 22.* & quod ubi impedimentum eſt perpetuum, aut totale, electio ſepulturæ in eo loco nullius valoris ſit, & defunctus ſepeliri debeat in eâ Eccleſiâ in quâ ſepeliendus fuiſſet, ſi ſepulturam in Eccleſiâ impeditâ non elegiſſet firmat *Paſſerin. loco citato d. n. 260.* & quod electio ſepulturæ ſit libera, dùmmodò tamen fiat in Eccleſiâ, quæ habet de jure (ùt eſt Parochialis) aut ex Privilegio jus ſepeliendi dixit *Rot. coram Coccin. dec. 1213. n. 5.* & de Privilegio Baſilicæ S. Petri teſtantur *Amoſtaz. d. n. 12. & Paſſerin. n. 259.*

91. Item graveretur, ſi Pater alibi eligeret Sepulturam prò Filio impubere; quia hoc facere non poteſt, dùmmodò loci conſuetudo non adſit, vel in vita ipſius filii non elegerit, ùt habetur in *c. 4. de ſepultur. in 6. Samuel. de ſepult. tract. 1. diſp. 6. contr. 1. concl. 3. & 4.* ubi innumeros colligit, & adeſt Decretum ſpeciale Sac. Congr. Concilii in *Placentina* in qua ſupplicatum fuit declarari = *An Pater poſſit ſepulturam eligere pro Filio impuberi, ſi in loco non adſit talis conſuetudo, imò contraria Synodalis Conſtitutio: & Sac. &c. die 27. Nov. 1649.* reſpondit = *Patrem ſi legitima conſuetudo loci id non habeat, eligere non poſſe, lib. 19. Dec. pag. 8.*

92. Limitatur tamen hæc regula ſivè concluſio quotiès impubes eſt tumulandus in ſepulchro majorum, quia tunc Pater poteſt illud eligere tàm ante, quam poſt mortem Filii, & electio eſt exequenda: quia in hoc caſu electioni hujuſmodi fovet *text. in d. c. 4. de ſepult. in 6.* cujus verba ſunt hæc = *Licet Pater minores Filios, qui nequeunt antequam ad annos pubertatis perveniant eligere ſepulturam poſſit (ſi conſuetudo terræ id habeat) quo voluerit ſepelire hoc tamen non poteſt, ubi conſuetudo hujuſmodi non habetur, ſed ſunt cum ſuis majoribus, vel in Parochiali Eccleſia tumulandi* dictio enim illa vel: intelligitur, & exprimitur quando nullũ adeſt ſepulchrum majorum *Amſtraz. de cauſ. pii par. 2. lib. 6. cap. 8. n. 30.* etiam ſi in Parochiali Eccleſia adeſſet ſepulchrum pro impuberibus ſeparatum, & deſignatum, & hanc limitationem probavit dicta Congr. Concili in *Novarien. funerum*, in quâ propoſitis Dubiis ſequentibus, nempè.

I. *An Cadavera impuberum Oppidi Varalli debeant ex aliquâ ſpeciali conſuetudine ſepeliri in ſepulturâ deſignatâ exiſtente in Eccleſiâ Parochiali: vel potius licitum ſit Parentibus tam ante, quàm poſt mortem illorum pro eis ſepulturam eligere, eaque tumulari facere in proprio ſepulchro majorum in Eccleſiâ PP. Reformator. exiſtente, & quatenus affirmativè quo ad ſecundam partem.*

II. *An dicta Cadavera deferri poſſint ad dictum Sepulchrum majorum abſque aſſociatione Parochorum, & Cleri Secularis, poſt eorum monitionem ad interveniendum funeri, & recuſantium?*

III. *An Parochis intervenientibus ſivè aſſociatis, ſivè non ab aliis Concanonicis ejuſdem Parochiæ diſtribui debeat Candela maior illa, quæ datur Superiori Regularium aſſociato ab aliis Fratribus.*

IV. *An dicta Cadavera deferri valeant ad Eccleſiam in quacumque hora diei, & an de nocte abſque expreſſâ licentiâ Ordinarii.*

V. *An Parochi ſub aliquâ, & quacumque prætenſione poſſint differre, vel impedire nè tempore debito Cadavera ad ſepeliendum deferantur, & quatenùs Negativè?*

VI. *An Parochis impedientibus, licitum ſit hæredi poſt expectatum triduum à morte defuncti ducere funus, etiam de nocte ad Eccleſiam in qua Cadaver eſt ſepeliendum?*

VII. *An Parochi cogere poſſint hæredes ad peragendum in Eccleſiâ Parochiali omnes functiones Miſſæ ſolemnis accenſis luminibus*

*luminibus in ſingulis Altaribus, Anniverſariorum, quæ fiunt in Eccleſiâ Reformatorum occaſione funerum?*

VIII. *An dicti Parochi poſſint cogere hæredes, ùt celebrare faciant Miſſas prò defuncto ſingulis Sacerdotibus Secularibus funus aſſociantibus?*

IX. *An in pretensâ aſſociatione Cadaverum ſint per hæredem defuncti in æquali numero convocandi tot Sacerdotes Sæculares, quot convocantur Fratres Reformati?*

X. *An in caſu de quo agitur Epiſcopus Novarien. habuerit jurisdictionem in ſupradictos Fratres Reformatos prætenſos delinquentes extrà Clauſtra, ſeù turbantes jura Parochorum?*

XI. *An Interdictum, de quo agitur ſubſtineatur in caſu?*

*Die* 15. *Martii* 1704. *reſpondit prout infrà.*

*Ad* 1. *Negativè quo ad primam partem: Affirmativè quo ad ſecundam.*

*Ad* 2. *Affirmativè.*

*Ad* 3. *Negativè.*

*Ad* 4. *Affirmativè de die, de nocte negativè, niſi de licentiâ Ordinarii.*

*Ad* 5. *Negativè.*

*Ad* 6. *Affirmativè, præterquam de nocte, ut ſupra.*

*Ad reliqua Dubia Negativè ſigillatim reſponſum fuit.*

93. Vigor oppoſitionis Epiſcopi circa primum dubium nitebatur in regulâ ſupra firmatâ, quod cum Pater elegiſſet ſepulturam filio impuberi poſt mortem in Eccleſiâ Reformatorum, fuiſſet invalida, cum in loco non adeſſet talis conſuetudo: At cùm regulæ obſtaret privilegium ſepulchri majorum, in quo facta erat electio, ſuccubuit, quia tunc non eligit Pater, ſed jus, quod mandat, ùt pubes ſivè impubes non electâ ſepulturâ ſepeliatur in ſepulchro Majorum, ùt in puncto tenet *Amoſtaz. de caus. piis par.* 2. *d. cap.* 8. *d. n.* 30. Qui autem per ſcripturam, & cum juramento ſepulturam in Parochiali elegiſſet, poſſet abſque gravamine variare, & alibi eligere, nec indiget relaxatione juramenti *Sac. Congr. Concil. in Aretina* 21. *Martji* 1692.

94. Et ad ornatum 7. & 8. Dubii propoſiti in ſupradictâ Causâ Novarien; nota, quod hæres ad faciendas expenſas funeris cōpellitur officio Judicis etiam non aditâ hæreditate, ùt probat *Paſſerin. de ſtat. hom. tom.* 2. *quæſt.* 187. *art.* 4. *n.* 464. quæ expenſæ debent fieri ſecundum qualitatem, divitias, & dignitatem defuncti, ùt tradit *Joſeph Ludovic. deciſ. Peruſin.* 78. *n.* 15. ubi plura ad materiam concernentia habet. Et in earum calculum veniunt expenſæ factæ in ultimâ infirmitate, veſtes lugubres, etiam famulorum, & familiæ inter perſonas, quibus non decet has prætermittere *Merlin. de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 17. *n.* 24. & 28. *Samuel de ſepult. tract.* 1. *diſp.* 6. *contr.* 15. *concl.* 7. Et quod eſt debitum tàm privilegiatum, ùt præferatur quibuſcunque Creditoribus, & Vxorum Dotibus, etiam expreſſam hypotecam anteriorem habentibus, *Gratian. diſcept.* 94. *àn.* 2. *cum ſeqq. Samuel. ubi ſuprà concl.* 6. *Add. ad Greg. dec.* 421. *n.* 14. *Ricc. collect.* 483. *cum aliis allegatis à Rot. deciſ.* 576. *n.* 20. & 21. *coram Dunoz. Jun. Pacion. de locat. cap.* 40. *n.* 131. ubi, quod creditor impenſæ funerum, præfertur locatori Domus pro penſione in invectis, & illatis. Hoc totum intellige, dùmmodò expenſæ hujuſmodi factæ ſint arbitrio boni viri pro facultatibus, & dignitate defuncti; non autem de illis, quæ fiunt ad pompam, quod arbitrio Judicis judicandum erit, ùt advertit *Samuel. loco citat. concl.* 5. & 7. & 14. *Dian. par.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 116. *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 15. *n.* 11. *ubi n.* 8. explicat quæ expenſę dicantur neceſſàriæ, & privilegiatæ ùt præferantur detractioni legitimæ.

95. An autem expenſæ, quæ requiruntur pro manutentione ſepulchrorum communium, fieri debeant à Parocho, vel Parochianis, videtur dicendum, quod cùm hoc reſpiciat utilitatem, & commodum populi, iſtius expenſis manutenenda ſint, & quod nunquam pro illis Parochus ſit gravandus, ùt authoritate *Salodii de Viſit. cap.* 24. tenet *Criſpin. de Viſit. par.* 2. §. 13. *n.* 9. Et de expenſis, quæ occurrunt pro reparatione, & conſtructione Cœmeterii, quod propter eamdem rationem utilitatis populi, incumbant Parochianis, etiam ſi Parochus ſit dives, tradunt *Sperell. dec.* 68. *n.* 8. & *Panimoll. dec.* 6. *annot.* 8. *n.* 31. & *dec.* 15. *annot.* 1. *n.* 44. licet ad illius expurgationem (ſi dives ſit) teneatur ille, penes quem reſidet Cura Animarum, & emolumenta funeralia percipit, & in ſubſidium Populus, ùt declaravit *S. Congr. Concilii in Foſſanen.* 19. *Septembr.* 1637. quam refert *Nicol. in floſc. verb. Cæmeterium n.* 4.

96. Cœmeterium eſt recubitorium, ſeù dormitorium mortuorum, qui ab Eccleſiâ dormientes dicuntur *Jo.* 11. *Theſ.* 4. quia ibi dormiunt quouſque Tuba canet = *ſurgite mortui venite ad judicium*. Dicitur autem Cœmeterium quaſi Ciniſterium, quia ibi cineres, & oſſa mortuorum teguntur, & reponuntur, quando à ſepulchris extrahuntur, hocque appellativum, originem ducit à Cimicibus, quaſi quod ibi Cimices, ideſt vermes continui ſint. Eſt locus ſacer, & religioſus, & gaudet immunitate Eccleſiæ *c. immunitatem de immunit. Eccleſiarum* dùmmodò tamèn authoritate Epiſcopi ad ſepelliendum mortuos fuerit deputatus, & benedictus, ùt docet *Sperell. dec.* 62. *n.* 13. quem ſequitur *Pignatell. conſult.* 40. *n.* 9. *tom.* 6. & ſigna Cæmeterii retineat, ideſt, quod adſit Crux elevata, & vas aquæ luſtralis, muroque, vel ſepe circundatum ſit.

97. *MA SI OSSIRVINO GLI STATVTI SINODALI*. Ad removendas diſſenſiones, jurgia

jurgia, & inconvenientia, quæ ſæpè in Clero, occaſione exequiarum, & funerum cum populi ſcandalo oriuntur, in Synodo datur forma ſervanda tàm circa quantitatem quartæ Parocho debitæ, quam Eleemoſinæ per hæredes defunctorum ſolvendæ Clericis aſſociantibus, nec non Candelarum numerum, & diſtributionem, inceſſum, humationem, & perſonarum interventionem; & locum juxtà cujuslibet loci laudabilem conſuetudinem. Non enim funerum taxa, aut perſonarum aſſociantium numerus eſt relinquanda, ſeù relinquendus arbitrio Parochorum, vel Capituli Cathedralis, nam his, talis facultas non tribuitur, non obſtante ſolito, ùt reſpondit *S. Congr. Concilii in matheranen. loci Grottulæ* in quâ propoſitis Dubiis. *Primò. An attentâ Conſuetudine, cujus vigore Capitulum expenſas funerum pro ratione perſonarum defunctarum taxare ſolet, ſit locus certam, ac perpetuam taxam pro funeribus quibuſcumque præſcribendi.*

Secundò an Capitulum quamvis non vocatũ poſſit invitis hęredibus, lucrandi ſtipendis causa funeribus intereſſe? *Die* 13. *Novembris* 1660. *Sac. Congr. ſecundum ea, quæ narrantur cenſuit. Ad primum non licere Capitulo taxam ad ſuum libitum facere, & Archiepiſcopo injungendum ùt ipſe auditis partibus taxam conficiat, eamque S. Congr. probandam tranſmittat. Ad ſecundum Cenſuit non poſſe.*

Quam declarationem confirmavit in *Lavellen.* in qua cum Communitas inſtetiſſet, ùt prohiberetur Capitulo, & Epiſcopo intervenire funeralibus invitis hæredibus, & decerneretur, quod taxa non penderet ab ipſorum arbitrio.

*Die* 16. *Junii* 1668. *Sac. Congr. Auditâ relatione Epiſcopi Lavellen. inhærendo declarationi ejuſdem Sac. Congr. in Matheranen. ſub die* 13. *Nov.* 1660. *emanatæ, cenſuit non poſſe funeralibus invitis hæredibus intereſſe, nec licere taxam ad ſuum libitum facere, ſed eidem Epiſcopo injungendum, proùt injungit, ùt auditis partibus taxam conficiat, eamque S. Congr. probandam tranſmittat.*

98. Hæc autem Statuta ùt dixi *tom.* 1. *tit.* 5. *annot. ad form.* 3. *n.* 10. debent fieri cum conſilio Capituli, quod exigitur pro formâ, aliàs eo neglecto, non habent vim Conſtitutionum Synodalium; ſed reputantur tanquam proviſiones Epiſcopi temporaneæ, ùt in terminis tenet *Card. de Luc. de juriſd. diſc.* 56. *n.* 1. 2. 3. 4. & 5. & ideò tanquam nullæ, indigent ſanatione, ùt præter Decreta, & authoritates ibi, & mox allegata, declaravit Sac. Congr. Concilii in una Sancti Miniati 4. Decembr. 1638. in qua ſic reſpondit = *SS. D. N. auditâ Sententiâ Sac. Congr. Concilii. benignè ex gratiâ convalidavit Synodum Diœceſanam ultimo loco per Epiſcopum S. Miniati celebratam, etiam ſi in ipſa Synodo Capituli conſilium non fuerit requiſitum, lib.* 16. *Dec. pag.* 171.

99. Quomodo autem conſilium ſit requirendum vide ibi, & quatenùs Canonici, & alii de Capitulo renuerent ad Synodum accedere, poſſent ab Epiſcopo per Cenſuras cogi *Sac. Congr. Concilii in Oriolen.* 27. *Martii* 1632. *ad* 19. *lib.* 14. *fol.* 599. ſicuti, & cæteri Clerici, & Sacerdotes non Beneficiati, quando in Synodo eſt agendum de reformatione morum, vel de re totum Clerum concernente *ead. Congr. in Juvenacen.* 3. *Decembr.* 1639. *lib.* 16. *Dec. pag.* 288. *& in Eugubina* 13. *Auguſti* 1650. *lib.* 19. *pag.* 71. hi tamen non admittuntur ad ferendum Votum pro confirmatione Judicum, & Examinatorum Synodalium *ead. Congr. in Savonen.* 29. *febr.* 1628. *lib.* 13. *pag.* 399. *ad* 3.

# DECRETUM
## SACRÆ CONGREGATIONIS CONCILII,
## Circa communicationem quotidianam.

SUMMARIUM.

1. *Abuſus tractandi Divina Myſteria in locis non ſacris.*
2. *Epiſcopi habent de jure privilegium Oratorii privati, etiamſi ſint ſolum Epiſcopi titulares. Oratorium Epiſcoporum habet privilegium Oratorii publici, & qui audit in eo miſſam ſatisfacit præcepto Eccleſiæ de audienda miſſa diebus feſtis. Epiſcopi omnes, quò ad hoc privilegium ſunt ejuſdem meriti ibi.*
3. *Regulares in eorum Granciis Oratorium privatum habere non poſſunt, nec alibi.*
4. *Signa accedentium digne ad recipiendam Euchariſtiam referuntur.*
5. *Conjugati antequam accedant ad Euchariſtiam debent ex conſilio abſtinere ab operibus carnis, ſaltem per diem antè.*
6. *In Sacramento Euchariſtiæ ſunt aliqua mirabilia, & difficilia, & quæ ſiut enumerantur.*
7. *Eulogia quid ſit declaratur.*

8. Chri-

8. *Chriſtus reficit fideles ſuos quinque panibus, & qui ſint iſti panes oſtenditur?*

9. *Sacramentum Euchariſtiæ, quibus de cauſis fuerit inſtitutum demonſtratur.*

10. *Veneratio publica Euchariſtiæ quando initjum cœperit enarratur.*

11. *Innocentius XII. auxit in Vrbe venerationem Euchariſtiæ, & Clem. XI. ritum ſervandum in expoſitione præſcripſit.*

12. *Aſſocians Euchariſtiam gaudet immunitate Eccleſiæ.*

13. *Regularis Sacerdos audiens confeſſiones Sacramentales abſque Epiſcopi approbatione, poteſt puniri cenſuris.*

14. *Confeſſarii Monialium à ſolo Epiſcopo approbantur.*

*Confeſſarii monialium tranſacto triennio, non poſſunt ampliùs Confeſſiones in eodem Monaſterio audire ibi.*

*Etiam ſi Moniales ſint Regularibus ſubiectæ ibi.*

15. *Confeſſarii non debent abſolvere pœnitentes cum quibus participant in opere carnali, neque quò ad hos debent ab Epiſcopo approbari.*

16. *Epiſcopi non debent prohibere Regularibus habentibus privilegia Apoſtolica, nè miniſtrent Sacramentum Confeſſionis à Dominica Palmarum, uſque ad Dominicam in Albis, ſed ſolum quod non miniſtrent ſæcularibus Euchariſtiæ Sacramentum in die Paſchatis.*

17. *Non accedentes ad ſumendam Euchariſtiam, tempore ab Eccleſiâ ſtatuto, quibus pœnis poſſint ab Epiſcopo puniri, ex Dereto S. Congr. Concilii oſtenditur.*

18. *Debitores locorum piorum, non cadunt ſub caſuum reſervatione.*

19. *Pœnitentiarii Cathedralium non abſoluunt à reſervatis Epiſcopo, neque diſpenſant in eſu carnium, neque aliis delegant facultatem à cenſuris abſolvendi non auditâ integrâ confeſſione.*

20. *Regulares non habentes requiſita Clementinæ Dudum de ſepult. poſſunt reijci ab audiendis Confeſſionibus.*

CUM ad aures SS. D. N. fide dignorum teſtimonio pervenerit in quibuſdam Diœceſibus vigere uſum quotidianæ communionis, etiam in feriâ ſextâ paraſceve, & ſimul affirmari, eamdem quotidianam communionem præceptam eſſe à jure Divino, quin etiam in illius adminiſtratione aliquos abuſus inoleviſſe, videlicèt quod aliqui, non in Eccleſiâ, *ſed in privatis Oratoriis*, & Domi, imò cubantes in lecto, & non laborantes ulla gravis infirmitatis notâ, ſumant Sacroſantam Euchariſtiam, quam argentea theca incluſam in crumena, aut ſecretò illis deferunt Sacerdotes Sæculares, aut Regulares, aliique in Communione accipiant plures formas, ac Particulas, vel grandiores ſolito; ac tandem quis confiteatur peccata venialia ſimplici Sacerdoti non approbato ab Epiſcopo, aut Ordinario; Cum autem hæc Sanctiſſimus conſideranda commiſerit Sac. Congr. Cardinal. Concilii Interpretum, eadem Sacra Congregatio previâ maturâ diſſcuſſione ſuper prædictis unanimi ſententiâ ità cenſuit: Et ſi frequens quotidianuſque Sacroſanctæ Euchariſtiæ uſus à SS. Patribus fuerit ſemper in Eccleſiâ probatus, nunquam tamen, aùt ſæpius illam percipiendi, aùt ab ea abſtinendi certis ſingulis menſibus, aùt hebdomadis dies ſtatuerunt, quos nec Concilium Tridentinum præſcripſit, ſed quaſi humanam infirmitatem ſecum reputaret, nihil præcipens. quid cuperet, tantùm indicavit cum inquit: *Optaret quidem Sacroſancta Synodus, ut in ſingulis miſſis fideles adſtantes Sacramentali Euchariſtiæ perceptione Communicarent*; idque non immeritò; multiplices enim ſunt conſcientiarum receſſus, variæ ob negocia ſpiritus alienationes, multæ è contrà gratiæ, & Dei dona parvulis conceſſa, quæ cum humanis oculis ſcrutari non poſſunt, nihil certi de cujuſque dignitate, atque integritate, & conſequenter de frequentiori, aùt quotidiano Vitalis Panis eſu poteſt conſtitui, & propterea, quod ad negociatores ipſos attinet, frequens ad Sacram alimoniam percipiendam acceſſus, *Confeſſariorum ſecreta cordis explorantium* judicio eſt relinquendus, qui ex conſcientiarum puritate, & frequentiæ fructu, & ad pietatem proceſſu laicis negociatoribus, & conjugatis quod proſpicient eorum ſaluti profuturum, id illis præſcribere debebunt. *In Conjungatis*. Autem hoc ampliùs animadivertant, cum B. Apoſtolus nolit eos invicem fraudari, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, ùt vacent orationi, eos ſeriò admoneant, tantò magis ob Sacratiſſimæ Euchariſtiæ reverentiam continentiæ vacandum, puriorique mente ad Cœleſtium æpularum communionem eſſe conveniendum; In hoc igitur Paſtorum diligentia potiſſimum invigilabit, non ùt à frequenti, aùt quotidiana Sacræ Communionis ſumptione unica præcepti formula aliqui deterreantur, aùt ſumendi dies generaliter conſtituantur, ſed magis quid ſingulis permittendum per ſe, aùt Parochos, ſeù Confeſſarios ſibi decernendum putet, illudque omninò provideat, ùt nemo à Sacro Convivio, ſeù frequenter, ſeù quotidiè acceſſerit repellatur, & nihilominus det operam, ùt unuſquiſque dignè pro devotionis, & præparationis modo rariùs, aùt crebrius Dominici corporis ſuavitatem deguſtet; Itidem Moniales quotidiè Sacram Communionem petentes, admonendæ erunt, ùt in diebus ex earum ordinis inſtituto præſtitutis communicent; ſi quæ verò puritate mentis eniteant, & fernore ſpiritus ita incalverint, ùt dignæ frequentiori, aùt quotidianâ Sanctiſſimi Sacramenti perceptione videri poſſint id illis à Superiori-

D

perioribus permittatur. Proderit etiam præter Parochorum, & Confeſſariorum diligentiam opera quoque Concionatorum uti, & cum eis conſtitutum habere ùt cùm fideles ad Sanctiſſimi Sacramenti frequentiam ( quod facere debent) accederint, ſtatim ad illud ſumendum de magna præparatione orationem habeant, generatimque oſtendant eos, qui ad frequentiorem, aut quotidianam ſalutiferi cibi ſumptionem devoto ſtudio excitantur, debere ſivè laici Negociatores ſint, ſivè Conjugati, ſivè quicumque alii ſuam agnoſcere infirmitatem, ùt dignitate Sacramenti, ac Divini judicii formidine diſcant cœleſtem menſam *in qua Chriſtus eſt* revereri, & ſi quando ſe minus paratos ſenſerint, *ab eo abſtinere*, ſeque ad majorem præparationem accingere. Epiſcopi autem in quorum Diœceſibus viget hujuſmodi devotio erga Sanctiſſimum Sacramentum, pro illa gratias Deo agant, eamque ipſi adhibito prudentiæ, & judicii temperamento alere debebunt, & ab eorum officio poſtulari ſibi maximè perſuadebunt, nulli labori, aut diligentiæ parcendum, ùt omnis irreverentiæ, & ſcandali ſuſpicio in veri, & immaculati Agni percepitione tollatur, virtuteſque, ac dona in ſumentibus augeantùr, Quod abundè continget, ſi ii qui devoto hujuſmodi ſtudio Divina præſtante gratia tenentur *ſeque Sacratiſſimo pane* frequentiùs refici cupiunt ſuas vires expendere ſeque probare cum timore, & charitate aſſueverint: quibus Chriſtum Dominum, *qui ſe fidelibus manducandum*, & ſe pretium in morte tradidit, atque in Cœleſti Regno in præmium eſt daturus, præcatur Sac. Congr. ùt ſuam opem ad dignam præparationem, & ſumptionem largiatur.

Porrò Epiſcopi, & Parochi, ſeû Confeſſarii, redarguant aſſerentes Communionem quotidianam eſſe jure Divino; doceant in Eccleſiis, ſeù Oratoriis privatis ex diſpenſatione ſeû Privilegio Pontificis de manu Sacerdotis ſumendam Sanctiſſimam Euchariſtiam; nec eam ullo modo deferendam in Crumena, aut ſecretò ad exiſtentes Domi, vel cubantes in lecto præterquàm ad infirmos, qui ad illam ſuſcipiendam ad loca prædicta accedere non valeant, & ad eos ſi ab Eccleſiâ *deferatur publicè, & cum pompa* juxtà formam Ritualis Romani; ſi verò ab Oratorio privilegiato, cum forma decenti. Curent etiam ùt circa communionem inferiâ ſextâ Paraſcevè, miſſalis Rubricæ, & Eccleſiæ Romanæ uſus ſerventur. Inſuper admoneant, nulli tradendas plures Euchariſtiæ formas, ſeù particulas, neque grandiores, ſed conſuetas. Non permittant, ùt venialium confeſſio fiat ſimplici *Sacerdoti non approbato* ab Epiſcopo aùt Ordinario. Si Parochi, & Confeſſarii, etiam Regulares, aùt quicumque alii Sacerdotes ſecùs egerint, ſciant Deo Opt. Max. rationem reddituros eſſe, neque defuturam Epiſcoporum, & Ordinariorum juſtam, ac rigoroſam animadverſionem in contrafacientes etiam Regulares, etiam Societatis Jeſu, facultate ipſis Epiſcopis, & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apoſtolicam ſpecialiter attributa. Et facta de præmiſſis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione Sanctitas ſua approbavit, ac præſens decretum Typis mandari, ac publicari voluit. Datum Romæ 12. Febr. 1679.

F. Card. Columna Præf.

*S. Archiep. Brancaccius Epiſc. Viterbien. Secr.*

## AD NOTATIONES.

1. *SED IN PRIVATIS ORATORIIS*. Ideſt in quibus per Indultum Apoſtolicum, vel per privilegium in corpore juris clauſum, ſacrum celebratur, & per hominum exceſſivam præſumptionem Myſteria Divina tanquàm in Eccleſia, peragere, & in locis Deo non dicatis ſacra indecentèr, & humana nimia familiaritate tractare non paveſcunt, quorum abuſus, licet pluriès Sac. Congr. Concilii non ſolùm præſenti, ſed aliis generalibus Decretis eliminare curaverit, adhùc tamèn modernis temporibus denuò majores irrepſerunt, proùt notatum fuit in *Form. Edicti de Divin. Off.*, *& Celebr. Miſſar.*

2. Oratorium hoc privatum habent Epiſcopi vigore *c. fin. de privil. in 6.* quod nec per Concilium, nec per Decretum Pauli V. de anno 1615. emanatum derogatum fuit. Imò habet Oratorium iſtud privilegium Oratorii publici; nam intereſſentes etiàmſi extranei ſint quando Epiſcopi inibi celebrant, tàm in Diæceſi, quàm extra, ſatisfaciunt præcepto Eccleſiæ de audiendâ Miſſâ diebus feſtivis, ùt reſpondit *Sac. Congr. Concilii 22. Septembris* 1640. *in Nullius lib. 16. Dec. pag.* 421. *& præcedenter* 17. *Auguſti* 1630. *Provinciæ Lombardiæ lib.* 14. *Dec. pag.* 317. *in Matheranen.* 6. *Auguſti* 1616. *lib.* 37. *pag.* 147. Etiàmſi ſit Epiſcopus titularis *ead. Congr. in Valentina* 1616. quia ùt inquit *Divus Hyeron. ſcribens Evagrio: ubicunque fuerit Epiſcopus ſivè Romæ, ſivè Eugubii, ſivè Conſtantinopoli, ſivè Rhegii, ſive Alexandriæ, ſivè Tanis; ejuſdem meriti, ejuſdem eſt, & Sacerdotii*. Verùm eſt tamen, quod hoc privilegio uti non poſſunt extra Domum propriæ habitationis, ùt ad tollendos abuſus declaravit *eadem Sac. Congr* 15. *Decembr.* 1703, quod Decretum Typis impreſſum, & publicatum SS. D. N. Clem. XI. approbavit

3. Regu-

3. Regulares autem in ſuis Granciis Oratoria hæc privata habere, nec ibidem celebrare non poſſunt, ùt declaravit *d. Congreg.* 1. *Martii* 1685. Neque ſuffragatur privilegium Cruciatæ celebrandi in Altari portatili, quia cadit ſub revocatione Decreti Pauli V. ùt reſpondit *S. Congr. Concilii in Calaritana* 14. *Novembr.* 1648. *ad* 4. At non ſolùm in Granciis non poſſunt Regulares quicunque ſint uti privilegio Altaris portatilis vigore *c. in hjs de privileg.* ſed nullibi, quia hoc privilegium Concilium Tridentinum abſtulit ùt declaravit *Congr. Concilii ſub d. die* 15. *Decembris* 1703.

4. *CONFESSARIORVM SECRETA CORDIVM EXPLORANTIVM*. Per hanc. clauſulam datur intelligi, quod Confeſſarii non ſolum debent auſcultare pœnitentium peccata, ſed tenentur explorare intima cordium, ùt poſſint agnoſcere an ſint diſpoſiti ad dignè recipiendam quotidiè Euchariſtiam, & Primò ſi pœnitens habeat dolorem de peccatis præteritis, & firmum propoſitum non peccandi de cætero, bonam voluntatem Deo ſerviendi, & paratus ſit ſatisfacere. Secundò ſi ſit promptus, & diligens ad opera bona, & non piger, quia amor Dei non eſt otioſus, & ſi operari renuit amor non eſt. Tertiò ſi verbum Dei libenter, & delectabiliter audit, quia Deus eſt cibus animæ, & qui ex Deo eſt verba Dei audit. Quartò ſi ſitim temporalium rerum diminuta ſit, & contentetur in his quæ Deus ſibi adminiſtrat, nihilque contra Dei mandata habere deſiderat, & confidit in Deo, quod ſibi neceſſaria providebit, ſi ei fideliter ſerviat: gratia enim Dei extinguit ſitim temporalium rerum. Quintò ſi ex corde parcit læſoribus, adeò ùt nullam habeat amaritudinem contra proximum, & paratus ſit ſatiſfacere proximis, quos ipſe læſit, vel ſi adverſitas aliqua occurreret patienter vellet ferre Sextò ſi cum humilitate, reverentiâ, & timore accedat cum memoriâ ad paſſionem Chriſti. Per hæc inquam Confeſſarius cognoſcere poterit an pœnitens dignè accedat quotidie nec nè? & quantò plura de his ſignis invenerit concurrere, tantò maiorem diſpoſitionem eum habere credat.

5. *IN CONIVGATIS*. Coniugati monendi ſunt, ùt abſtineant ab operibus carnis, antequam accedant ad menſam Euchariſticam ſaltem per diem ante *c. ſciatis 33. q. 4. c. omnis homo de conſecr. diſt. 2. Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. quæ pert. ad Sacr. Euchar.* quod eis facile erit: cum enim Matrimonium ſit novæ legis Sacramentum (& omne Sacramentum det gratiam, & ſpeciale âliquod, quò homo indiget, adiutorium) iis, qui recta intentione ad ſobolis procreationem Sacramentum hoc recipiunt, gratiam largitur Chriſtus contra concupiſcentiam carnalem, quâ Anima ſublevatur à corruptione, & nimio libidinis ardore, ùt ſit ibi copula utilis: adeo ùt homo aliàs luxurioſus, qui in coitu quærit concupiſcentiæ ſatisfacere, magis cognoſcat vxorem gratia ſobolis (ad quod Matrimonium eſt inſtitutum) quam libidinis. Vnde abſtinere per unum, & plures dies non erit difficile: quod tamen non eſt de præcepto, ſed de conſilio ob reverentiam debitam tanto Sacramento.

6. *IN QVA CHRISTVS EST*. In hoc Sacramento Euchariſtiæ ſunt aliqua difficilia, & mirabilia; & Primò propter naturalem concomitantiam ſub utraque ſpecie panis, & vini eſt totus Chriſtus, ſcilicet ſecundum Corpus, & Animam, & Divinitatem, & ſic laici ſumunt Chriſtum veraciter ſub una ſpecie, ſicut Sacerdos in Miſſa ſub utraque. Secundò quod panis, & vinum virtute verborum conſecrationis tranſſubſtantiantur in verum Corpus, & Sanguinem Chriſti, quia illa verba operantur virtute Dei: nam Deo ſunt omnia poſſibilia, quod patet in hoc = *Creavit Adam de limo terræ, & Ævam de coſta Adæ, Aſſumpſit humanitatem. Aquam in rubeum vinum mutavit*. Si ergo tanta vis eſt in ſermone Domini, ùt inciperent eſſe, quæ non erant, quanto magis operativus erit, ùt quæ erant in aliud commutentur. Tertiò, quod unum, & idem corpus, eſt ſimul in diverſis locis, & altaribus, exemplo, ſicut unum verbum numero uno ore prolatum, & in aere multiplicatum, plures aſtantium aures menteſque diverberat; ita, & unum Chriſti Corpus numero Deitati coniunctum multis locis eodem tempore poteſt haberi, & multa Chriſtianorum corda, & ora ſubingredi, & in Cœlo remanere; Nam licet ex natura corporali, & circumſcriptibili ſit uno dumtaxàt in loco tamen in pluribus locis eſt virtuali potentia, & ſpirituali modo: Tanta enim eſt unio Divinitatis, & carnis, quæ tota Divina, & glorioſa facta eſt, ùt ex plenitudine Divinitatis (quæ teſte Apoſtolo, corporaliter ibi habitat) illud corpus licèt in uno loco corporaliter, naturaliter, in pluribus tamen eſt Divina, & Spirituali virtute: ita, quod Divinitatis eſt retribuit ineffabiliter corpori ſuo, ut ex unionis virtute, & in uno homine ſit verbum, & in pluribus locis, ſit illius corporis, & ſanguinis incompræhenſibile Sacramentum. Quartò, quod Chiſtus tàm magnus ſicùt in Cruce pependit eſt ſub parva ſpecie panis, cujus exemplum habemus in pupilla oculi ubi videmus, quod unus mons totus, magna Eccleſia, ampliſſima Civitas, integra ingreditur pupillam oculi noſtri, qui eſt inſtar puncti indiviſibilis; ſi ergo iſta facit natura, non nè Deus plus natura poteſt? Et cum corpus Chriſti magis ſit Spirituale, quàm quælibet imago rei corporeæ, quæ per pupillam intrat, non mirum ſi poſſit totum ſimul in puncto, & ſine ſui diminutione ſub breviſſimis hoſtiæ particulis contineri, & cùm ſit corpus glorifica-

rificatum, & ſpirituale factum non occupat locum, & ideò poteſt ſine pondere, ſine longitudine, ſine profunditate totum integrum corpus in uno indiviſibili puncto veriſſimè contineri. Quintò quod quotidiè à fidelibus manducatur, & non minuitur, cujus habemus exemplum, vel aliqualem ſimilitudinem in lumine uno, ex quo licet mille lumina accendantur nihil tamen ſibi deperdit. Sextò, quod Corpus Chriſti totum eſt integralitèr tàm in parvâ hoſtiâ ſicùt in magnâ, imò in quàlibet particulâ hoſtiæ, cujus exemplum habemus in ſpeculo, quod ſi frangatur in qualibet particulâ tota imago hominis eſt, quæ prius apparebat in toto. Porrò ſicut ſubſtantia panis in ſe conſiderata non eſt nec longa, nec lata, nec perceptibilis ſenſu, nec locum occupat, & ubicunque eſt panis forma, illuc tota panis ſubſtantia, nec plus ſubſtantiæ continent magna forma, quam parva; ita, & corpus Chriſti non eſt nec quale, nec quantum. Item ſicuti una, & eadem dictio, ſivè illa magnis, ſivè parvis litteris conſcripta ſit, ſeû in multas, ſeû paucas redacta ſyllabas, ſemper idem ſignificat: ità conformiter, nec parva, nec Magna forma panis, aliquid variat in Corpore Chriſti, tantùndem enim in parvâ continetur hoſtiâ, ſicut in magnâ.

7. *AB EA ABSTINERE*. Exemplo Chriſtianorum primitivæ Eccleſiæ, quibus, quandò diſpoſiti non erant ad ſumendam Euchariſtiam, dabatur Eulogia, quæ ſecundum aliquos erat panis benedictus à Pontifice, qui ſervabatur in vaſis Eccleſiæ mundis fragmentatus, & diſtribuebatur Parochis, ùt darent fidelibus, qui non poterant communicari, vel nolebant, ad ſignificandum quod recipiens diebus feſtis Eulogiam, erant in fide, & charitate cum Eccleſiâ vinculati, & ſic Eulogia erat ſymbolum unionis. *Cardinalis autem Bona in tract. rer. liturgic. lib. 1. cap. 23. §. 12. lib. 2. cap. 19. §. 7.* dicit quod Eulogia in antiquâ Eccleſiâ erat ille panis dilectus ab alia parte, quæ erat deſtinata ad ſacrificium, & in fine Miſſæ iis, qui communicari non poterant, aùt nolebant, aùt parati non fuerant diſtribuebatur, quia Altari oblata erant, & ex illis ſumebantur partes, ùt omnes de Divinis donis participarent. Hodiè autem quia Eulogiis non utimur, Confeſſarii debent conſulere non benè diſpoſitis, ùt communicent ſe ſpiritualiter, hoc eſt attentè, & devotè Sacrificio Miſſæ aſſiſtendo, ùt inde dignam præparationem lucrari valeant.

8. *SEQUE SACRATISSIMO PANE*. Sicuti Salvator noſter quinque panibus ſatiavit turbas: ita de quinque panibus nos reficit ſpiritualitèr, & corporaliter. Primus panis eſt materialis, quem quotidiè in Oratione Dominicali unà ſimul cum pane ſpirituali Verbi Dei petimus, & hunc debemus pauperibus vel indigentibus Communicare, ſi volumus Deo placere, cum dicat = *frange eſurienti panem tuum Iſa. 56.* Secundus panis eſt panis pœnitentialis, de quo dicitur *in pſal. 76. cibabis nos pane lacrymarum*, qui neceſſarius eſt peccatoribus, ùt per eum reſumant vires gratiæ Dei. Tertius eſt panis Verbi Dei, de quo pane reficitur Anima ſicut corpus de pane materiali *Matth. 4. non in ſolo pane vivit homo, ſed de omni verbo, quod procedit de ore Dei*. Quartus eſt panis ſacramentalis, de quo loquitur hoc Decretum, *ego ſum panis vivus, qui de Cœlo deſcendi*, iſto pane Anima reficitur, & confortatur, ne deficiat in via. Quintus eſt panis Cæleſtis, quem Sancti manducant in menſâ Chriſti, de quo loquitur *Lucas 22. Ego diſpono vobis regnum, ùt edatis, & bibatis ſuper menſam meã in Regno, meo* ideſt beatificam viſionem.

9. *QUI SE FIDELIBUS MANDUCANDUM TRADIDIT*. Hoc Sacramentum fuit à Chriſto Domino inſtitutum: Primò in medicamentum noſtræ infirmitatis, ſicùt ipſe dixit = *Qui manducat me, ipſe vivet propter me Joa. 6.* Secundò ùt nobis ſuam charitatem oſtenderet, *Angelorum eſca nutriviſti populum tuum ſap. 16.* Tertiò ùt habeamus quid offeramus Deo Patri, *non ſacrificium Vitulorum, ſed corpus Chriſti filii Dei*. Quartò ùt *memoriam paſſionis ejus habeamus Luc. 22.* Quintò in pignus noſtræ beatitudinis, ubi eum *tunc revelata facie videbimus, quem jam ſub ſpecie panis ſumimus*. Sextò ad hoc ùt figuræ adimplerentur, quibus iam in veteri lege præfiguratum fuerat: ideſt in oblatione Melchiſedech quantùm ad ſubſtantiam oblationis, qui panem, & vinum obtulit, *erat enim Sacerdos Dei Gen: 14. Hebr. 7.* In Agno Paſchali, quantum ad victimam oblationis, quia verus Agnus ideſt *Chriſtus pro nobis in Cruce immolatus eſt Joa. 1.* Et in Manna cujus ſapor convertebatur ad omnem cibum, deſideratum à comedente, & ideò dicimus, *panem de Cœlo dediſti eis omne delectamentum in ſe habentem ſap. 16.* Septimò inſtituit illud nobis in viaticum, *ut per illius confortationem illùc venire poſſimus, ubi cum eo æternaliter regnabimus*. Et tandèm cibus iſte Euchariſticus eſt *totius hilaritatis fons, & omnium gaudiorum plenitudo*.

10. *DEFERATUR PUBLICE, ET CUM POMPA*. Solemnitas quâ cæpit publicè, & cum pompa venerari ſanctiſſima Euchariſtia, originem habuit in Eccleſia Sancti Martjni Civitatis Leodii, id piè, & religiosè promoventibus Sanctis Virginibus Juliana, & Æva apud Urbanum IV. qui datis litteris ad Ævam cùm laude hujus introductionis, feſtivitatem poſteà (quam eædem Virgines expoſtulaverant) corporis Chriſti ſolemni Decreto in Eccleſia Univerſali (miraculo iam evulgato Eccleſiæ S. Chriſtinæ Bolſennæ) inſtituit. Patent hæc ex actis *Bollandi tom. 1. ad menſem Aprilis pag. 459. 462. 465. & 477.* & recognita, ac examinata in *Sac. Congr. Rituum ſub die 10. Junii*

*Junii* 1700. conceſſum fuit Indultum Capitulo Collegiatæ d. Eccleſiæ S. Martini, ùt poſſet in quâlibet feriâ V. non impeditâ officio novem lectionum, & jejuniorum, recitare officium Sacramenti.

11. Hanc piiſſimam inſtitutionem, & Euchariſtiæ venerationem Exemplariter auxit noſtro ævo in Urbe Innoc. XII. qui in omnibus Eccleſiis Parochialibus erigi (ubi erectæ non reperiebantur) curavit Societates hujus diviniſſimi Sacramenti; eiſque datis ſtatutis, & auctis Indulgentiis, ad Infirmos cum pompa, & ſolemnitate majori, quàm anteà, illud deferri præſcripſit. Et deinde Sanctiſſimus D. N. Clemens XI. pietate ſuorum prædeceſſorum Pontificum æmulando, ritum in publica hujus Ven. Sacramenti expoſitione ſervandum, & cultum præſtandum Eccleſiarum Rectores docuit Edicto: quod cum cœteris locis, & Civitatibus pro inſtructione mirificè conferat, dabitur ſubnexum.

12. Eſt autem tàm dignum hoc Sacramentum; ut illud aſſocians gaudeat immunitate Eccleſiæ *Dian. oper. moral. tom.* 1. *de immun. Eccleſ. reſol.* 28. *Sac. Congr. Immunit. in Beneventana* 30. *Septembris* 1636. *lib.* 3. *Dec. Paul. fol.* 14. *Gavant. manual. Epiſc. verb. immunitas in addit. n.* 7. *Guazzin. jun. ad defenſ. anim. lib.* 2. *def.* 1. *cap.* 14. *n.* 81. *&* 84.

13. *SACERDOTI NON APPROBATO*. Regularis Sacerdos, qui abſque præviâ Epiſcopi approbatione confeſſiones perſonarum ſecularium audiret, poſſet etiam pœnis cenſurarum puniri, ùt declaravit *Sac. Congr. Concilii in Neapolitana* 14. *Aprilis* 1646. *lib.* 18. *dec. pag.* 73.

14. Confeſſarius Monialium non cenſetur approbatus, ſi fuit deputatus à laicis ſub prætextu Juriſpatronatus, aût alteriùs privilegii, etiàmſi ſit unus ex approbatis pro cæteris ſecularibus Diœceſis: nam ſolus ille admittitur, quem Epiſcopus ſpecialiter deputat *S. Congr. Epiſcop. Nuncio Florentiæ pro Monialibus S. Michaelis Piſciæ* 22. *Maii* 1615. *& Sac. Congr. Concil. in Januen.* 15. *Novembr.* 1653. *lib.* 19. *Dec. pag.* 283. Et ſi fuerit ab Epiſcopo approbatus, tranſacto triennio non poteſt ampliùs confeſſiones in eodem Monaſterio audire per aliud tempus ſine licentiâ Sacræ Congregationis, aliàs declaratur ſuſpenſus, proùt mandant Decreta relata à *Nicolio in Floſ. verb. Confeſſarius n.* 36. *& à Pignatell. conſult.* 85. *n.* 238. *tom.* 6. *Barboſ. collect. deciſ. Apoſtol. verb. Confeſſarius Monialium n.* 5. *Lantuſch. Theatr. regul. verb. Confeſſarius n.* 13. ubi quod procedit, & ſervandum eſt, etiam circa Confeſſarios Monialium Regularibus ſubiectarum, & Decretum refert *Barboſ. de jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 44. *n.* 124. & ſequitur *Tambur. de jur. Abbatiſ. diſp.* 16. *quæſt.* 1. *n.* 3.

15. Item non debet approbari Confeſſarius pro illis, qui cum ipſo participant in opere carnali, vel maleficio, aût abortu, ne confeſſiones ſinè erubſcentiâ (quæ partem habet remiſſionis) fiant: ideòque in approbatione interdicenda eſt eis ab Epiſcopo talis facultas non ſub pœnâ cenſurarum, ſed deficientiæ juriſdictionis. Nàm ſi Epiſcopus hoc Confeſſariis prohiberet ſub pœnâ ſuſpenſionis, aût excommunicationis, ipſofacto incurrendæ, quia agitur de crimine occulto abſolutionis Sacramentalis, quod probari non poteſt per teſtes, & Confeſſarius non tenetur ſe ipſum prodere, ſuſpenſio, ſivè excomunicatio incurſa eſſet ſemper occulta in laqueum ipſiuſmet delinquentis, qui (ne famam àmittat) facile ſic innodatus celebraret, & fieret irregularis: hos autem conſcientiæ laqueos Congr. Concilii abhorret, neque facile permittit, imò ſimilia Decreta à Synodibus deleri mandat, ùt accidit *in Cuſentina Synodi* 2. *Decembr.* 1679. *ad* 2. Non enim Confeſſarius proptèr hoc delictum eſt deponendus ab ordine, niſi ad notitiam populi deveniſſet *c. non debet* 30. *quæſt.* 1. *ibiq; gloſ.* Auferenda eſt igitur eis facultas abſoluendi filias Spirituales, vel quaſcumque alias perſonas, criminis carnalis ſortilegii, & procurationis abortus ſocias, ſub pœnis à jure ſtatutis juxtà *Decretum Synodi Farfenſis in tit. de pœnis n.* 8. non quia ſit caſus reſervatus (quia reſervatio non afficit pœnitentes) ſed, quia Confeſſarius quo ad criminis Socios, non ſit approbatus, & non habeat juriſdictionem delegatam eos abſolvendi, *Gavant. in manual. Epiſc. verb. Confeſſarius n.* 51.

16. Advertant prætereà Epiſcopi, quod licet poſſint Edicto præcipere ùt Chriſti fideles tempore Paſchatis confiteantur proprio Parocho, & qui noluerint teneantur ſaltem licentiam petere vel ab ipſo Ordinario, vel ab eodem Parocho ùt declaravit *Congr. Concilii in Melphien.* 1. *Decemb.* 1635. *lib.* 15. *Dec. pag.* 384. *ex c.* 5. *ſeſſ.* 14. *de Sacr. pœnit*: non tamen poſſunt Regularibus habentibus privilegia Apoſtolica prohibere nè à Dominicâ Palmarum uſque ad Dominicam in Albis incluſivè adminiſtrent perſonis ſæcularibus Sacramentum Confeſſionis, ſed ſolùm prohibere, ùt perſonis ſæcularibus in die Paſchatis non adminiſtrent Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramentum, etiàmſi dictæ perſonæ ſæculares in alia die ſatisfecerint præcepto ùt reſpondit *Sac. Concilii in Burdegalen.* 9. *Junii* 1644. quam declarationem extradi mandavit PP. Soc. Jeſu *in Senonen.* 11. *Junii* 1650. Ex quâ declaratione duo emergũt; unum quod laici qui tēpore Paſchali de manibus Regularium Euchariſtiam recipiunt, præcepto Eccleſiæ hac de re ædito non ſatisfaciunt, ſed tenentur illam à proprio Parocho ſuſcipere: alterum eoſdem laicos non poſſe in die Paſchatis de manu Regularium Sanctiſſimam communionem accipere, etiamſi alia die ſatisfecerint præcepto, *ead. Congregatio Concilii* 21. *Maii* 1627. *& in Indiarum* 18. *Martii* 1634.

1634. *lib.* 15. *Dec. pag.* 42. *& iterùm in Mechlinien.* 31. *Jan.* 1682.

17. Iis autem, qui tempore ab Eccleſiâ ſtatuto ad confeſſionis,& Euchariſtiæ Sacramenta ſumenda non accedunt, poteſt Epiſcopus pœnas pecuniarias, & etiam excomunicationis injungere ut declaravit *S. Congr. Concilii* nam olim propoſitis in ea dubiis.

I. *An Epiſcopus adverſus eos, temporibus ab Eccleſia ſtatutis ad Confeſſionis, & Euchariſtiæ Sacramenta negligunt accedere, & pœnas c. omnes utriuſqe ſexus de poen. & remiſſ. contemnunt, poſſit etiam ad excomunicationem procedere?*

II. *An pro ſatisfactione, pœnas pecuniarias pio loco applicandas injungere?*

III. *An expediat talium abſolutionem ſibi reſervare die* 28. *Januarii* 1587. *Sac. Congr. Ad Primum cenſuit licere, niſi forte de proprii Sacerdotis conſilio ex rationabili cauſa communio ad tempus dilata fuerit. Ad* 2. *poſſe iniungi eleæmoſynas alicui pio loco applicandas pro hujuſmodi excommunicatorum emendatione. Ad* 3. *non expedire lib.* 18. *Dec. pag.* 604.

18. Nec tamen in approbatione Confeſſariorum, debet ſibi reſervare abſolutionem eorum, qui non ſolvunt locis piis id, quod ratione adminiſtrationis, vel alia de causâ debent: quia hi remediis juris cogendi ſunt; proût etiam *ead. Congr. Concilii* declaravit *in Caſtren.* 3. *Febr.* 1635. *lib.* 15. *Dec. pag.* 164.

19. Pœnitentarii verò Eccleſiarum Cathedralium, licet eo ipſo, quod ſunt in Præbenda Pœnitentiali inſtituti, cenſeantur abſque alia approbatione Epiſcopi approbati ad Confeſſiones audiendas omnium Diæceſanorum, *ùt dixi tom.* 1. *tit.* 2. *annot. ad form.* 6. *n.* 28. nihilominus, non poſſunt à caſibus Epiſcopo reſervatis abſolvere, neque in eſu ciborum diſpenſare abſque ſpeciali Epiſcopi delegatione; nec alteri propriam facultatem delegare, ſeù à cenſuris, & caſibus reſervatis ſibi conceſſis abſolvere, non auditâ integrâ pœnitentis confeſſione, ùt reſpondit *Sac. Congr. Concilii in Derthonen.* 6. *Julii* 1647. Etenim propoſitis d. die dubiis.

I. *An Canonicus Pœnitentiarius Eccleſiæ Cathedralis poſſit abſolvere à cenſuris, & à caſibus tàm à jure Epiſcopo reſervatis, quàm ab illis, quos Epiſcopus ſibi reſervavit.*

II *An Pœnitentiarius diſpenſare poſſit tempore Quadrageſimæ ſuper eſu ciborum prohibitorum cum infirmis, & cum aliis habentibus atteſtationem Medicorum, abſque ſpeciali delegatione ab Epiſcopo concedenda*

III. *An Pœnitentiarius facultatem quam habet abſolvendi pœnitentes à caſibus ſibi conceſſis, poſſit alteri Confeſſario delegare, qui abſolvat proût idem Pœnitentiarius.*

IV. *An Pœnitentiarius poſſit abſolvere pœnitentes à cenſuris, & caſibus reſervatis ſibi conceſſis non auditâ integrâ confeſſione Sacramentali, ſed tantùmmodò ab ipſis caſibus reſervatis, & pro aliis pœnitentes remittere ad alium Confeſſarium.*

*Sac. & c. ad ſupradicta dubia reſpondit negativè in omnibus lib.* 18. *Dec. pag.* 349. & concordat *Barb. de offic. Epiſc. alleg.* 55. *n.* 22. *& ſeqq. Gallemart. collec. in Concil. ſeſſ.* 24. *cap.* 8. *n.* 5.

20. Ulteriùs non ſine juſtâ cauſa ab audiendis confeſſionibus reiicerentur ii Regulares, qui in eorum ſuperiorum teſtimonialibus litteris de eorum idoneitate, requiſita *Clementinæ Dudum de ſepult.* expreſſa non haberent. nam cum ibi *in §. ſtatuimus* iniungatur Prioribus, Provincialibus, & miniſtris Ordinum, *ùt eligere ſtudeant* ( ſunt verba dictæ Clementinæ) *perſonas ſufficientes, idoneas vita probatas, diſcretas, modeſtas, atque peritas, ad tàm ſalubre miniſterium, & officium exequendum, quas ſic ab ipſis electas repræſentent, vel faciant præſentari Prælatis, ùt de eorum licentiâ gratiâ, & beneplacito in Civitatibus, & diæceſibus eorumdem hujuſmodi perſonæ ſic electæ confeſſiones confiteri ſibi volentium audiant &c.* ſi Religioſum preſentatum, has qualitates, & merita habere, in Dimiſſoria fidem individualem non facerent, tunc potius culpæ Superiorum, ( qui formam Clementinæ non ſervant) quam rigori Epiſcopi tribuenda eſſet reiectio.

# ISTRUZIONE, ET ORDINI

Da oſſervarſi nell'Orazione continua di Quarant'Ore coll'Eſpoſizione del SANTISSIMO SACRAMENTO per li biſogni di Santa Chieſa, ſecondo la pia mente di noſtro Signore Papa CLEMENTE XI.

*GASPARO per la miſericordia di Dio Veſcovo di Sabina, della S. R. C. Card. di Carpegna, della Santità di N. Sig. Vicario Generale.*

SUMMARIUM.

*1. In Eccleſiis ubi reperitur expoſitum Sacramentum Euchariſtiæ, quid ſit ſervandum in celebrandis Miſſis Sagr. Congr. Rit. præſcripſit in Decreto quod allegatur, & n. 2.*

*3. Innovantur Decreta generalia Congr. Rit. circa appoſitionem Baldachinorum pro laicis, & injungitur illorum obſervantia n. 4. 5. & 6.*

ESSENDO ſtate fatte ſin dal tempo dell'Introduzzione dell'Eſpoſizione del Santiſſimo Sacramento per l'Orazione continua di quarant'ore diverſe proviſioni ſpettanti al decoro di detta Sacra Funzione, acciò le medeſime venghino eſattamente oſſervate, e ſi rimova ogni abuſo; D'ordine eſpreſſo dalla Santità di Noſtro Signore datoci coll'oracolo della ſua viva voce ordiniamo, e comandiamo, che in tutte le Chieſe di queſt'Alma Città, tanto Patriarcali, quanto Collegiate, e Parochiali, ed in ogn'altra Chieſa sì de' Secolari, come de' Regolari in qualſivoglia modo privilegiata, in cui ſi farà la ſudetta Orazione di Quarant'ore s'oſſervi inviolabilmente quanto ſi preſcrive nella preſente noviſſima Iſtruzzione, ſotto le pene infraſcritte.

1. Si metterà ſopra la porta della Chieſa dove ſarà l'Eſpoſizione, un ſegno del Santiſſimo Sacramento ornato di feſtoni, come pure à capo della ſtrada vicina, perche ſia noto à chi paſſa eſſer ivi l'Eſpoſizione del Santiſſimo Sacramento.

2. Il Santiſſimo Sacramento dorvà eſporſi nell'Altare Maggiore, (eccettuatene le Baſiliche Patriarcali, nelle quali ſi ſuol'eſporre ſopra altro Altare,) e ſi coprirà l'Imagine, ò Statua, che vi ſia; come anche le Pareti della Tribuna, e le vicine all'Atare, ſe non vi ſono ornamenti fiſſi, ſi copriranno con drappi, avvertendoſi, che gli apparati non contenghino Iſtorie, ne coſe profane.

Sopra l'Altare non vi ſi ponghino Reliquie de' Santi, ò Statue de' medeſimi (non eſcludendoſi però quelle degl'Angeli, che faccino figura di Candelieri,) e molto meno vi ſi ponghino figure dell'Anime del Purgatorio di qualſiſia materia; il che ſi proibiſce anche in tutte l'Eſpoſizioni particolari, & in quelle, che tal volta ſi fanno per ſuffragio di quell'Anime.

3. Sopra detto Altare in ſito eminente vi ſia vn Tabernacolo, ò Trono con Baldachino proporzionato di color bianco, e ſopra la baſe di eſſo vi ſia vn Corporale per collocarvi l'Oſtenſorio, ò Cuſtodia, il di cui giro ſarà attorniato di raggi, e non vi ſarà d'avanti alcun'ornamento, che impediſchi la viſta del Santiſſimo.

4. Ardino ſopra l'Altare almeno venti lumi continuamente, cioe ſei candele d'una libra, trè per parte dalli lati della Croce, & otto candele nella parte ſuperiore, con altre quattro dalli lati dell'Oſtenſorio, nella di cui parte oppoſta non vi ſi ponga onninamente lume alcuno, e vi ſiano finalmente due Torcieri con le fiaccole almeno di trè libre l'una. L'iſteſſo numero de' lumi vi ſia anche di notte dopo ſerrata la Chieſa, trà quali ve ne ſiano almeno dieci di cera, e per la Chieſa nella ſera ſi mettano lumi ſufficienti per evitare la confuſione, quali ſtiano acceſi finche ſi chiudono le Porte di eſſa. Potranno anche di giorno oſcurarſi le fineſtre vicino all'Altare dell'Eſpoſizione, ad effetto di raccogliere la mente de' Fedeli all'Orazione.

5. Niun Secolare, benche veſtito con Sacco di qualſivoglia Compagnia ardiſca d'andare intorno all'Altare per aggiuſtare lumi, ò far altro che occorra, mà dovrà eſſere un Sacerdote, ò almeno un Chierico con Cotta, con laquale ſopra il proprio Abito dovranno comparirvi, anche li Regolari di qualſivoglia Religione: Avvertendoſi di più, che ogni perſona di qualſivoglia condizione, & ordine, per Decreto della *Sagra Congregazione de' Riti*, *Vrbis* 19. *Auguſti* 1651. avanti il Santiſſimo Sagramento eſpoſto accoſtandoſi, ò partendoſi da eſſo, deve fare la riverenza con ambe le ginocchia piegate.

In or-

In ordine poi alla Perſona del Sacerdote quale celebra la Meſſa privata ; s'inſinua eſſervi Decreto della medeſima *Sagra Congreg. Vrbis 7. Sept.* 1638. che mentre paſſa avanti l'Altare in cui ſtà eſpoſto il Santiſſimo Sacramento, dopo fatta l'Adorazione con le ginocchia piegate, ſcoperto il capo, alzandoſi lo ricopra.

6. Si tenga durante l'Eſpoſizione alla Porta della Chieſa, per la parte di dentro, ò di fuori, come tornerà più comodo, un Tapeto, che faccia forma di Buſſola con ſpatio adequato alli lati, per comodità del Popolo, e ſia talmente poſto, che non poſſa mai dalla ſtrada vederſi il Santiſſimo Sagramento.

7. Stiano di continuo uno, ò due Sacerdoti, ò almeno in altro'Ordine ſagro conſtituiti ſe ſi potrà, veſtiti di Cotta ( benche ſiano Regolari ) genufleſſi avanti d'un Banco ricoperto con Tapeto, ò panno roſſo, ò d'altro colore, è qualità decente, vicino all'infimo grado dell'Altare, e mai ſopra genufleſſorii, orando tanto di giorno, quanto di notte à vicenda. Dove ſarà qualche Confraternità vi aſſiſtino due Confratelli almeno, avanti un Banco coperto di panno verde, ò d'altro colore decente parimente à vicenda, mà fuori del Presbiterio, e diſtanti dagl'Eccleſiaſtici ſudetti ed' orando con tùtta divozione per edificazione degl'Aſtanti, e con voce ſommeſſa per non cauſare diſtrazione à gl'altri.

8. Nella Sacreſtia vi ſia l'Orologio almeno à polvere per ſapere il tempo della vicenda, di cui ſe ne darà il ſegno ad ogn' ora con la Campana maggiore tanto di giorno come di notte.

9. La ſera avanti il giorno dell'Eſpoſizione dopo il ſegno dell'Ave Maria, ſi ſuonino le Campane solennemente per avviſo del Popolo, come anche la mattina nel far del giorno, e dopo tùtti gl'altri ſegni dell' Ave Maria durante l'Eſpoſizione come parimente le ſolite trè volte avanti le Meſſe ſolenni.

10. Nell'Altare dove ſtà eſpoſto il Santiſſimo Sagramento non ſi celebri altra Meſſa, che le ſolenni per l'Eſpoſizione, e Repoſizione, ne i quali due giorni oltre la Conventuale ( nelle Chieſe dov'è obligazione di Cantarla ) ſi celebrarà dopo Nona la Meſſa del Santiſſimo Sagramento Votiva pro re gravi ( eccettuate però tutte quelle Domeniche, che ſono di prima, ò ſeconda Claſſe, e tutti li giorni ne'quali per ragione del Calendario tanto univerſale, quanto particolare di quella Chieſa, in cui ſi fà l'Epoſizione, ſi fà Officio parimente di prima, ò ſeconda Claſſe, come anche eccettuata la feria quarta delle Ceneri, e le Ferie ſeconda, terza, e quarta della Settimana Santa, nelle quali Domeniche, ed altri giorni, e Ferie eccettuate, ſi cantarà la Meſſa Conventuale con l'Orazione aggiunta del Sagramento ſub unicâ concluſione ) e tutto ciò s'oſſervarà inviolabilmente in tutte le Chieſe tanto de'Secolari, che de'Regolari.

Nel giorno Medio, oltre la Meſſa Conventuale ſi doverà cantare dopo Nona la Meſſa Votiva pro Pace, ò altra che verrà comandata da N. S., ſecondo che ſtarà eſpreſſo nella liſta delle Quarant'ore, con la medeſima eccezzione delli giorni ſudetti, e con la medeſima regola circa l'Orazione.

Nelle Chieſe non Collegiate, e dove non è obligazione di cantarſi la Meſſa Conventuale, doverà in d. giorno Medio cantarſi ſolamente la Votiva ſudetta, con l'eccezzione, e regola preſcritta di ſopra nella Meſſa del Sagramento. Queſta però dourà cantarſi ad un'altr'Altare, che non ſia quello dell'Epoſizione, ne quello dove ſia il Tabernacolo col Sagramento incluſo, ed in quelle Chieſe, che hanno l'obligo di cantar la Meſſa Conventuale, queſta pure ſi cantarà ad altr'Altare, come ſi è detto.

S'ordina eſpreſſamente, che nelli giorni dell'Epoſizione, Medio, e della Repoſizione, le Meſſe ſi debbano cantare con li Miniſtri parati, e non altrimente, anche nelle Chieſe de'Regolari, non oſtante qualſivoglia loro uſo, ò preteſa conſuetudine in contrario.

Nelle Meſſe private, che ſi celebraranno durante l'Eſpoſizione non ſi ſuoni il Campanello all'Elevazione, mà ſolo uſcendo i Celebranti dalla Sagreſtia, ſi dia un picciolo ſegno con la ſolita Campanella.

Non ſi celebrino Meſſe di Requie nel tempo che durarà l'Orazione di Quarant'ore; E le Meſſe del Santiſſimo, che ſi celebraranno ne i giorni permeſſi dalla Rubrica ſaranno meramente Votive ſenza Gloria, e Credo, Nell'altre Meſſe private correnti, ſi aggiungerà coll'ordine preſcritto dalla Rubrica, *l'Orazione del Sagramento*, così comandando la Santità di N. S.

11. Il Celebrante dovendo portare il Santiſſimo in Proceſſione ſarà veſtito di Piviale bianco, quando non habbia celebrato con Paramenti d'altro colore, che in tal caſo continuarà il colore della Meſſa; Il Velo vmerale però ſarà di colore bianco in qualſivoglia caſo, che debba portarſi il Sagramento anco nel Venerdì Santo, e li Paramenti de'Miniſtri Sagri ſaranno del colore del Celebrante come ſopra. Parimente il Pallio dell'Altare, dove ſtà l'Eſpoſizione ſarà ſempre di colore bianco, benche la Meſſa ſolenne ivi ſi celebri in altro colore; come pure il Baldachino per la Proceſſione deve eſſere del medeſimo color bianco.

12 Ter-

12. Terminata la Meſſa ſolenne per l'Epoſizione il celebrante con li Miniſtri fatte le dovute riverenze al Sagramento, ſi ritireranno fuori del Corno dell'Epiſtola, dove il Celebrante (come pure li Miniſtri) deporrà il Manipolo, e levata la Pianeta prenderà il Piviale, ponerà ivi l'Incenſo in due Turiboli, ſenza benedirlo, e dopo con li Miniſtri genufleſſo nel mezzo incenſerà trè volte il Santiſſimo. Sul fine della Proceſſione (quale ſi principierà anticipatamente fatta l'elevazione del Santiſſimo, ò prima, ſecondo che ſarà più, ò meno numeroſa) il Diacono in tempo congruo fatta la dovuta riverenza prenderà il Sagramento, e ſtando in piedi lo conſegnarà al Celebrante genufleſſo, genuflettendo immediatamente eſſo Diacono; lo prenderà il Celebrante, ricoperte le mani dall'eſtremità del Velo umerale, e ſi alzerà: Principiandoſi poi da Cantori l'Inno *Pange lingua &c.* s'incaminarà ſotto il Baldachino recitando con voce ſommeſſa Salmi, & Inni inſieme con li Miniſtri, quali elevaranno le fimbrie del Piviale.

13. La proceſſione ſarà compoſta di tutto il Clero della Chieſa, ed il Crocifero in queſta Funzione non ſarà parato con abito Suddiaconale, mà veſtito con Cotta. V'interverranno onninamente otto Sacerdoti veſtiti con Cotte, e con le torcie acceſe in mano, li quali procederanno dalli lati avanti il Baldachino, e dopo di eſſi ſeguiranno due Accoliti con Turiboli, quali per la ſtrada incenſaranno continuamente il Santiſſimo, e durante la Proceſſione ſi ſuonaranno le Campane ſolennemente.

14. La Proceſſione ſi farà dentro la Chieſa, & al più per la Piazza, quando l'anguſtia della Chieſa ne porti la neceſſità; e quando eſca di Chieſa ſi farà ben pulire la ſtrada della Piazza, dove ſe vi ſarà qualche Bottega, dovrà tenerſi chiuſa durante la Proceſſione.

15. Se vi ſaranno inſtituite Confraternità di Secolari, ò ſiano veſtiti di Sacco, ò no, tanto li Guardiani, ed'Officiali di eſſe, quanto li Confratri tutti andaranno vnitamente avanti il Clero Secolare, ò Regolare che vi ſarà, al quale douranno ſempre cedere il luogo più degno. Di più eſpreſſamente ſi comanda, che li Guardiani, ò altri Officiali di eſſe non ardiſchino ſotto qualſivoglia preteſto di conſuetudine, ò altro, di andar dopo il Baldachino, ſotto la pena di venticinque ſcudi à ciaſchedun Fratello, Guardiano, ò Officiale della Confraternità, il quale contraveniſſe alla preſente diſpoſizione in conformità dell'Editto publicato l.anno 1689. Qual pena di ſcudi venticinque ſi dourà applicare alla medeſima Confraternità ſe ſarà povera, ò al Monte del Santiſſimo Viatico à noſtro arbitrio. Monſignor Primicerio però, dourà andare dopo il Baldachino veſtito ſenza Sacco coll'abito ſuo Prelatitio, e con il Rocchetto ſe ne haverà l'vſo.

Di più ordiniamo alli ſudetti Cleri Secolare, e Regolare, che nelle proprie Chieſe, non permettino, che ſi prattichi il contrario, ſotto le pene contenute nel ſudetto Editto, cioè di ſcudi venticinque alli Superiori, e Rettori delle Chieſe Secolari, e di privatione di voce attiva, e paſſiva alli Superiori Regolari con altre à noſtro arbitrio. Quando poi vi foſſe alcuno, che tanto ardiſſe, ſi notifica che oltre le ſudette pene impoſte di ſopra, reſtarà ipſo jure privo dell'Officio, e caſſato dalla Confraternità reſpettivamente il Guardiano, ò Guardiani, & Officiali, quali contraverranno à queſto noſtr' Ordine, reſtarà Interdetta la Confraternità, e Chieſa, e privati di fare più tale ſanta Eſpoſizione, finche da Noi non ſarà reintegrata. Si dichiara anche, che all'Accuſatore di tal contravenzione ſi darà la terza parte della ſudetta pena còll' eſſer tenuto ſecreto, e la ſudetta diſpoſizione vogliamo, che ſi oſſervi anche in tutte. e ſingole Proceſſioni, & Eſpoſizioni particolari.

16. Ritornata la Proceſſione in Chieſa, e giunto il Celebrante al grado infimo dell'Altare maggiore, il Diacono genufleſſo riceverà il Santiſſimo da eſſo Celebrante (quale immediatamente genufletterà deponendo il Velo umerale) e lo collocherà nella baſe del Trono, andando poi fatte le dovute riverenze al ſuo luogo. Li Cantori divotamente, e con pauſa cantaranno il ℣. *Tantum ergo &c.* Dopo di che il Celebrante alzatoſi colli Miniſtri, ponerà ivi nel mezzo l'Incenſo nel Turibolo ſenza benedizione, e genufleſſo incenſarà trè volte il Sagramento. Terminato l'Inno ſenza dirſi il ℣. *Panem de Cælo &c.* ſi cantaranno dalli ſudetti Cantori le Litanie contenute nel Libro ſtampato per l'Orazione delle Quarant'Ore (qual Libro puramente ſenza alcuna immutazione dourà uſarſi in qualunque altra Eſpoſizione del Santiſſimo, che ſi faccia particolare) Dopo che haverà dette le Preci il Celebrante, alzatoſi, (à cui li Miniſtri ſoſterranno il Libro) ſenza fare nuova genufleſſione cantarà à mani giunte il ℣. *Dominus Vobiſcum &c.* con le Orazioni, quali terminate, genufleſſi faranno breve Orazione, ed indi partiranno à capo ſcoperto ſino ad una ragionevole diſtanza dal Sagramento, dandoſi così il principio all'Oratione delle Quarant'Ore.

17. Il Celebrante non dourà vſare la Sede Camerale, ſecondo il Decreto della Sag. Congregazione de'Riti, mà un Banco, (che ne pure habbia braccia) con il poſtergale ornato

nato di panno roſſo ò di altro colore decente, in cui ſederà inſieme colli Miniſtri Sagri; e ſi auverte alli medemi, come anche agl'altri che operano circa il divino Miniſtero, qualmente in tempo che ſtà eſpoſto il Venerabile, anche nell'Eſpoſizioni particolari, non deveſi far riverenza alcuna al Clero, ne ad'altra perſona che aſſiſta alli Divini Officii. Molto meno doveranno mai uſare le Sedie Camerali nelle Chieſe li Guardiani, Deputati, ed' Officiali delle Confraternità, Compagnie, e Congregazioni Laicali; mà ſederanno ſopra un Banco con poſtergale ſenza braccia a'lati, e ſenza alcun uſo de'Cuſcini, come pure ſenza gradini, e ſenza genufleſſorii davanti. qual Banco potrà coprirſi di panno, e non di ſeta, e ſarà onninamente *ſituato fuori del Preſbiterio* in quelli caſi che aſſiſteranno alle Meſſe, e Veſperi ſolenni, ò che nel Preſbiterio ſi celebri dal Clero alcuna Funzione Sagra, ò che ſi Predichi in Chieſa, ſecondo li replicati Decreti della Sag. Congregazione de'Riti, particolarmente per Decreto Generale emanato ſotto li 13. Marzo 1688. ſotto le pene medeme eſpreſſe di ſopra, e comminate al num. XV. nelli §§. *Se vi ſaranno &c. e Di più ordiniamo &c.* Monſignor Primicerio però ſederà dentro il Preſbitero al lato dell'Evangelio, in un Banco coperto di Panno, nell'Abito ſuo Prelatitio, come ſi è detto al num. XV.

Se però la ſtruttura della Chieſa non permetterà luogo congruo fuori del Preſbiterio in tal caſo di neceſſità ſi concederà da Noi, che poſſa collocarſi il Banco come ſopra de'Guardiani, dirimpetto all'Altare in uno delli lati, fuori del termine del Preſbiterio:

Si proibiſce eſpreſſamente agl'Huomini, ed alle Donne di qualſivoglia ſtato, e condizione (eccettuate le Perſone Regie quando vi ſi trovino) l'entrare ſotto qualſivoglia preteſto ad orare nel Preſbiterio, ò ſia recinto dell'Altare, dove ſtà eſpoſto il Venerabile; dovendo quel luogo eſſer occupato ſolamente da' Eccleſiaſtici deſtinati al Miniſtero Divino, ò all'aſſiſtenza dell'Orazione; Il che ſi oſſerverà non ſolo nelle Chieſe dove ricorre l'Eſpoſizione ordinaria, mà anche in tutte le altre, dove per Indulto Apoſtolico, ò per altra legitima facoltà, occorre farſi l'Eſpoſizione, benche per breve tempo; al che proveeranno li Superiori, ò Sagreſtani col riparo delli Banchi ancora biſognando. In oltre ordiniamo, e comandiamo a' Rettori, e Superiori tanto Secolari, quanto Regolari di qualſivoglia Chieſa, che durante la detta Eſpoſizione non ardiſchino di far portare reſpettivamente qualſivoglia ſorte di Sedie nelle Chieſe à qualunque perſona d'ogni ſeſſo, grado, e condizione, ſotto la pena di dieci ſcudi alli Rettori Secolari da applicarſi ad uſi Pii riſervata la terza parte per l'Accuſatore, & a' Regolari della privazione della voce attiva, e paſſiva, & altre à noſtro arbitrio.

18. Non ſi terranno nelle Chieſe dell'Eſpoſizioni anche particolari, Bacili per lemoſine, ne vi aſſiſteranno Religioſi, ò altri Eccleſiaſtici, ne meno Perſone Laicali per riceverle; come ne meno anderanno Chierici, Confratri, Mandatarii ò altre perſone queſtuando per la Chieſa. Molto meno doveranno far ciò li poveri, quali ſtaranno per lo ſpatio di canne dieci lontani dalle Porte della Chieſa, ſotto le pene contenute nell'Editto ſtampato à parte, che perciò ſarà parimente cura de' Superiori, e Sagreſtani, deglEſſecutori che vi aſſiſtono, il procurare, non entrino in Chieſa ad effetto d'evitare la diſtrazione de'Fedeli che orano, potēdo li benefattori caritativi far l'elimoſine fuori delle Chieſe, ſicome anche è l'intenzione di N.S. dichiarata nell'ultimo Editto in cui ſi proibiſce ad ogni Fedele dar nelle Chieſe limoſine a' poveri.

19. S'averte che nō termini l'Orazione in una Chieſa, ſe nō che dopo che ſarà prīcipiata nell'altra, e ciò s'oſſerverà di qualūque Chieſa, bēche Baſilica, e Collegiata ò qualſivoglia modo Privilegiata.

20. Terminata la Meſſa della Repoſizione il Celebrante prenderà il Piviale (oſſervando il Rito reſpettivamente ſopra deſcritto dopo la Meſſa dell'Eſpoſizione) e genufletterà colli Miniſtri avanti il Santiſſimo Sacramento nel mezzo ſull'infimo grado dell'Altare; Immediatamente li Cantori principiaranno le Litanie, e ſi continuerà ſino al ℣. *Domine exaudi orationem meam* incluſivè. Dopo alzatoſi il Celebrante colli Miniſtri, ponerà ivi nel mezzo l'Incenſo ſenza benedizione, e genufleſſo incenſarà trè volte il Santiſſimo Sagramento, e prenderà il Velo umerale. Fatta l'incenſazione, il Diacono colle dovute riverenze levarà il Sagramento dal Trono, & immediatamente ſtando in piedi lo conſegnarà al Celebrante genufleſſo, genuflettendo anch'eſſo Diacono ſubito che haverà conſegnato il Sagramento, pratticandoſi dipoi reſpettivamente ciò che ſopra nell'Eſpoſizione ſi è detto circa le Cerimonie, e Rito della Proceſſione &c.

21. Ritornato dopo la Proceſſione il Celebrante all'infimo grado dell'Altare, il Diacono genufleſſo riceverà da eſſo, che ſtarà in piedi il Santiſſimo, verſo cui il Celebrante genufletterà immediatamente, e deporrà il Velo umerale. Il Diacono lo collocarà ſopra il Corporale in mezzo dell'Altare, e ritornarà al ſuo luogo. Il Celebrante al ℣. *Genitori Genitoque &c.* alzatoſi colli Miniſtri ponerà come ſopra l'Incenſo ſenza benedirlo, ed incenſarà il Sagramento. Li Cantori diranno il ℣. *Panem de Cælo &c.* (à cui s'aggiungerà *l'Alle,*

*l'Alleluia* nel tempo Paſquale ſolamente, & in tutta l'Ottava della Feſtività del Corpus Domini in qualſivoglia Eſpoſizione che ſi facci.) Il Celebrante alzatoſi ſenza far nuova genufleſſione ſoſtenendo li Miniſtri il Libro (ſenza dire il ℣. *Dominus Vobiſcum*, come per Decreto della Sagra Congregazione de'Riti) cantarà le Orazioni à mani giunte, quali terminate, genufleſſo prenderà il Velo umerale, ed' aſcendendo ſolo all'Altare, fatte le dovute riverenze prenderà nelle mani ricoperte, come ſi diſſe, coll'eſtremità del Velo umerale l'Oſtenſorio, e darà con eſſo la Benedizione al Popolo, e ripoſto il Sagramento ſopra il Corporale deſcenderà, e ſtarà genufleſſo al ſuo luogo. Il Diacono immediatamente, ò un Sacerdote con Stuola, fatte le dovute riverenze chiuderà il Sagramento nel Tabernacolo, quale per tale effetto doverà ritenerſi nell'Altare dell'Eſpoſizione; e l'Oſtia Conſagrata ſi dovrà conſumare nella Meſſa, ò in quella mattina, ò nella ſeguente; dopo di che partiranno, e terminarà l'Orazione di Quarant'Ore.

22. Nel tempo che durarà l'Orazione medeſima, ſi proibiſce eſpreſſamente il Predicare; mà volendoſi fare dopo li Veſperi qualche breve Sermone per eccitare li Fedeli alla divozione verſo il Santiſſimo Sagramento ſi dourà prendere la licenza, e Benedizione da Noi, ò da Monſignore noſtro Vicegerente, anche nelle Chieſe de'Regolari, & in qualunque modo Privilegiate, e non ſolo nell'Eſpoſizione di Quarant'Ore, mà in qualſivogl' altra Eſpoſizione; qual licenza ſi darà in ſcriptis. Quello poi doverà Sermoneggiare, ſarà almeno conſtituito nell'Ordine Diaconale, Sermoneggiarà con la Cotta, benche ſia Regolare, mà ſenza la Stola, & à capo ſcoperto, vicino all'Altare dove ſtà eſpoſto il Santiſſimo, & in vn ſito che non obblighi gl'Aſcoltanti à fare atti d' irriverenza con voltare le ſpalle al Sagramento.

23. Le Chieſe dove ſarà l'Orazione di Quarant'Ore, doveranno la ſera ſtare aperte fintanto che vi ſarà il Popolo per orare. Mà perche non può darſi in ciò vn'ora determinata sì per la ſituatione di eſſe, come per la mutazione delle Stagioni; Perciò potranno chiuderſi l'Eſtate circa le tre ore, e l'Inverno intorno ad hore cinque. S'avuerte però, che anche à Porte chiuſe deve continuare l'Orazione come s'è detto an. 7. non dovendo mai eſſere interpolata l'Orazione di Quarant'Ore, come per Decreto della Sagra Congregazione de'Riti.

24. In ogni Chieſa di Roma ſi terrà affiſſa in luogo patente la Liſta delle Quarant'Ore per informazione de'Fedeli Divoti.

25. Parimente in ogni Chieſa dove è determinata l'Eſpoſizione ſi dourà tenere affiſſa continuamente nella Sagreſtia la preſente Iſtruzzione, acciò che niuno poſſa allegare l' ignoranza delle Regole, e Precetti che vi ſi contengono.

26. Non ardirà alcun Rettore, Curato, ò Sagreſtano, fuori dell'ordine aſſegnato nella Liſta delle Quarant'Ore, d'eſponere, ò fare eſponere il Santiſſimo Sagramento ſotto qualſivoglia preteſto, ò conſuetudine, per veruna cauſa grave, ne per Infermi, ſenza Breve ſpeciale di Sua Santità, ò almeno licenza ſegnata da Noi, ò da Monſignor noſtro Vicegerente, e ſottoſcritta dal Deputato delle Quarant'Ore, quale ottenuta s'eſporrà il Venerabile in un'Altare, ò Cappella con un Velo auvanti, e col ſudetto numero di venti lumi, e ſi oſſervarà puntualmente il tempo che dourà durare l'Eſpoſizione aſſegnato nella ſudetta licenza, ſotto le pene infraſcritte, e privazione d'offizio.

27. Finalmente ſi comanda eſpreſſamente che tutti, e ſingoli ſopradetti Ordini ſi debbino inviolabilmente oſſervare, e che ſi ubbidiſca eſattamente per quello poteſſe occorrere di più al noſtro Deputato ſopra le Quarant'Ore, ſotto pena alli Maeſtri di Cerimonie che aſſiſteranno alle funzioni, ſe non faranno adempire eſattamente tutte le Cerimonie, & i Riti preſcritti, ed alli Traſgreſſori reſpettivamente de'ſudetti Ordini, di ſcudi dieci d'oro da applicarſi a'luoghi Pii; & alli Regolari della privazione di voce attiva, e paſſiva, di Carcere, & altre pene maggiori riſervate à noſtro arbitrio: dichiarandoſi, che in difetto dell'oſſervanza, ſi procederà più rigoroſamente contro li Superiori, e Sagreſtani delle Chieſe, alli quali appartiene più che ad'ogn'altro la buona regola, e cura di eſſe. Dato dalla noſtra ſolita Reſidenza queſto di 20. Gennaro 1705.

**G. Gard. Vicario.**

Antonio Buſſi Deputato.

*Nicolò Antonio Cuggiò Segr.*

ADNOTATIONES.

1. *L'ORAZIONE DEL SACRAMENTO*. Quoties igitur publicæ venerationi exponitur in Eccleſiis ven. Oſtia, in miſſis privatis erit dicenda Oratio de Sacramento, ordine à Rubricâ præſcripto; in miſſis verò cantatis, & ſolemnibus ſervandum erit *Decretum Congr. Rit.* 13. *Febr.* 1666. quod notàtur *in Kalendario Fratr. Minor. de Obſer. ſub titulo de notand. general. pro Miſſal. n.* 9, ſequentis tenoris = *Quando exponitur Sacramentum in Altari pro initio* 40. *horarum, vel ſpiritualium exercitationum, ſi accidat in feſto primæ, vel ſecundæ claſſis, ſivè in Dominicâ privilegiatâ primæ, vel ſecundæ claſſis, tunc in Collegiatis, vel duæ cantentur Miſſæ una de feſto, ſeù Dominica poſt Tertiam; altera Votiva de Sacramento poſt Nonam, vel una cantetur de die cum commemoratione Sanctiſſimi Sacramenti*.

2. In Miſſis tamen privatis dicta Oratio de Sacramento erit omittenda in feſtis primæ, & ſecundæ claſſis, proùt *ead. Congr. Rit. reſpondit* 2. *Decembr.* 1684. nàm propoſito Dubio pro parte Procuratoris Generalis Lateranenſium = *An in Miſsâ privatâ de Sancto duplici, vel ſemiduplici, de quo tali die ſit Officium, facienda ſit commemoratio de Sanctiſſimo Sacramento expoſito occaſione* 40. *horarum*, prodiit reſcriptum = *poſſe ſed omittendam in feſtis primæ & ſecundæ claſſis*.

3. *SITUATO FUORI DEL PRESBITERIO*. Quæ Sacri Canones invariabiliter ſtatuerunt de excluſione laicorum à Presbyterio, ùt apud *Card. Bon. in liturg. lib.* 1. *cap.* 20. §. 7. videre eſt, & quæ liber Cæremonialis his verbis nempè = *Sedes autem pro Nobilibus atque Illuſtribus viris, laicis Magiſtratibus, ac Principibus, quamtùmlibet magnis, & excelſis, plùs minuſuè, pro cujuſcumque dignitate, & gradu ornatas decet extrà Chorum, & Presbyterium collocari juxtà Sacrorum Canonum præſcriptum, laudabiliſque antiquæ diſciplinæ documenta jam indè ab exordiis Chriſtianæ Religionis introductæ, ac longo tempore obſervatæ* nec non *Sac. Congr. Rituum* circà eorumdem locum, & præeminentias præſcripſit, hìc innovantur, & obſervanda eſſe præcipitur. Decreta autem, quæ diverſis temporibus hac in re emanarunt, ſunt ſequentia.

# DECRETUM
## Generale.

„ 4. Cum pluriès Sac. Rituum Congreg. „ inhærendo Decretis aliàs editis, & ſignantèr „ in *Lucerina die* 21. *Novembr.* 1664. 28. *Sep-* „ *tembr.* 1675. & 13. *Martii* 1687. declaraverit „ nullo modo dandum eſſe Evangeliū ad oſcu- „ landum Sæcularibus, etiam Præſidi in cele- „ bratione Miſſarum, nec nō prohibuerit uſum „ Baldacchini, & præſertim in *Acernina die* 26. „ *Junii* 1666. *Baren.* 5. *Martii* 1667. & 27. *Ju-* „ *nii* 1684. *Marſicen. Polignanen.* & *Militen.* 5. „ *Martii* 1667. *Hyeracen.* 2. *Octobr.* 1683. & *Bitectē* 23. „ *Septembr.* 1684. Ac inſupèr denegaverit aſſi- „ ſtentiam in Presbyterio, & ſpecialitèr in *Ma-* „ *terhanen.* 24. *Januarii* 1665. *Melphitana* 15. *Ju-* „ *nii* 1667. & *Barē.* 20. *Nov.* 1677. & 22. *Febr.* 1687.

„ 5. Eminentiſſimi Cardinales eidem Sac. „ Congr. Præpoſiti mandarunt, ùt prædicta „ Decreta prohibentia perſonis Sæcularibus o- „ ſculum Evangelii, uſum Baldacchini, & aſ- „ ſiſtentiam in Presbyterio renoventur, & co- „ piæ illorum tranſmittantur Archiepiſcopis, „ & Epiſcopis Regni Neapolis, eiſdemque in- „ jungendo, ùt illa intimari faciant Superiori- „ ribus Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, tàm Sæcu- „ laribus, quàm Regularibus, & in caſu trāſgreſ- „ ſionis, procedant etiam contra Regulares au- „ ctoritate ejuſdem Sac: Cōgregationis ad pœ- „ nam interdicti; Et ità decreverunt, & in Ec- „ cleſiis Regni Neapolis omninò ſervari juſſe- „ runt die 13. Martii 1688.„

ALIUD
# DECRETUM
## Generale.

„ 6. Sac. Rituum Congr. die 22. Aprilis „ referente Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo „ D. Cardinali Columna Ponente ſtetit in de- „ ciſis die 13. Martii 1688. & quoad Baldac- „ china, non tantùm illorùm uſum, verùm „ etiam retentionem, tàm in Presbyterio, quàm „ extrà in eodem Decreto comprehendi decla- „ ravit. Et ad effectum ùt memòria pereat „ ſimilis abuſus, mandavit ùt injungatur Ar- „ chiepiſcopis, & Epiſcopis Regni Neapolitani, „ quod haſtas, gradus, ſuppendanea, & quæ- „ cumque alia ſigna Baldacchini ab Eccleſiis „ ſuarum Diœceſum, tàm Sæcularium, quàm „ Regularium, removere faciant, & quoad „ Eccleſias Regulariū procedant ad interdicta, „ & contra inobedientes ad Cenſuras aucthori- „ tate Sac. Congr. Eàdem die 22. Aprilis 1690.

„ Et facto de prædictis verbo cum Santiſſi- „ mo per me Secretarium, Sanctitas ſua annu- „ it, ſenſum Congregationis approbavit, & lau- „ davit, ac præmiſſum Decretum exequi om- „ ninò, & publicari præcepit, die 22. ejuſdem „ Menſis, & Anni 1690.

*L. Fliſcus Sac. Cong. Rit. Secret.*

Edicti de Divinis Officiis, & Miſſarum celebratione.

*FORMULA II.*

SUMMARIUM.

1. *Ordo recitandi Divinum Officium in Choro præſcribi*

*ſcribitur à Sac. Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Decreto, quod allegatur.*

*Officium B. M. V. non recitatur in Choro ab illis, qui ſervant Romanum ritum, niſi adſit conſuetudo ibi.*

2. *Canonici confabulantes in Choro ſunt punctandi.*

*Canonici confabulantes frequenter in Choro tenentur ad reſtitutionem diſtributionum ibi.*

*Canonici exeuntes à Choro ſinè juſtâ cauſâ, ſunt punctandi ibi.*

3. *Canonici non poſſunt uti pulvinari, neque retinere in loco ſuarum ſedium ſtratum, ſivè tapete, quàmvis ſint Dignitates.*

4. *Magiſtratus laicorum, debet habere ſedilia extrà locum Presbyterii, non obſtante conſuetudine, ſivè poſſeſſione in contrarium.*

5. *Magiſtratus laicorum, non debet in ſedibus uti tapete, ſeu ſtratu.*

*Magiſtratus laicorum, ſivè Præſes Provinciæ aſſiſtentes Miſſæ ſolemni, quò ritu ſint thurificandi, & pacem recipere debeant ibid. & allegatur Decretum S. Congr. Rit.*

6. *Magiſtratus, & Gubernator Civitatis Camerini accedentes ad Eccleſiam, & Palatium Epiſcopi in ſolemnioribus feſtis, quomodo ſe gerere debeant, & Epiſcopus illos recipere, referuntur reſolutiones Sac. Congr. Rit. & n. 7.*

8. *Magiſtratus laicorum poteſt invitari ad lotionem manuum Epiſcopi ſolemniter celebrantis, ſed non cogi cenſuris, & n. 9.*

10. *Canonici tenentur habitu Canonicali aſſociare Epiſcopum procedentem ad Eccleſiam ad horas canonicas, ſed non poſſunt cogi pœna excommunicationis.*

11. *In aſſignando locum Magiſtratibus, aliiſque perſonis in Dignitate conſtitutis, fugienda ſunt extrema.*

12. *Prælato Præſidi Provinciæ qualis honor, & præeminentia debeatur præſente Epiſcopo, tàm intrà, quàm extrà Eccleſiam, deciditur à Sac. Congr. Rit. in Decreto quod affertur.*

13. *Epiſcopo titulari Suffraganeo qualis honor, & præeminentia debeatur in Eccleſiâ, in quâ vice Epiſcopi Ordinarii functiones Pontificales exercet, deciditur ab ead. Congr. in Decreto, quod pariter affertur & n. 15.*

14. *Epiſcopus titularis Suffraganeus an poſſit deferre in Eccleſiâ in quâ exercet functiones Pontificales, Cappam ibi.*

*Canditor Epiſcopi poteſt deferre Cappam ibi.*

16. *Epiſcopi titulares, qui carent Clero, & plebe, differunt ab aliis qui in ſuis Eccleſiis exercent juriſdictionem.*

*Epiſcopi hujuſmodi titulares inter Epiſcopos ultimo loco ſedere debent, quamvis ſint antiquiores ibi.*

*Epiſcopi titulares hodiè non creantur, niſi pro Eccleſiis Cardinalium, quæ eos ſolent habere, ac in Eccleſiis Germaniæ ibi.*

*Epiſcopi titulares, nec ad primam Tonſuram ſinè licentiâ proprii Ordinarii, Clericos promovere poſſunt, & reiicitur Riccius.*

17. *Epiſcopi titulares Suffraganei, non diſpenſant ſuper interſtitiis, neque votum habent in approbatione ordinandorum, niſi ſimul ſint Examinatores.*

*Nec poſſunt viſitare clauſuram Monialium, niſi ſint ſimul Vicarii Generales, vel aliud ſpeciale mandatum habeant ibi.*

18. *Vicario Generali Epiſcopi debetur præcedentia ſupra Canonicos, & Dignitates, in actibus publicis, & privatis ubique.*

*Vicarius Generalis ſi eſt unus de gremio Capituli ſedere debet in ſuo ſtallo, & in actibus Capitularibus non præcedit Canonicos ibi.*

*Si vult præcedere debet habitum Canonicalem, & diſtributiones dimittere ibi.*

*Non præcedit Canonicos, Sacris Veſtibus indutos ibi.*

19. *Magiſter Cæremoniarum in quò loco ſedere debeat oſtenditur.*

*Magiſter Cæremoniarum debet ſalarium habere ab Epiſcopo, & Capitulo ibi.*

*Canonicus non poteſt cogi ad exercendum officium Magiſtri Cæremoniarum ibi.*

20. *Referuntur Decreta generalia Sac. Congr. Rit. de non celebrandis Miſſis de requiem in feſtis duplicibus.*

*Miſſa Conventualis non poteſt celebrari pro defunctis in feſtis duplicibus, vel ſemiduplicibus non obſtante contrariâ Teſtatorum diſpoſitione ibi.*

21. *Examinatur Rubrica de tranſlatione feſtorum, & affertur reſolutio Sac. Congr. Rlt.*

22. *Feſtum Annunciationis B. M. V. quando eſt transferendum habet diem fixam fer 2. poſt Dominicam in Albis.*

23. *Officium S. Narciſi in Regnis Hiſpaniarum ſub quo ritu ſit celebrandum, deciditur.*

24. *Officia Sanctorum ad libitum, non poſſunt tranſferri quando incidunt in die impedita.*

*Religiones, Collegia, ſivè Eccleſiæ, quæ habent Indultum celebrandi officium de Sacramento, vel de Sanctis in diebus non impeditis, pluriès in hebdomadâ, vel pluriès in menſe, non poſſunt illo uti in diebus Quadrageſimæ, Adventus, & Vigiliarum ibi.*

25. *Reliquiarum identitas, quibus demonſtrationibus probetur oſtenditur.*

26. *Reliquiæ Sanctorum non ſunt tangendæ nudis manibus.*

27. *Reliquiæ Sanctorum à Monialibus non tangantur, neque aſſerventur intrà Clauſuram.*

*Reliquiæ Sanctorum non debent extrahi à thecis ibi.*

28. *Miſſa debet concordare cum officio, & ſinè rationabili cauſâ à Rubricâ Sacerdos recedere non debet.*

29. *Presbyter Sæcularis in Eccleſiis Regularium poteſt in celebratione Miſſæ recurrente die feſto ſe uniformare eorum ritui, & adducitur Decretum Sac. C. Rit.*

30. *Color paramentorum in Celebratione Miſſæ à rubi-*

à Rubricâ præſcriptus non poteſt variari ſinè neceſſitate abſque gravi culpâ.

31. Epiſcopi non poſſunt uti Oratorio, ſeù Cappellâ privatâ extrà Domum propriæ habitationis.

Regulares, Altari portatili hodiè non poſſunt uti quicumque ſint, & affertur Decretum generale Sacr. Congr. Concilii.

32. Oratoria privata conceduntur cum clauſulis reſtrictivis, & quæ ſint referuntur.

33. Familiares actu non neceſſarii ſervitio indultárii tempore celebrationis Miſſæ, tenentur pro ſatisfactione præcepti de audiendâ miſſâ diebus feſtis accedere ad Eccleſiam.

34. Papa diſſimulando peccata, tranſgreſſores legis non diſpenſat, neque abuſus approbat.

35. Miſſa celebranda, & audiēda eſt de jure in Eccleſiâ.

Indultum Oratorii privati eſt odioſum, & præjudiciale cultui Divino, & ſic ſtrictè interpretandum ibi.

Lata interpretatio dicti Indulti in exitium vergit traſgreſſorum præcepti, ibi.

36. Obſervantia interpretativa legis non intrat, quotiès lex eſt clara, & contrarius uſus non excuſat ſinè conſenſu legislatoris expreſſo.

Papa per verbum Volumus, dat formam præcisè obſervandam ibi.

37. Clauſulæ reſtrictivæ in Indulto Oratorii privati non apponuntur de ſtylo, ſed ex ſententiâ Congr. Concilii.

Ejus eſt interpretari, cujus eſt concedere ibi.

38. Clauſula = in tuæ ac familiæ præſentia, non cōmpræhendit famulos, ſed Agnatos tantùm.

Correctio, & contrarietas legis ſemper eſt vitanda ibi.

39. Audientes Miſſam diebus feſtis in Oratorio, ſeù Cappellâ privatâ Epiſcopi, ſatisfaciunt præcepto.

40. Cardinales habent de jure privilegium Altaris viatici ad inſtar Epiſcoporum propter eorum præſtantiam.

Cardinalium Cætus appellatur Senatus Divinus:

Cardinales ſunt Dignitate, & officio majores Epiſcopis ibi.

Qui audit Miſſam diebus feſtis in eorum Cappellâ ſatisfacit præcepto.

41. Oratoria publica, quæ requiſita habere debeant, oſtenditur.

42. Oratoria publica ruri permitti de facili non debent, proptèr damna Spiritualia, quæ eveniunt Parochianis, & quæ ſint iſta damna enumerantur.

43. Presbyteri non deferentes coronam clericalem maximè quando accedunt ad celebrandum peccant mortalitèr.

44. Legatum miſſarum, quia reſpicit favorem Animæ in dubio ſemper præſumitur perpetuum, quotiès voluntas Teſtatoris non obſtet: etiàmſi hæres, vel legatarius reperiatur gravatus ſub nomine proprio, aut per adiectivum meus, dictus, ipſe, infraſcriptus.

45. Commiſſarii Fabricæ S. Petri de Urbe admonentur, nè ſint faciles in proferendis Sententiis abſolutoriis ſuper ceſſatione legatorum.

46. Adimplementum onerum miſſarum, & applicatio Sacrificii probatur juramento Sacerdotis celebrantis.

47. Reviſor ab Epiſcopo delegatus pro exigendis rationibus adimplementi piorum operum, poteſt recipere mercedem, dùmmodò non ſit Officialis ipſius Epiſcopi, & afferuntur Decreta.

48 Epiſcopus exigit ab Adminiſtratoribus locorum piorum rationem adminiſtrationis, tàm in Viſitatione, quàm extrà, per ſe ipſum, vel per delegatum.

Imò juramentum de fideliter adminiſtrando ab eis requirere poteſt, ibi.

Adminiſtratores recuſantes exhibere Epiſcopo libros, & Inſtrumenta, cenſuris illos compellere poteſt, ibi.

49. Epiſcopus eiſdem facultatibus utitur contrà Fratres Cappellanos Religionis Hieroſolymitanę

50. Quæ ſit juriſdictio Epiſcopi in Eccleſias ſubiectas Capitulo Lateranenſi, & Præsbyteros S. Philippi Neri deciditur Decretis Sac. Congr. Concilii, & Breve Greg. XV. quæ afferuntur, & n. 51.

52. Decreta Epiſcopi, quæ vigore juriſdictionis delegatæ fiunt in Eccleſiis exemptis debent exequi, & corrigi, ſeù mutari non poſſunt ab Ordinariis dictarum Eccleſiarum.

53. Epiſcopus viſitat Eccleſias, quæ ſunt ſub immediatâ Regum protectione, & poteſt recognoſcere decentiâ Divini cultus, & alia quæ pertinent ad Divina myſteria, & Eccleſias unitas S. Domui Lauretanę

Protectio Regia, non acquiritur per ſimplicem receptionem in protectionem, ibi.

54. Epiſcopus viſitando Diœceſim, debet ſe celeriter expedire.

Tenetur ſingulis annis viſitare Diœceſim, & intrà biennium viſitationem abſolvere.

Epiſcopus viſitando debet eſſe contentus de modeſto equitatu.

Beneficiati, & Confraternitates, tenentur ad contributionem Viſitationis.

Epiſcopo accedenti ad conferendum Sacramentum Confirmationis, non debentur victualia, niſi concurrat conſuetudo legitimè præſcripta.

55. Cappellani, & Beneficiati, quando teneantur celebrare per ſe ipſos, & quando poſſint celebrare per alium oſtenditur.

Cappellani, & Beneficiati tenentur applicare Sacrificium pro Fundatore quotiès iſte Sacrificii applicationem in libertate celebrantis non reliquit ibi.

56. Cappellani, & Beneficiati non tenentur celebrare Miſſas tempore quo Capitale Dotis aſſignatæ manet otioſum, & infructiferum ſinè eorum culpâ.

Cappellani, & Beneficiati, non poſſunt ab Epiſcopo cogi ſed hortari, ùt celebrent certis diebus, & horis, ſi in fundatione hoc eis non reperiatur injunctum.

Cappellani, & Beneficiati poſſunt cogi ad providendum paramenta de proprio.

57. An-

57. *Anniverſarium quindecim Miſſarum, non includit Miſſam cantatam.*

*Sacerdos, qui habet onus celebrandi ſingulis annis 30. Miſſas S. Gregorii, & habet eleemoſinam ſcutorum decem, tenetur per ſe ipſum celebrare: nec poteſt alteri Sacerdoti eleemoſinam currentem dare, & quod ſupereſt pro ſe retinere ibi*

58. *Miſſæ celebrandæ ſunt in Eccleſiâ, ſeù Cappellâ à Teſtatore deſignatâ, & aliò transferri non poſſunt ſinè beneplacito Apoſtolico.*

*Cappellanus, ſivè Beneficiatus celebrans alibi, quàm in loco præſcripto peccat mortaliter.*

*Epiſcopus ex juſtâ cauſâ, & per modum proviſionis poteſt transferre celebrationem Miſſarum de loco ad locum.*

59. *Nuncius Apoſtolicus non poteſt concedere Indultum, quod Miſſæ celebrentur alibi, quàm in loco à Teſtatore præſcripto.*

*Si Teſtator locum in quo celebrandæ ſint Miſſæ non deſignavit, hæres illas celebrare facit in Eccleſiâ ſibi benè viſâ, non obſtante Synodo, & opinione DD. qui favent Eccleſiis in quibus Teſtatores fuerunt tumulati.*

60. *Miſſæ celebrandæ ſunt tempore, & die à Teſtatore volito, & expreſſo aliàs voluntas Teſtatoris ( quæ etiam in minimis ſervanda eſt ) non adimpletur.*

61. *Translatâ Eccleſiâ ab habente facultatem, tranſit cum Eccleſiâ etiam onus Miſſarum.*

62. *Miſſæ non transferuntur cum Eccleſiâ, ſeù Collegio translato, quando Teſtator contemplavit principaliter locum, & afferuntur conjecturæ hujuſmodi contemplationis.*

63. *Miſſarum reductio ob deperditionem ſeù diminutionem redditituum fit ſemper ad manualem, habita ratione ad utenſilia, non autem juxtà taxam præſcriptam pro fundationibus in Synodo.*

64. *Canonici ubi eſt Conſuetudo, & dùmmodò ſint reſidentes poſſunt ſe invicem ſubſtituere.*

*Hac conſuetudine non gaudent, neque utuntur Coadjutores Canonicorum: neque hi Canonici qui tenentur inſervire pro Diacono, & Subdiacono Dignitatibus in Miſſis ſolemnibus.*

65. *Canonici abeſſe, & vacationibus uti non poſſunt diebus Dominicis, & feſtis totius anni, nec diebus Adventus, Quadrageſimæ, Octavarum Nativitatis &c.*

*Vltrà tertiam partem Canonicorum à ſervitio Chori nunquam abeſſe debet ibi.*

*Epiſcopus poteſt edicere nè Canonici diſcedant à reſidentiâ ſinè ſuâ licentiâ.*

66. *Epiſcopus procedens contra non reſidentes tenetur ſervare formam præſcriptam à Concilio, & adducitur Decretum, & n. 67.*

68. *Epiſcopus contra abſentes poteſt procedere per cenſuras, illoſque ſuſpendere, non obſtante quod incoata ſit via judicialis, præviâ tamen monitione.*

69. *Pœnæ non reſidentium poſſunt infligi contra Canoniccos Coadjutores.*

*Canonici Coadjutores, non poſſunt intereſſe Capitulis nec in illis votum dare, nec officium antianitatis exercere.*

70. *Qui redit ad reſidentiam, & poſteà recedit poſt paucos dies, non dicitur rediiſſe.*

71. *Epiſcopus poteſt edicere quod Canonici aſſiſtant Concioni ſub pœna ammiſſionis Diſtributionum illius diei.*

*Canonicus abſens per tres Menſes ammittit diſtributiones,, quæ accreſcunt inſervientibus, non obſtante conſuetudine contrariâ ibi.*

72. *Canonici ſi teneant Capitulum tempore, quò celebrantur Divina officia, vel celebrent Miſſas planas, vel altâ voce in Choro non pſallant, poſſunt ab Epiſcopo Diſtributionibus privari.*

73. *Canonici, qui ſunt officiales S. Officii, ſi non inſerviunt Choro, non lucrantur Diſtributiones, abſque Indulto Apoſtolico, & conciliantur Decreta.*

*Subcollector Spoliorum, ſi non inſervit Choro, non gaudet diſtributionibus ibi.*

74. *Epiſcopus non poteſt ſtatuere quod Canonici, qui non ſunt in Sacris ammittant diſtributiones.*

*Neque quod Canonicis Jubilatis non debeantur Diſtributiones extraordinariæ.*

*Neque quod Diſtributiones, quæ vigore Concilii Trid. accreſcunt inſervientibus, applicentur fabricæ.*

75. *Diſtributiones non debentur Canonicis abſentibus occaſione litium, ſinè licentiâ Epiſcopi.*

*Item quando detinentur in carcere pro debito civili.*

*Item ſi tempore Divinorum Officiorum inſerviant Epiſcopo Miſſam privatè celebranti.*

76. *Diſtributiones debentur Canonico Delegato ab Epiſcopo ad viſitandum limina pro tempore acceſsus, & regreſſus.*

*Item Canonico Coadiuto, durante infirmitate, etiam Coadiutore abſente.*

*Item Canonico inquiſito, & poſteà abſoluto tanquam non culpabili.*

*Item Canonico abſenti à Choro urgente neceſſitate Officii, pro ſervitio Capituli.*

*Item Canonico Jubilato, quamvis ſint extraordinariæ, vel auctæ poſt Indultum.*

77. *Capitulum non poteſt concedere Indultum jubilationis, neque abſentibus, quod participent de Diſtributionibus.*

78. *Servitium præſtitum Eccleſiæ ante obtentam Præbendam, non ſuffragatur pro Indulto jubilationibus.*

79. *Canonicus gravatus penſione, ſi abeſt à reſidentiâ cum licentiâ habente clauſulam* dimiſſâ tertiâ parte fructuum, *dimittit tertiam partem detractâ penſione.*

80. *Subcollectores Spoliorum, & Decimarum, in his quæ concernunt Divinum cultum, & admini-*

*miniſtrationem locorum piorum remanent ſubjecti jurisdictioni Ordinariorum.*

81. *Qui poſſidet Parochialem unitam Dignitati Cathedralis, tenetur reſidere in Cathedrali: ſi verò unio ſit ad vitam, in Parochiali reſidere tenetur.*

1. DIVINA officia, nempè Matutinum cum Laudibus, Horæ, Veſperas, Completorium, Miſſæ ſolemnes, & Conventuales in Eccleſiâ noſtrâ Chathedrali, & aliis Collegiatis Eccleſiis, tàm Civitatis quàm Diœceſis, *celebrentur* à Canonicis, Dignitatibus, cæteriſque Prebendatis attentè, ac devotè horis ſtatutis in Tabellâ orariâ, pulſatis campanis, & ad alicujus inſtantiam non differantur.

2. Dum Divina celebrantur officia, nemo extrà Chorum cum Cottâ; vel ſinè, permanere, neque in Choro actûs à Divinorum recitatione diſtrahentes agere, *ſeù confabulare* valeat: alioquin tanquàm abſens punctetur.

3. Canonicis, & Dignitatibus in Choro exiſtentibus, ſub quovis prætextu exindè exire non valeant plures quàm duo pro qualibet vice,& in egreſſu,& regreſſu Archidiacono,ſivè alio Præſidenti reverentiam exhibeant, eorum egreſſus cauſam Punctatori notam facientes, ùt in pleno Câpitulo an ſit juſta, vel nè, diſcuti poſſit, & contrafacientes punctentur.

4. Unuſquiſque ſedeat in ſuo ſtallo, *abſque pulvinari, tapete, ſeù ſtratu. Laici in Presbyterio non admittantur*: extrà verò, tàm ipſis, quàm aliis Eccleſiaſticis in Dignitate conſtitutis (qui non ſunt de gremio Capituli) *debitus honor, & locus non denegetur.*

5. Quilibet functiones ſuas *nutu Magiſtri Cæremoniarum* promptè obeat, juxtà Eccleſiæ ſtatuta, & laudabilem Conſuetudinem, ſub pœnâ punctaturarum: Et nemo (etiam officio expleto) à Choro egredi valeat, vel recedat antequàm finis ſignum per Archidiaconum, ſivè alium Præſidentem detur.

6. Miſſæ de Requiem cum cantu, vel ſine, in feſtis duplicibus) nec Conventuales in ſemiduplicibus non celebrentur, niſi in die depoſitionis Defuncti, vel in die Anniverſario obitus Teſtatorum, non obſtante eorumdem contrariâ diſpoſitione, ſivè alicujus Eccleſiæ contrariâ Conſuetudine, ſed celebretur Miſſa de feſto duplici currenti, cum applicatione ſacrificii juxtà mentem benefactorum, Rubricas Miſſalis, *& Decretorum Sac. Congr. Rituum.*

7. Officia plura Sanctorum æqualis ritus translata, remittantur, & celebrentur diebus non impeditis *de primo translato*: ea verò quæ recitantur per Indultum extenſionis, non ſub eodem ritu, quò alicui loco, vel Religioni, aùt Clero conceſſa fuere (fortè duplici primæ vel ſecundæ claſſis) *ſed ſub ritu duplici minori* tantùm (niſi in Indulto aliud expreſsè concedatur) *celebrentur*. Officia autem Sanctorum ad libitum non transferantur; *ſed ſervetur Decretum generale* dictæ *Sac. Congreg.* latum ſub die 24. *Jan.* 1682.

8. Officium, & Miſſa alicujus Sancti, cujus reliquia inſignis reperitur in Cathedrali, vel aliâ Eccleſiâ hujus Civitatis, aùt Diœceſis, non celebretur, niſi prius nobis conſtare fecerint *de identitate* reliquiæ, & quod ſit deſcriptus in Martyrologio Romano, ùt pariter mandat eadem Congregatio in Decreto emanato anno 1691.

9. Curent celebrantes *ùt Miſſa concordet cum Officio* juxtà præſcriptum Rubricæ, niſi ex legato, vel aliâ obligatione, dicenda non ſit Votiva, ſeù Defunctorum. Color autem paramentorum, adhibeatur pro diverſitate temporum, & feſtivitatum, ad formam Rubricæ Miſſalis *nec varietur*, niſi in caſu extremæ neceſſitatis.

10. In privatis Oratoriis, in quibus ex Indulto Apoſtolico poteſt miſſa celebrari, unica tantùm miſſa privata diebus non exceptis celebretur, *ſerveturque Indultum adamuſſim*, & familiares Domus, qui Indulto non gaudent, præcepto Eccleſiæ de audiendâ miſsâ diebus feſtis in Eccleſiâ ſatisfacere non omittant.

11. Meminerint Presbyteri quicunque ſint Rubricæ præcipientis recitationem Matutini cum laudibus ante Miſſæ celebrationem, & delationis tonſuræ clericalis, (ùt veram Chriſti perſonam gerant), quàm patentem habere debent in capite cum ſe accingunt, ad corpus, & Sanguinem Chriſti offerendum: quod ſi ſine eâ celebrare præſumpſerint, ipſo facto *ſint ad Altare ſuſpenſi* per tres dies immediatos ſequentes, & ſi iterum ſecundò litaverint abſque dictâ viſibili coronâ, eamdem ſuſpenſionem per decem dies ſequentes incurrant eo ipſo, & ſi tertiò, tanquàm Sacrorum canonum contemptores, ſint ab Altare ſuſpenſi per annum.

12. Tabella onerum Miſſarum, literis perſpicuis deſcriptorum in Sacrario, & loco magis patenti: nec non duo libri in quorum altero *onera perpetua*, & temporalia: in altero miſſæ manuales, & eleemoſinæ fideliter adnotentur, retineatur; ùt ſingulis annis nobis de *adimplemento exacta ratio reddi valeat tàm in viſitatione, quàm extra.*

13. Miſſarum onera in Altare, & diebus à Teſtatoribus, & Benefactoribus præſcriptis per

per *Cappellanos*, & *Beneficiatos adimpleantur*, *nec transferantur* de loco ad locum, ſinè noſtrâ, vel *Sac. Congr. Concilii* licentiâ, *nec reducantur*, ſinè ejusdem Congreg. indulto.

14. Canonici, Dignitates, Beneficiati, & Cæteri Præbendati, & Cappellani Choro, & ſervitio Cathedralis, & Collegiatarum addicti, *reſidentiam faciant*, nec illam deſerant ſinè noſtrâ licentiâ: tempore autem Quadrageſimæ Concioni quotidiè interſint, *ſub pœna amiſſionis Diſtributionum*.

Volumus autem, quod ab omnibus ſuprà ordinata ad quos ſpectat, obſerventur, ſub pœnis non ſolum iam expreſſis, ſed aliis contentis in Decretis Apoſtolicis, ac arbitrio noſtro irrogandis &c. Datum &c.

N. Epiſcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

*N. Cancellarius.*

## ADNOTATIONES.

1. *CELEBRENTUR*. Quæ à cap. 1. Edicti uſque ad quintum incluſivè (dempto 4. mandantur obſervari, deprompta fuere ex Decreto S. Congr. Epiſc. emanato in *Aprutina, ſeù Teramnen. ſub die* 18. *Aprilis* 1617. in quo idem ordo in recitatione Divini Officii præſcribitur; juxtà monitum *text. in c.* 1. *de celebr. Miſſar.* Nulla autem fit mentio in Edicto de obligatione recitandi in Choro Officium B. M. Virginis, quia ex Bulla Pii V. Breviario Romano præfixa pro his qui Romanum ritum ſervant, ſublatum eſt hoc onus, ubi contraria conſuetudo illud recitandi non vigeat, quam B. Pontifex. non abſtulit, ſed juſſit ſervari, ùt obſervat *Fagnan. in d. c.* 1. *n.* 35. *de celebr. Miſſar.*

2. *SEU CONFABULARE*. Canonici confabulantes in Choro, non ſolùm punctandi, & privandi ſunt Diſtributionibus tanquàm abſentes, ùt reſcripſit *Congr. Epiſc. Epiſcopo Nucerino* 7. *Septembris* 1594.; Sed ſi hoc faciant frequenter, eos teneri ad illarum reſtitutionem firmant *DD. citati à Gallemart. ſupra Concil. Trid. Seſſ.* 24. *cap.* 12. *de refor. remiſ. ad Bull. Pii IV. ſuper forma profeſ. fidei verb. atque in Choro ad pſallendum in fin.* & exeuntes à Choro ſinè juſta Cauſâ, quod ſint punctandi, declaravit. *Congr. Concilii in Lunen. Sarzan.* 4. *Junii* 1701. *ad* 1.

3. *ABSQUE PULVINARI, TAPETE, SEU STRATU*. Hæc enim ſunt ſigna Superioritatis, quæ non competunt niſi Epiſcopis aliiſque Prælatis, & ideò nemini de Capitulo, etiàm ſi ſit Dignitas, conceditur hæc præeminentialis diſtinctio, ùt deciſum fuit à *Sac. Congregatione Rituum in Herbipolen. Præeminentiarum* 22. *Novembr.* 1698.: in quâ Dignitates illius Eccleſiæ Primitialis vigore Conſuetudinis allegatæ, prætendebant genuflexorium, ſivè locum ſtalli cum pulvinari, & ſtratu, ſivè tapete retinere, & declaravit pulvinar tantùm laneum violacei coloris eſſe permittendum, & ſervandum eſſe *Cæremoniale lib* 1. *c.*9. Et in alia *Urbinaten* 23. *Januarii* 1700. in qua Canonici, & Dignitates celebrantes preſente Archiepìſcopo, prætendebant vigore Conſuetudinis, uti poſſe pulvinari pro genuflectendo, reſpondit = *probetur Conſuetudo formiter.*

4. *LAICI IN PRÆSBYTERIO NON ADMITTANTUR*. Laicorum loca, & ſedilia, etiam ſi ſint illuſtres, & de Magiſtratu, debent eſſe extrà Chorum, ſivè Præsbyterium, ùt oſtendatur honor Cleri ab illis diſtinctus ùt inquit *Gavant. Theſaur. Sac. Rit. par.* 2. *tit. X. de Orat. Dominic. in verb. fiat communio verſ. Sacerdotem pag. mihi* 125. *Barb. collect. deciſ. Apoſtol. verb. laicus collect.* 442. *n.* 1 & *ſeqq.* cum aliis congeſtis à *Pignatell. conſult.* 3. *per tot.* & & preſertim *n.* 8. 13. & *ſeqq. tom.* 3. ubi Decreta Sac. Congr. Rituum refert, ita diſponitur in *Cæremoniale Epiſcop. lib.* 1. *cap* 13. quod omnem âbſtulit conſuetudinem contrariam: Et ideò *eadem Congr. in unâ Amerinâ Sedilium* 16. *Martii* 1697. confirmata 12. *Septembr.* 1699. mandavit aptandum eſſe locum Magiſtratui extrà Præsbyterium juxtà deſignationem porrectam à Magiſtro Cæremoniarum, non obſtante, quod Magiſtratus reperiretur in poſſeſſione, & allegaret alterius loci congrui deficientiam.

5. Et ſicuti, Retentio ſivè uſus tapeti, aùt ſtratus, non permittitur Dignitatibus, & Canonicis, ità nec minùs Magiſtratus laicus illâ habere debet, ùt declaravit *d. Congr. Rit. in Baren.* 2. *Septembr.* 1690. in qua reſpondit = *Concedendum eſſe Magiſtratui Baren. Scamnum ſivè Sedile ligneum, ſinè ſuppedaneo, panno coopertum, tàm in Eccleſiâ Cathedrali, quàm in omnibus aliis Eccleſiis Sæcularium, & Regularium extrà Presbyterium.* Quod Decretum iterùm probavit in *Aprutina* 6. *Octobris* 1696. *in reſp. ad* 8. in quâ referente clar. mem. Card. meo Petrucci, fuerunt propoſita, & reſoluta etiâm alia dubia ſequentia.

*I.* *An, & quotuplici ductu ſit thurificandus D. Præſes Regius Provinciæ Aprutinæ, dùm aſſiſtit miſſæ cantatæ, quæ ſolèoiter celebratur.*

II. *An ſit thurificandus eodem tempore, quo thurificatur Epiſcopus, & quatenùs poſt, an ante, vel poſt Canonicos?*

III. *An eidem Præſidi dandum ſit oſculum Evangelii, & quatenus affirmativè, an eodem tempore, quo Evangelium oſculandum datur Epiſcopo, & à quo ſit dandum?*

IV. *An eidem Præſidi ſit dandum oſculum pacis eodem tempore, quo datur Epiſcopo, & quo inſtrumento; atque an ante, vel poſt Canonicos?*

V. *An Domini Regii Auditores Regiæ Audientiæ Terami, poſſint dum aſſiſtunt officiis Divinis, ſedere in ſedibus coramineis, cum brachiorum appodiis, & habere ſtratum cum pulvinari, ſtante quod prius, tempore quo aliâ vice aderat in Civitate Tribunal Regiæ Audientiæ, ſedebant in ſcamno ligneo nucis cum poſtergali, & ſuppedaneo, quod quidem ſcamnum adhuc extat in Eccleſiâ.*

VI. *An Magiſtratui Terami debeatur thurificatio duplici, vel unico ductu, & à quo ſit thurificandus?*

VII. *An Epiſcopus poſſit concedere Magiſtratui inferiori, quod thurificetur duplici ductu, contra formam Cæremonialis?*

VIII. *An poſſit Magiſtratus Terami, habere, & tenere ſcamnum in Eccleſiâ cum poſtergali, Suppedaneo, genuflexorio, & brachiorum appodio?*

Quibus dubiis relatis *Congr. Rit.* reſpondit.

*Ad 1. duplici ductu*

*Ad 2. Negativè, quo ad primam partem, & quo ad Secundam ſervetur Cæremoniale lib. 1. cap. 23. in fin.*

*Ad 3. Negativè*

*Ad 4. poſt Epiſcopum dandum eſſe oſculum pacis juxtà Cæremoniale lib. 5. cap. 24.*

*Ad. 5. dilata, & videatur de ſolito.*

*Ad 6. Servetur ſolitum.*

*Ad 7. Negativè*

*Ad 8. Detur Decretum in Baren. 2. Septemb. 1690.*

6. Et in aliâ Camerinen, ſubortis inter Epiſcopum, & Magiſtratum controverſiis de aſſociatione in Solemnitatibus, de appoſitione ſtratus, de manuum lotione, de Gubernatoris Sede, & acceſſu, mandavit ſervari ſequentia ſub die 21. *Febr.* 1699.

I. *Magiſtratus in ſolemnioribus feſtivitatibus à Cæremoniali præſcriptis abſente Gubernatore, habitâ horâ à Magiſtro Cæremoniarum, ſeù ab alio Miniſtro, ad Palatium Epiſcopi uſque ad Portam Cubiculi, quod dicitur Anticamera accedere debet, & Epiſcopum Cappa indutum ad Eccleſiam comitabitur, peractis functionibus, ad Portam majorem ejuſdem Palatii pariter comitabitur, & Epiſcopus monitus de adventu Magiſtratus ſtatim ei obviam procedet, & ad Eccleſiam perget.*

II. *Præſente verò Gubernatore obviam procedent Epiſcopo egredienti, uſque ad Portam Palatii ipſius Epiſcopi, & in acceſſu ad Eccleſiam Gubernator erit ad ſiniſtram Epiſcopi, & idem in receſſu ſervabitur.*

III. *E conſpectu Altaris SS. Sacramenti factis inter ſe debitis ſalutationibus, Epiſcopus ad genuflexorium ſtratu, & pulvinari ornatum preces effundet, & hinc inde ad latera Canonici: Gubernator verò, & Magiſtratus ad conſueta eorum Sedilia pergent, ibique genuflexi verſus Altare Sanctiſſimi Sacramenti orabunt, & quando Epiſcopus ad Chorum perget, ſtantes ipſum tranſeuntem Salutabunt, & idem ordo ſervandus erit, etiam abſente Gubernatore.*

IV. *Si verò Epiſcopus ad Eccleſiam per parvam Portam perget, Magiſtratus ad eandem Portam, accedere, & comitare debebit,*

V. *Magiſtratus non debet genuflectere ſuprà panniculum, quod omninò prohibuit Sac. Congr. die 9. Nov. 1669.*

VI. *Nulla Canonicorum aſſiſtentia debetur Epiſcopo, quando ad Eccleſiam accedit, & per eam incedit, dum eſt Cappa indutus, ſecùs verò quando eſt cum paramentis Sacris, & tunc Gubernator, & Magiſtratus erunt poſt Epiſcopum.*

VII. *Gubernator genuflectere non debet in eodem genuflexorio inſimul cum Epiſcopo, quando eſt cum Cappa indutus.*

VIII. *Magiſtratus prout in Cæremoniali, tùm abſente, tùm præſente Gubernatore, in lotione manuum inſervire valeat.*

IX. *Quando Epiſcopus Conciones audit, nulla Canonicorum aſſiſtentia ei debetur, & tunc Gubernator ſedere debet prope Epiſcopum extrà tamen Baldacchinum in Sede camerali conſimili in æquali lineâ, eo modo quo ſedere ſolent Epiſcopi non Cardinales, & neutra Sedes ſit coloris rubei.*

X. *Accedente Gubernatore in habitu ad Eccleſiam, aliquis Eccleſiæ Miniſtrer Cottâ indutus porriget eidem aquam benedictam manu, abſente tamen Epiſcopo.*

7. Quæ Decreta cum fuiſſent per modum Concordiæ propoſita ab Eminentiſs.DD. Cardinalibus Carpineo, & Petruccio ad hunc effectum Deputatis, & partes noluiſſent acquieſcere; repropoſitâ Cauſâ *ſub die* 19. *Aprilis* 1698. *Sac. Congr.* declaravit eſſe omninò ſervanda, & adhuc partibus reclamantibus *ſub d. die* 21 *Febr.* 1699. ſtetit in Decretis, & ſilentium impoſuit. Verum poſteà cum Magi-

Magiſtratus recuſaret occaſione celebrationis Miſſæ Solemnis Epiſcopi, accedere ad lotionem manuum, ex quo Decretum 8. per illud verbum *valeat*, non eſſet præceptivum, ſed facultativum, & vice verſa Epiſcopus Magiſtratum cenſuris minaretur compellere: iterum recurſum habuerunt ad eamdem Congr. quæ ad removenda ſcandala, & per modum proviſionis *ſub die* 30. *Aprilis* 1701. reſcripſit = *dilata, & interim per modum proviſionis Magiſtratus teneatur accedere ad lotionem manuum*.

8. Hæc inquam fuit prudentialis proviſio. Ceterùm Epiſcopus fovebat malum jus, & habebat contra ſe expreſſam Cæremonialis diſpoſitionem *lib.* 1. *cap. XI.* ubi dicitur = *Ad hujuſmodi miniſterium lotionis manuum poſſent invitari aliqui ex Magiſtratu*. Ex quibus verbis clarè præcipitur, quod manuum lotio in functionibus ſolemnibus, eſt actus honoris, & tàm ex parte Celebrantis, quàm ſervire debentis pænitùs facultativus; proùt etiam benè hoc innuit *Bauldr. manual. ceremon. cap. XI. art.* 15. §. 2. *ibi* = *Si celebrans eſſet S. R. E. Cardinalis, vel Archiepiſcopus, vel etiam Epiſcopus aliquis inſignis, poſſent ad hujuſmodi miniſterium lotionis manuum ipſius celebrantis invitari aliqui ex Magiſtratibus, vel ex Proceribus, & Nobilioribus Civitatis, & ità deciſum fuit à dicta Congr. in Fanen.* 26. *Auguſti* 1645. Sicque non poterat Magiſtratus Cenſuris compelli, quamvis præcedentèr pluriès ad dictam manuum lotionem ſpontè acceſſiſſet: cum in facultativis, non detur præſcriptio ex vulgatis.

9. Neque obſtat Decretum emanatum in *Anconitanâ anno* 1596. quòd referunt *Nicol. in floſc. verb. Epiſcopus n.* 49. *& Pignatell. conſult.* 4. *n.* 14. *in fin. tom.* 4. quia emanavit antequam publicaretur Cæremoniale, cujus evulgatio ſequuta eſt anno 1600. & ſic remanſit revocatum per hanc legem generalem, ac etiam per allegatum Decretum in Fanen. ex notâ regulâ, quod Decreta poſteriora, quando conciliari non poſſunt, derogant prioribus *Fagnan. in c. quoniam, poſt n.* 56. *de Conſtit.*

10. Prætereà, ſicuti Canonici, qui tenentur in habitu Canonicali Epiſcopum procedentem ad Eccleſiam ad horas canonicas ex Aulâ comitari, ſi non accedant, non poſſunt cogi pœnâ excommunicationis ad aſſociandum, *ùt ex Decreto Congreg. Epiſc. & Regular.* 28. *Maii* 1584. probat *Bauldr. Manual. Sacr. cærem. cap.* 9. §. 2. ità multò minus poterit Magiſtratus laicus Cenſuris compelli, ad explendum actum, ad quem ex lege Cæremonialis non arctatur (proùt arctantur Canonici) ſed invitari poſſe decernitur, ùt mox ſupra probavi. Confiteor tàmen, quod Magiſtratus invitatus, non debet recuſare, ſed promptè, & reverentèr ad lotionem manuum accedere; quia ità ejus gradus ab Eccleſiâ honoratur, Religio fulget; & Majeſtas Præſulis celebrantis veneratur, ùt decet; ſi enim contemneret, & ſine rationabili cauſa eſſet contumax, malè ageret, & Princeps eum cogeret, ad præſtandum conſueta obſequia.

11. *DEBITUS HONOR, ET LOCUS NON DENEGETUR*. Puta Prælatis, Gubernatoribus, Vicariis, Magiſtratibus, Suffraganeis, quibus in functionibus Eccleſiaſticis locus, & honor, debetur. At quia in iſta loci, & honoris deſtinatione ſæpè oriuntur ſcandala, & perturbationes, cavendum erit hinc indè ab extremis: ideò ùt laici ordinem Leviticum diſtinctum, & ſeparatum à Deo emulare, & cum eo in Eccleſiâ locum, & ſedem æqualem habere, non præſumant; Eccleſiaſtici verò apicibus Cæremonialis ita judaicè inſiſtere, & adhærere non debent, ùt ubi ordo hyerarchicus non confunditur, nec deformitas intolerabilis oritur, pro minimis applaudant locum laicis, novitatibus exturbare, præſertim antiquum cum in ſedendo attendatur conſuetudo, dùmmodò ſit rationabilis.

12. Qualis autem honor debeatur Prælato Præſidi Provinciæ, declaravit *Sac. Congr. Rituum in Maceraten.* 5. *Auguſti* 1662. modo ſequenti.

I. *Gubernatori Maceraten Præſidi Provinciæ non habenti facultatem Legati de Latere non competere Sedem ſub Baldacchino, ſed ſine ſolio ſupra Scamnum Magiſtratus, nempè cameralem decentem, & diſiunctam à ſcamno Magiſtratus eidemque unico gradu, vulgò prædellâ tapete obducto, ne dùm Divinis juxtà Presbyterium, ſed etiam alibi concionibus audiendis, pariter ſuprà ſcamnum Magiſtratus perpetuò detinendam.*

II. *Epiſcopum tamen Præſide prædicto præſente nullibi Diæceſis debere à benedictionibus populi, tùm privatis, tùm ſolemnibus abſtinere, ſed neque ullum humanitatis actum antequam benedicat erga Gubernatorem Præſidem exhibere.*

III. *Nullam deberi præcedentiam Gubernatori Præſidi Provinciæ ſuprà Epiſcopum, etiàm extrà Diæceſim degentem, quamvis Præſes in ſua Provinciâ exiſtat.*

IV. *Epiſcopum non debere obviam ire Gubernatori Præſidi Provinciæ advenienti ad Cathedralem, neque illum ab ea diſcedentem aſſociare.*

V. *Gubernatorem, ſeù Præſidem prædictum teneri accedere ad Epiſcopum, ùt ab eo accipiat Candelam, & Palmam benedictam, etiam cum oſculo manus Epiſcopi; idemque ſervandum in diſtributione cinerum, nunquàm tamen teneri Epiſcopo genuflectere.*

VI. *Canonicos teneri præſtare Gubernatori Civitatis Præſidi Provinciæ conſueta obſequia, quapropter ſaltem per duos Canonicos idem excipiatur, & ad Portam Eccleſiæ in diſceſſu aſſocietur.*

VII. *Magiſtratum teneri præſtare Epiſcopo, & Cathedrali Eccleſiæ conſueta obſequia, tùm præſente, tùm abſente Gubernatore, & quatenùs renuat compelli poſſe. At ſi Magiſtratus ſpontè velit ad Cathedralem accedere, & divinis inibi juxtà ſolitum intereſſe, aùt antequàm de ejus contumacia per actus poſitivos Epiſcopo non conſtet, nulla ei vis inferatur, vel in eum Epiſcopus nullum coactionis remedium exequi permittat.*

VIII. *Ad ſupplendum Magiſtratui abſenti in lotione manuum Epiſcopi, poſſe ſubrogari alios nobiles Viros, quibus tamen locus in ſcamno Magiſtratus minimè aſſignetur, ſed quâlibet vice in ipſo ſolemnitatis peragendæ actu, ſeligendos, & vocandos, & quoad fieri poteſt variandos, nullâ tamen præviâ in ſcriptis eorum deputatione.*

IX. *Præterea eadem Sac. Congr. declaravit Gubernatorem Præſidem Provinciæ non Epiſcopum, non poſſe ſumere paramenta de Altari, ex quo id vetitum ſit Prælatis Epiſcopis inferioribus, etiam uſu Pontificalium gaudentibus, præterquàm in miſſis Pontificalibus. Quod Decretum habeo authenticum.*

13. Quivè tribuatur Epiſcopo titulari, ſivè ſuffraganeo juriſdictionem in populum non habenti, ſed nomine, & vice Epiſcopi Ordinarii Pontificalia in Eccleſiâ Cathedrali exercenti, innuitur in proviſionibus captis ab *eadem Rituum Congregatione in Veliternâ*, in qua pro parte illius Suffraganei propoſitis dubiis.

I. *An ſaltem aliqui Canonici teneantur eidem Suffraganeo obviam ire uſque ad Oſtium Eccleſiæ, ibique ex ijsdem dignior aſperſorium porrigere, & in reditu, uſque ad eamdem Ianuam comitari, dum Cappâ indutus ad Pontificales functiones obeundas accedit, Anteceſſoris conniventiâ minimè obſtante?*

I. *An eidem Suffraganeo debeatur Genuflexorium cum ſtratu, & pulvinaribus ad orandum ante SS. Sacramentum, dum occaſione earumdem functionum Eccleſiam ingreditur?*

III. *An Suffraganeo facienti ordinationes generales in aliquo ejuſdem Eccleſiæ Sacello (propter impedimentum Altaris Majoris ex cauſâ recitationis horarum in Choro) debeant in eodem Sacello aſſiſtere aliqui ex Canonicis?*

IV. *An dum aſſiſtit Concioni, Prædicatoris ſalutatio, ei prius dirigi debeat diſtinctè ab illa Canonicorum, & Magiſtratus Sæcularis?*

*Sac. &c. die 6. Septemb.* 1698. *reſpondit*

*Ad 1. poſſe de licentiâ Eminentiſſimi Decani Epiſcopi Oſtienſis, & Veliterni deferre Cappam, & in hoc caſu teneantur duo Canonici ire uſque ad Oſtium Eccleſiæ, & dignior porrigat ei Aſperſorium, quo Suffraganeus ſe ipſum tantùm aſpergat, & paritèr eum aſſocient in reditu uſque ad eundem locum.*

*Ad 2. in Voto Magiſtri Cæremoniarum*

*Ad 3. ſervetur Pontificale cum Miſſa ſolemni in Altari Majori præſente Clero.*

*Ad 4. Affirmativè quatenùs ſedeat in Preſbyterio.*

14. Reſponſio ad primum dubium correſpondet oppoſitioni factæ à Canonicis illius Cathedralis, nempè Suffraganeo non competere jus deferendi Cappam in Eccleſiâ non ſua, hocque innixum videbatur in textu *Cæremonialis lib. 1. cap. 3.* ubi ſic dicitur = *Quoad Cappas verò, quibus Epiſcopi in propriis Eccleſiis utuntur, & inferiùs = extrà Diœceſim, & Eccleſiam ſuam Epiſcopi non utuntur Cappâ, præterquam in Romanâ Curiâ, cum in Divinis Pontifici Maximo, vel Sacro Cardinalium Collegio præſente aſſiſtunt.* Unde inferebatur, quod cum Suffraganeus Veliterni eſſet à Cardinali Decano Epiſcopo delegatus ad exercendas functiones Pontificales tantùmmodò, non poſſet uti Cappâ in Eccleſiâ non ſuâ, cum hæc intèr Veſtes Pontificales non connumeretur; Et ſic Sac. Congr. agnoſcendo vim objectionis, reſcripſit, quod poſſet illam deferre de licentiâ Cardinalis Epiſcopi. Cæterùm loquendo de Coadiutore Epiſcopi cum futura Succeſſione, aliàs ead. Congr. declaravit Cappam eſſe ornamentum dignitatis Epiſcopalis, mozzettam verò cum Rocchetto eſſe proprium ſignum ejus, penès quem eſt Dignitas, & juriſdictio, ut habetur in Decretis per extenſum relatis à *Quarant. in Sum. Bullar. verb. Archiepiſcopi auctoritas poſt n.* 12. Votũ Magiſtri Cærimoniarum, (ad quod refertur reſponſio data ad ſecundum Dubiũ) erat negativũ, nempè Genuflexorium cum Stratu, & pulvinari non deberi Suffraganeo; ſed pulvinar ſuper Genuflexorio nudo, & quatenùs Genuflexorium non adeſſet, quod daretur pulvinar ſuper primo gradu Altaris.

Reſponſio autem data ad quartum correſpondet alteri obiectioni Capituli Canonicorum aſſerentium, Suffraganeos Veliternos nunquam habuiſſe locum, nec Sedem in Preſbyterio, & proindè non deberetur diſtincta ſalutatio, cum eſſet à corpore Capituli

tuli Extraneus, & ideò quia objectum fulciebatur probationibus, Congregatio dixit deberi diſtinctam ſalutationem, quatenùs ſederet in Presbyterio.

15. Et quia in aliis præeminentiis, & juribus præfatum Suffraganeum exceſſiſſe modum, Capitulum conquerebatur eodem tempore per viam reconventionis, proponi curavit dubia ſequentia.

I. *An Suffraganeus Veliternen. occaſione functionum Epiſcopalium ſolemnium teneatur ſe parare in Sacreſtiâ, vel potiùs paramenta ſumere ab Altari, vel in faldiſtorio?*

II. *An valeat deferre Cappam Pontificalem in acceſſu, & receſſu ad Eccleſiam Cathedralem, & quatenùs Affirmativè?*

III. *An poſſit ſibi deferri facere caudam ejuſdem Cappæ per alium, ſeù potius illam deferre teneatur involutam ſub brachio ſiniſtro?*

IV. *An ſimiliter poſſit ſibi deferri facere caudam veſtis violaceæ, unà cum elevatione fimbriæ anterioris in plano pavimenti Eccleſiæ?*

V. *An eidem accedenti ad Eccleſiam porrigi debeat Aſperſorium ad Januam Eccleſiæ per aliquem ex Canonicis, & an poſſit Alumnos Seminarii, alioſvè circumſtantes aſpergere, vel potius aquam tantùm recipere extremitate digitorum?*

VI. *An poſſit per Civitatem uti Mantello oblongo coloris violacei cum ſignis rubeis ſuper veſtem Nigram interiorem vulgò Zimarra?*

VII. *An per Civitatem poſſit ſibi deferri, & elevari facere Umbellam ſericâ viridis coloris?*

VIII. *An dum aſſiſtit Concioni poſſit ſedere in Sede ſeparatâ à Canonicis, vel potiùs debere ſedere in eodem ſcamno Canonicorum, abſque tapete, & pulvinari, primus inter illos, & in quo habitu?*

*Quibus Sac. Congr. eâdem ſupradictâ die reſpondit*

*Ad 1. ſi accedat cum Cappâ: in faldiſtorio; aliàs in Sacrario.*

*Ad 2. jam proviſum*

*Ad 3. Negativè quoad primam partem, & affirmativè quoad 2.*

*Ad 4. Negativè*

*Ad 5. jam proviſum*

*Ad 6. Negativè.*

*Ad 7. Negativè*

*Ad 8. dilata*

16. Epiſcopi enim titulares, qui carent Clero, & plebe, & Eccleſiam habent apud infideles, in juribus præeminentialibus, differunt ab aliis, qui in ſuis Eccleſiis exercent juriſdictionem: quia hæc non ab ordine tantùm, ſed à Dignitate conjuncta cum adminiſtratione proveniunt, ideòque inter Epiſcopos ultimo loco ſedere debent quàmvis antiquiores ſint *Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 32. n.* 146. Et quia ùt plurimum vagabundi erant ut illos vocat *Concil. Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 2. *de refor.* ideò hodiè non creantur niſi pro Eccleſiis Cardinalium, & illis, quæ eos ſolent habere, & in Eccleſiis Germaniæ, ùt advertit *Ricc. prax. rer. for. Eccleſ. par.* 4. *reſol.* 429. ubi in *reſol.* 432. firmat, quod ſi conferant primam Tonſuram abſque licentiâ proprii Ordinarii, non incidant in pœnas Sac. Conc. Trid. quod verum non puto, quia *Concilium in ſecunda parte d. c.* 2. *ſeſſ.* 14. quæ eſt diſpoſitiva, non de Epiſcopis titularibus Pontificalia exercentibus tantùm, ſed abſolutè de ordinantibus, & promoventibus, etiam ad primam Tonſuram expreſsè loquitur.

17. Item tales Epiſcopi titulares Suffraganei, non diſpenſant ſuper interſtitiis, niſi habeant ſpeciale mandatum, neque votum habent in approbatione ordinandorum, niſi ſint ex numero Examinatorum, proùt *Sac. Congr. Epiſcop. & Regular. ſub die* 14. *Febr.* 1585. reſpondit Suffraganeo Brixinonen., cui quoque ſubjunxit,

I. *Quod Epiſcopus ex juſtâ cauſa poteſt transferre Dedicationis Eccleſiæ feſtum in aliam diem magis congruam Speculat. conſ.* 4. *par.* 3. *rub.* 52.

II. *Quod Eccleſiæ poſſunt conſecrari ſine Altaribus, & è contrà Gloſ. in c.* 1. *de conſecr. Eccleſ. Hoſt. & DD. in c. propoſuiſti eod. tit.*

III. *Quod Suffraganeus, ubi per Diœceſim pro Pontificalibus exercendis proficiſci contigerit, expenſas ab Epiſcopo habere debet.*

IV. *Quod Sacramentum confirmationis eſt adminiſtrandum cum Pluviali, Mitrâ, amictu, & Stola.*

Item non poſſunt viſitare Clauſuram Monaſteriorum Monialium, niſi ſint ſimul Vicarii Generales, & ab Epiſcopis quorum ſunt Suffraganei facultates Vicariorum Generalium, vel aliud ſpeciale mandatum habeant, proùt pro Suffraganeis Germaniæ, declaravit *Congr. Conc.* 17. *Junii* 1630. *lib.* 4. *dec. fol.* 300.

18. Vicario autem Generali Epiſcopi, tàm præſente, quàm abſente Epiſcopo debetur locus, & præcedentia ſuprà Canonicos, & Dignitates in Eccleſiâ, & Choro, extrà in proceſſionibus, ac in aliis actibus publicis, & privatis, etiam in Synodo, ùt declaravit *Sac. Congr. Rituum* 28. *Nov.* 1595. quàm per extenſum refert *Ricc. in prax. part.* 4. *reſol.* 390. *n.* 8. & concordant alia Decreta quæ refert *Barb. in collect. dec. Apoſtol. verb. Vicarius Generalis collect* 714. *n.* 7. 8. & 9. *Pignatel l.*

*gnatell. conſ.* 64. *n.* 10. *&* 11. *tom.* 3. Si verò Vicarius ſit unus de gremio Capituli, tunc debet ſedere in loco ſuæ receptionis in ſuo ſtallo, & habitu Canonicali *Barboſ. d. collect.* 714. *n.* 10. *& collect.* 98. *n.* 6. nec in Capitulo, & aliis actibus Capitularibus præcedit alios Canonicos, quia tunc non coſideratur tanquàm Vicarius, ſed ùt Canonicus *Gratian. diſcep.* 106. *n.* 1. *Barboſ. ubi ſupra d. collect.* 98. *n.* 1. *&* 7. *Panimoll. dec.* 1. *annot.* 5. *n.* 46. Si autem vult præcedere Canonicis debet habitum Canonicalem dimittere, & tunc non poterit diſtributiones percipere, quia ad illas percipiendas nullum jus habet tanquàm Vicarius, ſed tanquàm Canonicus, ideò ſi velit eas lucrari, debet in actibus prædictis, ſicùt etiam in proceſſionibus intereſſe tanquàm Canonicus, ut pluries declaratum fuit à Sac. Congr. Rituum, cujus Decreta referunt *Barb. d. collect.* 98. *Panimoll. loc. cit. n.* 49. *& Pignatell. d. conſul.* 64. *n.* 21. *tom.* 3. Et ſi Canonici, & Dignitates incederent ſacris veſtibus induti, tunc Vicarius non præcedit, etiam ſi non ſit de corpore Capituli, & non obſtante contrariâ conſuetudine, proùt ſemper conſtanter reſpondit ſæpiſſimè *eadem Congr. Rituum apud Pignatell. d. conſ.* 64. *n.* 15. *&* 16. ubi per extenſum quamplura Decreta congerit.

19. *NUTU MAGISTRI CÆREMONIARUM*. De Cæremoniarum Magiſtro, dicit *Biſſ. Hjerurg.* quod non habet determinatum locum, cum de ratione ſui officii, modo unum, modò alium, ſecundum quod ipſe judicabit opportunum teneat, *litt. C. n.* 197. §. 2. At cùm de hoc dubitari contigiſſet *in unâ Viterbien.* 30. *Aprilis* 1701. *Sac. Congr. Rituum* reſpondit = *Dentur Decreta in Patavina* 28. *Nov.* 1619. *&* 8. *Maii* 1617. (quatenùs vera ſint) hæc Decreta, ut refert *Barboſ. collect. dec. Apoſtol.* 459. *n.* 7. firmant, quod Magiſter Cæremoniarum, etiàmſi ſit Cappellanus in actu exercitii debet ſedere apud Celebrantem, vel ejus Aſſiſtentes, quando verò, non eſt in actu Miniſterii, ſedere debeat in Choro inter Præbendatos, vel Presbyteros, vel Clericos ſui ordinis ſervato ordine ſuæ receptionis. Huic autem donec certum ſtipendium aſſignatum fuerit debet de ſalario ab Epiſcopo, & Capitulo pro medietate provideri, ùt deciſum fuiſſe refert à Sac. Congr. Rit. *Barboſ. in ſum. deciſ. Apoſtol. collect.* 459. *n.* 4. & etiam à Sac. Congr. Epiſcop. *Nicol. in floſc. verb. Magiſter. n.* 1. *ubi n.* 2. quoad hoc officium exercendum non debet compelli Canonicus.

20. *ET DECRETORUM SAC. CONGREGAT. RITUUM*. Hæc Decreta generalia quæ mandant, quod in feſtis duplicibus Anniverſaria, & Miſſæ Cantatæ de requiem celebrari poſſint ex diſpoſitione Teſtatorũ quotannis recurrente tantùm die obitus ipſorũ Teſtatorum, in cæteris aùtem diebus, celebrari debeant Miſſæ de feſto duplici currenti, non obſtante contrariâ Teſtatorum voluntate, ſeù Conſuetudine; ſed juxtà eorumdem benefactorùm mentem applicetur Sacrificium, fuerunt approbata ab Alexandro VII. 5. Auguſti 1662. & 22. Januarii 1667. & poſteà à Clem. IX. 23. Septembr. 1669. eaque per extenſum refert *Romaguer. in gloſ. ad Synod. Gerund. lib.* 3. *tit.* 9. *cap.* 3. *&* 8. De Miſsâ autem Conventuali, quod non celebretur pro defunctis, quando per annum officium eſt duplex, vel ſemiduplex clarè probat *Rubrica miſſal. tit. de miſſ. defunct.* §. 1. *&* 2. quàm examinat, & ſequendam eſſe tenet *Fagn. in c. cum creaturâ n.* 23. *& trib. ſeqq. de celebr. miſſ.* quia ſemper debet concordare cum officio *Gavant. par.* 1. *tit.* 4. *de Miſſ. Vot. S. Mariæ litt. P.* neque curandum de contrariâ diſpoſitione Teſtatorum, ſi adeſſet; quia horum voluntas non debet Rubricas ſubvertere, nec legis conſtitutionem generalem immutare, ut inquit *Paſſerin. in c. religioſus* §. *ſanè n.* 108. *de teſtam. in* 6. & in puncto onerum Miſſarum, *Gavant. theſ. Sac. rit. part.* 3. *tit.* 12. *n.* 32. *in fin.*

21. *DE PRIMO TRANSLATO*. Rubrica generalis Breviarii *cap.* 10. *de tranſlat. feſt. n.* 7. ita diſponit = *Si plura feſta IX. lectionum transferenda ſint, prius transferatur duplex, quàm ſemiduplex, & inter plura dùplicia quod eſt magis ſolemne, ſemper prius transferatur, & prius celebretur alioquin ſi ſint æqualia; unum ante aliud transferatur, & ordine quo erant celebranda in propriis diebus*. Nonnulli non percipientes rectè ſenſum ſupradictæ rubricæ, putarunt, quod de feſto translato ſit faciendum officium die immediatè ſequenti non impedito, non obſtante feſto prius translato æqualis ritus, proùt vidimus adnotatum in Ordinario Romano anno 1696. in feſto S. Henrici Imperatoris; Eo ducti fundamento, quia feſtũ quod uno tantùm die transfertur, cenſetur ſuo die fieri, quia in ipſo die, in quo incidit adhùc poteſt habere primas Veſperas, vel commemorationem; unde ad removendos errores, ſub die 22. Decembr. 1696. fuit in Congr. Rituum propoſitum dubium.

*An feſtum translatum, quod poteſt in ſequentem diem immediatè ſequentem transferri, debeat recitari antea alia feſta prius trãslata, quando ſunt æqualis ritus?*

Examinatis Decretis in hac re aliàs emanatis (quæ videbantur inter ſe pugnare) nempè in una *Ordin. Cappuccinorum* 30. *Septembr.* 1679. in qua data fuerat reſponſio affirmativa in *Lycien.* 24. *Nov.* 1691. *in Sueſſanâ* 11. *Julii* 1695. in quibus negativa proderat: ac perpenſis DD. authoritatibus ſcilicet *Gavan. in c.* 10. *de occurrent. off. ſeù de transl. feſt. n.* 7. *Guyet. in Heorotolog. ſivè de feſt. prop. lib.* 4. *cap.* 7. *Biſſ. de Sac. rit. lit. O. n.* 127. §. 4. omnes negativam partem ſequentiùm, ead. Congr. ſub dicta die reſpondit = *Officium celebrandum eſſe de primo translato*.

22. Quæ tamen regula erit limitanda, quotièsfeſtum Annunciationis B. M. V. occurrens in feriâ 6. Paraſceve, vel in Sabbato Sancto, ſit transferendum ad fer. ſecundam poſt Dominicam in Albis: nàm tunc alia feſta prius tranſlata, quæ non ſint altioris ritus, ſivè in d. die incidentia, protrahenda ſunt ad aliam diem non impeditam: quia per Decretum d. Congr. emanatum 11. *Martii* 1690. prædicta dies fixa eſt unà cum præcepto audiendi Miſſam, & vacandi ab operibus, pro d. feſtivitate, ut declaravit 14. *Junii* 1692. *Bullar. Innoc. XII.* 106.

23. *SED SUB RITU DUPLICI MINORI CELEBRETUR.* Quandoque ſolet Congr. Rit. officium aliquod particulare alicujus Sancti, loco, Diœceſi, Religioni, aùt uni Provinciæ jure conceſſum, ex gratiâ (rationabili aliqua cauſa impellente) aliis locis, Diœcœſibus, Religionibus, & Provinciis per extenſionem indulgere. Verùm quia hi qui gratiam extenſionis impetrant, officium recitant ſub eodem ritu primis conceſſo, ut plurimùm duplici primæ, vel ſecundæ claſſis (proùt accidit de Sancto Narciſo primæ claſ. Principali Patrono Gerundæ cujus officium per extenſionem celebratur in omnibus Hiſpaniæ Regnis 19. Martii, & propterea de Sancto Joſeph eadem die occurrente nihil fit) ad removenda hujuſmodi abſurda, quæſitum fuit in eadem Congregatione.

*Sub quo ritu in dd. Hiſpaniæ Regnis (exceptâ Civitate Gerundæ) ſit celebrandum officium S. Narciſi, & ſub quo ritu cenſeri debeat indultum officium per extenſionem in cæteris caſibus, quando à Sac. Congr. non exprimatur?*

Et Congr. examinatis Decretis, ſub die 3. Auguſti 1697. reſpondit = *officium Sancti Narciſi recitandum eſſe in Civitate, & Diœceſi Gerundæ 29. Octobris cum Miſſâ ſub ritu duplici primæ Claſſis cum octavâ, die verò 18. Martii de eo fiat commemoratio tantùm, ſicùt quadrageſimali tempore fit de ſimplicibus. In cæteris aùtem Regnis Hiſpaniarum recitandum eſſe ſub ritu duplici minori d. die 29. Octobr. tantùm, reformando Decreta annorum 1682. & 1689.*

34. *SED SERVETUR DECRETUM GENERALE.* Decretum iſtud, quod habeo penes me authenticum; eſt tenoris ſequentis = *Cum alias Sac. Rituum Congr. decreverit officia Sanctorum ad libitum non eſſe transferenda, quando dies eorum feſtivitatum ſunt impediti die Dominico, aùt aliquo alio die feſtorum mobilium; quæſitum fuit declarari, quæ regula ſervanda ſit quando occurrunt eodem die cum officiis Sanctorum Kalendarii proprii, vel tranſlatis; Vel demùm ſemel per hebdomadam, per menſem recitari conceſſis? Et Sac. eadem Congr. reſpondit, prædicta officia Sanctorum ad libitum, etiam duplicia, occurrentia in diebus Dominicis, octavis, & Natalitiis Sanctorum alicujus Religionis, vel Diœceſis ex vi Kalendarii proprii a Sede Apoſtolicâ approbati, quamvis ſub ritu ſemiduplici de præcepto celebrandis, non eſſe transferenda, ſed omitti debere. Si autem occurrant eodem die, in quo alias aliquod feſtum tranſlatum poni deberet, tunc liberum fore declaravit eadem officia ad libitum recitare, & officium tranſlatum ulteriùs ad aliam diem non impeditam transferre. Proùt etiam omiſſo officio, quod ſemel per hebdomodam, aùt per menſem ex Apoſtolico Indulto recitari conceſſum eſt, officium ad libitum eodem die occurrens recitari poſſe decrevit. Et ità ab omnibus, qui ad horas canonicas tenentur, ſervari mandavit, die 24. Janua.* 1682. Et hic notandum eſt: quod Congregationes, Religiones, ſivè Eccleſiæ, vel Nationes, quibus conceſſum fuit à Sede Apoſtolicâ, ùt ſemel, vel pluriès in ſingulis hebdomadibus, vel menſibus, poſſint celebrare officium de Sanctiſſimo Sacramento vel de Sanctis in diebus non impeditis aliquo feſto duplici, vel ſemiduplici, non poſſunt hujuſmodi officia facere in diebus Quadrageſimæ, Adventus, Vigiliarum, & Quatuor temporum, etiàm ſi Indulto de his diebus nulla ſit facta ſpecialis mentio, ùt noviſſimè declaravit Sac. Congr. Rit. in ſubnexo generali Decreto.

# DECRETA
## Generalia.

### CIRCA RUBRIRCAS.

„ Cum Sacrorum Rituum Congregationi
„ demiſsè ſupplicatum fuerit Sequentia du-
„ bia declarare.

„ Primùm. An, cum multis Congregationi-
„ bus, Religionibus, ſivè Eccleſiis, vel Natio-
„ tionibus conceſſum ſit à Sanctâ Sede Apoſto-
„ licâ ut ſemel, vel pluriès in ſingulis hebdo-
„ madibus, vel menſibus celebrentur varia Offi-
„ cia per annum, V. G. de Sanctiſſimo Sacra-
„ mento, vel de Sanctis in diebus non impe-
„ ditis aliquo feſto duplici, vel ſemiduplici,
„ liceat ejuſmodi Officia facere etiam in die-
„ bus Sanctæ Quadrageſimæ, Adventus, Vigi-
„ liarum, & Quatuor temporum, etiam ſi de
„ his diebus nulla ſit facta ſpecialis men-
„ tio in aliquibus Officiorum conceſſionibus?

„ Secundùm An dies impeditus feſto dupli-
„ ci, ſemiduplici pro dictis Officiis recitandis,
„ intelligantur etiam dies, in quibus ponen-
„ dum eſt Officium de feſto duplici, vel ſemi-
„ duplici tranſlato, quemadmodum dicitur re-
„ ſponſum fuiſſe olim à Sacra Congregatione;
„ Quod ſcilicet feſtum duplex, vel ſemidu-
„ plex etiam tranſlatum, necnon dies Octavæ
„ ſit dies impeditus reſpectu talium Offi-
„ ciorum.

„ Tertiùm. An Regulares abſque ſpeciali
„ privilegio, ſed ſola communicatione privile-
„ giorum aliarum Religionum poſſint addere
„ nomen

„ nomen Sancti Fundatoris in Litaniis, & „ Confiteor, itemque recitare Officia, & Miſ- „ ſas conceſſas aliis Religionibus.

„ *Sacrorum Rituum eadem Congregatio ad rela- „ tionem Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini „ Cardinalis Colloredo reſpondit.*

„ *Ad Primum negativè, & hujuſmodi indulta non „ habere locum in feriis Adventus, Quadrageſimæ, „ Quatuor temporum, Vigiliarum, ſivè cum jejunio, „ ſivè abſque jejunio, nec in feriâ ſecundâ Rogatio- „ num, nec in alia feriâ, in quâ ſecundum Rubricas „ ſit reponendum Officium Dominicæ.*

„ *Ad Secundum Affirmativè.*

„ *Ad Tertium Negativè in omnibus.*

„ *Et ità declaravit, ac Servari voluit. Ac in- „ ſuper ut Declarationes, ſeù Decreta prædicta om- „ nibus innoteſcant, typis ea imprimi mandavit.* die 20. „ *Martii* 1706.

G. Card. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

*B. Inghirami Sac. Congr. Secr.*

25. *DE IDENTITATE*. Decretum generale, quod hoc mandat, reperitur impreſſum in Breviario. Ad probandam autem Reliquiæ identitatem non requiritur certitudo phiſica, ſed practica, & moralis, ex rationibus probabilibus orta, animum prudentis moventibus ad credendum ità eſſe, ut clarè habetur ex Decreto *Concilii Trid. de reliq. & vener. Sanctor. & in c. placuit de conſecr. diſt.* 1. Probatur igitur idētitas, 1. Bullis Pōtificis, aùt Inſtrumentis publicis, 2. Scriptura ſubſcripta, à Superiore Eccleſiæ, & duobus teſtibus, vel ſaltē ſubſcripta à Superiore cum ſuo Sigillo, 3. Scriptura etiam non autentica, ſed antiqua reperta apud Reliquias, 4. traditione, ſeù publica voce, & fama conſtanti, 5. lapide marmoreo, aùt inſcriptione antiqua nomen Sancti contenente, ubi Reliquia reperitur, 6. iuramento ſaltem duorum proborum hominum, 7. ex aliis argumentis, & conjecturis, quibus probatur identitas omnis rei juxtà generalem regulam apud *Rot. coram Cavaler. dec.* 146. *n.* 2. *& coram Coccin. dec.* 1873. *n.* 48. *Gratian. diſc.* 554. *n.* 56. *ubi de nomine, & cognomine.*

26. Et hic admonendi ſunt Miſtagogi, aliivè Faviſſarum Cuſtodes, ne permittant, quod Sacræ Reliquiæ nudis manibus tangantur, aùt nudæ exponantur, ſed per Sacerdotes tantùm, quando neceſſitas urget panno ſerico cooperiantur: nàm Romanæ Eccleſiæ conſuetudo abhorruit ſummis digitis corpora Sanctorum eorumque Reliquias attrectare, ut obſervat *Ferrand. Anicien. diſq. reliq. lib.* 1. *cap.* 3. *ſect.* 2. §. *mirifice*: qui Author in §. *his autem eod. loco pag.* 127. *&* 128. refert verba D. Gregor. relata in Vita, ſcripta à *Jo. Diacono lib.* 2. *cap.* 42. ac dicta Legatis Conſtantiæ Auguſtæ quæ ſunt hæc = *Romanis conſuetudo non eſt, quando Sanctorum Reliquias dant, ut quidquam tangere præſumant de corpore, ſed tantùmmodò in Pyxide Brandeum mittitur, atque ad ſacratiſſima corpora ponitur*: *Et cap.* 2. *art.* 3. §. *id quid* refert aliam Sententiam ejuſdem Sancti ſic expreſſam = *In Romanis namque, vel totius occidentis omninò intolerabile eſt, atque ſacrilegium, ſi Sanctorum corpora tangere quiſque fortaſſe præſumat, quod ſi præſumpſerit certum eſt, quia hæc temeritas impunita nullo modo remanebit*: quàm etiam *Divus Carolus in Concil.* 4. *Prou. tit. de Sacr. Reliq.* reaſſumendo prohibet, nè Sacræ Reliquiæ per laicos cujuſuis ordinis, & Dignitatis tangantur; quod advertit etiā *Pac. Jor. lucubr. tom.* 3. *lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 130. *&* 131.

27. Neque patiatur Epiſcopus, quod tangantur per Moniales, vel aſſerventur in Clauſura: ſed omninò curet, quod cuſtodiantur in exteriori Eccleſia, ut monet ibid. *Pac. Jord. n.* 134. *Barb. collect. deciſ. Apoſtol.* 506. *n.* 16. *& collect.* 646. *n.* 11. *Tambur. de jur. Abbat. diſp.* 24. *quæſt.* 2. *n.* 5. nec permittat, quod educantur à thecis, ſivè loculis earum, ſed raſcula in quibus aſſervantur, & includuntur ſint firmiter Sigillo occluſa *Nicol. lucubr. can. lib.* 3. *tit.* 45. *n.* 4.

28. *UT MISSA CONCORDET CUM OFFICIO*. Rubrica Miſſalis hæc habet = *Miſſa quotidie dicitur ſecundum ordinem Officii &c.* & infra = *Miſſæ votivæ in Miſſis privatis dici poſſunt pro arbitrio Sacerdotum quocumque die officium non eſt duplex &c. id verò paſſim non fiat, niſi rationabili de cauſâ, & quoad fieri poteſt, Miſſa cum officio conveniat*. At hodie increbuit ita uſus Miſſarum Votivarum, & defunctorum, ut exceptis Dominicis, & feſtis duplicibus, in pluribus Eccleſiis Suppellectilia Sacra Miſſæ correntis, juxtà Kalendarium correſpondentia, nec minus exponantur in Sacrario: quia, vel nemo, vel pauci prædictam Rubricam ſervant: & id quod fieri non debet frequentèr, ſine rationabili cauſa, ut dicta rubrica diſponit, jam jam vitio temporum tranſit in abſolutum arbitrium: ideoque Epiſcopus hic in memoriam reducit Presbyterorum rubricæ diſpoſitionem, ad hoc ut hi, qui præciſam obligationem non habent celebrandi Miſſas Votivas, ſeù defunctorum, ſenſui Eccleſiæ conformari procurent.

29. Poteſt tamen Presbyter ſæcularis licitè celebrare Miſſam de Sanctis Regularium in eorum Eccleſiis, recurrente die feſto, & ſe uniformare illorum ritui, quamvis officio proprii Kalendarii non conveniant, proùt declaravit Sac. Congr. Rituum in ſubnexa cauſa.

PP. Tertii Ordinis Sancti Franciſci quærunt.

I. *An diebus Dominicis, aliiſque diebus quibus in ipſorum Eccleſiis celebratur de Sanctis Ordinis ſub ritu duplici, Sacerdotibus exteris ad eam confluentibus, permitti debeat celebratio de Dominicâ, vel alio feſto, vel etiam de requiem? & quatenùs affirmativè, an in Miſsâ de Dominicâ, aliiſque feſtis, debeant Sacerdotes exteri uti paramentis competentibus dictis Dominicis, & feſtis, vel poſſint ſe conformare paramentis, quibus eisdem diebus utuntur Fratres?*

II. *An Fratres diebus quibus propria officia celebrant ſub ritu dup. celebrantes in alienis Eccleſiis, poſſint celebrare Miſſas cum dictis Officiis concordantes, vel poſſint celebrare de aliis conformando ſe ritui earumdem Eccleſiarum, ac etiam de requiem? & quatenùs affirmativè quoad primam partem, quid quoad colores paramentorum?*

III *An Sacerdotes exteri confluentes ad ipſorum Eccleſias ut ſuprà, & celebrantes de Sanctis Ordinis ſer. ſer. poſſint in Miſſis ſe uniformare cum Fratribus quoad Credo, & quoad numerum orationum more duplicium?*

IV. *An diebus Dominicis, quibus tàm Fratres, quàm exteri celebrant de Dominicâ, poſſint exteri uti coloribus paramentorum, quibus utuntur Fratres ratione alicujus octavæ, & Fratres celebrantes in alienis Eccleſiis uti coloribus juxtà ritum earumdem, & an tàm exteri in Eccleſiis Fratruum, quàm Fratres in alienis, poſſint apponere commem. octavæ ùt ſupra occurrentis ſervatâ rubricâ de duplici Oratione habendâ in Dominicis infrà octavam?*

V. *An in officio ad Hymn.* Iſte Confeſſor *pro SS. Confeſſoribus quoties eisdem fixa dies eſt aſſignata, quæ non eſt dies obitus, recitari debeat* ℣. meruit beatas ſcandere ſedes, *eo quod re verà officium fiat de die obitus, & quatenùs affirmativè, an eadem regula ſervanda ſit in officiis de Confeſſoribus tranſlatis, dùmmodò officium ſit de die obitus?*

*Sac. Congr. Rituum die* 11. *Junii* 1701. *reſpondit.*

*Ad* 1. *quoad primam partem dubii negativè, quando feſtum celebratur cum ſolemnitate, & concurſu populi, & quoad ſecundam partem jam proviſum.*

*Ad* 2. *ut ad primum.*

*Ad* 3. *Poſſe.*

*Ad* 4. *Poſſe.*

*Ad* 5. *Negativè.*

30. *NEC VARIETUR.* Bulla Pii V. Miſſali præfixa mandat, quod Miſſa celebretur juxtà formam traditam in Rubricis, & prohibet nè fiat ulla mutatio, aut detractio: unde ſequitur quod color paramentorum, non poſſit ad libitum variari: qui enim oppoſitum ſentiret, cenſuram *Concilii Trid. ſeſſ.* 7. *can.* 13. incurreret, quia eſt Rubrica præceptiva, dum jubet per verbum *debent*, quod neceſſitatē inducit, ut de ſtatuto per Papam confirmato per verbum *debent* dixit *Rot. coram Coccin. dec.* 179. *n.* 1. & ſic meritò *Carol. Bartol. à Platea in Opuſc.* quod edidit anno 1682. ſub titulo *l'Iride Sacra* dixit in *Rubrica cap.* 5. = *Che l'uſo e diverſità preſcritta dei colori appartiene à i Sagri Riti, ne poterſi traſgredire ſenza grave colpa*, & in corpore = *Dal che chiaramente ſi ſcorge, non andare eſente di grave peccato, ſenza cauſa ragionevole, chi in coſa tanto oſſervata dalla Chieſa, e di tanta rifleſſione manca dalla dovuta ubbedienza: & in cap.* 33. §. 1. loquendo pariter de coloribus = *Le rubriche obligano à guiſa di leggi ſotto pena di colpa grave, non eſſendo lecito, ſenza ſpecial facoltà del Pontefice mutar punto ciò che ſpetta a i Sagri Riti*: à quo non diſcrepant *Gavant. in rubr. par.* 3. *tit. XI. n.* 13. *Pac. Jord. elucubr. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 330. ubi hæc habet = *nihilque addendum, vel prætermittendum privatâ auctboritate, alioquin mortaliter peccatur, niſi levitas materiæ excuſet.* Igitur qui in Miſſis defunctorum pro Nigro colore uteretur violaceo abſque neceſſitate, rubricam offenderet in re gravi, & non eſſet immunis à culpa: quia temerè illum reduceret, & Eccleſiæ ritibus ſe conformare contemneret.

31. *SERVETURQUE INDULTUM ADAMUSSIM.* Plures abuſus irrepſerant in uſu Indultorum habendi Oratorium privatum, quos *Sac. Congr. Concilii*, (Sanctiſs. D. N. Clem. XI. approbante) Decreto generali emanato 15. *Decembr.* 1703. *& publicato* 8. *Ian.* 1704. eliminare curavit inhibendo. Primò Epiſcopis, & majoribus Prælatis, ac etiam Cardinalibus, ne ſub prætextu Privilegii in corpore juris clauſi extrà Domum propriæ habitationis (ſivè intra, ſivè extra Diœceſim) erigant Altare pro celebrandâ miſsâ, ſeù celebrari facere. Secundò Regularibus cujuſuis ordinis, etiam Soc. Jeſu, & S. Jo: Hieroſolymitani, & quibuſcunque aliis Sacerdotibus etiamsi eſſent Epiſcopi, nè audeant celebrare in Oratoriis privatis, quæ per Sedem Apoſtolicam concedi ſolent, in diebus ſolemnioribus in Indulto exceptis, in reliquis verò diebus, prętèr unicam miſſam horâ debitâ, & nunquam poſt meridiem. Tertiò declarando, perſonas contravenientes huic Decreto Eccleſiæ præcepto de audiendâ miſsâ non ſatisfacere & Regulares privilegio Altaris portatilis tanquàm per Concilium revocato, uti non debere, nec poſſe. Quartò facultatem delegatam Ordinariis locorum tribuendo, procedendi contrà quoſcunque contravenientes quamvis Regulares ad pœnas præſcriptas à

*Concilio Seſſ.* 22. ac etiam ad Cenſuras latæ Sententiæ; ùt latius in Decreto quod datur ſubnexum.

# DECRETUM

## De Celebratione in Oratoriis privatis.

„ Quoniam Sancta ſanctè tractanda ſunt, „ ac præſertim tremendum incruenti Sacrifi- „ cii Myſterium, quod omni Religionis cul- „ tu, & veneratione peragendum eſt; Pro- „ pterea ſuper obſervandis, & evitandis in „ celebratione Miſſarum in Sacroſanctis Oe- „ cumenicis Conciliis, ac præſertim Triden- „ tino ſub *cap. vnico ſeſſ.* 22. inter cætera „ ſtatutum eſt, vt tantum Sacrificium ſo- „ lummodò in Eccleſiis, aut Oratoriis Divi- „ no tantùm Cultui dicatis celebraretur, „ præcipiendo Epiſcopis, & locorum Ordi- „ nariis, nè privatis in Domibus, atque „ omninò extrà Eccleſiam peragi paterentur; „ Ac ſubindè Sacra Congregatio Eminentiſ- „ ſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. „ Cardinalium ipſius Concilii Tridentini exe- „ cutioni, & interpretationi præpoſitorum „ ſæpè ſæpiùs per opportuna Decreta obre- „ pentes abuſus eliminavit. Modernis tamen „ temporibus innotuit Sanctiſſimo Domino „ Noſtro, quod nonnulli Epiſcopi, ſub præ- „ textu Privilegiorum, Cappellis Epiſcopali- „ bus competentium, & complures Regula- „ res, ſub prætextu Privilegiorum, quæ ipſis „ à Sancta Sede indulta noſcuntur per hu- „ juſmodi Privilegiorum dilationem, ſeù „ potius exceſſum, & abuſum in nonnullis „ Diœceſibus, præſertim Regni Neapolitani, „ ac in ipſa Neapolis Civitate, ea ſibi lice- „ cere putant, quæ permiſſa non ſunt, qui- „ nimmò prohibita: Siquidem nonnulli Epiſ- „ copi, etiam in aliena Diœceſi, & extrà *Do- „ mum propriæ habitationis* in privatis Laico- „ rum Domibus erigi faciunt Altare, ibiquè „ per unum, aut plures ex ſuis Cappellanis „ vivificam Chriſti Hoſtiam immolare; Re- „ gulares verò in quibuſdam Magnatum, „ ſeù aliarum Nobilium Perſonarum privatis „ Oratoriis, quæ certis quandoquè ex cau- „ ſis à S. Sede Apoſtolica concedi ſolent, „ celebrare audent, vel plures Miſſas quàm „ in ipſis celebrare ſit indultum, *vel abſque „ præſentiâ Perſonarum, quarum contemplatione gra- „ tioſa conceſſio emanavit*, vel extra debitas ho- „ ras, & poſt meridiem, vel illis etiam „ diebus, quibus per Conſtitutiones Diœce- „ ſanas, aut etiam per Decreta Sacræ Con- „ gregationis Concilii celebrari prohibetur, „ aut quæ in ipſiſmet Indultis Apoſtolicis „ excipiuntur, quominus in iis celebrari poſ- „ ſit, aut etiam Altari portatili uti non ve- „ rentur, in ſanctarum ſanctionum contemp- „ tum, ac Sancti Sacrificii irreverentiam.

„ Quamobrem ad abuſus hujuſmodi elimi- „ nandos, & ad inſtaurandam venerationem „ tremendo Miniſterio debitam, idem SS. Do- „ minus Noſter ex unanimi voto S. R. E. Car- „ dinalium Concilii Tridentini Interpretum, „ inhærendo declarationibus, aliàs hac de re „ editis, expreſsè declarat, Epiſcopis, & his „ Majoribus Prælatis, etiamſi Cardinalatus „ dignitate fulgentibus. neque ſub prætextu „ Privilegii clauſi in corpore Juris, neque „ alio quocumque titulo, ullo modo *licere „ extra Domum propriæ habitationis* Domibus Lai- „ cis, etiam in propria Diœceſi, quod for- „ tiùs intelligitur in aliena, etiamſi Diœce- „ ſani conſenſus adhiberetur, erigere Altare, „ ibiquè Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium ce- „ lebrare, ſeù celebrari facere, ac pari modo „ in Oratoriis privatis, quæ per S. Sedem con- „ ceſſa fuerint, non licere Regularibus cujuſ- „ vis Ordinis, aut Inſtituti, ſeù Congrega- „ tionis, etiam Societatis Jeſu, aut etiam „ cujuſcumquè Ordinis Militaris, etiam S. „ Joannis Hieroſolymitani, aut aliis quibuſ- „ cumque Sacerdotibus, etiamſi eſſent Epi- „ ſcopi, in iis celebrare in diebus Paſchatis San- „ ctiſſimæ Reſurrectionis, Pentecoſtes, Nati- „ vitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, aliiſquè „ anni feſtis ſolemnioribus, ac diebus in In- „ dulto exceptis. In reliquis verò diebus præ- „ dictis Regularibus, ſeù Sacerdotibus qui- „ buſcumque, etiam Epiſcopis, in præfatis „ Oratoriis celebrare non licere, ubi etiam „ unica Miſſa, quæ in Indulto conceditur, „ celebrata fuerit, ſuper quo celebraturus tene- „ atur diligenter inquirere, & de eo ſe optimè „ informare; Atque illa etiam in caſibus „ permiſſis celebrari nequeat poſt meridiem „ demandando propterea ulterius, ac de- „ clarando in omnibus hujuſmodi caſibus, „ Perſonas quaſcumque dictas Miſſas audien- „ tes nullatenùs Eccleſiæ præcepto ſatisface- „ re; Quo verò ad altare portatile iterum „ inhærendo declarationibus ſupradictis, cen- „ ſuit licentias, ſeù Privilegia conceſſa non- „ nullis Regularibus in *cap. in his de Privil.* „ & per aliquos Summos Pontifices aliis Re- „ gularibus communicata, utendi dicto Altari „ portatili, in eoque celebrandi abſque Or- „ dinariorum licentia in locis, in quibus de- „ gunt, omninò revocata eſſe per idem Sa- „ crum Concilium, & propterea eoſdem „ Regulares prohibendos, nè illis utantur, „ ac mandandum, proùt præſentis Decreti „ tenore mandat Epiſcopis, aliiſque Ordina- „ riis locorum, ut contra quoſcumque con- „ travenientes, quamvis Regulares, proce- „ dant etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ De-

legati

„ legati, ad pœnas præſcriptas per idem Sa„crum Concilium in dicto Decreto *ſeſſ. 22.* „uſque ad cenſuras latæ ſententiæ, tributa „etiam eiſdem facultate per hoc Decretum, „ita procedendi perindè, ac ſi per S. Sedem „ſpecialitèr conceſſa fuiſſet. Et ita Sanctitas „Sua declarat, & ſervari mandat. Romæ hac „die 15. Decembris 1703.

B. Card. Panciaticus Præf.

*Io: Dominicus Thomatus Epiſcopus Cyrenen. S. C. C. Secr.*

*Die 8. Menſis Januarii 1704. ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit in Monte Citatorio Curiæ Innocentianæ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Nicolaum Vaſellum SS. D. N. Papæ Curſ.* Prò D. Mag. Curſ. Thomas Orlandus Ap. Curſ.

32. Remanet adhùc removere alterum (& fortè non minorem nec ſpernendum) abuſum, qui viget, & nemo eſt qui videat nempè, quod familiares omnes Domus illius qui Indulto gaudet, audiendo Miſſam in privato Oratorio etiam diebus feſtis, præcepto Eccleſiæ ſatisfeciſſe arbitrantur, & hoc evenire puto ex ignorantia Clauſularum contentarum in Indulto: Nam clauſulæ quibus concedi ſolet Oratorium privatum, hæc ſunt regularitèr.

*Volumus autem quod familiares ſervitiis tuis tempore dictæ Miſſæ actu non neceſſariis, ibidem Miſſæ hujuſmodi intereſſentes, ab obligatione audiendi Miſſam in Eccleſiâ diebus feſtis de præcepto minimè liberi cenſeantur.* Pro infirmo autem etiam Nobili.

*Tibi, ùt etiam diebus, ùt præfertur exceptis, ſi in illis ob infirmitatem Domo egredi non poteris in dicto Oratorio, prædictam unicam Miſſam celebrari facere, ac illam cum unâ perſonâ ſervitiis tuis neceſſaria dumtaxat audire liberè, & licitè valeas.* Vel

*In tua, ac unius perſonæ ſervitiis tuis neceſſariæ dùmtaxat præſentiâ, celebrari facere libere, & licitè poſſis, & valeas. Volumus autem quod alii præter ſupradictam perſonam Miſſæ hujuſmodi ibidem intereſſentes ab obligatione audiendi Miſſam in Eccleſiâ diebus feſtis de præcepto, minimè liberi cenſeantur.*

Et pro Oratorio Rurali. *In tuâ, ac familiæ, & Hoſpitum Nobilium tuorum præſentiâ celebrare facere liberè, & licitè poſſis. Volumus autem, quod familiares ſervitiis tuis tempore dictæ Miſſæ actu non neceſſariis, ibidem Miſſæ hujuſmodi intereſſentes ab obligatione audiendi Miſſam in Eccleſiâ diebus feſtis de præcepto minimè liberi cenſeantur.*

33. Ex his inquam clauſulis (quæ communes, & ordinariæ ſunt) clarè patet, quod familiares Indultarii (quorum appellatione veniunt qui actu inſerviunt, & vivunt expenſis Domini *Barb. appellat. 96. n. 1.* tàm ſani, quàm infirmi, niſi in actu celebrationis Miſſæ ſervitio Domini neceſſarii ſint, Indulto gaudere non poſſunt; ſed ùt præcepto Eccleſiæ de audiẽdâ miſsâ diebus feſtis ſatisfaciant ad Eccleſiam accedere tenentur: non obſtante, quod contrarius uſus oppoſitum admittat, quia iſte uſus eſt corruptela, & malus abuſus contrà expreſſam Papæ intentionem.

34. Neque dicendum, quod uſus, ſivè conſuetudo contraria dictarum clauſularum interpretativa vigeat etiam in Urbe ſciente, & tolerante Pontifice, per quam tolerantiam, videatur diſpenſare, quia plures dantur reſponſiones. Prima quod argumentum approbationis deſumptum ex præſumptâ ſcientiâ Papæ nimis probat, & ideò nihil probat quia tolerantia hæc dicitur propriè patientia, quâ Princeps diſſimulat peccata, & tolerat ſed non approbat, vel quia non deducuntur in judicio, vel non probantur, vel ex aliis prudentialibus motivis adductis per *gloſ. in c. denique diſt. 4. verb. venia*, tranſngreſſores non punit: ſed non per hoc illos diſpenſat: quia adhunc effectum non ſufficit ſcientia ficta, vel præſumpta; ſed requiritur vera.

35. Secunda, quod cum de jure communi, in *c. 1. c. ſicut, &c. unicuique de conſecr. diſtin. 1.* & juxtà mandatum *Concilii Trid. ſeſſ. 22. de evit in celebr. Miſſar.* Miſſa ſit celebranda, & audienda in Eccleſiâ, Indultum Oratorii privati, tanquam odioſum, & præjudiciale cultui Divino, eſt ſtrictè, & non latè interpretandum *Fagnan. in c. non licet n. 13. & 14. de præb.* Undè cum Papa perſonas digito deſignet, & famulis actu non neceſſariis Indultum non ſuffragari expreſsè declaret; lata interpretatio (nec in mente, nec in verbis comprehenſa) in exitium vergit ſalutis tranſgreſſorum quia legis tranſgreſſio quo clarior, eo pejor, ùt inquit *Navar. in commentar. 3. de regular. n. 32.*

Tertia, quod tunc poſſit intrare obſervantia legis interpretativa, quæ excuſet tranſgreſſores, quoties ex rationabili causâ fuit inducta, nec liquet de mente legis, ut potè quia verba ſunt ambigua, & apta recipere interpretationem: secùs autem ſi lex clara eſt, & de mente non poteſt dubitari: tunc enim contrarius uſus non excuſat; quia requiritur ſcientia certa, & conſenſus Legiſlatoris in illum non uſum, ùt loquendo de Papæ privilegio dixit *Rot. coram Merlin. dec. 845. n. 3.* Qui conſenſus poſitivus tantùm abeſt, quod in noſtrâ hypoteſi intercedat; quod imò quotidie ex Secretariâ Brevium expediunturIndulta cùm iiſdem clauſulis, quod certè Papa non faceret, ſi per tolerantiam intenderet contrarium aſſertum uſum approbare; ſed potius ita videtur Decreto irritanti illum infringere *Rot. d. dec. 845. d. n. 3.*

*coram Merlin.* Cum enim utatur verbo = *Volumus autem &c.* dicitur præſcripſiſſe certam, & determinatam formam, quæ præcisè debet adimpleri, ità ùt alitèr geſta non valeant *Rot. coram Cavaler. dec.* 612. *n.* 17.

37. Minuſque obiiciatur, quod præfatæ clauſulæ apponantur de ſtylo potius Officialium Secretariæ Brevium, quam de intentione Papæ quia talis conditio ( quæ eſt quinta ſequentis tenoris = *Quintò ut qui ibidem Miſſam audiunt non liberentur ab obligatione accedendi diebus præcepti ad Eccleſiam pro Miſſis audiendis præter eos famulos, & famulas tantùm, qui ſervitio Domini, cui facultas conceditur, fuerint neceſſarii* ( fuit de Voto Sac. Congr Concilii, Papa approbante in hujuſmodi Indultis apposita, proùt referunt *Fagnan. in c. auctboritate poſt n.* 22. *de cenſ. & Nicol. lucubr. can. lib.* 5. *tit.* 33. *de privil. & exceſ. poſt. n.* 7. *ampl.* 7. Ideòque cum ſit conditio, quæ Indultum informat, & sinè quâ juxtà Cogregationis Concilii Sententiam à Papa approbatam, concedi non debet, præcisè ſervanda eſt: nec ad contrariam obſervantiam, ſeù non uſum, neque ad Theologos morales pro declaratione, ſed ad Papam recurrendum erit: quia ejus eſt interpretari, cujus eſt concedere *gloſ. in c. cum veniſſent de judic. c. inter alia de ſent. excommun. Fagnan. in c. olim. n.* 34. *de verb. ſignif.*

38. Neque decipi patiaris à nonnullorum ingenioſâ, ſed futili interpretatione, quàm afferunt ſuper illis verbis Indulti = *In tua, ac familiæ præſentiâ*; ſub quibus contineri etiam famulos autumant affirmare: quia hæc clauſula intelligi debet de familia Agnatitia, & conſanguinea illius, cui Indultum conceditur quæ in eadem Domo habitat, & ejuſdem eſt commenſalis, non autem de ſervili; aliàs fruſtranea, otioſa, & illuſoria eſſet clauſula mox ſupra examinata, & illico induceretur correctio, & contrarietas, quæ ſemper eſt vitanda, maximè quando verba ſunt clara, ut hic, proùt in terminis litterarum Papæ obſervat *Rot. coram Coccin. deciſ.* 2338. *n.* 5. & 6. Et huic familiæ Agnatorum ſuffragantur Decreta relata à *Nicolio loco ſupra allegato ampl.* 5. & *in floſc. verb. Oratorium n.* 3.

39. Hæc tamen limita in Oratoriis privatis Epiſcoporum etiam titularium, quorum privilegium in corpore juris clauſum *in c. final. de privil.* nunquam fuit abrogatum; nam inibi omnes audientes Miſſam diebus feſtis, præcepto Eccleſiæ ſatisfaciunt, ut ex declaratione S. Congr. Concilii jam dixi in *annot. ad. Decret. de commun. quotidian.* & advertunt quoque *Barboſ. collect. deciſ. Apoſtol.* 541. *n.* 5. *Nicol. ubi ſupra lim.* 5. ubi alia Decreta refert, *Gallemart. ſupra Concil. ſeſſ.* 22. *de evit. in celebr. Miſſar. poſt n.* 11.

40. Item limita in Oratoriis, ſeù Cappellis privatis Cardinalium, qui ſtatìm ac ad hanc ſublimem Dignitatem promoti ſunt gaudent privilegio Altaris viatici ad inſtar Epiſcoporum abſque alia Indulti expeditione, propter eorum præſtantiam, in qua reſidet tota Majeſtas Chriſtianæ Reipublicæ: unde Bal. quem refert *Rub. ſingular. tom.* 2. *par.* 4. *de præced. Prothon. n.* 83. *pag. mihi* 492. appellat Cætum Cardinalium Senatum Divinum: ſunt enim Dignitate, & officio majores Epiſcopis, ut ſolidis fundamentis oſtendit *Eugen. IV. in ſua Bullâ impreſſâ in Bullario tom* 1. *in ordine la* 15. §. 13. 14. & *per tot.* & ideò non per viam extenſionis, ſed compræhenſionis includuntur in diſpoſitione *c. final. de privileg.* ùt fuſo calamo probat *Fagnan. in c. quod nonnullis a n.* 6. *uſque ad fin. de privileg. Nicol. loco citato limit.* 1. & per conſequens auditio Miſſæ in eorum privatis Cappellis ſuffragatur omnibus pro adimplemento præcepti diebus feſtis *Nicol. in floſc. verb. Cardinalis n.* 8. & *in lucubr. loco ſupra citato limit.* 1.

41. Tertiò limita in Oratoriis publicis, qui habent requiſita, & privilegia Eccleſiæ idest, quæ ſunt de licentiâ Epiſcopi erecta in loco publico, à privatis Domibus ità ſeparata, ùt per eas ad illa iri minimè poſſit; nec feneſtræ in Domibus ſint per quas in Oratorium proſpectus habeatur: liberque acceſſus è via publica, cunctis pateat, capax, & decenter ornatum exiſtat, neque aliquid eòrum, quæ ad ſacrum faciendum neceſſaria ſunt deſideretur, ut præſcripſit olim *Congr. Epiſcopor. in Conimbrien.* 1. *Julii* 1616.

42. Horum tamen Oratoriorum erectio, licet augeat cultum Divinum, & dicatur opus pium, & Religioſum, cui propterea de ſtricto juris rigore ſe opponere Parochus non valeat, dùmmodò jura Parochialia eidem præſerventur; ut per plura exempla oſtendi *tom.* 1. *tit.* 6. *annot. ad form.* 10. *a n.* 9. *ad* 15. non deberet de facili permitti, præſertim Ruri: Et ſi Parochus opponendo ſuccumberet; renuere deberet quantum poteſt Epiſcopus conſentire: niſi fieri oporteret erectio ad formam *c. ad audientiam de Eccleſ. ædific.* vel damnum ſpirituale, quod ex multiplicatione hujuſmodi Oratoriorum promanat, aliundè repareretur.

Damna inquam, & præjudicia ſpiritualia quæ exinde proveniunt ſunt ſequentia. Primò, Plebs caret cathechiſmo, & non audit verbum Dei; unde non poteſt ſcire, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, neque Jeſum Chriſtum cognoſcere, ex qua ignorantiâ origo peccatorum exurgit.

Secundò, Sacramenta, quibus ſpiritus alitur, conſervatur, & gratia augetur, non frequentantur, & ſic remanent Animæ in maximo periculo, præcipuè Rusticorum, quæ lumine, & auxilio indigent plusquam aliæ.

Tertiò non audiunt vigilias, & feſtivitates de præcepto, nec denunciationes matrimonio-

moniorũ,& ſic non poſſunt impedimenta(quæ fortè ſciunt) revelare:nec edicta aliasque ordinationes Superiorum ideoque fiunt inobedientes, & pœnis adhuc plectuntur.

Quartò nõ fiunt oblationes, & eleemoſinę pro cera,oleo, & ſuppellectilibus Sacris in obſequium Dei, & conſuetudines piæ, quibus pietas, religio, cultus Divinus augetur, & fidelium charitas fovetur, tolluntur, & paulatim à Sac. Canonum ſtatutis in *c. omnis Chriſtianus de conſecr. diſt.* 1. *& in c. ſtatuimus* 16. *quæſt.* 1. pœnitus receditur.

43. *SINT AB ALTARI SUSPENSI*. Ut veram Chriſti perſonam gerat Sacerdos celebraturus, tonſuram, quæ ſpineam Coronam, quam Jeſus Rex noſter ſeipſum in ara Crucis oblaturum portavit ſignificat, deferre debet cum ſe accingit ad corpus, & ſanguinem Chriſti offerendum: unde cum defectus hujuſmodi habeat conjunctam magnam indecentiam, & Presbyteros, qui illam non deferunt, per longum tempus peccare mortaliter teneant DD. a me allegati *tom.* 1. *tit.* 5. *annot. ad form.* 9. *n.* 4. quibus nunc addo *Navar. manual. confeſſ. par.* 2. *cap.* 25. *n.* 110. *Lel. Zamb. de republic. Eccleſ. in tit. de cleric. ver.* 3. *de vit. & honeſt. abſtin.* 19. *Biſſ. hierug. lit. O. n.* 6. §. 1. *& lit. T. n.* 69. & ratio eſt quia textus *in c. prohibete* 23. *diſt. & in c. clerici officia de vit. honeſt. cler.* imperant ut Clerici deferant coronam, ideòque illorum tranſgreſſio eſt culpa mortalis *c. nulli fas* 19. *diſt. Fagn. in c. a crapula n.* 21 *de vit. & honeſt. cleric. Barboſ. de offic. Epiſcop. alleg.* 9. *n.* 11. meritò tranſgreſſores Edicti ab Altare ſuſpenduntur: prima, & ſecunda vice ad breve tempus; creſcente autem contumacia, quæ contemptum gignit, pœna augetur: Cum enim tunc renuant ſubiici ordinationi Canonum, & Superioris, dicuntur tranſgreſſores ex contemptu, ùt docet *D. Thom. in Sum. quæſt.* 186. *art.* 9. *ad* 3., quem ſequitur *Graff. dec. aur. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 1. *&* 2. *& lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 27. ideòque non ſunt tolerandi, neque excuſandi.

44. *ONERA PERPETUA*. Onus Miſſarum, quia reſpicit favorem Animæ, regulariter cenſetur perpetuum, quoties voluntas Teſtatoris expreſſa (vel ſaltem efficaces coniecturæ ejuſdem voluntatis in contrarium non habeantur) non obſtet: & hæc regula procedit, etiam ſi hæres vel legatarius reperiatur gravatus ſub nomine proprio, aut per adiectivum *meus*, *dictus*, *ipſe*, *infraſcriptus*, *&* hujuſmodi, quæ videntur importare temporalitatem: quia his non obſtantibus diſpoſitio favore Animæ ſeù piæ cauſæ ſucceſſiva, & perpetua reputanda eſt, & non temporanea, ut de veriori, & communi docent *Gratian. diſcept.* 104. *n.* 47. 48. *&* 49. *Card. de Luc. de legat. diſc.* 34. *n.* 6. *&* 7. *& diſc.* 42. *n.* 8. ubi advertit, quod cum hæc ſit quæſtio facti dependens ex teſtatorum diſpoſitione, non poſſit regula prædicta omnibus caſibus applicari; at quod per adiectiva prædicta *meus*, *ipſe*, *infraſcriptus*, non reſtringantur legata ad temporalitatem, niſi aliud obſtet, & ita declaravit quoque *Congr. Concilii in Urbanien.* 24. *Auguſti* 1669. *lib.* 16. *fol.* 281. & denuò in alia pariter *Urbanien.* 14. *Junii* 1704. in qua hæredes reperiebantur gravati per verba indicantia perſonalitatem, nullumque aderat verbum perpetuitatis, nec alia coniectura quæ in cortice verborum compræhenderet hæredes hæredum, & hanc ſententiam tenet quoque *Amoſtaz. de cauſ. piis par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 37. *&* 38.

45. Unde admonendi ſunt Commiſſarii. R. Fabricæ S. Petri de Urbe, ùt in diſpoſitionibus, & legatis ſic ut ſupra conceptis non ſint faciles Sententias, & Decreta ceſſationis legati, & abſolutoria favore hæredum proferre: ſed in caſibus prædictis, & quoties voluntas Teſtatoris pro temporalitate non ſit expreſſa, ad Sac. Congr. Fabricæ vel Concilii pro declaratione recurrant, nè dum hæredes abſolvunt, ſe ipſos illaqueant, cum præjudicio Animarum defunctorum.

46. *DE ADIMPLEMENTO EXACTA RATIO REDDI VALEAT*. Adimplementum onerum Miſſarum poteſt probari aliunde, quam per ſubſcriptionem factam in libro: quamvis enim tranſgreſſores, qui ibidem non notant celebraſſe, poſſint mulctari *Gavant. manual. Epiſc. ver. miſſa n.* 60. non tamen debet Epiſcopus Decreto, ſive Edicto mandare, quod ſi quis ex libro non probaverit Miſſas juxtà onus ſuſceptum celebraſſe, nulla alia probatio admittatur: quia probationes non ſunt coarctandæ, & homo non debet quærere æqualem certitudinem in omni materia, & caſu, ſed eam tantum, quæ ut in pluribus veritatem attingit, & eam quæ proportionatur rei de qua agitur: ideòque ſi Presbyter, qui onus miſſarum adimplere tenetur, aſſerat cum juramento ſe celebraſſe, ei credendum eſt, licet in libro per incuriam, oblivionem vel aliâ de causâ, non reperiatur deſcriptus: quia ea quæ pendent ab animo, & conſcientiâ legitimè probantur juramento, Glos. eſt punctualis, & notabilis *in c. ſignificaſti verb. ſi ita eſt de homic.* Et propterea cum Epiſcopus Civitatis Plebis compellere voluiſſet Canonicos ſuæ Cathedralis ad ſubſcribendum folium obligationis applicandi Miſſam Conventualem, pro Benefactoribus, & ipſi renuendo recurſum habuiſſent ad Sac. Congr. Concilii, *hæc ſub die* 17. *Maii* 1704. declaravit illos non teneri, ſed ſufficere illorum aſſertionem ſe celebraſſe: quia ex actu celebrationis extrinſeco, non infertur directè ad applicationem Sacrificii, quæ ex ſola celebrantis aſſertione probari

*coram Merlin.* Cum enim utatur verbo = *Volumus autem &c.* dicitur præſcripſiſſe certam, & determinatam formam, quæ præcisè debet adimpleri, ità ùt alitèr geſta non valeant *Rot. coram Cavaler. dec.* 612. *n.* 17.

37. Minuſque obiiciatur, quod præfatæ clauſulæ apponantur de ſtylo potius Officialium Secretariæ Brevium, quam de intentione Papæ quia talis conditio (quæ eſt quinta ſequentis tenoris = *Quintò ut qui ibidem Miſſam audiunt non liberentur ab obligatione accedendi diebus præcepti ad Eccleſiam pro Miſſis audiendis præter eos famulos, & famulas tantùm, qui ſervitio Domini, cui facultas conceditur, fuerint neceſſarii* (fuit de Voto Sac. Congr Concilii, Papa approbante in hujuſmodi Indultis appoſita, proùt referunt *Fagnan. in c. auctboritate poſt n.* 22. *de cenſ. & Nicol. lucubr. can. lib.* 5. *tit.* 33. *de privil. & exceſ. poſt. n.* 7. *ampl.* 7. Ideòque cum ſit conditio, quæ Indultum informat, & ſinè quà juxtà Cogregationis Concilii Sententiam à Papa approbatam, concedi non debet, præcisè ſervanda eſt: nec ad contrariam obſervantiam, ſeù non uſum, neque ad Theologos morales pro declaratione, ſed ad Papam recurrendum erit: quia ejus eſt interpretari, cujus eſt concedere *gloſ. in c. cum veniſſent de judic. c. inter alia de ſent. excommun. Fagnan. in c. olim. n.* 34. *de verb. ſignif.*

38. Neque decipi patiaris à nonnullorum ingeniosâ, ſed futili interpretatione, quàm afferunt ſuper illis verbis Indulti = *In tua, ac familiæ præſentiâ*; ſub quibus contineri etiam famulos autumant affirmare; quia hæc clauſula intelligi debet de familia Agnatitia, & conſanguinea illius, cui Indultum conceditur quæ in eadem Domo habitat, & ejuſdem eſt commenſalis, non autem de ſervili; aliàs fruſtranea, otioſa, & illuſoria eſſet clauſula mox ſupra examinata, & illico induceretur correctio, & contrarietas, quæ ſemper eſt vitanda, maximè quando verba ſunt clara, ut hic, proùt in terminis litterarum Papæ obſervat *Rot. coram Coccin. deciſ.* 2338. *n.* 5. & 6. Et huic familiæ Agnatorum ſuffragantur Decreta relata à *Nicolio loco ſupra allegato ampl.* 5. *& in floſc. verb. Oratorium n.* 3.

39. Hæc tamen limita in Oratoriis privatis Epiſcoporum etiam titularium, quorum privilegium in corpore juris clauſum *in c. final. de privil.* nunquam fuit abrogatum; nam inibi omnes audientes Miſſam diebus feſtis, præcepto Eccleſiæ ſatisfaciunt, ut ex declaratione S. Congr. Concilii jam dixi in *annot. ad. Decret. de commun. quotidian.* & advertunt quoque *Barboſ. collect. deciſ. Apoſtol.* 541. *n.* 5. *Nicol. ubi ſupra lim.* 5. ubi alia Decreta refert, *Gallemart. ſupra Concil. ſeſſ.* 22. *de evit. in celebr. Miſſar. poſt n.* 11.

40. Item limita in Oratoriis, ſeù Cappellis privatis Cardinalium, qui ſtatim ac ad hanc ſublimem Dignitatem promoti ſunt gaudent privilegio Altaris viatici ad inſtar Epiſcoporum abſque alia Indulti expeditione, propter eorum præſtantiam, in qua reſidet tota Majeſtas Chriſtianæ Reipublicæ: unde Bal. quem refert *Rub. ſingular. tom.* 2. *par.* 4. *de præced. Prothon. n.* 83. *pag. mihi* 492. appellat Cætum Cardinalium Senatum Divinum: ſunt enim Dignitate, & officio majores Epiſcopis, ut ſolidis fundamentis oſtendit *Eugen. IV. in ſua Bullâ impreſſâ in Bullario tom* 1. *in ordine la* 15. §. 13. 14. *& per tot.* & ideò non per viam extenſionis, ſed compræhenſionis includuntur in diſpoſitione *c. final. de privileg.* ùt fuſo calamo probat *Fagnan. in c. quod nonnullis a n.* 6. *uſque ad fin. de privileg. Nicol. loco citato limit.* 1. & per conſequens auditio Miſſæ in eorum privatis Cappellis ſuffragatur omnibus pro adimplemento præcepti diebus feſtis *Nicol. in floſc. verb. Cardinalis n.* 8. *& in lucubr. loco ſupra citato limit.* 1.

41. Tertiò limita in Oratoriis publicis, qui habent requiſita, & privilegia Eccleſiæ ideſt, quæ ſunt de licentiâ Epiſcopi erecta in loco publico, à privatis Domibus ità ſeparata, ùt per eas ad illa iri minimè poſſit; nec feneſtræ in Domibus ſint per quas in Oratorium proſpectus habeatur: liberque acceſſus è via publica, cunctis pateat, capax, & decenter ornatum exiſtat, neque aliquid eòrum, quæ ad ſacrum faciendum neceſſaria ſunt deſideretur, ut præſcripſit olim *Congr. Epiſcopor. in Conimbrien.* 1. *Julii* 1616.

42. Horum tamen Oratoriorum erectio, licet augeat cultum Divinum, & dicatur opus pium, & Religioſum, cui propterea de ſtricto juris rigore ſe opponere Parochus non valeat, dùmmodò jura Parochialia eidem præſerventur; ut per plura exempla oſtendi *tom.* 1. *tit.* 6. *annot. ad form.* 10. *a n.* 9. *ad* 15. non deberet de facili permitti, præſertim Ruri: Et ſi Parochus opponendo ſuccumberet; renuere deberet quantum poteſt Epiſcopus conſentire: niſi fieri oporteret erectio ad formam *c. ad audientiam de Eccleſ. ædific.* vel damnum ſpirituale, quod ex multiplicatione hujuſmodi Oratoriorum promanat, aliundè repararetur.

Damna inquam, & præjudicia ſpiritualia quæ exinde proveniunt ſunt ſequentia. Primò, Plebs caret cathechiſmo, & non audit verbum Dei; unde non poteſt ſcire, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, neque Jeſum Chriſtum cognoſcere, ex qua ignorantiâ origo peccatorum exurgit.

Secundò, Sacramenta, quibus ſpiritus alitur, conſervatur, & gratia augetur, non frequentantur, & ſic remanent Animæ in maximo periculo, præcipuè Ruſticorum, quæ lumine, & auxilio indigent plusquam aliæ.

Tertiò non audiunt vigilias, & feſtivitates de præcepto, nec denunciationes matrimonio-

moniorũ,& ſic non poſſunt impedimenta(quæ forte ſciunt) revelare:nec edicta aliaſque ordinationes Superiorum ideoque fiunt inobedientes, & pœnis adhuc plectuntur.

Quartò nõ fiunt oblationes, & eleemoſinę pro cera,oleo, & ſuppellectilibus Sacris in obſequium Dei, & conſuetudines piæ, quibus pietas, religio, cultus Divinus augetur, & fidelium charitas fovetur, tolluntur, & paulatim à Sac. Canonum ſtatutis in *c. omnis Chriſtianus de conſecr. diſt.* 1. *& in c. ſtatuimus* 16. *quæſt.* 1. pœnitus receditur.

43. *SINT AB ALTARI SUSPENSI*. Ut veram Chriſti perſonam gerat Sacerdos celebraturus, tonſuram, quæ ſpineam Coronam, quam Jeſus Rex noſter ſeipſum in ara Crucis oblaturum portavit ſignificat, deferre debet cum ſe accingit ad corpus, & ſanguinem Chriſti offerendum: unde cum defectus hujuſmodi habeat conjunctam magnam indecentiam, & Presbyteros, qui illam non deferunt, per longum tempus peccare mortaliter teneant DD. a me allegati *tom.* 1. *tit.* 5. *annot. ad form.* 9. *n.* 4. quibus nunc addo *Navar. manual. confeſſ. par.* 2. *cap.* 25. *n.* 110. *Lel. Zecch. de republic. Eccleſ. in tit. de cleric. ver.* 3. *de vit. & honeſt. abſtin.* 19. *Biſſ. hierug. lit. O. n.* 6. §. 1. *& lit. T. n.* 69. & ratio eſt quia textus *in c. prohibete* 23. *diſt. & in c. clerici officia de vit. honeſt. cler.* imperant ut Clerici deferant coronam, ideòque illorum tranſgreſſio eſt culpa mortalis *c. nulli fas* 19. *diſt. Fagn. in c. a crapula n.* 21 *de vit. & honeſt. cleric. Barboſ. de offic. Epiſcop. alleg.* 9. *n.* 11. meritò tranſgreſſores Edicti ab Altare ſuſpenduntur: prima, & ſecunda vice ad breve tempus; creſcente autem contumacia, quæ contemptum gignit, pœna augetur: Cum enim tunc renuant ſubiici ordinationi Canonum, & Superioris, dicuntur tranſgreſſores ex contemptu, ùt docet *D. Thom. in Sum. quæſt.* 186. *art.* 9. *ad* 3., quem ſequitur *Graff. dec. aur. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 1. *&* 2. *& lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 27. ideòque non ſunt tolerandi, neque excuſandi.

44. *ONERA PERPETUA*. Onus Miſſarum, quia reſpicit favorem Animæ, regulariter cenſetur perpetuum, quoties voluntas Teſtatoris expreſſa ( vel ſaltem efficaces coniecturæ ejuſdem voluntatis in contrarium non habeantur ) non obſtet: & hæc regula procedit, etiam ſi hæres vel legatarius reperiatur gravatus ſub nomine proprio, aut per adiectivum *meus*, *dictus*, *ipſe*, *infraſcriptus*, *&* hujuſmodi, quæ videntur importare temporalitatem; quia his non obſtantibus diſpoſitio favore Animæ ſeù piæ cauſæ ſucceſſiva, & perpetua reputanda eſt, & non temporanea, ut de veriori, & communi docent *Gratian. diſcept.* 104. *n.* 47. 48. *&* 49. *Card. de Luc. de legat. diſc.* 34. *n.* 6. *&* 7. *& diſc.* 42. *n.* 8. ubi advertit, quod cum hæc ſit quæſtio facti dependens ex teſtatorum diſpoſitione, non poſſit regula prædicta omnibus caſibus applicari; at quod per adiectiva prædicta *meus*, *ipſe*, *infraſcriptus*, non reſtringantur legata ad temporalitatem, niſi aliud obſtet, & ita declaravit quoque *Congr. Concilii in Urbanien.* 24. *Auguſti* 1669. *lib.* 16. *fol.* 281. & denuò in alia pariter *Urbanien.* 14. *Junii* 1704. in qua hæredes reperiebantur gravati per verba indicantia perſonalitatem, nullumque aderat verbum perpetuitatis, nec alia coniectura quæ in cortice verborum compræhenderet hæredes hæredum, & hanc ſententiam tenet quoque *Amoſtaz. de cauſ. piis par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 37. *&* 38.

45. Unde admonendi ſunt Commiſſarii. R. Fabricæ S. Petri de Urbe, ùt in diſpoſitionibus, & legatis ſic ut ſupra conceptis non ſint faciles Sententias, & Decreta ceſſationis legati, & abſolutoria favore hæredum proferre: ſed in caſibus prædictis, & quoties voluntas Teſtatoris pro temporalitate non ſit expreſſa, ad Sac. Congr. Fabricæ vel Concilii pro declaratione recurrant, nè dum hæredes abſolvunt, ſe ipſos illaqueant, cum præjudicio Animarum defunctorum.

46. *DE ADIMPLEMENTO EXACTA RATIO REDDI VALEAT*. Adimplementum onerum Miſſarum poteſt probari aliunde, quam per ſubſcriptionem factam in libro: quamvis enim tranſgreſſores, qui ibidem non notant celebraſſe, poſſint mulctari *Gavant. manual. Epiſc. ver. miſſa n.* 60. non tamen debet Epiſcopus Decreto, ſive Edicto mandare, quod ſi quis ex libro non probaverit Miſſas juxtà onus ſuſceptum celebraſſe, nulla alia probatio admittatur: quia probationes non ſunt coarctandæ, & homo non debet quærere æqualem certitudinem in omni materia, & caſu, ſed eam tantum, quæ ut in pluribus veritatem attingit, & eam quæ proportionatur rei de qua agitur: ideòque ſi Presbyter, qui onus miſſarum adimplere tenetur, aſſerat cum juramento ſe celebraſſe, ei credendum eſt, licet in libro per incuriam, oblivionem vel aliâ de causâ, non reperiatur deſcriptus: quia ea quæ pendent ab animo, & conſcientiâ legitimè probantur juramento, Glos. eſt punctualis, & notabilis *in c. ſignificaſti verb. ſi ita eſt de homic.* Et propterea cum Epiſcopus Civitatis Plebis compellere voluiſſet Canonicos ſuæ Cathedralis ad ſubſcribendum folium obligationis applicandi Miſſam Conventualem, pro Benefactoribus, & ipſi renuendo recurſum habuiſſent ad Sac. Congr. Concilii, *hæc ſub die* 17. *Maii* 1704. declaravit illos non teneri, ſed ſufficere illorum aſſertionem ſe celebraſſe: quia ex actu celebrationis extrinſeco, non infertur directè ad applicationem Sacrificii, quæ ex ſola celebrantis aſſertione probari

bari

bari poteſt, & eſt opinio comunis DD. quos cumulat *Romaguerr. ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 17. cap. 18. n. 12. Caren. reſol. 41.* ùt autem in legatorum Miſſarum executione rectà procedatur poterit Epiſcopus uti ſequenti Inſtructione.

# ORDINI, ET ISTRUZZIONE.

## Per l'adempimento degl'oblighi delle Meſſe.

AFFINCHE gli oblighi delle Meſſe perpetue, ò à tempo, o manuali, che dalla providenza de'fedeli defonti prima di paſſare da queſta all'altra vita, ò dalla caritá de'loro Congionti, & amici, overo dalla divotione di Pii Benefattori ſono ſtabiliti con aſſegnamenti di certi Capitali, ò con limoſine quotidiane per la Celebratione di eſſe, vengano puntualmente adempiti da quelli, che avendo ricevuti gli emolumenti, ſono à ciò tenuti, e le povere Anime purganti ricevano ne'debiti tempi i dovuti Suffragii, la Santità di noſtro Signore Papa CLEMENTE XI. inerendo à i Decreti ſopra la Celebratione delle Meſſe emanati in tempo delle SS. MM. di Urbano VIII., e d'Innocentio XII. ſuoi predeceſſori, e rinovandone la puntuale oſſervanza ſotto l'iſteſſe pene in dette Coſtitutioni contenute, per comandamento eſpreſſo datoci à bocca Ordina, e Comanda à tutti i Superiori, Sopraintendenti, Deputati, Sagreſtani, Cappellani, & à qualunque altra perſona, che con qualſiſia titolo, & vfficio preſiede al governo, regolamento, & amminiſtrazione delle Chieſe Patriarcali, Baſiliche, Collegiate, Parocchiali, Monaſteri, e Conventi de'Regolari dell'uno, e l'altro ſeſſo, Conſervatorii, Congregationi, Oſpedali, Confraternite laicali, e d'ogn' altra Chieſa, Cappella, & Oratorio di Roma, che tanto nel ricevere le limoſine delle Meſſe, quanto nel ſodisfare â gli oblighi nella Celebratione delle medeſime ſia inviolabilmente, & intieramente oſſervata, e praticata la ſeguente Iſtruzzione, ſotto pena à quelli, che ò in tutto, o in parte la traſgrediranno, della ſoſpenſione à Divinis, ſe ſaranno Preti Secolari, e della privazione della voce attiva, e paſſiva, e delle Cariche, & Ufficii, ſe ſaranno Regolari, & anche d'altre pene pecuniarie, e reſpettivamente corporali ad arbitrio della Santità Sua.

*Iſtruzzione per le Meſſe perpetue.*

SI formerà un Catalogo, nel quale ſi deſcriveranno diſtintamente tutti gl'oblighi di Meſſe Cantate, e piane, ſi perpetui, come ad tempus, da che provengono, ſe per Teſtamento, ò per donatione, ò in altra forma, con li fondi che ſono ſtati laſciati per Dote di ciaſchedun'obligo, e gl'Altari in cui ſi devono ſodisfare.

Il detto Catalogo doveranno eſibirlo poi al Signor Angelo Santelli Computiſta Deputato da Sua Santità, che gli ſarà fatto l'eſibito, e gli ſarà reſo.

Doveranno in oltre tenere la Tabella diſtinta di tutti detti oblighi con la eſpreſſione del nome del Benefattore, & Indicatione del Teſtamento, ò altro Inſtromento che vi ſia; cioè per quali atti, e di che tempo, e reſpartitamente con li colonelli diſtinti delle Meſſe Cantate, Meſſe quotidiane, Meſſe d'ogni Meſe, Meſſe d'ogni Settimana, ò altri oblighi temporanei, che ſi ſono laſciati che ſi celebrino con l'eſpreſſione dell'Altare, in cui ſi doveranno celebrare &c. Qual Tabella doverà eſſer riconoſciuta, e ſottoſcritta da Mõſignore Segretario della Sagra Viſita Apoſtolica prò tempore, e Computiſta Deputato, e ſi debba tenere affiſſa nella Sagreſtia in luogo patente, come diſpongono le Coſtitutioni Apoſtoliche, e che da eſſa non ſi poſſa levare, nè aggiongere partita alcuna ſenza ritornare

tornare à riconoſcerſi, e ſottoſcriverſi da medeſimi, e ſuccedendo infrà Annum qualche laſcita ſi debba portare tanto il Catalogo, quanto detta Tabella per poterſi notare.

In oltre doveranno tenere due Libri, uno per l'oblighi perpetui, e l'altro per le Meſſe auventitie, come diſpongono le medeme Coſtitutioni Apoſtoliche, e queſti doveranno regolarſi nel modo come ſi dirà in appreſſo.

Il Libro delle Meſſe perpetue ſi doverà intavolare Anno per Anno. e doverà eſſer finito d'intavolare dentro il meſe di Ottobre di ciaſchedun'Anno per l'Anno auvenire, e nelli Meſi di Novembre, e Decembre eſibirli al Computiſta deputato da Noſtro Signore, acciò riconoſca ſe ſon ben intavolati, e li contraſegni, e faccia ſottoſcrivere à Monſignore Segretario della Sagra Viſita Apoſtolica prò tempore, e li Libri vecchi in cui appariranno notate le Celebrationi dell'Anno antecedente, ſi doveranno parimente eſibire al medemo dentro il meſe di Gennaro ſuſſeguente all'Anno finito, acciò ſi riconoſca ſe ſia adempito à tutti l'oblighi, e non eſſendo adempito in qualche coſa ſi deduca la Cauſa, acciò ſi poſſano pigliare quell'eſpedienti, che pareranno più proprii.

*Il modo d'intavolare detti Libri sarà il ſeguente, cioè*

Si debba tenere un Libro biſlungo per le Meſſe perpetue, nel quale in prima Carta ſi devono deſcrivere partita per partita gl'oblighi delle Meſſe perpetue, che vi ſono, cioè

| | *Meſſe Cantate* | *Meſſe baſſe* |
|---|---|---|
| Per l'Anima di Pietro N. N. una Meſſa quotidiana baſſa, & un'Anniverſario il giorno della ſua Morte, che fù li . . . come in Tabella num. primo | num. | 1. |
| | | num. 365. |
| Per l'Anima di Paolo N. N. una Meſſa il Meſe baſſa, come in Tabella num. 2. | num. | num. 12. |
| Per laſcita di Frãceſco N. N. una Meſſa ogni Venerdì, come in Tabella num. 3. | num. | num. 52. |
| Per laſcita di Gio: N. N. Meſſe 50. l'Anno, come in Tabella num. 4. | num. | num. 50. |
| | nu. 1. | nu. 479. |

E così di altre che poteſſero eſſervi andar notando ſotto detto rigo vltimo, e chiudere poi la ſomma dell'intiero delle Meſſe che ſi doveranno celebrare in tutto l'Anno. & il medemo ſe vi ſono altri Anniverſarii con la medema dichiaratione, e ſuccedendo poi infrà Annum qualche altra laſcita aggiongerla come ſopra.

Si notarà poi nella Carta ſuſſeguente à correlatione della nota ſudetta giornata per giornata, cioè nel mezzo Adì primo Gennaro, & in margine dire num. 1. Meſſa per l'Anima di N. N., e ſe ſono quattro Meſſe quotidiane di diverſi, notare ſotto il medeſimo giorno, quattro partite diſtinte per l'obligo, che vi è, e così andar ſeguitando, & in quella giornata che cade il Venerdì, Sabbato, ò altro giorno fiſſo, che vi ſia qualche diſpoſitione, aggiongere la partita in quel giorno diſtintamente, che in fin d'Anno il numero delle Meſſe tirato in margine verrà à corriſpondere con la prima nota fatta in primo foglio del detto Libro per eſſempio.

*Adì primo Gennaro* 1705. *Giovedì*

Num. 1. Per l'Anima di Pietro N. N.
Num. 1. Per l'Anima di Paolo N. N.

2. *detto Venerdì*

Num. 1. Per l'Anima di Pietro N. N.
Num. 1. Per l'Anima di Franceſco N. N.
Num. 1. Per l'Anima di Gio: N. N.

3. *detto Sabbato*

Num. 1. Per l'Anima di Pietro N. N.

In oltre debba ogni Sacerdote, tanto Cappellano fiſſo della Meſſa quotidiana, quanto ogn'altro, ch'haverà cura di celebrare per l'oblighi infrà Settimana, celebrato ch'haverà la ſua Meſſa, notarci dirimpetto alla ſua partita dell'obligo per il quale hà celebrato, N. N. Celebravi, & in queſta forma reſteranno adempite le diſpoſitioni nel modo che ſono ſtate laſciate, & apparirà chiaramente la Celebratione.

Per ovviare à qualche diſordine, che poteſſe ſuccedere in quelle Chieſe, dove vi è maggior numero di Meſſe per oblighi fiſſi da celebrarſi, dove ſi può dar il caſo ch'eſcano più Sacerdoti à celebrare nel medemo tempo, & uno ritornando prima metta il Celebravi in quella partita, che haveſſe adempito un'altro; Si ordina che il Sacerdote quando và in Sagreſtia per prepararſi ricorra al libro, e riconoſca la ſua partita vacante dove deve mettere il Celebravi per chi la deve dire, e metta ſubito il ſuo Nome, e cognome, e celebrato che haverà, aggiunti al detto nome, Celebravi, che in queſta forma ogn'uno che arriverà, che non vederà la partita contraſegnata come ſopra, ſaprà quella doverà celebrare, e non ne ſuccederà confuſione.

In caſo poi che in quel giorno, che ſi deve celebrare per adempimento dell'obligo, fuſſe qualche Sacerdote accidentalmente impedito, onde in detto giorno non reſtaſſe celebrata la Meſſa, dovendoſi rimetter doppo, noterà quello che celebrarà, N. N. Celebravi ſub die

die tali &c., perche ſenza detta dichiaratione non verrebbe à corriſpondere alla giornata che vi ſarà il Celebravi come l'altre.

*Per le Meſſe avventitie.*

Si riterrà il ſolito libro, nel quale ſi notano l'Elemoſine, che vengono portate da' Benefattori, e queſte ſi doveranno deſcrivere diſtintamente ſe ſiano Votive, ò pro Defunctis, & il numero eſprimerlo dentro la partita in lettera con tirarlo fuori per abbaco, come per eſempio

| | |
|---|---|
| Meſſe due per Defonti | num. 2. |
| Meſſe trè per S. Antonio | num. 3. |
| Meſſe quattro per S. Franceſco | num. 4. |

Le Meſſe notate in detto libro ſi doveranno poi riportare in un'altro libro da tenerſi in Sagreſtia, nel quale ſi doverà notare Meſſa per Meſſa ad effetto che il Sacerdote poſſa all'incontro mettere il Celebravi nel modo come ſi è detto nelle Meſſe perpetue, e ſe ne dà la norma come appreſſo.

| | |
|---|---|
| Meſſe una per Defonti | num. 1. |
| Meſſe nna per Defonti | num. 1. |
| Meſſa una per S. Antonio | num. 1. |
| Meſſe una per S. Antonio | num. 1. |
| Meſſe una per S. Antonio | num. 1. |
| Meſſe una per S. Franceſco | num. 1. |
| Meſſe una per S. Franceſco | num. 1. |
| Meſſe una per S. Franceſco | num. 1. |
| Meſſe una per S. Franceſco | num. 1. |

Quelle Meſſe che non ſi ſaranno finite di celebrare in quell'Anno, che ſi ſono hauvte l'Elemoſine, ſi doveranno riportare nell'Anno ſuſſeguente, e notarle in prima partita con l'iſteſso ordine di ſopra.

PRocuri per tanto ciaſcuno di dare pronta eſecuzione á quanto ſi ordina per eſpreſſo comandamento di Sua Santità, altrimenti ſi procederà contro li traſgreſſori rigoroſamente alle pene di ſopra comminate. E perche niuno poſſa in quaſivoglia tempo allegare ignoranza di quanto nella ſopra eſpreſſa Iſtruzzione ſi preſcrive, ſi doverà in ciaſcheduna Sagreſtia delle ſopranominate Chieſe, & Oratorii tenere continuamente affiſſo in luogo viſibile un'eſemplare del preſente Editto, ſotto pena in caſo di contravenzione di ſcudi dieci d'oro da pagarſi irremiſſibilmente dal Sagreſtano ſe ſarà Prete Secolare, e della privazione della Carica, & inabilitá á qualſivoglia Ufficio per cinque Anni, ſe ſarà Regolare. Dato il primo Ottobre 1704.

Giuſeppe Domenico de Totis Segr. della Sac. Viſita Apoſt.

Nicolò Pignatelli Commiſſario, e Fiſcale della S. Viſita Apcſt.

*Paolo Fatii Notaro delle Sagre Congregationi.*

47. Pro exigendis rationibus adimplementi Miſſarum, aliorumvè piorum operum licet Epiſcopus illiuſque officiales, & miniſtri quicquam recipere non valeant, ùt pluriès declaravit Congr. Concilii, & mandat Taxa Innocentiana de quâ dixi *tom.* 1. *tit.* 1. *annot. ad form.* 14. *n.* 11. nihilominus ſi Reviſor aut Commiſſarius Delegatus non ſit officialis Epiſcopi, poteſt non obſtante prohibitione d. Innocentianæ, mercedem habere, & exigere; nam cum Curia Archiepiſcop. Beneventana recurſum feciſſet ad d. Congreg. pro aliqua proviſione habenda, *ſub die* 7. *Junii* 1683. *Congr. Concilii* cenſuit dandam eſſe ſequentem declarationem in Verulana.

*Die* 30. *Januarii* 1683. *Precibus ampl. tuæ annuentibus Em. PP. Sac. Congr. Concilii eidem benignè indulgent facultatem aſſignandi julium unum pro qualibet die Commiſſario deputando pro compellendis ad ſatisfactionem debitoribus Confraternitatum pro tempore quo hujuſmodi munus exercet, dùmmodò tamen perſona deputanda, ampl. tuæ ſervitio addicta non ſit, lib. Dec.* 35. *fol.* 283.

Et in alia Piſauren. cum Promotor Fiſcalis ſupplicaſſet iniungi Epiſcopo ut aſſignata congrua mercede deputaret aliquem, qui computa revideret, credita exigeret, & libros Magiſtros redditus, & exitus Hoſpitalis Caſtri Candelabri conficeret. *Die* 11. *Decembris* 1683. *Sac. Congr. &c. audito Epiſcopo commiſit eidem ut veris exiſtentibus narratis, deputet ad effectus ſupra expreſſos Virum idoneum non tamen ſui ipſius familiarem, aſſignato eidem congruo ſalario pro ſuo arbitrio, & conſcientiâ.*

Et in Sueſſana propoſito dubio. An Epiſcopus

ſcopus aſſignare poſſit aliquam portionem a locis Piis ſolvendam Computiſtis, ſeu Reviſoribus deputandis pro reviſione computorum, pro eorum mercede, ac labore adminiſtrationis factæ per Æconomos locorum Piorum. *Die 7. Septembr. 1687. Sac. &c. reſpondit, poſſe ab Ordinario aſſignari Reviſoribus aliquam mercedem pro rata dumtaxat puri, & meri laboris, lib. 37. Dec. fol. 448.*

48. *TAM IN VISITATIONE, QUAM EXTRA.* Ordinarii locorum vigore *cap. 9. ſeſſ. 22. de refor.* poſſunt à quibuſcumque Adminiſtratoribus locorum Piorum rationem exigere tàm in viſitatione, quàm extrà, etiam per ſuum delegatum *Sac. Congr. Concilii in Hiſpalen. 11. Jan. 1596. lib. Dec. 18. pag. 1037. Gallemart. ſupra Concil. Trid. cap. 9. ſeſſ. 22. de refor. §. penult. Pignatell. conſult. 15. n. 37. tom. 7.* imò & juramentum de fideliter adminiſtrando ab eis requirere *ead. Congr. in Aliphana 18. Julii 1705.* & ad hunc effectum requirere à viſitatis libros, legata, fundationes, ſolidationes, Inſtrumenta &c. & quatenus viſitati renuant exhibere, cenſuras contra eos infligere *Sac. Congr. Concilii in Calaguritana 18. Junii 1701.*

49. Hæc autem facultas competit etiam in Eccleſias pertinentes ad Fratres Cappellanos Religionis Hieroſolymitanæ, in quibus Epiſcopus Viſitator, ſivè ejus Delegatus, poteſt fundationes Beneficiorum recognoſcere, & an piæ teſtantium voluntates executioni mandentur, onera Miſſarum adimpleantur, rationem adminiſtrationis à Cappellanis exigere, Decreta edere, & circa alia, quæ materiam peccati concernunt exquirere, & inveſtigare, ut individualiter reſpondit *ead. Sac. Congr. in Vulturarien. 17. Maii 1653. lib. Dec. 29. fol. 249. confirmata 26. Febr. 1684. in Derthuſen. lib. 34. fol. 57.*

50. Quo verò ad Eccleſias ſubjectas Capitulo Lateranenſi adſunt reſolutiones Sac. Congr. Concilii, quas retuli *tom. 1. tit. 5. annot. ad form. 2. n. 3.* ſuper quibus repropoſita cauſa *3. Maii 1702. ead. Congr. reſpondit. Ad 1. in Deciſiſ. Ad 2. in deciſiſ. Ad 3. in de ciſis quoad primam partem, præterquam quoad Archiconfraternitates erectas auctoritate Capituli, & quoad ſecundam in deciſis,. Ad 4. in deciſis. Ad 5. quoad primam partem affirmativè, quoad inſtitututionem aucthorizabilem tantum quo vero ad ſecundam partem affirmativè. Ad 6. dilata. Ad 7. in deciſis.*

51. Et iterum in eadem cauſa, & inter eaſdem partes propoſitis novis dubiis.

I. *An ſine ſubdelegatione ſpeciali ſubdelegatus ab Epiſcopo ad viſitandam Diœceſim, poſſit viſitare Eccleſias, Confraternitates, & loco Pia fundata in ſolo Lateranenſi?*

II. *An d. ſubdelegatio ſpecialis debeat à ſubdelegato oſtendi, & inſeri actis Viſitationis?*

III. *An Epiſcopus, vel ab eo Delegatus teneatur declarare expreſſè sè viſitare jure delegato?*

IV. *An Vicarius Lateranenſis in Viſitatione quam facit jure Ordinario, poſſit petere ut ſibi oſtendantur acta Viſitationis factæ ab Epiſcopo, vel ejus Delegato?*

V. *An Eccleſias Parocchiales fundatas in ſolo Lateranenſi valeat Epiſcopus viſitare jure ordinario?*

*17. Nov. 1703. Sac. Congreg. &c. reſpondit.*
*Ad 1. Negativè, & quoad Confraternitates juxtà reſolutiones jam factas.*
*An 2. Affirmativè.*
*Ad 3. Affirmativè.*
*Ad 4. Affirmativè, non tamen aucthoritativè ad effectum corrigendi.*
*Ad 5. Negativè.*

In viſitatione autem Congregationum Preſbyterorum Oratorii S. Philippi Neri debet Epiſcopus advertere, quod licet hi ſubſint jurisdictioni Ordinariorum locorum, non poſſunt tamen removeri, aut exturbari ab obſervatione proprii Inſtituti juxtà formam Brevis Gregorii XV. quod hic per extenſum datur.

## Motus proprius Greg. XV. ſuper regimine Domorum Congregationis Oratorii S. Philippi Neri, & Viſitatione earumdem Ordinariorum locorum.

# GREGORIUS XV.

## *AD PERPETUAM REI MEMORIAM.*

*Ex iniuncto nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio, hiſque pro Congregationum quarumlibet ad Divini Nominis laudem, & gloriam, ac Populorum edificationem, animarumque ſalutem providè ſanctèque inſtitutarum, ac perſonarum in eis piis exercitiis, atque Altiſſimi obſequiis vacantium felici regimine ſtatuta, & ordinata ſunt, ut firma perpetuò remaneant Apoſtolicæ confirmationis robur libenter adiicimus, aliaſque diſponimus, prout conſpicimus ſalubriter expedire in Domino. Cum itaque ſicut accepimus, inter ſtatuta dilectorum Filiorum Presbyterorum Congregationis Oratorii in Eccleſia Beatæ Mariæ in Vallicella nuncupatæ de Urbe à S. Philippo Nerio inſtitutæ per fel. rec. Paulum Papam V. prædeceſſorem noſtrum approbata, & confirmata infraſcriptum reperiatur ten. ſequen. videlicet.* = Statutum eſt ne Congregatio alibi ullum locum recipiat neque alterius Congr. regendæ ſuſcipiat onus, ſi quæ verò aliorũ locorũ Collegia, & Congregationes noſtra inſtituta obtinuerint, & ſervare volverint, non ſint illa quidem noſtræ

annexa neque Clerici eorum ſint è Congregatione Orat. Romani quemadmodum eſſe debet inſtituti, ut unaquæque Domus, ac familia noſtræ formam imitata ſeparatim ab iis ſe per ſe regat, ac moderetur. *Nos attendentes ſtatuti hujuſmodi obſervantiam dictæ Congregationis manutentioni admodum neceſſariam fore Idcircò motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, ſtatutum inſertum prædictum Apoſtolicâ aucthoritate præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui de ſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus. Inhibentes proptereà ſub excommunicationis, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis arbitrio noſtro infligendis, ne plures dictæ Congregationis Domus neque tanquam principales, neque tanquam membra à ſe invicem dependeri inſimul uniri, & in quavis Civitate, Terra, ſeu loco pluſquam una Domus d. Congregationis erigi, ſeu inſtitui poſſit. Quocirca univerſis, & ſingulis locorum Ordinariis, ne ullam dictæ Congregationis Domum, niſi juxtà ſtatutorum prædictorum formam, & tenorem, nec aliter,* nec alio modo viſitare *minuſvè quovis caſu pro tempore contingente, ac ſub quovis prætextu, aut quæſito colore*, aliquam ipſius Congregationis perſonam è dicta Congregatione extrahere, aut ab obſervatione ſui inſtituti removere audeant, ſeu præſumant, *aucthoritate, & tenore, prædictis intercedimus, & prohibemus. Decernentes præſentes litteras perpetuò validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore ſuoſq. plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoq. quavis Aucthoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis quoq. indultis, & litteris Apoſtolicis eiſd. locorum Ordinariis, & quibuſvis aliis perſonis, ſub quibuſcumq. tenoribus, & formis ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum omnium tenorem, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expræſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 8. Julii M.D.C.XXII. Pontificatus noſtri Anno Secundò.*

loco ✠ Annuli Piſcatoris.

*S. Card. S. Suſannæ.*

Approbatio Statutorum in forma ſpecifica Congregationis Oratorii de Urbe conceſſa à Paulo V. de qua in ſupra relato Brevi fit mentio, ( & præſertim ſtatuti ibidem inſerti ) reperitur impreſſa in *Bullar. Rom. tom. 3. in Appendice Bullar. d. Pontificis pag. 52. & 53. cap. 4. Conſtit. 4. alias 92.*

52. Decreta autem Viſitationis Epiſcopi, ſivè ejus Delegati facta pro prædictis locis, & Eccleſiis obſervanda ſunt, & exequenda: nec Viſitatores Ordinarii harum Eccleſiarum, qui habent cum Epiſcopo cumulativam poſſunt illa infringere, corrigere ſeû mutare, vel contrarium decernere, ut patet ex reſponſione data ad 4 dubium ultimæ propoſitionis dictæ Cauſæ Militen ; & prius eadem Congregatio declaraverat 9. *Decembr.* 1651. *in Calaritana* cum aliis aucthoritatibus allegatis *tom.* 1. *tit.* 5. *annot. ad form.* 2. *n.* 2.

53. In locis autem, & Eccleſiis, quæ ſub Regum immediatâ protectione ſunt, Epiſcopi poſsunt viſitare, & recognoſcere decentiam Divini cultus, & alia facere, & inquirere, quæ pertinent ad ſacra Myſteria: quia quoad hoc in nihilo derogatum fuit per *Concil. Trid. c. 8. ſeſſ. 22. de refor.* jurisdictioni Epiſcopi, ut Sac. Congr. reſpondit Epiſcopo Lerien. occaſione Viſitationis liminum 13 *Septembr.* 1636. *lib.* 15. *Dec. pag.* 423. in qua reſponſione pro inſtructione additur quod protectio Regia ad effectum exemptionis contentæ in textu Concilii, non acquiratur per ſimplicem receptionem in protectionem, *Barboſ. ſupra d. cap. 8. ſeſſ. 22. de refor. n. 30.*

Eccleſias autem etiam Curatas ( illarumque Rectores ) quæ Sanctæ Domui Lauretanæ unita, annexa, vel ab ea dependentia ſunt in quibusvis Diæceſibus exiſtant, Epiſcopus viſitat, & corrigit tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus, ùt habetur expreſsè in *Bulla Innocentii XII.* emanata anno 1698. ſuper forma regiminis d. Almæ Domus §. *quoniam verò*; in quà ejuſdem Sanctæ Domus coloni, & officiales ubicunque exiſtant jurisdictioni Epiſcoporum ſubiiciuntur. §. 9. ibi = *Quoniam verò nonnullæ Eccleſiæ, ſeu Beneficia etiam Curata præfatæ Sanctæ Domui ſeu Cappellæ unita, annexa, vel ab ea dependentia non in Lauretana ſolum, ſed in quampluribus etiam aliis Diæceſibus reperiuntur, ut earumdem Eccleſiarum, Beneficiorumque bono regimini, rectæque adminiſtrationi conſultum ſit, eaſdem Eccleſias, earumque Rectores, alioſque Miniſtros quoſcunque, Epiſcoporum, aliorumque Ordinariorum in quorum reſpectivè Diæceſibus ſita ſunt, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatorum, jurisdictioni, viſitationi, & correctioni, ſub Congregationis tamen, ut ſupra à nobis erectæ regimine, & omnimoda dependentia, ſubeſſe volumus, & mandamus, idemque prorſus quoad omnes, & ſingulos Colonos, ſive Officiales ejusdem Sanctæ Domus extra Diæceſim Lauretanam ubilibet exiſtentes, ad debitum tamen numerum ut ſupra reducendos, ſervari ſtatuimus.*

54. Prætereà Epiſcopus dum viſitat, debet celeriter quantum res poſtulat ſe expedire, & ad actus extraneos non ſe divertere, ne viſitati graventur expenſis, ùt pluries monuit *Congr. Concilii*; & præcipuè in *unâ Boianen.* in qua ad inſtantiam Capituli Collegiatæ Campi Baſſi propoſitis ſequētibus dubiis.

I. *An Epiſcopus teneatur ſingulis annis viſitare totam Diœceſim?*

II. *Qualis debeat eſſe comitatus ejuſdem Epiſcopi viſitantis ad effectum præſtationis victualium?*

III. *Per quod tempus in locis viſitandis ſint eis præſtanda victualia?*

IV. *An obtinentes Beneficia ſimplicia, ſeu Cappellanias in titulum teneantur contribuere dictis victualibus?*

V. *An eiſdem victualibus teneantur contribuere Confraternitates laicorum?*

VI. *An Epiſcopo accedente ad conferendum Sacramentum Confirmationis, teneantur Univerſitates præſtare victualia, ſeu procurationem?*

*Die 14. Decembr. 1654. reſpondit.*

*Ad 1. Affirmativè, & ſi legitimè impeditus fuerit per ſuum Vicarium Generalem, vel alium Viſitatorem idoneum debet viſitare, ita ut ſaltem toto biennio viſitatio abſolvatur.*

*Ad 2. Epiſcopum debere eſſe contentum de moderato ac modeſto equitatu, ac famulatu?*

*Ad 3. Per Epiſcopum celeriter Viſitationem eſſe abſolvendam, & ad actus extraneos non eſſe divertendum?*

*Ad 4. obtinentes Beneficia ſeu Cappellanias in titulum teneri pro rata contribuere?*

*Ad. 5. Confraternitates viſitatas, teneri ad eamdam contributionem pro rata.*

*Ad 6. non eſſe adminiſtranda victualia, niſi concurrat Conſuetudo legitimè præſcripta. Lib. 19. Dec. pag. 428.*

55. *PER CAPPELLANOS, ET BENEFICIATOS ADIMPLEANTUR.* Cappellani, & Beneficiati tenentur Miſſas celebrare per ſe ipſos, ſi adſit præceptum Teſtatoris. ſeù Fundatoris ita conceptum = *e ſe alle volte non poteſſero celebrare, faccino celebrare per altri*, ùt reſpondit *Congr. Concilii* 18. *Dec.* 1688.

Non obſtante allegatâ in contrarium quadã *deciſ. Merlini lib. 38. fol. 618.*: Et ſi tenentur vigore obligationis, & legati celebrare quotidie, ſemel in hebdomada per alium poterunt celebrare, ut ab ead. Congr. deciſum refert *Nicol. lucubr. can. lib. 3. tit. 41. de celebr. Miſſar. poſt. n.* 29. & tenentur applicare Sacrificium pro Cappellaniæ, ſeu Beneficii Fundatore, etiamſi non reperiatur explicitè expreſſum, quoties ille non declaravit relinquere ſacrificii applicationem in libertate celebrantis, ùt declaravit *S. Congr. Concilii* 2. *Julii* 1669. & 18. *Auguſti* 1683. *lib. 26. Dec. fol.* 61. & *apud Pignatell. conſult.* 139. *n.* 13. & 14. *tom* 1. qui tanquam veriſſimam, propoſitionem hanc tuetur, & concordat *Bonaccin. de Sacram. Euchar. diſp. 4. quæſt. ult. punct. 7. §. 2. n.* 13.

56. Non tamen tenentur Miſſas celebrare tempore, quo Capitale Dotis aſſignatæ eſt otioſum, & infructiferum ſine eorum culpa. *ead. Congr. in Foroſempronien. 7. Junii 1687. ad 5. & in Monopolitana 8. Aug.* 1705. cum aliis quos allegavi *tom. 1. tit. 6. annot. ad form. 9. n. 1. & 2.* Neque ab Epiſcopo cogi poſſunt, ſed tantùm hortari, ad celebrandum certis diebus, & horis in Cathedrali, in qua reperiuntur Cappellaniæ, ſi in fundatione hoc eis non reperiatur iniunctum, ead. *Congr. Conc. in Piſauren. 6. Aprilis 1647. lib. 18. Dec. pag.* 321. poſſet tamen illos aſtringere (non Cenſuris) ad providendum de proprio paramenta, ut reſpondit *Congr. Epiſc. in Surrentina 11. Aprilis* 1589.

57. Cappellanus ſive Beneficiatus cui reperitur iniunctum, quod celebret annuatim unum Anniverſarium quindecim, vel viginti Miſſarum pro Anima Fundatoris, non tenetur celebrari facere Miſſam cantatam: quia niſi aliud exprimatur in fundatione, tale Anniverſarium intelligitur de quindecim vel viginti Miſſis privatis, eadem anniverſaria die celebrandis in loco, Cappellano, ſeu hæredi, ſeu Beneficiato bene viſo *Congr. Concilii in Placentina 13. Jan.* 1691. Si autem reperiatur iniunctum, quod celebrentur ſingulis annis Miſſæ 30. S. Gregorii pro defunctis in Eccleſia N. per Sacerdotem eligendum a N. cui ſolvantur pro eleemoſina ſcuta decem, vel duodecim; Cappellanus Sacerdos ſic electus, tenetur per ſe ipſum celebrare, nec poterit dare eleemoſinam currentem alteri Sacerdoti, qui præfatas Miſſas celebret, retento ſibi quod ſupereſt, ut *Sac. Congr. Concilii* requiſita reſpondit 21 *Febr.* 1688. & repropoſito iterũ dubio 17. *Julii ejuſdem anni*, reſponſum confirmavit *lib.38. Dec. fol.* 89. 339. 340. & expreſſe habetur quoque in Decretis de celebratione Miſſarum relatis in *Appendice tom. 1. pag. 346. & ſeqq.*

58. *NEC TRANSFERANTUR.* Miſſarum onera relicta in certa Eccleſia, ſeu Cappella, aliò transferri non poſſunt abſque Sedis Apoſtolicæ licentia *Nicol. in floſc. verb. Miſſa n. 18. Antonell. de loco legal. lib. 1. cap. 5. n. 11. Sac. Congr. Concilii in Brixien. 1. Decembr. 1685. ad 3.* alias tranſlatio nulla eſt: quamvis fieret auctoritate Exequutorum Teſtamentariorum, qui talem facultatem expreſſam non haberẽt, *ead. Congr. in Derthonen. 4. Junii* 1701. quia cum ſit actus commutationis voluntatis, ab inferiori exerceri non poteſt, ideoque Cappellanus, ſive Beneficiatus alibi quam in loco præſcripto celebrando, peccaret mortaliter, ut tradunt *Ricc. in prax. par. 4. reſol. 95. n. 2. Bonaccin. de Sacram. Euchar. diſp. 4. quæſt. ult. punct. 7. §. 4. n. 2.* ubi dat concordantes, niſi ageretur de tranſlatione proviſionali facta au-



Hospit. Real

ctoritate Epiſcopi ob aliquam rationabilem cauſam puta, quia locus determinatus ſit impeditus, vel Eccleſia eſset diruta; nam tunc non commutatur voluntas, ſed ex cauſa alteratur in re accidentali, quod ab Ordinario fieri poteſt vigore facultatis ſibi tributæ *à Concilio Trid. ſeſſ. 22. cap. 6. de refor. Ricc. in prax. d. par. 4. reſol. 104. per tot. Gavant. de rubr. præcept. par. 3. tit. 12. n. 3. Tondut. quæſt. benef. tom. 1. cap. 68. n. 11. & 12.*

59. Amplia ut neque Nuncius Apoſtolicus poſſit concedere Indultum, quod Miſſæ celebrandæ in loco à Teſtatore deſignato alibi celebrentur, ut reſpondit *Sac. Congr. Concilii in Giennen. 18. Auguſti* 1703. At ſi locus à Teſtatore deſignatus non eſset, tunc illius hæres poterit ad libitum Miſsas celebrari facere in quacunque Eccleſiâ ſibi bene viſa *ead. Congr. 13. Jan. 1685. & in Tiburtina 29. Nov. 1687. lib. 37. Decr. fol. 662.* licet in hac ultimâ adeſset Decretum Synodale, quò hortabantur hæredes, ut Miſsas celebrare facerent in Eccleſiis in quibus tumulati reperiebantur Teſtatores, juxtà plurium DD. Sententiam, qui tenent, quod in illis, quoties locus non eſt determinatus, celebrari debeant prout ſunt *Ricc. in prax. par. 4. reſol. 97. n. 1. Capon. diſcep. 196. n. 20.* & alii plures cumulati à *Samuel. de ſepultur. tract. 2. diſp. 2. contr. 7. per tot.*

60. Amplia ſecundò, ut non ſolum Miſſæ de loco ad locum contra Defuncti voluntatem transferendæ non ſunt; ſed neque debeant à Cappellanis, & Beneficiatis celebrari diverſo tempore a deſignato, & die ſpecialiter à Teſtatore volito, & expreſso: aliàs antecipatè, ſivè præproſterè adimplentes (niſi aliquâ rationabilis causâ, aùt impedimentum aliter faciendum ſuadeat) facerent contra defuncti voluntatem, quæ etiam in minimis ſervanda eſt. *Ricc. in prax. par. 4. d. reſol. 95. n. 3. Bonacc. de Sac. Euchar. diſp. 4. quæſt. ulti. punct. 7. prop. 3. n. 7. & §. 5. n. 4. verſ. dixi per ſe loquendo, Donat. prax. rer. regular. tom. 3. tract. 7. quæſt. 82. n. 2.* videndus *Amoſtaz. de cauſ. piis lib. 2. cap. 3. n. 43.*

61. Quid ſi fiat tranſlatio Eccleſiæ Parochiâlis, Collegii Regularium, Monialium, vel Canonicorum de uno ad alium locum ab habente poteſtatem: an inquam celebratio Miſsarum ſit explenda in priori Eccleſiâ tranſlata, & regulariter loquendo, ſi expreſsè non conſtet de contraria mente Teſtatoris ſivè Fundatoris, Miſsæ celebrandæ erunt in Eccleſiâ ad quam legitimè fuit facta tranſlatio; præſertim quando locus non fuit principaliter contemplatus, ſed perſonæ: Nàm cum ſit onus reale tranſit cum Eccleſiâ, & Teſtator imponendo onus Miſsarum principaliter reſpicit remedium animæ ſuæ, quod non magis ex una, quam ex alia Eccleſia provenit, ut magiſtraliter firmat *Rot. coram Seraphin. dec. 1149. per totam*, in hoc articulo ſemper videnda.

62. At ſi Teſtator in legato Miſsarùm contemplavit principaliter Eccleſiam, vel locum, tunc ſi Eccleſia, vel Collegium tranſferatur, Miſſarum onera non transferuntur, ſed erunt adimplenda in prima Eccleſia, ut communiter DD. diſtinguunt, & præſertim *Paſſerin. de ſtat. hom. tom. 2. quæſt. 187. art. 4. n. 1183. cum plurib. ſeqq. Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 7. n. 82. & ſeqq.* Tunc autem locus cenſeretur contemplatus, ſi legatum Miſsarum eſset factum pro commoditate Populi in loco exiſtentis. Secundò, ſi eſset relictum ratione cultus alicujus Imaginis, quæ ibi ſpeciali cultu fidelium veneraretur, aut ipſe Teſtator erga illam devotionem peculiarem haberet (quod ex verbis diſpoſitionis, aliis circumſtantiis colligi poterit *Paſſerin. ubi ſupra n. 1189.* Tertio ſi legatum Miſsarum eſset relictum Eccleſiæ in qua reperitur erecta Confraternitas laicorum: nàm tunc ſi legatum non ſit factum expreſsè intuitu ipſius Confraternitatis, ſed Eccleſiæ (ùt in dubio præſumendum eſt) recedente Confraternitate, Miſsæ, & aliæ fundationes non trasferuntur, ſed remanent in prima Eccleſiâ *Tondut. quæſt. benef. tom. 1. cap. 43. num. 15.*

63. NEC REDUCANTUR. Miſsarum numerus a Teſtatoribus, Donatoribus, aliiſque Benefactoribus relictus, & poſtquam onus acceptatum fuit, abſque licentia Sac. Congr. Concilii hodie reduci non poteſt, prout ſtatuit Urbanus VIII. anno 1625. & innovavit Innoc. XII. anno 1694. ut patet ex Bulla per extenſum data in *Appendice tom. 1. pag. 346.* Verum quoties vigore facultatis obtentæ reduci debet, unum ab Ordinariis advertendum erit nempe, quod eleemoſina Rectoris Beneficii, ſeu Cappellani, non erit regulanda juxtà taxam fortè præſcriptam in Synodo pro Beneficiis, & Cappellaniis perpetuis erigendis, puta duorum juliorum, vel quindecim, aut decem, & ſeptem aſſium pro quàlibet Miſsa; ſed toties quoties fit reductio ob dimunitionem, & deperditionem redditaum, & fructum Dotis in fundatione aſſignatæ, ſemper juxtà ſtylum ejusdem Sac. Congregationis, erit facienda ad manualem eleemoſinam habita ratione ad utenſilia neceſsaria pro celebratione *ead. Congr. 26. Martii 1679. & 31. Martii 1685. in Romana.* Neque ad retardandam reductionem, habenda erit ratio de ubertate reddituum exactorum in præteritum: adeo ut, qui per multos annos recipit pro Miſſis celebratis duplex ſtipendium, illud teneatur compenſari in cauſa decrementi; quia attendendum erit, quid percipiatur actu de tempore petitæ reductionis, nulla habita conſideratione de exactis in præteritum, ut dubio de hoc excitato reſpondit *Congreg.*

greg. Conc. 19. Aprilis 1692.

64. RESIDENTIAM FACIANT. Canonici qui ſunt in Civitate ubi Cathedralis eſt, vel in ejus Suburbiis dicuntur præſentes, & reſidentes, & ideò ubi eſt conſuetudo (quidquid dicat *Ventrigl. prax. annot. 19. n. 18.* invicem ſe ſubſtituere poſsunt: cæteri autem qui manent in locis Diœceſis ſubſtituere non poſſunt: cordi autem Epiſcopo eſse debet, nè Canonici præſentes facultate ſubſtituendi abutantur, & ſubſtitutiones fiant in fraudem, quod ejus arbitrio remittendum eſse cenſuit *Sac. Congr. Concilii in Alatrina* 24. *Martii* 1612. & idem monuit in *Callien.* 29. *Junii* 1628. in qua reſpondit; Decretum Epiſcopi (ſubſtitutionem approbantis) eſse confirmandum illud tamen intelligendum, ut Canonici ſe invicem ſubſtituere valeant, dùmmodò non ſubſtituantur ii, qui eodem tempore ſervitio ſint adſtricti, & Epiſcopus curet, nè hac ſubſtituendi facultate abutantur, & iterum Decreta hæc de Canonicorum ſubſtitutione approbavit in *Feretrana* 17. *Nov.* 1681. *lib. Dec.* 35. *fol.* 454. Hac tamen Conſuetudine vigente in pluribus Cathedralibus non gaudent, neque utuntur Coadjutores Canonicorum ut reſpondit *Sac. Congr. Conc. in Caſertana* 28. *Junii.* 1604. Neque Canonici ipſi, quando vellẽt ſe ſubtrahere a ſervitio Diaconi, vel Subdiaconi in Miſſis ſolemnibus quæ celebrantur à Dignitatibus; nam tunc ſubſtituere non valent ſinè conſenſu Epiſcopi *Congr. Conc. in Baren.* 11. *Julii* 1682.

65. Abeſse autem ab Eccleſia, & vacationibus uti non poſsunt, diebus Dominicis, & feſtis totius anni, nec diebus Adventus, Quadrageſimæ, Octavarũm Nativitatis, & Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, & Corporis Chriſti, & nunquam à ſervitio eodem tempore ultra tertiam partem abeſse debet, *ut ead. Congr.* reſcripſit *in Interamnen.* 21. *Julii* 1640. *lib.* 16. *dec. pag.* 392. *Zecch. de republic. Eccleſ. tit. de Benefic. n.* 6. *ver. quod ſi beneficia*, & ideo poteſt Epiſcopus edicere, nè ſinè ejus licentia abeſse valeant *Gavant. manual. Epiſ. verb. Canonicorum reſidentia in addit. n.* 1. *Barboſ. de Canonic. cap.* 20. *n.* 5.

66. Contra vero nõ reſidentes quatenus Epiſcopus velit procedere ad privationem fructuũ, ac etiam Beneficiorum, tenetur ſervare dilationes præſcriptas à Concilio *ſeſſ.* 24. *c.* 12. *de refor.* cum enim in unã Cathacen. quæſitum fuiſset in Sac. Congr. Concilii.

I. *An in cauſa privationis Beneficii ob non reſidentiam debeant ſervari dilationes trium annorum a Sac. Congreg. præſcriptæ?*

II. *An ſervatio dictarum dilationum ſit arbitraria Ordinario in Canonicatibus?*

III. *An ex eo quod Canonicatus Cathacen. quatenus etiam conſiſteret in ſolis Diſtributionibus ſinè Prabendâ, aũt maſsâ groſsâ in illius privationem ob non reſidentiam dd. temporum dilationes à Sac. Conc. præſcriptæ potuerint ab Ordinario remitti eo quod illius cap. diſpoſitio non applicatur, cum non exiſtentibus fructibus non potuerit fieri ſequeſtrum.*

IV. *An ex eo quod idem Canonicus abſens fuerit ſpatio duorum, & plus annorum poſt quorum lapſum tantum fuerit monitus, currat eidẽ terminus trium annorum à Sac. Concil. indultorum, vel ſex menſium à die abſentiæ, vel à die primæ monitionis?*

V. *An à privatione etiam ſer. ſer. factâ ab Ordinario de Canonicatu ob non reſidentiam, detur appellatio ſuſpenſiva, vel tantùm devolutiva?*

*Die* 14. *Nov.* 1671. *ead. Congreg.* re maturè deſcuſſa, cenſuit.

*Ad* 1. *Affirmativè.*

*Ad* 2. *Negativè.*

*Ad* 3. *in caſu propoſito poſſe omitti ſequeſtrationes fructuum, non verò dilationes temporum.*

*Ad* 4. *incipere triennium à die abſentiæ.*

*Ad* 5. *non dari ſuſpenſivam.*

67. Et cum poſtea in eadem Causâ pro dilucidatione 4. Dubii quæſitum eſset, an contra d. Canonicum non reſidentem poſſet procedi ad privationem juxtà Sac. Canonum Conſtitutiones poſt lapſum trium menſium, & ultrà ſecundi anni, vel expectandum eſſet, quod laberetur tertius annus integrè.

*Die* 21. *Maii* 1672. *cenſuit expectandum eſſe triennium completum.*

68. Verum eſt tamen, quod pendente triennio, poterit Epiſcopus contrà abſentes procedere per cenſuras, illoſque ſuſpendere non obſtante, quod inchoata ſit via judicii præſcripta à Concilio, juxtà diſpoſitionem *text. in c. ex tuæ* §. *contra de cleric. non reſid.* prout ead. Congreg. declaravit in *Palentina* 18. *Nov.* 1673. præviis tamen debitis monitionibus faciendis poſt tres Menſes abſentiæ, ad dicendum cauſam quare ob illorum contumaciã in reſidendo, non debeant juxtà canonũ præſcriptum puniri fructuum ſubtractione, & gladio cenſurarum quæ monitiones debent eſſe perſonales, quando habetur notitia loci, ubi abſens reperitur: quod ſi notitia non habetur, ſed ſi habetur non eſt tutus acceſſus, poſsunt citari per Edictum affigen. ad valvas Eccleſiæ ubi adeſt Canonicatus, ut habetur *ex d. c. ex tuæ de cler. non reſid. & docet Ventrigl. in prax. par.* 1. *annot.* 19. §. 3. *n.* 2. *&* 3: *ubi n. ſeqq.* tradit formam procedendi ad privationem *Leo Theſ. for. Eccleſ. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 33.

69. Pœnæ autem non reſidentium, poſſunt infligi etiam contrà Canonicos Coadjutores

tores cum futurâ ſucceſſione, & ideò monendi ſunt ad reſidendum ſub pœnâ privationis, ut reſpondit *ead. Congr. Concilii* 12. *Martii* 1672. *& in Oxomen.* 8. *Maii* 1688 *lib.* 38. *fol.* 204. quamvis hi Coadjutores etiam coadiutis abſentibus non poſſint Capitulis intereſſe, nec in illis votum dare, nec officium antianitatis exercere, niſi eis in litteris Apoſtolicis jura hæc expreſsè non concedantur, ut partibus auditis, cenſuit *ead. Congr. in Narnien.* 20. *Maii* 1649. Quo enim ad antianitatem Coadiutoris nulla habetur ratio; quia non computatur à die Coadiutoriæ, ſed à die obitus Coadiuti *Tondut. quæſt. benef. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 1. §. 13. *n.* 10.

70. Et hic adverte, quod ſi Canonicus, aliuſvè Præbendatus monitus ad reſidendum redeat, & iterùm poſt paucos dies iterum à reſidentia recedat, non dicitur rediiſſe, ſed eſt, ac ſi non veniſſet, & contrà eum poterit procedi, tanquàm abſentem, ùt in puncto tenet *Graff. Conſil. lib.* 3. *de cleric. non reſid. conſil. unico n.* 18. *&* 27. *& lib.* 5. *de pœnit. & remiſſ. conſil.* 11. *n.* 10. ubi quod proprie rediiſſe dicitur illud, quod manſurum eſt *l. aliud eſt capere* 71. *ff. de verb. ſignif.* docetque iſte Author, quod licet ſtatutum Epiſcopi non valeat excommunicare abſentem extra propriam Diœceſim *c.* 2. *de Conſt. in* 6. adhuc poſſit ore (dùmmodò præcedat monitio) Cenſura ligare non reſidentem, quamvis delictum inceperit in aliena Diœceſi.

71. *SUB POENA AMISSIONIS DISTRIBUTIONUM*. Poteſt Epiſcopus Decretum edere, nè Canonici, & alii de Capitulo diſcedant ab Eccleſiâ tempore Concionis; & quod illi interſint quotidie ſub pœnâ amiſſionis diſtributionum illius diei, in quâ defecerint *Nicol. in floſc. verb. Canonicus n.* 33. ubi Decreta Congr. refert., & declaravit *Congr. Concilii in Nicien.* 18. *Nov.* 1628. *lib.* 13. *Dec. pag.* 562. in quâ deciſum extitit Canonicos abſentes per tres menſes lucrari fructus Præbendarum amiſſis Diſtributionibus quotidianis, quæ inſervientibus accreſcant quacunque contraria conſuetudine etiam immemorabili non obſtante. *& in Civitatis Caſtelli* 29. *Aprilis* 1623. *lib.* 99. *Poſit. pag.* 45.

72. Item poteſt illos Epiſcopus Diſtributionibus privare, quando tempore quò celebrantur Divina Officia, haberent, & tenerent Capitulum: cum hoc non ſit permittendum, niſi aliqua cauſa valdè urgens, illud in aliud tempus transferri non patiatur *Sac. Congr. Conc. in Oriolen. ad* 11. 27. *Martii* 1632. *lib.* 14. *fol.* 599. vel ſi dicto tempore Miſſas planas celebrarent, niſi ad celebrandum ab eo ad quem Chori directio pertinet juſſi fuerint, ibid. ad 12. vel ſi Choro interreſſentes alta voce non pſallerent, *Congr. Conc. in Vicentina* 7. *Junii* 1636. quavis contraria conſuetudine non obſtante, *lib.* 1. *Dec. pag.* 361.

73. Amplia hæc omnia in Canonicis, & Præbendatis, qui ſunt Officiales Tribunalis Inquiſitionis: licet enim S. Congregatio S. Officii teneat, quod Deputati ad ſerviendum Officio Inquiſitionis nempe, Inquiſitores, Fiſcales, & Notarii ſint exempti à ſervitio Chori, & lucrentur Diſtributiones, ac ſi actu inſervirent; Conſultores verò pro tempore quo àctu ſerviunt *S. Congr. S. Offic. apud Caren. de S. Offic. p.* 1. *tit.* 8. §. 10. *n.* 67. *Sac. tamen Congr. Concilii* (ad quam pertinet hoc decernere), *in una Mediolanen.* 3. *febr.* 1635. cenſuit Miniſtros Sacræ Inquiſitionis non lucrari diſtributiones quotidianas abſque Sedis Apoſtolicæ Indulto, *lib. Dec.* 15. *pag.* 156. quæ declarationes contrariæ invicem non ſunt quia Congregatio S. Inquiſitionis ita declarando conceſſit Indultum: Si verò Congr. Concilii, reſpondit prout de jure Concilium interpretando. Et idem procedit in ſubcollettore Spoliorum, qui etiam ſi occupetur in officio non acquirit Diſtributiones, nec inſervire valet per Subſtitutum *S. Congr. Conc. in Senogallien.* 2. *Junii* 1703.

74. At è converſo non poteſt Epiſcopus decernere, ut Canonici in Sacris non conſtituti, non gaudeant Diſtributionibus, *Congr. Conc. in Patavina* 23. *Auguſti* 1631. neque quod Canonicis Jubilatis vigore Indulti, non debeantur Diſtributiones extraordinariæ, quæ vel ob abſentiam, vel vacationem Canonicorum intereſſentibus accreſcunt: Nam pro his Indultum Suffragatur *S. Congr. Conc. in Romana* 5. *Maii* 1703. *&* in *Burgi S. Donnini* 19. *Aprilis* 1704. Neque quod Diſtributiones quæ vigore *cap.* 3. *ſeſſ.* 2. *Conc. Trid.* amittuntur à Canonicis, accreſcunt inſervientibus, applicentur fabricæ Cathedralis, ſivè alteri pio loco: quia non habet à jure hoc arbitrium; quidquid ſit de aliis Diſtributionibus, quæ vigore *cap.* 3. *ſeſſ.* 22. amittuntur à Dignitatibus, ut reſpondit *Sac. Congr. Conc. in Caurien.* 5. *Maii* 1603. & frequenter alibi.

75. Amittuntur autem Diſtributiones abſque alio Ordinarii Decreto, quoties Canonici abſint à reſidentia occaſione litium concernentium intereſſe ſuarum Præbendarum ſinè licentià Epiſcopi, quæ neceſſaria eſt, ùt reſpondit *S. Congr. Conc. in Cavallicen.* 3. *Julii* 1677. in quâ cum Præpoſitus illius Cathedralis, d. licentiam in caſu propoſito non fuiſſe neceſſariam contenderet, repropoſita cauſa *ſub die* 18. *Septembr. ejuſd. anni*. Decretum confirmavit, vel detineantur in Carceribus pro debito civili; nam tunc diſtributiones non lucrantur *S. C. Conc. in Romana* 15. *Decembr.* 1657. *lib.* 11. *Dec. fol.* 150. vel inſerviant eidem Epiſcopo Miſſam privatè celebranti tempore quò Divina Officia celebrantur, nam ſunt punctandi *ead. Congr. in Arianen.* 17. *Maii* 1704.

76. Ve-

76. Verum debentur Canonico delegato ab Epiſcopo ad viſitandum limina, ideſt pro tempore acceſſus, manſionis, & regreſſus, quod tempus Congregatio Concilii conſtituit eſſe trium menſium *in una Vaſionen.* 17. *Aprilis* 1627. *lib.* 13. *Dec. pag.* 241. *Antonell. de loc. legal. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 31. Canonico Coadiuto durante infirmitate etiam Coadiutore abſente *S. Congr. Conc. in Urbevetana* 9. *Septembr.* 1628. *in Camerinen. ... Febr.* 1638. Canonico inquiſito, & poſteà abſoluto tanquam non culpabili, etiam cum clauſulâ ex hactenus deductis *ead. Congr. in Romana* 19. *Auguſti*, & alibi dixi Canonico abſente à Choro urgente neceſſitate ratione Officii pro Servitio Capituli vel Eccleſiæ, Congr. particular. Cardinal. Deputata in Romana inter Canonicos, & Archipresbyterum Eccleſiæ Collegiatæ *S. Mariæ in Coſmedin* 19. *Septembr.* 105. *ad* 34. Canonico Jubilato, etiam quæ proveniunt ex emolumentis Proceſſionum, & Anniverſariorum, & aliorum, dùmmodò Teſtatorum voluntas non obſtet *S. Congreg. Conc. in Romana* 5. *Martii* 1678. *in Novarien.* 29. *Novem.* 1681. *& in Peruſina* 17. *Julii* 1688. etiamſi Diſtributiones ſint auctæ poſt Indultum quia participat de augumento *ead. Congr. in Lunen. Sarzanen.* 16. *Maii* 1685. quamvis functionibus non interſit, & onera Miſſarum aliis injuncta pro rata non adimpleat, d. *Lunen. Sarzanen. & in Urbanien.* 29. *Nov.* 1687. *lib.* 37. *fol.* 672 *& in Romana* 24. *Martii* 1704.

77. Non tamen ſuffragaretur Indultum Iubilationis poſt quadragenarium ſervitium, ſi eſſet conceſſum à Capitulo, quia Canonici non habent hanc poteſtatem, ſicuti nec poſſunt concedere Canonicis abſentibus, quod participent de aliqua parte Diſtributionum, non obſtante conſuetudine, ut reſpondit *ead. Congreg. in Segobien.* 15. *Decembr.* 1703. contra *Monet. de diſtrib. par.* 2. *q.* 12. *n.* 61.

78. Et hic eſt advertendum, quod ex tempore laudabilis ſervitii Eccleſiæ quadraginta annorum propter quod ſolet à Sac. Congreg. Indultum concedi jubilationis, eſt deducendum ſervitium præſtitum tempore Clericatus ante adeptam Præbendam, quod non computatur ad favorem Indultum petentis, ùt reſpondit *d. Congreg. in Traven.* 13. *Januarii* 1703.

79. Qui autem à reſidentiâ abeſt de licentiâ Sac. Congregationis cum ſolitâ clauſula = *dimiſſâ tertiâ parte fructuum*. Si habeat Præbendam gravatam penſione, debet dictam 3. partem dimittere ab eo ſolum fructu, quod ſupereſt detractâ penſione ſuprà Præbendam reſervatâ, ut pro Canonico S. Laurentii in Damaſo Urbis reſpondit *Sac. Congr. Concilii* 3. *Junii* 1690. licet (ut aſſerebatur) in Baſilicis Majoribus ejuſd. Urbis detractio fieret à toto Præbendæ fructu nullo habito reſpectu ad penſiones.

80. Ad reſidentiam, & ad cætera onera incumbentia Canonicatui, & Beneficiis reſidentialibus, tenentur Canonici, & alii Præbendati, qui Officium Subcollectoris, aut Decimarum Exactoris exercent, quià in his, quæ concernunt Divinum Servitium, cultum Eccleſiæ, adminiſtrationem locorum piorum, Officiales hujuſmodi remanent ſubiecti jurisdictioni Ordinariorum, & ſicut cæteri obedire, & adimplere iniuncta tenentur, proùt ſæpè declaravit *Sac. Congr. Concilii*, & præcisè *in Alexandrina* 18. *Julii* 1648. *lib.* 18. *pag.* 497. *in Belcaſtren.* 15. *Jan. & in Melphitana* 19. *Martii* 1650. *lib.* 19. *pag.* 33. *& Sac. Congr. Epiſcop. in Piſauren.* 16. *Junii* 1690. *Pignatell. conſult.* 379. *tom.* 1. & clarius hæc patent ex generali ſubnexo Decreto per Papam approbato ejuſdem Congr. Concilii.

81. Qui autem poſſidet Eccleſiam Parochialem perpetuò unitam Dignitati Cathedralis, tenentur reſidentiam facere in ipſa Cathedrali; in Parochiali verò eſt conſtituendus ab Epiſcopo Vicarius perpetuus cum congruâ fructuum aſſignatione juxtà Conſtit. Pii V. quod ſi ad vitam unio facta reperiatur, teneri ad reſidentiam in Parochiali reſpondit *Sac. Congr. Concilii in Imolen.* 9. *Decembr.* 1651. in quâ confirmavit, & dandam eſſe Decrevit Declarationem antiquam in hac re emanatam 7. *Jan.* 1590. *lib.* 19. *pag.* 161.

# DECRETUM

## Generale

### *SUBCOLLECTOR.*

### SUMMARIUM.

1. *Clauſulæ proemiales mentem Legiſlatoris oſtendunt Dictiones*: præſertim, maximè, etiàm, *& aliæ implicativæ implicant idem eſſe in caſu contrario ibi.*
2. *Referens eſt in relato cum omnibus ſuis qualitatibus*:
   *Lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligẽda.*
   *Ubi militat ratio legis ibidem debet militare ejuſdem legis diſpoſitio.*
   *Lex reſpiciens plura determinabilia, debet ea æqualiter determinare.*
3. *Referens, ubi alitèr loquitur quàm relatum, attendendum eſt relatum.*
4. *Epiſcopi, & alii Prælati Regni Neapolitani poſſunt deſignare uſus pios in quos erogari debeant bona per eos relicta, favore tamen Cathedralium, vel Parochialium, quæ prius cadebant ſub ſpolio, & n.* 5.

DIE

DIE 27. Febr. 1677. Sac. Congr. Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum , ad occurrendum controverſiis , ac querimoniis circa Subcollectores Spoliorum , alioſque Commiſſarios Cam. Apoſtolicæ *præſertim Regni Neapolitani* , ad eamdem Sac. Congregationem delatis, ſalubriter intenta aucthoritate, etiam ſibi à SS. D. N. Clem. IX. & S. M. Clem. X. & SS. D. N. Innoc. XI. tributa , prævia matura conſultatione , ſtatuit , & decrevit , ut in poſterum in ſingulis infraſcriptis Diœceſibus videlicet Aquinaten. Accerrarum , Aliphana, Avellinen. Aſculana in Piceno , Aſculana in Apulia,Atrien. Biſacciarũ, Bitecten.Bituntina, Brunduſina , Bellicaſtren. Boven. Carinolen. Calven. Cajacen. Caſertana , Campanien. Capritanen. Converſanen.Cotronen.Caſtren.Caſtellanaten. Civitatis Ducalis,Camplen.Cariaten. Fundana ,Frigentina,Guardien.Gravinen. Gallipolitana , Iſclana , Inſulana, Juvenacen. Litteren. Lavellen. Laquedonien. Motulen. Maſſalubren. Martoranen.Minerbinen.Monopolitana,Melphicten.Minoren.Marſicen.Montis Marani , Montiſpeluſii, Melphien.Murana, Nuſcana , Nicoteren. Nucerina , Oſtunen. Oritana , Ortonen. Pennen. Puteolana, Polignanen. Ravellen. Ruben. Roſſanen. Rapollen. Reatina , Surrentina , Sveſſana, Sanctæ Agatæ,Satrianen.Stabien. ſeù Caſtri maris ,Sarnen. S.Severi,S.Angeli Lombardorũ, Trojana, Theanen. Theleſina , Trivicanen. Tranen. Ugentina , Umbriaticen. Vicanen. Vulturarien. Veſtana , Venuſina , Valven. Vigilien. Venafrana , & in ſingulis pariter infraſcriptis locis exemptis,ſeu nullius Diœceſis, videlicet Canuſii,Cærignolæ, Caſalis novi,Cetrari, Centolæ , Caſtri S. Laurentii , Caſtellanæ , Carbonariæ Brotii , Faſanæ, Montis Virginis, Montis Caſſini,Marubii,Putignani,Rutiliani,SãctiStephani de Nemore SanctiſſimæTrinitatis Caven.Sancti Angeli ad Faſſanellam , Sancti Vincentii de Vulturno , Terlitii , & aliis in quibus fortaſſe, hactenus ſubcollectores deputari ſolitum fuit,unicus Subcollector.In ſequentibus verò , ſcilicet Aprutina,Averſanen.Arianẽ.Amalphitana, Alexanẽ.Aquilana,Barẽ.Bojanen.Bovinẽ. Biſignanen. Caven.Capuana,Compſana,Cathacen. Hyeracen. Hidruntina, Iſernien. Larinen. Lycien.Marſorum, Nolana,Neritonen. Neocaſtren. Oppiden.Policaſtren.Potentina,Rhegien. Sorana , Sypontina, Sulmonen. Squillacen. Sanctæ Severinæ, Sancti Marci , Theatina,Termularum , Triventina , Tarentina , Tricaricen. & Tropien. duo tantum . Et in ſequentibus , nimirum Acheruntina, & Matheranen. unitim , Anglonen. Beneventana , Coſentina , Caputaquen. Caſſanen. Militen. & Salernitana , non plures quam tres , & in Neapolitana decem ſubcollectores , & non ultra , reſpectivè deputentur, & exerceant.

Ad evitandam autem confuſionem , remiſit arbitrio Nuncii , & dividere, aſſignare, cuilibet Subcollectori , partem Diœceſis ſeu loca intra quorum limites , debeant in exercitio ſe continere .

Et ne ſemel in Subcollectores deputati neceſſitatem inducant , multiplicandi alios Subcollectores , renunciando Officium , licet poſſint in eo continuare , & idonei ſint , declaravit nullum Subcollectorem , poſt renunciatum Officium , gaudere exemptione ab Ordinario , niſi laudabiliter exercuerit , ſaltem per duodecim annos ; eos vero , qui in Officio , aut alias ita deliquiſſe comperti fuerint , ut à Nuncio amoveantur, & alii in eorum locum deputentur , nullatenus , exemptione hujuſmodi gaudere,& è contra illos,qui probe, ac fideliter ſe geſſerint , velintque in Officio continuare , confirmandos eſſe à Nuncio , nec alios eorum loco deputari poſſe.

Prætereà attenta Subcollectorum hujuſmodi multitudine , & cauſa à Sanctæ Memoriæ Urbano VIII. in ſua Conſtitutione 202. conſiderata , concedendi illis exemptionem , cenſuit expedire,ut Sanctiſſimus declaret, ita eſſe intelligendam dictam Conſtitutionem , ut Subcollectores terminato Officio non gaudeant amplius exemptione defuncto,vel alias deficiente Ordinario, in cujus tempore exercuerunt , ſicut etiam declaravit , illos , qui licet in ſubcollectores deputati fuerint , nunquam exercuerunt , minime gaudere , *nec pariter illos , qui non reſident in Diœceſi , pro quà ſunt deputati* , & Ordinarium certiorare debere Sac. Congregationem de dicta non reſidentia ejuſque proviſionem expectare ; Generaliter *verò ſubcollectoribus , exemptionem ab Ordinario in Civilibus non ſuffragari , niſi adeſſet in Diœceſi Judex à Nuncio deputatus , qui habet tantùmmodò facultatem in cauſis paſſivis* , & nullo privilegio , aut exemptione gaudent .

Quo verò attinet ad ſubſtitutos , & Officiales Subcollectorum , declaravit dictos Subſtitutos,non gaudere exemptione , illam tamen concedendam eſse uni tantum Notario pro quolibet Subcollectore in actu exercitii , & quoad Commiſſarios ſuper illicitis negociationibus , aut ad alias cauſas particulares deputatos, non gaudere exemptione , niſi in actu exercitii , & tam Commiſſarios hujuſmodi , quam Subcollectores , quando procedunt contra denunciatos , vel alias inquiſitos de illicitis negociationibus , ſi ex Proceſſu informativo , conſtet de eorum Innocentia , non poſſe illos cogere ad expenſas ejuſdem Proceſſus, & Decreti abſolutorii .

Et quod majoris momenti eſt , nè prætextu hujuſmodi Officii , cura Animarum , ſervitium Eccleſiæ , ac Divinus Cultus , morumque honeſtas detrimentum patiantur , declaravit , Parochos in Subcollectores , aut Commiſſarios ad quaſcumque cauſas particulares non eſſe deputandos , ſicuti nec Pæ-

niten-

nitentiarium, nec Theologum. Quod ſi poſt deputationem de aliqua Parochiali, aut Pænitentiali, vel Theologali Præbendis, fuerint fortaſſe proviſi, tunc minimè gaudere exemptione in concernentibus curam animarū, & reſpectivè adimplementū onerū ipſarū præbēdarū; Et eadē ratione non gaudere Canonicos, & alios Beneficiatos Subcollectores, in concernentibus ſervitium Eccleſiæ, & adimplementum onerum ipſorum Canonicatuum, & Beneficiorum, nec lucrari diſtributiones quotidianas, ſi non inſerviant. Inſuper teneri ratione Beneficiorum, quæ obtinent ad publicas Proceſſiones accedere, ſolvere Cathedraticum, & ſubſidium charitativum, & intereſſe Synodo, & Viſitationi, non tamen pluries, quam ſemel in Anno, Poſſe verò ſolūmodò cogi ab Ordinario ad exequendā viſitationē in iis quæ reſpiciunt cultū Divinum; ipſumque Ordinariū poſſe procedere contra Subcollectores accedentes ſine ejus licentiâ ad Monaſteria Monialium, aut non ſervantes præceptum Communionis Paſchalis, & contra percutientes Presbyterum, vel Clericū poſſe procedere ad declarationem Excōmunicationis *ex cap. ſi quis ſuadente*; Et ſi quando repererit aliquem Subcollectorem in publico Concubinatu vivere, certiorare debere eamdem Sac. Congregationem, ac ipſum Nuncium, cujus partes erunt, ſeverè eos punire, ac privare Officio; poſſe tamen eumdem Ordinarium carceribus mancipare, ad Superiorum diſpoſitionem retinere, ac etiam Subcollectores depræhenſos in fraganti crimine, quod meretur pœnam corporalem, non tamen minorem relegatione, dummodò ſtatim de carceratione Nuncium certioret. Item Adminiſtratores locorum piorum in Subcollectores deputatos ſubeſſe Ordinario quoad redditionem rationum adminiſtrationis, nec poſſe Subcollectores à caſibus Epiſcopo reſervatis abſolui, abſque illius licentiâ, & nullum inquiſitum poſſe à Nuncio in Subcollectorem deputari, niſi de ejus abſolutione conſtiterit.

Ut autem ſciant Ordinarii, quos in Subcollectores, aut Commiſſarios, debeant recognoſcere, declaravit, Subcollectores teneri oſtendere Ordinario ſuas Commiſſiones antequam illas exequantur; Commiſſiones verò particulares teneri, vel per litteras patentes, vel privatas ſui Superioris, aut alio modo certiorare Ord. de demandata Juriſdictione.

Demùm quatenùs ſupradictæ declarationes, vel aliquæ illarum futuris temporibus non obſerventur, Sac. Congr. voluit incumbere locorum Ordinariis, ut pro eorum zelo, ac paſtorali ſollicitudine, quæcumque ſecus audiverint huic S. Sedi fideliter referant, pro opportunâ proviſione obtinendâ.

Et die 16. ejuſd. facta de præmiſſis omnibus relatione eidem Sanctiſs. D. N. Innoc. XI. Sanctitas ſua declaravit præcitatam Conſtitutionem fel. recor. Urbani VIII. eſſe intelligendam juxtà ſupradictam Sac. Congr. Sententiam, & præſens Decretum, omniaque, & ſingula in eo contenta approbavit, & confirmavit, & inconcuſsè, ac inviolabiliter obſervari, & exequi mandavit, ſalva tamen ſemper ejuſdem S. Congr. auctoritate, omnia, & ſingula præfata declarandi moderandi, & ampliandi, & in totum, vel in parte annullandi, & interpretandi; Voluit tamen Sanctitas ſua quod præſenti Decreto reſtricto ad Collectores, & Subcollectores Spoliorum Regni Neapolitani per Nuncium Apoſtolicum deputatos, ſive deputandos, derogatum, ſeû præjudicatum minimè cenſeatur reſervationibus, & affectionibus Beneficiorum eorund. Collectorum, & Subcollectorum, reſultantibus ex regulis Cancellariæ Apoſtolicæ.

## ADNOTATIONES.

1. *PRÆSERTIM REGNI NEAPOLITANI*. Per hanc clauſulam proemialem ex qua mens & animus diſponentis colligitur *Barbos. Axiom.* 192. *n.* 2. *&* 3. datur intelligi, quod hoc Decretum licèt principaliter, & occaſionaliter emanaverit ad refrenandum numerum, *&* tollendos abuſus Subcollectorum Spoliorum Regni Neapolitani: nihilominus illius diſpoſitio compræhendàt omnes alios Subcollectores ubique locorum deputatos, ad exercendum officium nomine Cameræ Apoſtolicæ, dictio enim illa *præſertim* includit alios Subcollectores, & exprimit caſum minus dubitabilem, & includit magis dubitabilem, ut docent communiter *Menoch. de arbitr. Judic. caſ.* 416. *n.* 19. *Pariſ. de confid. benefic. quæſt.* 29. *n.* 53. *&* 54. *Sanch. de matrim. lib.* 2. *diſp.* 39. *n.* 6. ibi = *Nam dictiones implicativæ, ut ſunt, maximè, præſertim, etiam, implicant idèm eſſe in caſu contrario, licet in illo fortior militet ratio, & lib.* 6. *diſp.* 14. *n.* 21. *& lib.* 10. *diſp.* 5. *n.* 4.

2. Hocque evincitur etiam ex eo, quod Decretum *in* §. *prætereà*, moderatur Conſtitutionem 202. *Urbani VIII.* (emanatam favore omnium Subcollectorum) abſque ullâ diſtinctione ſeù reſtrictione Subcollectorum unius vel alterius Provinciæ ſeù Regni; ſed indiſcriminatim, & generaliter, & ſic fit evidens, quod reſpicit, & compræhendit omnes, quos compræhenderat relata Conſtitutio Urbani moderata, declarata, & correcta, ex vulgaris regulis, quod referens eſt in relato cum omnibus ſuis qualitatibus *l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit.* Quod lex generalitèr, & indefinitè loquens, generaliter eſt intelligenda *l. Prætor* §. *ait Prætor ff. de nov. oper. nunc.* Quod ubi militat ratio legis, ibidem militare debet ejuſdem legis diſpoſitio, etiamſi ſit pœnalis *Novar. dec.* 206. quem refert, & ſequitur *Donat. prax. rer. regular. to.* 1. *par.* 2. *tract:* 1. *de monaſt. ædific. quæſt.* 20. *n.* 2. & quod lex, ſeù diſpoſitio una, reſpiciens plura determinabilia

lia, debet ea æqualiter, & pariformiter determinare *l. iam hoc jure ff. de vulg. & pupillar.* cum concordantibus apud *Barbos. axiom.* 69.*n.*6.

3. Nec turbat, quod in fine Decreti dicatur = *Voluit tamen Sanctitas Sua, quod præſenti Decreto (reſtricto ad Collectores, & Subcollectores Spoliorum Regni Neapolitani) præjudicatum minimè cenſeatur reſervationibus, & affectionibus Beneficiorum &c.* quia verba illa = *reſtricto ad Collectores, & Subcollectores Spoliorum Regni Neapolitani*; non ſunt verba Decreti, ſed Secretarii, qui poſt oraculum Papæ Decretum approbantis, per orationem ſeparatam illa addidit credulitate ſua: Undè cum talis reſtrictio in decreto relato non contineatur, probatum eſt ſuprà, dicendum eſt, hanc extenſoris ſeu referentis expreſſionem ab errore proceſſiſſe, ùt in fortioribus dixit *Rot. coram Gregor. dec.* 439. *n.* 3.

4. Et hic notandum venit, quod, & ſi Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Prælati inferiores Regni Neapolitani, hodie vigore Conſtitutionis *Innoc. XII. la* 23. ſint exempti à ſpoliis, & à moleſtiis Subcollectorum, & valeant ulteriùs deſignare uſus pios in quos erogari, & expendi debeant fructus à ſolo ſeparati, & cætera bona per eos acquiſita, quæ prius cadebant ſub ſpolio: attamen hoc arbitrium, ſeù facultas non eſt effrenata, & abſoluta, ſed limitata, & reſtricta ad favorem Cathedralium, vel Parochialium eorum regimini commiſſarum, quatenùs illæ non indigeant, ut patet ſatis clarè *ex Bulla in* §. *Cupientes*, ibi = *Ad effectum tamen, & non aliàs aliter, nec alio modo, ut præmiſſa omnia, & ſingula ad præfatas Metropolitanas, aliaſque Cathedrales, & reliquas quibus memorati Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ſeù Prælati præſederint, illiſque non indigentibus, ad Parochiales Eccleſias eorùm regimini commiſſas ſpectare, ac ad earumdem favorem, & in beneficium, ſeù utilitatem cedere, applicari, converti, ſeù erogari debeant. Præfatis tamen Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Prælatis, ut congruos uſus, applicationes, & erogationes præmiſſorum in beneficium, & utilitatem hujuſmodi Eccleſiarum in quos, ſeù quas eadem præmiſſa applicanda, eroganda, ſeù expendenda eſſe cenſuerint, deſignare valeant permittimus, indulgemus, & opportunam facultatem deſuper concedimus.*

5. Ideòque ſi Prælati ſupradicti favore alteriùs Eccleſiæ non Cathedralis, nec Parochialis, vel etiam Parochialis, (Cathedrali indigente) diſponerent, & in alios uſus pios ſpolias converti debere deſignarent, eorum diſpoſitio, & deſignatio nulla eſſet, quia clauſula *non alias aliter, nec alio modo* in ſupra præcitatis verbis contenta, formam præciſam inducit, quâ deficiente, perinde eſt, ac ſi nihil actum fuiſſet *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 41. *n.* 35. *Ricc. collect.* 868. *Leo Theſaur. for. Eccleſ. par.* 2. *cap.* 2. *n.* 42. *Capon. diſcep.* 99. *n.* 24. *Rot. coram Manzaned. dec.* 596. *n.* 4. & *coram Cerr. deciſ.* 93 *n.* 17. & paſſim alibi, ac recenter declaravit *Sac. Congr. Concilii in Abellinen.* 18. *Auguſti* 1703.

## Edicti de Ordinibus recipiendis.

## *FORMULA III.*

### SUMMARIUM.

1. *Epiſcopus juſtâ de causâ poteſt indicere pœnã excõmunicationis latæ ſententiæ contra eos qui furtivè, & per fraudem Ordines ſuſcipiunt.*
2. *Qui in ordinatione utitur falſis Dimiſſoriis, committit delictum depoſitione dignum.*
*Ordinatus in Sacris cum falſis Dimiſſoriis, eſt ipſo jure ſuſpenſus ibi.*
3. *Qui Litteras Dimiſſorias vitiat, ſeù alterat in ſubſtantialibus dicitur falſarius, & eſt ipſo jure ſuſpenſus.*
*Literæ Dimiſſoriales quando dicantur vitiatæ, vel potius informes ibi.*
4. *Qui ordinatur ſcientèr ad Ordines Sacros cum titulo non vero, ſed ficto, eſt ipſo jure ſuſpenſus.*
5. *Qui ordinatur titulo fiduciario, poteſt ab Epiſcopo excommunicatione ligari.*
*An autem incurrat ſuſpenſionem? ibi.*
6. *Qui habet Beneficium, ſeù Canonicatum ad congruam ſubſtentationem ſufficiens, ad illius titulum debet ordinari, non autem ad titulum Patrimonii.*
7. *Qui non habet Beneficium ſufficiens, non debet ordinari cum ſupplemento patrimonii, niſi utilitas Eccleſiæ id exigat.*
8. *Ordinari quis non poteſt ad titulum Eccleſiæ receptitiæ.*
9. *Ordinari quis non poteſt ad titulum Cappellaniæ, à quâ amoveri poteſt.*
10. *Ordinari quis non poteſt ad titulum menſæ Abbatialis Regularis.*
11. *Ordinari quis non poteſt ad titulum aſſignationis menſæ obtentæ à Majeſtatis Principe.*
12. *Ordinari laicus non poteſt ab Epiſcopo non ſuo, quamvis fuerit præſentatus ad beneficium.*
13. *Epiſcopus non poteſt ordinare Fratrem, ſeù Nepotem ſuum abſque Dimiſſoriis proprii Ordinarii, titulo familiaritatis, etiam ſi conferat ei Beneficium.*
14. *Nec minus Familiarem triennalem, qui ſit illegitimus.*
15. *Ordinatus ab Epiſcopo loci Beneficii, ſi caperet poſſeſſionem poſt ſuſceptos Ordines, eſſet ſuſpenſus.*
*Ordinatus ab Epiſcopo non ſuo ad titulum Beneficii inſufficientis juxtà taxam ſui Ordinarii, eſt ſuſpenſus ibi.*
16. *Attentâ Clericorum penuriâ, & neceſſitate Eccleſiæ, poteſt quis ordinari ad titulum aſſignationis fructuum ſtabilium.*
17. *Ordinari quis poteſt ad titulum Cappellaniæ amovibilis cum Indulto Sac. Congr. receptâ obligatione nominare debentis de non removendo.*
18. *Ordinatus ad titulum patrimonii, illud non perdit ſi acquirat Beneficium, aut alia bona, donec Epiſcopus bona acquiſita loco patrimonii*

non

non ſubroget, etiamſi vigore pacti redire debeat ad conſtituentem.

19. Ordinatus ad titulum patrimonii, non poteſt illud donare cum reſervatione uſusfructus ſine licentiâ Epiſcopi.

Neque in Emphyteuſim concedere reſervato canone fructibus correſpondente ibi.

Neque ad hæredes illud tranſmittit, ſi illi conſtituatur tanquàm neceſſarium, poſſet ordinari.

20. Ordinatus ad titulum patrimonii, ſi fidejubeat ſine Epiſcopi licentiâ, an teneat ejus obligatio, & quomodo exequi poſſit ſuper fructibus, affertur declaratio S. Congreg.

Clericus non debet fidejubere, at ſi de facto fidejubeat, tenet obligatio ibi.

21. Patrimonium conſtitui poteſt in cenſibus creatis ad formam Bullæ Pii V. cum cautelà hic expreſſâ.

22. Ordinatus ad titulum Beneficii, ſi delinquat poteſt illo privari.

23. Qui habet Beneficium de pertica, penſionem inexigibilem, vel patrimonium infructiferum nullum titulum ad Ordines Sacros dicitur habere.

24. Ordinatus in Sacris ante legitimam ætatem, ſuſpenſionem incurrit, & irregularitatem, ſi in ſuſceptis ordinibus miniſtret ante abſolutionem.

25. Conſtit: Pii II. non comprædendit Ordines minores.

Qui falſis probationibus probat ætatem quam non habet, graviter peccat, & poteſt cenſuris puniri ibi.

Qui utitur falſis ſcripturis ignorantèr, pœnam falſi non incurrit ibi.

26. Epiſcopus ordinatum in Sacris ante legitimam ætatem poteſt abſolvere donec delictum manet occultum, ſecùs ſi non eſt occultum;

27. Initiatus clericali tonſurâ ante ſeptennium, validè eſt ordinatus, nec indiget pro ulterioribus ordinibus diſpenſatione, licet ordinatio fuerit illicita.

28. Qui ſunt irretiti cenſuris ordinari non poſſunt, & ideò ſub pœnâ excommunicationis ab Ordinibus arcendi ſunt:

29: Epiſcopus, etiam ex notitiâ privatâ poteſt cenſurâ ligatos ab Ordinibus repellere.

30. Epiſcopus quando poſſit abſolvere ab irregularitate in delicto publico oſtenditur.

31. Clerici Concubinarii Notorii ſunt ipſo jure à Divinis ſuſpenſi.

Clerici Concubinarii Notorii, qui dicantur ibi.

Qui voluntariè ſe caſtrari fecit, tanquàm irregularis non poteſt ad Ordines promoveri ſine diſpenſatione Apoſtolicâ, ibi:

32. Furioſi, & mentecapti tanquàm irregulares ordinari non poſſunt, etiamsì redeant ad ſanam mentem, & affertur in hoc diſtinctio.

Energumeni, licet fuerint liberati non ordinantur, & pro his datur eadem diſtinctio ibi.

33. Bigami ad Ordines non recipiuntur, quia ſunt irregulares, & exuti omni privilegio Clericali:

Bigamus non efficitur, qui contrahit cum Viduâ in articulo mortis, ſi matrimonio non conſumato Vidua deceſſit.

Nec ille, qui contrahit cum Viduâ à primo Viro non cognitâ ibi.

34. Filius homicidæ Presbyteri non eſt irregularis.

Nec qui acceſſit armatus ad Domum conſanguineæ, ut compelleret fornicarium, ſi hic è feneſtra ſe proiiciens moriatur. Nec ille qui accedit ad Mulierem coniugatam fornicandi cauſa, & ipſa à Viro occidatur, & adducitur ratio.

Dans mandatum ad Sfregiandum, non fit irregularis ex homicidio voluntario, ſi mandatarius occidat ibi.

35. Judex, qui tulit Sententiam mortis, non fit irregularis, niſi ſequatur effectus, nec minus qui officium cum poteſtate judicium Sanguinis ferendi, ſi actu non exercuit, nec Notarius, qui Sententias mortis ſcripſit, niſi fuerint exequutæ.

36. Clericus, qui exhibuit Judici laico librum baptizzatorum ut recognoſceret ætatem inquiſiti de delicto, quod mortem meretur non fit irregularis.

Qui abſcidit digitum pollicem, aut indicem, petit diſpenſationem ad cauthelam ibi.

Clericus qui levi Epilepſiâ ſemel affectus fuit, & deinde per plures annos ampliùs huius morbi ſigna non dedit, poterit promoveri ibi.

37. Clericus, qui militiæ nomen dedit, & ad bellum proceſſit, incurrit irregularitatem, etiamsì moraliter certus ſit neminem mutilaſſe, aut occidiſſe, & ipſo jure perdit Beneficium.

Clericus de homicidio inquiſitus, ſi torturâ diluit indicia non debet promoveri, quia remanet infamia facti: ſecùs ſi ſit abſolutus tanquàm non repertus culpabilis ibi.

Filii nati ex matrimonio contracto, cum impedimento affinitatis cum bonâ fide Matris, dicuntur legitimi, & poſſunt ordinari ſine diſpenſatione ibi.

Filii, & nepotes Hæreticorum emendatorum poſſunt ordinari ibi.

Deſcendentes ab Hæreticis non emendatis ultrà ſecundum gradum per Paternam, & ultrà primum per Maternam lineam, ſicuti nec Hebreorum, non ſunt excludendi ab ordinatione ibi.

38. Qui ſint alii irregulares, qui ad ordines promoveri, non poſſunt remiſſivè.

Irregularitas, quæ repellit ab Ordine, non inducit incapacitatem penſionis ibi.

39. Regulares nulliter profeſſi non poſſunt ad Ordines promoveri, nec hi qui ad triremes tranſmiſſi fuerunt.

40. Regularis ignoranter nulliter profeſſus, ſi ordinetur in Sacris, cenſuras non incurrit.

41: Epiſcopus ſi ante ordinationem proteſtetur non habere intentionem ordinandi eos, qui carent Patrimonio, ætate legitima, Dimiſſoriis &c ſi proteſtatione neglectâ hi accederent, non recipe-

 cipe-

*ciperent Ordinem, & n. 42. reſpondetur obiecto.*

43. *Confirmatur concluſio Decretis Sac. Congr.*

*Dum eſt dubium de mutatione intentionis Epiſcopi, ordinatio eſt reiteranda ſub conditione ibi.*

44. *Commorantes in Vrbe per quatuor menſes, non poſſunt cum litteris Dimiſſoriis proprii Ordinarii Ordines recipere niſi à Card. Vicario Vrbis, aliàs ſuſpenſionem Papæ reſervatam incurrunt.*

*Quid ſervare debeant ſubditi ſex Epiſcopatuum propè Vrbem, & quid Vltramontani oſtenditur ibi.*

45. *Epiſcopus non poteſt cogere Clericos minorum Ordinum ad ſuſcipiendum Ord. Sacros.*

*Neque in Ordinibus conferendis promiſſiones recipere, & ob inobſervantiam promiſſionis, eos privilegiis clericalibus privare ibi.*

*Epiſcopus, qui Ordines alicui conferre recuſat, non poteſt ab Archiepiſcopo cujus eſt Suffraganeus, compelli ad allegandum cauſas cur renuat, ſed ad Sedem Apoſtol. eſt recurrendum ibi.*

## N. Epiſcopus N.

QUI ad Ordines tàm Minores, quàm Sacros cupiunt promoveri, ſciant ſe habere debere requiſita neceſſaria ad præſcriptum Sac. Canonum, Conciliorum præſertim Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum: nè igitur aliquis, (quod non credimus) furtivè, & per fraudem in Sanctuarium ingredi audeat, præſenti Edicto monentur infraſcripti (ſi fortè inveniuntur etiamsì Regulares ſint), nè accedant ad Ordines ſuſpiciendos, quod ſi accedere præſumpſerint, eos excommunicatos declaramus eo ipſo.

Qui falſarunt, & exhibuerunt, vel ſcienter uſi ſunt *falſis; ſeù vitiatis* litteris Dimiſſorialibus.

*Qui titulum* Beneficii, Penſionis, vel Patrimonii ad quem petunt ordinari ad Sac. Ordines, non poſſident, vel fictitium, vel infructiferum, aut fiduciarum obtinent.

*Qui legitimam ætatem* pro unoquoque Ordine requiſitam à Conc. Trid. habere falsò conſtare fecerunt: ſi falſitatis conſcii ſint.

*Qui irregulares*, vel aliis Eccleſiaſticis cenſuris ſcientèr irretiti ſunt.

*Regulares, qui ſcienter, nulliter profeſſi ſunt*, & eorum profeſſionem nullam, nunquàm ratam habuerunt, vel ad Triremes ad tempus tranſmiſſi fuerunt.

## N. Epiſcopus N.

*PRÆSENS Edictum monitoriale affixum, & publicatum fuit ad valvas Eccleſiæ Cathedralis N. die .... anno .... & poſtmodum iterum præſentibus, & audientibus ordinandis lectum, & publicatum fuit in Eccleſiâ prædictâ Cathedrali per D. N. de mandato Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. N. Epiſc. N. die Sabbati Quatuor tèmporum N. ejuſdem anni, de manè antequàm prædictus Illuſtriſſimus Epiſcopus ordinationem inciperet, præſentibus ibidem N. N. & N. N. teſtibus &c.*

Ita eſt N. Cancellarius Epiſcopalis N.

### ADNOTATIONES

1. Edictum hoc monitoriale publicandū modo quo ſuprà, non omnes Epiſcopi hodie promulgant, neque adverſus eos qui in Eccleſiaſticorum Miniſtrorum cætum per nefas irrepunt, remedio excommunicationis ſententiæ latæ utuntur: qui autem huic formulæ, aut ſimili adhæret melius faciunt: nàm ita nec omiſſione indirectâ communicant peccatis alienis; monita Conſtitutionum Apoſtolicarum (quibus ad arcendum indignos ab Eccleſiâ excitantur, & commouentur) modo quo poſſunt efficaciori exequuntur, & qui exemplo ſocii per dolum in clericatum ire feſtinabat, gladio excommunicationis perterritus abſtinet, & recedit ab hàc viâ. Et licet formula prohibitionis à Pontificali præſcripta non contineat Cenſuram latæ, ſed ferendæ ſententiæ, ut opinatur *Pac. Iord. lucubr. can. tom. 1. lib. 3. tit. 6. de Ord. n. 386.* Adhùc Epiſcopum juſtâ dè causâ Excommunicationem de facto infligere poſſe non dubitant *Bellett. diſq. Cler. par. 2. tit. de pœn. Cler. §. 28. n. 2. Bonaccin. de irregularit. diſp. 7. q. 3. punct. 4. prop. 4. n. 6. & 7.* ubi aſſerit ab Epiſcopis communiter practicari, & de *Sacram. Ordin. diſp. 8. quæſt. unic. punct. 4. n. 32. & 33.* ibique firmat hanc cenſuram ligare, etiam ordinatos Exemptos.

2. FAL-

2. *FALSIS*. Qui ordinatur falſis Dimiſſoriis committit delictum depoſitione dignum *text. eſt in c. ſi Epiſcopus diſt.* 50. & ideò in Conſtitutione Urbani VIII. *Secretis la* 53. execratur, & qui illius eſt reus, debet ſaltem per ſeptennium ad Triremes damnari, ita deciſum fuiſſe à Sac. Congr. teſtatur *Nicol. lucubr. civil. lib.* 4. *tit.* 18. *de publ. judic.* §. *item lex Cornelia de falſo n.* 87. & tenet quoque *Donat. prax. rer. regular. tom.* 3. *tract.* 3. *de Regular. promov. quæſt.* 6. & tanquam ordinatus ſinè Dimiſſoriis eſt ipſo jure ſuſpenſus juxtà diſpoſitionem Conſtit. Pii II. *la* 7. *Bullar. nov. tom.* 1. ſi eſt in Sacris: ſi verò ſit promotus ad Minores Ordines, ſecutâ Judicis Eccleſiaſticideclaratione, fori Privilegio non gaudet, ſed plenariè ſubjacet Sæculari poteſtati, ut habetur in citatâ Urbani VIII. Conſtitutione §. 4. meritò igitur talia attentantes debent per Epiſcopum excomunicatione puniri.

3. *SEU VITIATIS*. Litteræ Dimiſſoriales non falſæ, ſed æquivocæ, captioſæ, neceſſaria non exprimentes, vel ſuperflua, aut impertinentia continentes, non dicuntur vitiatæ: quia hujuſmodi defectus tanquàm reſpicientes formam, ex parte dimiſſi, & impetrandis, non vitiant ſed vitiantur: licet ſi deficerent in ſubſtantialibus reiici poſſent, & deberent. Vitium autem de quo loquitur formula Edicti, & quod cadit ſub cenſurâ eſt illud, quò per dolum dimiſſi, ſcienter Dimiſſoriæ aliquâ in parte ſubſtantiali mutantur, putà, ſi directæ Epiſcopo Diœceſano, illius nomine abraſo ſubrogaretur Nolanus. 2. ſi conceſſæ pro Ordinibus tantùm Minoribus, extenderentur ad Sacros. 3. ſi conceſſæ Paulo, nomine mutato, illis uteretur Petrus 4. ſi conceſſæ Novitio, ſcriberetur Profeſſus. His inquam caſibus, & ſimilibus, dimiſſus diceretur furtivè, & per dolum ordinatus ſinè Dimiſſoriis, cum in omnibus deficiat conſenſus dimittentis, & per conſequens eſt ipſo jure ſuſpenſus juxtà Concilii, Trid. diſpoſitionem *c.* 8: *ſeſſ.* 23. *de ref.* Quapropter cum hi qui hæc agunt dicantur falſarii ut latè probat *Farinac. quæſt.* 150. rectè excomunicatio Epiſcopi illos præcedit.

4. *QUI TITULUM*. &c. Si quis ordinetur ſinè titulo Beneficii, Penſionis, vel Patrimonii ſciente Epiſcopo ſeù cum Epiſcopi, culpâ, Epiſcopus tenetur ad alimenta ordinati: Et iſte non eſt ſuſpenſus: ſi verò ordinatus ſolus eſt in culpâ exponendo Beneficium, ſivè Patrimonium falſis probationibus in totum, vel in parte non verum, & fictitium, tunc ipſe ſolus pœnas incurrit, nimirùm ſuſpenſionis, per Canones *Neminem, & Sanctorum diſt.* 70. inflictæ, & per *Concil. Trid. ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de refor.* quoad hoc innovatus, & hanc Sententiam tuentur *Quarant. in ſumm. Bullar. verb. Ordo. verſ. tertius caſus pag. mihi* 380. *Pignatell. conſult.* 77. *n.* 15. *& ib. tom.* 5. ubi plures declarationes Sac. Congr. Epiſc. & Regular, & Concilii refert, & de ſtylo Curiæ, & praxi Pœnitentiariæ teſtatur, & benè oppoſitis reſpondendo firmat modernus *Pirhing. in jus can. lib.* 1. *tit. XI. n.* 112. *Paſſer. de ſtat. hom. tom.* 3. *quæſt.* 189: *art.* 10. *inſp.* 8. *n.* 341.

5. Qui verò titulum habet fiduciarium, ſcilicet cum pacto, & conventione occultâ ante ordinationem factâ de non petendo, vel reſtituendo poſtquam ordinatus fuerit, id quod pro titulo donatum fuerat, licet de juris rigore, & ſecundum mitiorem DD. ſententiam, ſuſpenſionem non incurrat (ex quo dicatur cum titulo ordinari, & ejus promiſſio eſt invalida) ut ex doctrinâ *Navar. in conſ.* 17. *de tempor. ordin.* aliorumvè DD. ſubſtinet, *Quarant. loco ſupra citato in verb: Ordo verſ. quod intellige pag mihi* 381. (contra quem ſtant *Sayr. de Cenſur. lib.* 4. *c.* 15. *n.* 23. *Sanch. de mart. lib.* 6. *diſp.* 32. *n.* 8. qui tenent eſſe ſuſpenſum) nihilominns quia graviter peccat, & impunitus remanere non debet ut ibid *Quarant.* advertit jure tàm hic, quam qui cum ficto, aut nullo titulo fraudolentèr ad Ordines Sacros recipiendos accedit, poteſt excommunicatione in Edicto comminatâ ligari.

6. Qui autem eſſet de Beneficio, ſeù Canonicatu ſufficienti ad congruam ſubſtentationem proviſus, non poſſet à ſuo Ordinario, ſive ab alio de ejus licentiâ ad Ordines Sacros promoveri ad titulum Patrimonii, ſed deberet ordinari ad titulum d. Beneficii, ſic reſpondit *Sac. Congr. Concilii in Soranâ* 26. *Januarii* 1669. quam confirmavit, & extradi mandavit in aliâ *Camerinen.* 4. *Auguſti* 1685. *lib.* 32. *Dec. fol.* 4.

7. Item, qui ordinatur ad titulum Beneficii non ſufficientis ad ſubſtentationem, & datur patrimonium in ſupplementum, tunc Sac. Congr. Concilii ſolet reſcribere id fieri poſſe ſi Eccleſiæ neceſſitas, aut utilitas, id exigere videatur proùt reſcripſit *in Signina* 18. *Septembris* 1683. *& in Civitatis Plebis* 10. *Junii* 1684.

8. Item ordinari quis non valet ad titulum Servitii Eccleſiæ receptitiæ in quâ omnes Sacerdotes Patriæ admittuntur, & perſonaliter inſerviendo percipiunt ex maſsâ communi aliquam certam ſummam, ut reſpondit *Sac. Congr. Concilii in Marſicen.* 16. *Maii* 1682. *lib.* 32. *Decr. fol.* 273.

9. Neque quis ordinari poteſt ad titulum Cappellaniæ fundatæ cum hac lege, quod Cappellanus electus amoveri non poſſit niſi in caſu, quod deficeret in celebrando, ut declaravit *eadē S. Con. in Sabinen.* 15. *Nov.* 1687. *lib.* 37. *Dec. fol.* 632.

10. Neque ad titulum menſæ Abbatialis Regularis, mediante obligatione Abbatum, & Capitulorum Regularium, de victu providendo (in caſu neceſſitatis) ordinandis, ut reſpondit *eadem Congr. in. Labacen: in Carniola* 2. *Julii* 1650. *lib. Dec.* 19. *pag.* 62.

11. Ne-

11. Neque qui aſſignationem Menſæ obtinuit ab aliquo Maieſtatis Principe quouſque proviſus fuerit de Beneficio ſufficienti, vel de aliis bonis unde vivere queat, ſaltem in noſtra Italiâ, ut declaravit *eadem Congr. in Florentinâ* 28. *Junii* 1704.

12. Neque laicus, cui à proprio Epiſcopo denegata fuit prima Tonſura, initiari poterit vigore litterarum Dimiſſorialium Epiſcopi alterius Diæceſis, coram quo fuerit præſentatus ad Beneficium Eccleſiaſticum Juriſpatronatus *Sac. Congr. Concilii in Mutinen.* 26. *Januarii* 1658.

13. Neque ordinare poteſt Epiſcopus Fratrem, ſeù Nepotem ſuum abſque Dimiſſoriis proprii Ordinarii, ſub prætextu, quod illum uti familiarem retinuerit Domi propriis expenſis, etiamsì ei conferat Beneficiũ *Sac. Congr. Concilii in Calatina* 7. *Febr.* 1654. *lib.* 14. *Dec. pag.* 311.

14. Nec minus Familiarem triennalem, qui ſit illegitimus cum quo diſpenſare non poteſt *Sac. Congr. Concilii* 25 *Junii* 1590 *lib.* 7. *litter. pag.* 189.

15. Si quis autem ordinaretur ab Epiſcopo loci Beneficii, & poſſeſſionem caperet, poſt ſuſceptos Ordines, ordinatio irrita, & nulla eſſet *Sac. Congr. Concilii in Carinolen.* 18 *Martii* 1684. *lib. Dec.* 34. *fol.* 78. irritam intellige non quoad veritatem, & ſubſtantiam Ordinis, ſeù caractherem, ſed quoad exercitium, *Paſſerin. à Sextul. in c. ſi Epiſcopus n.* 1. *de præb. & dignit. in* 6. Item ſi Beneficium ad cujus titulum ordinatur ab Epiſcopo non ſuo non eſſet ſufficiens juxta taxam ſui Ordinarii *Sac. Congr. Concilii in Ariminen.* 10. *Jan.* 1705.

16. Attentâ Clericorum penuriâ, & neceſſitate Eccleſiæ poteſt Epiſcopus Ordines Sacros conferre ad titulum aſſignationis perpetuæ fructuum aliquorum bonorum ſtabiliũ, qui ſufficiant pro congruâ ſubſtentatione ordinati *Sac. Congregatio Concilii* 13. *Febr.* 1598. *Pirhing. in jus can. lib.* 1. *tit. XI. n.* 73. *Garc. de beneſ. par.* 2. *c.* 5. *n.* 97.

17. Item S. Congreg. Concilii aliquando diſpenſat ob penuriam Sacerdotum, vel paupertatem locorum, ut quis poſſit promoveri ad titulum Cappellaniæ amovibilis, dummodò ſit redditus ſufficientis pro victu; accedente obligatione validâ nominare debentis de non removendo ordinando, durante illius vitâ, proùt indulſit in una *Mutinen.* 17. *Decembr.* 1690. *& in Eugubina* 17. *Aprilis* 1706. *& Sac. Congr. Epiſcop.* facto verbo cum SS. *in S. Agathæ Gothor.* 17. *Octobr.* 1617. Hòdie tamen hujuſmodi diſpenſationes frequentius expediuntur per Datariam Apoſtolicam, quas Officiales vocant expeditiones ad Vitam.

18. Qui verò titulum habet Patrimonii conſtitutum ſub conditione = *donec, & quouſque proviſus fuerit de Beneficio Eccleſiaſtico, aut aliunde habuerit unde commodè ſubſtentari valeat, quo caſu eveniente Patrimonium redeat ad conſtituentem abſque alia declaratione*; non dicitur ſpoliatus neque privatus titulo, quamvis Beneficium, vel bona acquirat, ſed viget Patrimonium ut prius non obſtante conditione prædictâ, donec ab Epiſcopo non fiat ſubrogatio, ſic declaravit *S. Congr. Concilii* 12. *Julii* 1687. in qua confirmavit decreta olim emanata *in Terracinen.* 8. *Auguſti* 1602. *&* 20. *Julii* 1619. & nuper *in Senogallien.* 20. *Junii* 1705. *ad* 4. & hæc addenda ſunt aliis aucthoritatibus, quas retuli *tom.* 1. *tit.* 3. *annot. ad form.* 18. *n.* 2.

19. Si autem Patrimonium liberè conſtituatur, non poteſt ordinatus illud poſteà donare, reſervato ſibi uſufructu ad vitam, abſque expreſsâ licentiâ Epiſcopi *Sac. Congr. Concilii* 10. *Octobr.* 1676. Neque in Emphyteuſim concedere reſervato deſuper annuo Canone fructibus correſpondente, abſque dictâ Epiſcopi facultate, ead. Congr. *in Parmen.* 20. *Julii* 1641. in qua licet Conceſſor eſſet Beneficiatus, adhuc quia ordinatus fuerat ad titulum Patrimonii in Emphyteuſim conceſſi, declaravit conceſſionem non ſubſtineri *lib.* 16. *Dec. pag.* 555. & idem probavit in alia *Aquilana* 24. *febr.* 1652. *lib.* 19 *Decr. pag.* 172. Neque illud ad hæredes tranſmittere, ſi eſſet conſtitutum in executionem præcepti Teſtatoris, qui mandavit hæredi *ut faceret ordinato neceſſarium patrimonium* quia tunc cenſetur donatio facta ad vitam *Caren. reſol.* 2. *poſt art.* 3. *n.* 2. *&* 3.

20. An autem Concilium prohibens alienationem Patrimonii abſque conſenſu Epiſcopi, extendatur prohibitio ad fidejuſſionẽ, per Clericum factam, ita ut reſpectu d. Patrimonii obligatio non ſubſtineatur? Sac.Congr. Concilii ad dubium ſibi propoſitum *ſub die* 11. *Martii* 1642. reſpondit *extendi etiam ad fidejuſſionem*, & juſſit dari declarationem ſequentem = *Die* 5. *Febr.* 1604. *Sac. &c. Cenſuit neque in hujuſmodi Patrimonio, neque in ejus fructus ad Clericum alendum neceſſarios exequtioni locum eſſe poſſe, licere ante capere in cauſam judicati eam fructuum portionem, quæ quotannis ſupereſt, ultra ea, quæ ad ordinati ſubſtentationem, non lautè, ſed tenuiter vivendo Judicis Eccleſiaſtici arbitrio fuerit neceſſaria: poſſe autem ipſum creditorem accipere inſolutum, atque vendere jus ſibi competens ad hujuſmodi patrimonium, quod poſt mortem ipſius promoti, ad creditorem, uti res hæreditaria pertinebit*, & ratio eſt quia licet Clericus non debeat fidejubere *c.* 1. *de fidejuſſor.* tamen ſi de facto fidejubeat tenet obligatio *Caren. reſol.* 168. *n.* 4.

21. Item poterit Patrimonium ab ordinando conſtitui in annuis perpetuis Cenſibus creatis ad formam Bullæ Pii V. cum hac lege, quod Debitores in caſu redemptionis, teneantur pretium deponere penes Ædem Sacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam ad effectum reinveſtiendi, cum eiſdem qualitatibus in aliis Cenſibus, vel bonis ſta-

bilibus

bilibus locis montium non vacabilibus, & quod tale inveſtimentum teneatur facere ipſe ordinatus ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrendæ. Quod ſi contigerit Patrimonium ab aliis quam ordinandis in hujuſmodi cenſibus conſtitui: curare debet Epiſcopus quod conſtituentes in formâ juris validâ ſe obligent, quod in caſu redemptionis, pro ſufficienti ordinati victu providebunt, donec iterum inveſtiantur, ut reſcripſit *Sac. Congr. Concilii* 21. *Julii* 1629. *in Nullius lib.* 14. *Decr. pag.* 109.

22. Ordinati præterea ad titulum Beneficii, ſi delinquant, vel non reſideant, vel aliud demeritum habeant, poſſunt ſer. ſer. Beneficiis privari, non obſtante quod ad eorum titulum fuerint promoti, aut loco patrimonii ſubrogatis, ut pluries declaravit Sac. Congr. Concilii, & in ſpecie in *Firmana* 30. *Maii* 1665. *lib.* 24. *dec. fol.* 495. *in Romana* 18. *Martii* 1684. *lib.* 34. *fol.* 80. *& in Vercellen.* 15. *Decembr.* 1696.

23. Et tandem qui Beneficium de pertica, Penſionem inexigibilem, & Patrimonium infructiferum habet, nullum titulum legitimum ad Ordines Sacros habere dicitur quia idem eſt, rem non habere, vel habere ſed inutilem *l. quoties ff. qui ſatisd. cogant.* & expreſsè cautum habetur *in c.* 2. *ſeſſ.* 21. *Conc. Trid. ibi = quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiat pacificè poſſidere, Garc. de benef. par* 2. *cap.* 5. *n.* 105. *& ſeqq. Pirhing. in jus can. lib.* 1. *tit.* 11. *n.* 72. *verſ. Nomine autem.*

24. *QUI LEGITIMAM ÆTATEM.* Ordinatus in Ordinibus Sacris ante legitimam ætatem, & ſi caractherem Ordinis recipiat, eſt perpetuò ſuſpenſus ipſo jure, & ſi ante legitimam ætatem durante ſuſpenſione, antequā ab eâ abſolutus ſit, in ſuſceptis Ordinibus miniſtrare præſumpſerit, eo ipſo irregularitatem incurrit, juxtà Conſtit. Pii II. ſupra citatam *Bullar. nov. tom.* 1. *la* 7. cujus diſpoſitio locum obtinet etiam in Regularibus, ut communiter tradunt *Pac. Jord. lucubr. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 211. *Pirhing. in jus can. lib.* 1. *tit.* 11. *n.* 95.

25. Et quamquam Conſtitutio prædicta, non compræhendat ordinatos ad Minores Ordines, ut ex Sententiâ magis communi DD. tenent, *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Ordo verſ. ſecundò limita pag. mihi* 377. *Pac. Jord. loco citato n.* 215. *Pirhing. ibid. n.* 96. *verſ. notandum*, attamen tàm hi, quam primi, propter crimen falſitatis poſſunt ab Epiſcopo excommunicatione puniri, attentâ culpæ gravitate *Bonac. de ſuſpenſ. diſp.* 3. *punct.* 5. *n.* 2. *verſ. quintò recipientem*, dùmmodò falſitatis conſcii ſint, prout additur in Edicto; qui enim ſine dolo, bona fide, ignorantiâ non affectatâ, recipit Dimiſſorias falſas à viro bonæ opinionis, vel ſub fide Parentum utitur falſis ſcripturis, pœnas falſarii non incurrit, nec Edictum eum ligat, nec Pii II. Conſtit. niſi ſciat ſcripturas eſſe falſas, quia ignorans non dicitur delinquere, ex traditis à *Bellett. diſq. cler. par.* 2. *tit. de pœn. Cler.* §. 28. *n.* 6. *Quarant. loco citato verſ. quibus ſic ſpecialiter examinatis, Pac. Jord. ibid. n.* 216. *Pirhing. d. n.* 96.

26. An autem Epiſcopus abſolvere poſſit à ſuſpenſione incursâ ob promotionem ad Sacros Ordines ante debitam ætatem contra prohibitionem dictæ Extravag. Pii II. vigore *Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 6. *de refor.* affirmat *Pac. Jord.* loco quo ſupra citato *n.* 214. donec delictum remanet occultum: immò etiam ab irregularitate ex eadem causâ contractâ Epiſcopum in foro conſcientiæ diſpenſare poſſe, ſi delictum eſt occultum tenet *Quarant. loco quo ſupra verſ. ſecundò limita*: Si autem non eſſet amplius occultum, abſolutionem ſuſpenſionis, & irregularitatis diſpenſationem ad Papam pertinere tenent *Bonaccin. de ſuſpenſ. d. diſp.* 3. *d. punct.* 5. *verſ. tertio hujus ſuſpenſionis Sayr. de cenſur. lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 11. *& lib.* 7. *cap.* 10. *n.* 36.

27. Si quis autem eſſet initiatus Clericali tonſurâ ante ſeptennium, validè eſſet ordinatus, licet ordinatio ſit illicita, & Epiſcopus incurrat ſuſpenſionem per annum a collatione ejuſdem primæ tonſuræ per text. *in c. nullus de tempor. ord. in* 6. neque ullâ indigeret diſpenſatione pro Ordinibus ulterioribus ſuſcipiendis, ut reſpondit *S. Congreg. Concilii in Cotronen.* 19. *Auguſti* 1684.

28. *QUI IRREGULARES ETC.* Epiſcopus, qui ordinare non poteſt, nec debet irregulares nec eos, qui aliquâ Eccleſiaſticâ cenſurâ irretiti ſunt *c. ſæpe de temp. ord. c. cum illorum de ſent. excom. in* 6. *Barboſ. de jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 33. *n.* 107. *Pirhing. in jus can. lib.* 1. *tit. XI. n.* 20. (& quatenùs ordinet, ſunt ipſo jure ſuſpenſi, & fiunt irregulares, ac ſi in Ordinibus ſuſceptis miniſtraſſent *Pac. Jord. lucubr. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 382.) nè hujuſmodi furtivè accedentes hoc attentare præſumant, ſub anathematis interminatione valet prohibere *c.* 1. *& tot. titulo de eo qui furt. ord. ſuſc.*

29. Porrò ſi hujus occulti criminis Epiſcopus notitiam privatam haberet, poſſet vigore *c.* 1. *ſeſſ.* 14. *de ref.* ſuis ſubditis aſcenſum ad Ordines denegare: immò, & à Divinis ſuſpendere, ut ſæpè declaravit Sac. Congr. Concilii, nempè 12. *Auguſti* 1628. *lib. Dec.* 181. *pag.* 4. *in Vercellen.* 21. *Martii* 1643. *in Bononien.* 14. *Nov.* 1654. *& in Alerien.* 24. *Nov.* 1657. neque tenetur exprimere reo cauſam rejectionis, ſeu ſuſpenſionis; ſed tantum Sedi Apoſtolicæ ſi requiratur, ut habetur in *d. Vercellen.*

31. Si verò delictum ex quo provenit irregularitas eſſet publicum, & actus quò incurritur occultus, veluti ſi publicè excommunicatus, vel notoriè fornicarius, occultè exerci-

exercitaſſet actum Ordinis, Epiſcopus non poſſet diſpenſare; Quod ſi delictum occultum eſſet, actus verò ex quo irregularitas incurritur publicus, tunc benè reum abſolveret, ut reſpondit *Sac. Congr. Concilii 23. Auguſti* 1582. *lib.* 85. *pag.* 175.

31. Clerici Concubinarii notorii ſunt ipſo jure à Divinis ſuſpenſi *c. nullus c. præter* 32. *diſt. Bellett. diſq. cler. par.* 2. *tit. de pœn. cler.* §. 3. *n.* 1. *& per tot.* ubi concordantes *Sac. Congr. Concilii in Alerien.* 8. *Maii* 1653. *lib.* 16 *decr. pag.* 230. & ideò omninò repellendi. Ad hunc autem effectum tunc Clericus diceretur Concubinarius, ſi habeat, vel habere credatur fornicariam conſuetudinem cum Muliere, de qua eſſet diffamatus in ſua, vel Mulieris vicinia: Et ſic ſivè Domi, ſivè alibi Concubinam retineat, & ſuis nutibus habeat, ſatis de hoc crimine conſtare dicitur *Ricc. dec. Cur. Arch. Neap. par.* 4. *dec.* 43. *n.* 4. Repellendi quoque ſunt tanquam irregulares qui voluntariè ſe caſtrari fecerunt, quia promoveri non poſſunt ſine diſpenſatione Apoſtolicâ, ut reſpondit *S. Congr. Epiſc. Epiſcopo Melevitano* 15. *Jan.* 1694. *Sayr. de cenſur. lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 12.

32. Item furioſi, & mentecapti ſunt irregulares, & ſac. Ordinum incapaces: quæ regula vera eſt, & procedit non ſolum in eo, qui actu eſt demens: verùm etiam in eo, qui aliàs mentis delirium paſſus eſt: ita ut verè fatuus dici potuerit, quamvis ad ſanam mentem rediiſſet: nam hic non poterit promoveri ſine Pontificis diſpenſatione, ut benè probant *Fagnan. in c. eam te n.* 47. *de æt. & qualit. Tondut. quæſt. beneſ. tom.* 1. *par.* 1. *c.* 53. *n.* 10. *&* 11. ubi affert hanc diſtinctionem: quod ſi agitur de eo, qui ante furorem, & dementiam Ordines ſuſcepit, poteſt Epiſcopus illorum exercitium permittere arbitrio ſuo, facto prius ſanæ mentis experimento: ſi verò agitur de promovendo, Epiſcopus nullo modo diſpenſet. Et idem dicendum de Energumeno, qui licet fuerit liberatus, eſt tamen effectus irregularis, nec promoveri, nec de Beneficiis provideri poteſt, niſi obtineat diſpenſationem Apoſtolicam *Sac. Congr. Concilii* 12 *Februarii* 1689. *lib.* 19. *Dec. fol.* 70. *&* 71. ſi autem antequam à Dæmone obſideretur, erat promotus, tunc procedit diſtinctio ſupra allata de facto *Barb. de jur. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 33 *n.* 148.

33. Item Bigami, ad Ordines nunquam fuerunt ab Eccleſiâ recepti, & irregulares ſunt *Sayr. de cenſur. lib.* 6. *cap.* 3. *n.* 20. repelluntur etiam à minoribus *Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 17. *de refor. c. debitum, & tot. tit. de bigam. non ordin.* & exuti ſunt omni privilegio clericali, adeò ut nequeant nec habitum Clericalem deferre *Sac. Congr. Concilii in Ugentina* 12. *Septembr.* 1620. *lib. Dec.* 64. *pag.* 718. Bigamus autem non dicitur ille, qui contrahit cum Viduâ in articulo mortis conſtitutâ, ad ejus honorem tuendum, cum qua anteà rem habuerat; ſi matrimonio non conſumato, Vidua deceſſerit, ùt declaravit S. Congr. Concilii *in una Burgen. Bigamiæ* remiſſa à Pœnitentiara 17. *Julii* 1688. *lib.* 36. *Dec. pag.* 333. Nec qui contrahit cum Viduâ à primo viro non cognitâ, ead. Congr. *in Senogallien. Bigamiæ* 10. *Decemb.* 1661.

34. Sicuti non dicitur irregularis filius homicidæ Preſbyteri, qui poterit promoveri abſque diſpēſatione ſic declaravit *Sac. Congr. Concilii* 2. *Auguſti* 1687. Neque ille, qui armatus cum Conſanguineis acceſſit ad Domum Conſanguineæ, ut compelleret eum, qui cum eâ commiſcebatur, fornicarius è feneſtrâ ſe proiiciens moritur eadem Congr. *in Pampilonen.* 29. *Septembr.* 1600. *lib.* 7. *poſit. pag.* 607. Nec alius, qui accedens ad Domum Mulieris coniugatæ fornicandi causâ, ſi ſuperveuientibus Viro, & Conſanguineis Mulier occidatur, ead. Congr. *in Potentina* 18. *Martii* 1684. *lib.* 34. *Dec. pag.* 64. Et ratio horum eſt, quia ad incurrendam irregularitatem ex homicidio non voluntario, non ſufficit dare operam rei illicitæ, ſed neceſſe eſt, quod actus illicitus, ſi aptus ſuâ propriâ naturâ ad homicidium: tunc enim culpæ imputatur, quando ſequitur ex aliquâ causâ, ex qua vel ſemper, vel, ut plurimum ſolet accidere homicidium, aliàs dicitur caſuale, & eſt diſpenſabile per Epiſcopum, ut latè probant *Graff. conſ. lib.* 5. *tit. de homic. conſ.* 2. *n.* 8. *& per tot. Ricc. prax. rer. Eccleſ. par.* 3. *reſol.* 273. *per tot.* Ex qua concluſione infertur, quod qui dedit mandatum ad Sfregiandum, ſi mandatarius excedat fines mandati, & occidat, non dicitur irregularis ex homicidio voluntario, adeò ut ſit indiſpenſabilis juxtà *cap.* 7. *ſeſſ.* 14. quia eſt ſolum voluntarium in causâ, & non voluntarium directè, & in ſe, & poteſt proinde à Sede Apoſtolicâ diſpenſari *S. Congr. Conc.* 20. *Nov.* 1581. *lib.* 22. *pag.* 59. *&* 7. *Septembr.* 1604. *lib.* 7. *Dec. pag.* 567. *&* 589.

35. Item irregularis non dicitur Judex, qui protulit ſententiam mortis, vel mutilationis, niſi ſequatur effectus Sententiæ per ipſum latæ, & ideò non indiget diſpenſatione *Sac. Congr. Concilii in Cæſenaten.* 1615. *lib. Dec.* 23. *pag.* 297. multòque minus incurret irregularitatem Clericus, qui exercuit Gubernium cum poteſtate ferendi judicium ſanguinis; ſed tamen actu talem poteſtatem, non exercuit, nec ſententias Sanguinis protulit eadem *Sac. Congr. in S. Severini* 2. *Junii* 1703. Et quod Notarius Criminalium, qui exercuit officium per plures annos, & plures ex ſuis Proceſſibus fuerunt condemnati in pœnam mortis (ſententiæ tamen exequtæ non fuerunt) non efficitur irregularis tenuit *d. Congr. in Spoletana* 14. *Decembr.* 1630. *lib.* 14. *dec. pag.* 365. & N. qui per quatu-

or annos exercuit Prætoriam,&Sententias Sanguinis protulit, ſed non conſtabat reſultaſſe alicui pœnam prædictam, & diſpenſari ab irregularitate petebat *die* 28. *Martii* 1676. reſpondit = *diſpenſandum eſſe ad cauthelam*.

36. Neque irregularitatem incurrit Clericus, qui Judici ſæculari petenti librum Baptizzatorum exhibuit, ad effectum recognoſcendi ætatem rei inquiſiti de delicto, quod mortem meretur, & ſubiturus credatur *Sac. Congr.Concilii in Lycien.* 10.*Decembr.*1661. Nec qui digitum pollicem, aut indicem abſcidit, quia non dicitur membrum mutilaſſe, ſed membri partem *Graff. conſ. lib.* 5. *de homic. conſ.*3 *n.* 2. quid quid ſit reſpectu Sacerdotis patientis, qui non poterit amplius celebrare: At Sac. Congr. Concilii in Caſu hoc petendam eſſe diſpenſationē ad cauthelam 13. *Julii* 1687. reſpondit. Clericus item qui levi Epilepſia ſemel affectus fuit, & deinde per plures annos amplius dicti morbi ſigna non dedit, promoveri poterit *Sac. Congr. Concilii in Tudertina* 19. *Julii* 1704.

37. Clericus autem, qui militiæ nomen dedit, & armatus in bello ſervivit, ſtipendium accepit,ac expeditionibus militaribus ſe aſſociavit indiget diſpenſatione ab irregularitate incurſa, licet moraliter certus ſit, neminem mutilaſſe, læſiſſe, aut occidiſſe *Sac. Congr. Concilii in Iſpren.* 13. *Januarii* 1703. & ipſo jure amittit Beneficium, etamſi ſit Juriſpatronatus *Congr. Concilii in Firmana* 13. *Januarii* 1618 Aut de Homicidio inquiſitus; quia ſubſtinuit torturam indicia diluit, & fuit abſolutus; hic enim ſi de delicto remanet fama non debet promoveri, quia remanet infamia facti *Sac. Congr. Concilii in Novarien.* 1. *Octobr.* 1661. *lib.* 22. *Dec. fol.* 666. Si verò de homicidio inculpatus, tanquam non repertus culpabilis eſſet abſolutus, tunc non indigeret diſpenſatione *ead. Congr.* 8. *Julii* 1684. Sicuti diſpenſatione non indigent, & poſſunt ordinari filii nati ex Matrimonio contracto cum impedimento affinitatis, cum mala fide Patris, & bona fide Matris, nam hi ſunt legitimi *Sac. Congr. Concilii in Tornacen.* 24. *Maii* 1684. *lib.* 31. *Dec. fol.* 400. nec non Filii, & Nepotes Hæreticorum, quorum Patres, & Patruos conſtat emendatos eſſe, & pœnitentiam egiſſe *d. Congr.* 26. *Septembr.* 1591. *lib.* 7. *litter. pag.* 277. Deſcendentes autem ab Hæreticis non emendatis ultra ſecundum gradum per Paternam lineam, & ultra primum per Maternam non ſunt excludendi ab ordinatione, ſicuti nec Hebreorum, ut ibid.

38. Cæteri autem irregulares, prout ſunt illegitimi, corpore vitiati, vel imminuti, ideſt, qui aliquo membro carent, vel debiles parte aliquâ corporis ſunt; videri poſſunt apud *Sayr. de cenſur. lib.* 6. *cap.* 6. 7. *&* 8. *Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 33. *à n.* 99. *ad* 153. *Pirhing. in jus can. lib.* 1. *tit.* 11. *n.* 11. *& plurib. ſeqq.* & notati ſunt *tom.* 1. *tit.* 3. *poſt form.* 1. Et an, & quando hujuſmodi ſint diſpenſandi agit *Panimol. Dec.* 89. *annot.* 1. *&* 2. Hoc unum advertens, quod irregularitas, quæ repellit ab Ordine, non inducit incapacitatem penſionis, quia *cap.* 7. *ſeſſ.* 14. *de refor.* hanc non compræhendit, ut declaravit *Sac. Congr. Concilii in Novarien.* 24. *Aprilis* 1655. *lib.* 19. *Dec. pag.* 453.

39. *REGULARES QUI SCIENTER NULLITER PROFESSI SUNT*. Cum etenim Decretum Concilii Trid. c. 2. *ſeſſ.* 21. fuerit per Pium V. extenſum ad Regulares non profeſſos, ut patet *ex Conſt.* 75. ejusd. Pontificis, jure meritò Epiſcopus hic ſatagit ab Ordinibus arcere eos, qui nulliter profeſſi ſunt, & furtivè in fraudem d. Bullæ, ad Ordines accedere non verentur abſque titulo; quia Conſtitutio prædicta habet locum tàm in non profeſſis, quàm in nulliter profeſſis, ut tenuit *Rot. in Urgellen.* 3. *Martii* 1595. quam Deciſionem refert *Garc. de benef. par.* 2. *cap.* 5. *n.* 12. & concordat *Pac. Jord. lucubr. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 347. *Donat. prax. rer. regular. tom.* 3. *tract.* 3. *quæſt.* 15. *n.* 3. Et ſic cum talitèr ordinati ipſo jure ſuſpenſi ſint ab exequtione Ordinum, & graviter peccent,, & qui ad Triremes ob eorum demerita tranſmiſſi fuerunt, ob infamiam facti, quæ ex dictâ pœna reſultat remaneant irregulares, ut declaravit *S. Congr. Epiſc. in Mantuana* 20. *Dec.* 1619. poterunt ſub anathematis interminatione prohiberi nè accedant.

40. Additur verbum,ſeù adverbium = *ſcienter*: quia ſi Religioſus bona fide, ignorans nullitatem ſuæ profeſſionis, reciperet Sacros Ordines, ſicuti non peccaret ob bonam fidem, ita neque ſuſpenſionem à Pio V. inflictam, nec excommunicationem comminatā ab Epiſcopo incurreret, quia unaquæque ſupponit peccatum mortalem: ſecus ſi malitiosè, & cum fraude, ut diſtinguit *Donat. loco citato quæſt.* 16. Ex quibus remanet legitimatum Epiſcopi Edictum, adverſus ſupra nominatim expreſſos cum comminatione Excommunicationis latæ ſententiæ.

41. Imò addo, quod ſi Epiſcopus, ante ordinationem proteſtaret, ſe non habere intentionem ordinandi exceptuatos, & monitos in hoc Edicto, jure faceret, & ſi proteſtatione neglectâ hi accederent, Ordinem non reciperent, quia proteſtatio in hoc caſu non eſt generica, ſed cadit ſupra ſubiectos particulares nominatim expreſſos,ut benè diſtinguit *Donat. loco ſupra cit. tom.* 3. *tract.* 3. *quæſt.* 13. *n.* 1. ubi dubio ſibi facto ſic reſpondet = *Aut Epiſcopus habet determinatam intentionem non ordinandi hos, vel illos, ex quo carent Patrimonio, ætate legitimâ, Dimiſſoriis, & ſimilibus; & ſic hi accedentes ad ordinationem, Ordines non ſuſpiciunt: nam ex Concilio Nicæno, tria ſunt de eſſentiâ Sacramenti;*

*ti; nempè intentio Miniſtri, forma, & materia; ergo uno iſtorum trium deficiente non conficitur Sacramentum, ut patet de Sacerdote non habente intentionem conſecrandi hoſtiam: Aut D. Epiſcopus, ſeù pro eo ejus Fiſcalis proteſtatur in generali, D. Epiſcopum non habere intentionem ordinandi accedentes cum impedimento occulto, & ſic dicendum eſt, quod hi non obſtante proteſtatione prædictâ generaliter factâ, verè ordinantur; nam cenſetur facta ad terrorem, & non ad alium finem &c.* quam diſtinctionem approbat *Navar. conſ. 1. n. 6. de eo qui furt. ord. ſuſcep.*

42. Et ſi dicatur, quod Sac. Congr. Concilii in una *Portalegren. 5. Aprilis* 1704. declavit quondam Clericum, qui falſis Dimiſſoriis ordinatus fuerat, fuiſſe validè ordinatum, non obſtante, quod Epiſcopus ordinans fuiſſet proteſtatus ſe non habere intentionem: hoc evenit, quia proteſtatio mediante perſonâ Secretarii facta, erat generalis, ſcilicet, ſe non habere intentionem ordinandi eos, qui non haberent requiſita Concilii, juxtà precioſos terminos diſtinctionis *Donati* mox allatæ: & ulterius Epiſcopus requiſitus pro informatione, retulit ſe habuiſſe intentionem faciendi, quod facit, & mandat Eccleſia: Unde talis Congregationis declaratio favet potiùs, quam adverſetur.

43. Cæterum quoties de Epiſcopi animo, & intentione per proteſtationem explicitam adverſus aliquos particulares nominatim expreſſos conſtat, & de mutatione, ſeù retractione intentionis ſufficienter non apparet, dicendum erit, quod ordinatio ſit invalida, proùt olim major pars Cardinalium Congr. Concilii ad ita decidendum inclinavit, ut refert *Gallemart. ſupra Concil. Trid. ſeſſ. 23. de refor. cap. 7. n. 2. verſ. quæſitum fuit*. Et recenter ita ead. Congregatio declaravit *ſub die* 31. *Januarii* 1688. in quâ reſpondit = *Nullam fuiſſe ordinationem, quondam Simonis Tarcii, qui confectis ſibi falſis Dimiſſoriis acceſſit ad Epiſcopum N. qui agnoſcens vel ſaltem dubitans, Dimiſſorias eſſe ſubreptitias, proteſtatus fuit in ipsâ ordinum celebratione, ordines expoſcenti conferre, quoties ipſe ſufficientem haberet ætatem, ac Dimiſſoriæ veræ, & non adulteratæ eſſent.* Si verò de mutatione intentionis prius expreſſæ dubium eſſet, tunc ordinatio ſaltem ſub conditione eſſet reiteranda, juxta ſtylum Pœnitentiariæ de quo teſtatur *Pignatell. conſult.* 140. *n.* 6. *tom.* 4.

44. Item notandum, quod commorantes in Urbe per quatuor menſes, non poſſunt ordinari extra Urbem cum litteris Dimiſſoriis proprii Ordinarii, ſed debent ſe præſentare Eminentiſſimo Cardinali Vicario, à quo debent ordines recipere vigore Edicti tempore Clem. VIII. *de anno* 1603. emanati, ac Alexandri. VII, *anno* 1664. *die* 15. *Maii*, & declarationis Congregationis deputatæ ab eodem Pontifice approbatæ, aliàs contraveniendo ſuſpenſionem Papæ reſervatam incurrunt. Ulteriùs adeſt Conſtitutio Alexandri VII. impreſſa in Bullario *tom.* 6. in ordine la 126. quod in ſex Epiſcopatibus propè Urbem in quibus non ſunt Suffraganei, quicumque ad Minores, vel Majores Ordines vult promoveri, debet ad eundem Em. Card. Vicarium cum litteris Dimiſſoriis ſui Ordinarii, & non ad alium Antiſtitem accedere, & ab eo ordinari: Tranſgreſſores autem hujus Conſtitutionis, & alterius Urbani VIII, *la* 35. (ſi Ultramontani ſunt) qui litteras Dimiſſorias Ordinarii à Nuncio Apoſtolico propriæ Nationis, & ab eod. Em. Card. Urbis Vicario recognoſci facere neglexerunt, & ordinati fuere, ſolent ad Sac. Congr. Concilii pro abſolutione à ſuſpenſione incursâ obtinendâ recurrere, quæ non niſi audito ſępè dicto Em. Card. Vicario gratiam facit, illos eidem pro abſolutione remittendo,

45, Et tandem, quod ſicuti Epiſcopus non poteſt cogere Clericos Minorum Ordinum ad ſuſcipiendos Sacros Ordines, *Sac. Congr. Immunit.* 23. *Auguſti* 1662. *lib.* 1. *Dec. Rocci fol.* 102. atergo ita nec in ordinibus conferendis promiſſiones Sacros Ordines ſuſcipiendi ab ordinatis recipere, & ob inobſervantiam promiſſionis eos privilegiis clericalibus privare, *ead. Congr. in Hyeracen.* 12. *Auguſti* 1642. *lib.* 3. *dec. Paul. fol.* 181. quia in malis promiſſis non expedit fidem obſervare *Dyn. de regul. jur. c. in malis*, & axioma dicit *In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta Decretum c. in malis* 22. *quæſt.* 4. Quoties autem Ordinarius nolit ſupplicantibus Ordines conferre, non poterit ab Archiepiſcopo, cujus eſt Suffraganeus compelli ad allegandas cauſas cur renuat ſed ad Sedem Apoſtolicam, ſeù Sac. Congr. Concilii erit recurrendum, ut dicta Congr. reſpondit *in Rhemenſi* 21. *Aprilis* 1668. *confirmata in Calaguritana gravaminum* 16. *Julii* 1695. *in reſponſione ad* 10.

## Litterarum Dimiſſorialium Formulæ pro Regularibus datæ á Lantuſcha in Theatr. Regular. verbo Ordo.

## FORMULA IV.

### PRO ORDINIBUS MINORIBUS.

### SUMMARIUM.

2. *Dimiſſoriæ Regularium debent expediri juxtà formam præſcriptam à Clem. VIII. & n.* 3. *datur formula.*

4. *An Epiſcopus loci Monaſterii poſſit ordinare Regularem Novitium ex alio loco oriundum, afferuntur DD. opiniones.*

1. *Or-*

5. *Ordines Minores conferri debent per temporum interſtitia & n. 6. 7.*
9. *Datur formula Dimiſſorialium proSubdiaconatu.*
10. *Religioſus nulliter profeſſus eſt merus Sæcularis.*
11. *Religioſus nulliter profeſſus, per ſuſceptionem Ordinis Sacri, non dicitur profeſſionem ratificare.*
12. *Litteræ Dimiſſoriales Regularium debent continere teſtimonium de idoneitate.*
14. *Datur formula Dimiſſorialium pro Diaconatu.*
16. *Dimiſſoriæ pro Presbyteratu debent continere formam præſcriptam in Concilio Niceno.*
17. *Datur formula Dimiſſorialium pro Presbyteratu.*
18. *Superiores Regulares, quando dimittunt ordinandos ad Epiſcopum non Diæceſanum, debent in litteris Dimiſſorialibus fidem facere de impedimento Diæceſani.*
19. *Epiſcopus favore Regularium ſuper interſtitiis diſpenſat abſque inquiſitione, quoties Superiores in Dimiſſoriis de neceſſitate teſtantur.*
20. *Epiſcopus in diſpenſatione interſtitiorum Clericorum Sæcularium, quid advertere debeat, oſtenditur.*
21. *Quæ ſint cauſæ juſtæ diſpenſationis interſtitiorum, referuntur placita DD. & n. 22. 23. 24. 25. & 26.*
27. *Superiores Regulares non obſervantes Decretum Clem. VIII. incurrunt pœnas in eo comminatas ipſo facto.*
28. *Decretum Clem. VIII. fuit innovatum pro Præmoſtratenſibus: qui ſi ſint in Monaſterio Nullius, Dimiſſoriæ dantur viciniori.*
29. *Regulares ab Epiſcopo Diæceſano in examine rejecti, non poſſunt dimitti ad alios Epiſcopos, ſed debent recurrere per viam recurſus ad legitimum Superiorem.*
30. *Græci Albanenſes græco ritu viventes, & in Italia commorantes ad Sacros Ordines promoveri non poſſunt abſque litteris Dimiſſoriis Epiſcopi Latini Diæceſani.*
*Græci, qui ordinantur ab Epiſcopo Latino ad Ordines Minores, debent iterum confirmari ſub conditione.*
31. *Regulares Societ. Jeſu non comprahenduntur in Decreto Clem. VIII.*
32. *Regulares Societ. Jeſu ordinandi, non ſubiiciuntur examini, niſi adſit conſuetudo.*
33. *Indulto Societ. Jeſu non gaudent alii Regulares, qui per communicationem privilegiorum de eo participant.*
34. *Regulares, qui gaudent privilegiis Sedis Apoſtolicæ per ſolam communicationem, illis uti non poſſunt, quoties ſunt tertio præjudicialia, & n. 35. 36. & 37.*
*Abbates Monachorum, & alii Prælati Epiſcopo inferiores habentes uſum Pontificalium ſervare tenentur Decretum Alex. VII. quod adducitur.*
38. *Clauſulæ* arbitrio, *ſivè* conſcientiam veſtram onerantes, *non tollunt juris diſpoſitionem, ſed moderant.*
39. *Arbitrium Epiſcopi in exequendis Brevibus extra tempora favore ordinandorum expeditis, quomodo ſit regulandum oſtenditur, & n. 40.*
41. *Presbyteri Congregat Oratorii Urbis, & Neapolis poſſunt ordinari facere ſuos Alumnos ab Epiſcopo Diæceſano Domicilii.*
42. *Habentes litteras Dimiſſorias proprii Ordinarii, ut poſſint ordinari à quocumque, poſſunt Ordinari à Nuncio Apoſtolico.*
43. *Qui petit ordinari, & non docet eſſe confirmatum, poteſt admitti ſi juret Sacramentum confirmationis recepiſſe.*

## N. N in Sæculo N.

# I.

1. EA ſumma Religio, ac humilis pietas, quâ ergà Deum Benedictum fungimur vehementer
„ nos cogit, ut ſelectos ac probatos Juvenes ad ſacra munera obeunda deſtinemur:
„ Cumque te debitâ ætate, morumque honeſtate præditum, legitimis natalibus ortum,
„ ſacro Chriſmate delibutũ, nec aliquo Canonico impedimento innodatum, nec non per
„ Examinatores noſtros idoneum repertum, & admiſſum noverimus; Tenore præſentium,
„ cum ſalutaris obedientiæ merito, ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. Antiſtitem
„ tuum Sabinen. *vel eo impedito ad quemlibet alium ordinationes habentem* (intrà tamen Provinciæ
„ noſtræ limitem) mittimus, eumque humiliter rogamus, ut pro ſuâ benignitate his qua-
„ tuor proximis temporibus, Primam Tonſuram, nec non Quatuor Minores Ordines ſimul
„ pro Eccleſiarum noſtrarum neceſſitate tibi conferre dignetur, pro quo, & etiam pro nobis
„ Deum precari non ceſſabis. Vale. Datum &c.

## ADNOTATIONES.

2. Hæc Lantuſchæ formula, quia differt à formulâ Regularibus præſcriptâ à Sac. Congr. Concilii de mandato Clem. VIII, in Decreto, quod per extenſum dedi *tom. 1. in Appendice pag. 294.* & deficit in aliis, reformanda videtur, nè ab Ordinariis, qui jura callent reiiciatur. Primò enim non exprimit an ordinandus ſit Novitius, an Profeſſus, & in quo Conventu reperiatur de familia aſſignatus. Secundò dimittit ordinandum ad Diæ-

céſanum, & eo impedito, ad quemcumque alium ordinationem habentem in Provincia, quæ expreſſio omninò moderanda eſt; nam ſi Diæceſanus verè eſt impeditus, tunc ſubditus debet abſolutè dimitti, non ad alium quemcumque, ſed ad habentem gratiam, & communionem cum Sede Apoſtolicâ, cum atteſtatione impedimenti Diæceſani Epiſcopi, prout dictum Decretum jubet. Tertiò rogat, ut conferatur ſimul Prima Tonſura cum quatuor Minoribus Ordinibus; quæ poſtulatio exorbitat à jure, quia etiam Ordines Minores gradatim ſunt conferendi, niſi aliqua juſta causa intercedat diſpenſandi arbitrio Epiſcopi, Sicque corrigi, & concipi poterit modo ſequenti.

## Formula mutata.

3. „ HUmilitas, & pietas, quas profitemur, nos cogunt, & impellunt, ut ſelectos, & pro-
„ batos Juvenes ad ſerviendum Deo in noſtrâ Religione cælitus vocatos, ad ſacra mu-
„ nera obeunda, promoveri ad ordines curemus. Cumque te ad Habitum Religionis ad-
„ miſſum, *& in Conventu* N. de familia exiſtentem debitâ ætate, morumque honeſtate prædi-
„ tum, legitimis natalibus ortum, ſacro chriſmate delibutum, nec aliquo canonico impe-
„ dimento (quod ſciamus) innodatum; nec non per Examinatores noſtros idoneum repertum,
„ & admiſſum noverimus; Tenore præſentium cum ſalutaris obedientiæ merito, ad Illuſtriſ-
„ ſimum, & Reverendiſſimum D. Epiſcopum tuum N. mittimus, eumque humiliter rogamus,
„ ut tibi ſic dimiſſo, & licentiato, his proximis Quatuor futuris temporibus menſis N. (vel
„ temporibus à jure Statutis) Clericalem Tonſuram, Oſtiariatus, Lectoratus, Exorciſtatus, &
„ Accolitatus, Ordines Minores pro neceſſitate noſtrarum Eccleſiarum *omnes ſimul* (ſi ſibi expedire
„ videatur) interſtitiis etiam non ſervatis, conferre dignetur &c.

4. *IN CONVENTU* N. Quæſtio eſt inter DD. an Epiſcopus intrà annum probationis poſſit ordinare Novitium, qui ex alio loco oriundus eſt, in Monaſterio verò Diæceſis illius ad probationem ſit admiſſus? & negativam tenent *Pac. Jord. lucubr. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 29. *&* 30. ex eo fundamento, quod Novitii non ſint ſubditi Regularium, & ideò non poſſint à Superioribus licentiari ad ordines; ſed requirantur Dimiſſoriales Epiſcopi loci originis, *Pignatell. conſult.* 189. *n.* 152. *tom.* 9. & favet quoque *Donat. prax. rer. regular. tom.* 2. *tract.* 6. *par.* 2. *quæſt.* 25. *n.* 9. *&* 10. contra *Paſſerin. à Sextula de ſtat. hom. tom.* 3. *quæſt.* 189. *art.* 10. *inſp.* 4. *n.* 63. qui firmat quod Prælatus Regularis poteſt Dimiſſorias concedere etiam Novitiis non profeſſis, eâ ſcilicet ratione, quia Novitii gaudent gratiis, & privilegiis Ordinis, quamvis expreſsè in illis non contineantur, & quod hodie ſit ſervandnm Decretum Clem VIII. & *inſp.* 10. *n.* 851.

5. *OMNES SIMUL*. Omnes ordines, etiam Minores conferendi ſunt per temporum interſtitia = *ut ordinandi* (ſunt verba *Concilii Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 11.) *accuratius edoceri poſſint, quantum ſit ordinis, quem ſuſcipiunt pondus, & dignitas, & prius ſe in ſuſcepto ordine exerceant, quã ad aliũ aſcendãt* Et quia pro his certè, & determinatè interſtitia non ſunt deffinita, judicio Epiſcopi relinquitur, prout magis ſibi expedire videatur. Regulariter tamen ſufficit diſtantia unius diei feſtivi ab alio, ut dicit *Pac. Jord, d. tit.* 6. *n.* 406. ſed hoc verum puto in ordinando provectæ ætatis, non autem in Juvenibus, qui Eccleſiis inſerviunt: nam alias fruſtraretur intentio Concilii, mox relatis verbis expreſſa.

6. Imò *Fagnan. in c. de eo* 11. 12. *n.* 14. *&* 15. *de tempor. ordin.* hæc habet = *Tertia opinio inter prædictas media fuit Innocentii exiſtimantis Epiſcopum non poſſe quatuor minores ordines ſine intervallo temporis ſimul conferre niſi diſpenſativè, non autem de jure, licet diſpenſatio juris ſit, nam interſtitia temporum, etiam in minoribus ordinibus ſunt. Secunda c. in ſingulis* 77. *diſt. gloſ.* 1. *in c. fin. infr. de eo qui furt. ord. ſuſcep. Hæc tertia opinio videtur hodie approbata a Trid. Synodo cap.* 11. *ſeſſ.* 23. *&c. Caveat autem is, qui in tali caſu omnes minores ordines ſimul recipit, ne ſimul etiam recipiat Subdiaconatem &c. Rurſus caveat ne cum quatuor minoribus ordinibus eadẽ die PrimamClericalemTonſuram recipiat, quia cum Tonſura ſecundum opinionem Canoniſtarũ ſit ordo c. cum contingat cum ibi notatis infra de ætat. & qualit; non poteſt Epiſcopus, eam cum quatuor minoribus uni ſimul conferre, & talis ordinatio, nec per jus, nec per Conſuetudinem approbatur, & collatio plurium ordinum ſimul eſt generaliter reprobata, c. litteras, & c. dilectus infra eod. ita Hoſt. hic n.* 2. *quem ſequitur J. Andr. n.* 7. *Butr. n.* 6. *adiicientes duas alias conſiderationes. Prima eſt, quia non eſt conveniens, ut una dies quis ſit laicus, & Acolytus. Altera eſt, quia in hoc cap. nihil dicitur de Pſalmiſta &c.*

7. *Pirhing. verò in jus can. lib.* 1. *tit.* 11. *n.* 83. dicit = *Et hodie quidem ex receptâ paſſim Eccleſiarum Conſuetudine quatuor minores ordines ſimul eodem die conferri eidem poſſunt, ſicut, & olim, ac jure antiquo poterant, ut colligitur ex c.* 2. *juncta gloſ. verſ. minores de eo qui furt. ordin. ſuſcep. & tradit gloſ. in c.* 3. *verſ. ad minores hoc tit. idque approbavit S. Congr. Conc. teſte Fagn. in c. de eo n.* 26. *&* 40. *hoc tit. imò etiam cum Primâ Tonſurâ licitum eſt ſimul conferre ordines minores eidem, ubi talis Eccleſiæ Conſuetudo viget, ut in Germania.* Et ſic duo ſunt advertenda. Primum, quod Epiſcopus

poteſt

poteſt, ſed juſtâ causâ non interveniente non debet ſine intervallo, Minores Ordines conferre; Secundò quod cum Primâ Tonſurâ, poteſt etiam Ordines Minores uni eadem die conferre, ſed non omnes.

## Pro Ordine Subdiaconatus.

# II.

8. CUm muneris noſtri ratio exigat, Eccleſiis noſtri Ordinis idoneos Miniſtros providere: „ Cumque debitâ ætate, morumque honeſtate præditum, ac in inferioribus ordinum „ gradibus conſtitutum, in eiſque probè verſatum noverimus; tenore præſentium cum ſa- „ lutaris obedientiæ merito, ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. Antiſtem tuum N. „ *vel eo impedito, ad quemlibet alium ordinationes habentem*, mittimus, eumque humiliter roga- „ mus, ut pro ſua benignitate his quatuor proximis temporibus, ſacrum Subdiaconatus Or- „ dinem, tibi conferre dignetur, pro quo &c. ut ſupra &c.

*Hæc ſecunda ejuſdem Aucthoris formula patitur defectus ſupra notatos in prima, & forte majores: unde reformanda videtur modo ſequenti.*

## Formula Mutata.

9. MUneris noſtri cura exigit, ut Eccleſiis noſtri Ordinis idoneos miniſtros provideamus: „ Cumque te liberâ voluntate in noſtrâ Religione *Profeſſum*, & nunc de familia in Con- „ ventu N. aſſignatum, debitâ ætate viginti unius annorum completorum, legitimis natali- „ bus ortum, morumque honeſtate præditum, ac in Accolytatus Ordine conſtitutum, in „ eoque aliiſque Minoribus Ordinibus per annum probatum, & in iis, quæ ad ordinem ex- „ ercendum pertinent probè verſatum, & inſtructum; nec non ab Examinatoribus noſtris „ *examinatum*, & idoneum repertum ac admiſſum, nulloque impedimento Canonico inno- „ datum (quod ſciamus) noverimus; Tenore præſentium cum ſalutaris obedientiæ merito, „ ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. Antiſtitem tuum N. mittimus, & licentiamus: „ eumque humiliter rogantes, ut pro ſua benignitate his quatuor proximis futuris tem- „ poribus menſis N. Sacrum Subdiaconatus Ordinem ad titulum Religioſæ paupertatis, tibi „ conferre dignetur &c.

10. *PROFESSUM*. Hæc qualitas ordinandi dimiſſi, eſt neceſſariò in Dimiſſoriis Regularium exprimenda; quia ſi non eſt profeſſus non poterit ordinari ad titulum religioſæ paupertatis; ſed ſervandum erit Decretum *Conc. Trid. c. 2. ſeſſ.* 21. quod Pius V. extendit, & obſervari mandavit cum Religioſis adhuc non profeſſis, ut patet ex *Bulla 75. Bullar. tom. 2. pag.* 272. Unde Dimiſſorias Prælatorum Regularium pro Ordinibus Sacris expeditas, & talem explicitam expreſſionem non continentes, reiiciant Epiſcopi ordinantes, nè pœnas in d. Conſtitutione comminatas incurrant; Et Superiores Regulares illas non concedant iis, quorum profeſſio nullitate laborat, aut rumor viget, profeſſum de ea in judicio quærelam proponere velle; & ideò pro eorum inſtructione, ponuntur in formulâ verba illa = *Liberâ voluntate profeſſum*: qui enim nulliter profeſſus eſt, non poteſt ab eis dimitti ab ſuſcipiendos ordines, quia non eſt Religioſus, ſed merus ſæcularis ut in his terminis dixit *Paſſerin. de hom. ſtat. tom. 3. quæſt.* 189. *art.* 10. *inſp.* 8. *n.* 340.

11. Neque decipi ſinant, quod petentes Dimiſſorias ad ordines videantur quodammodo profeſſionem nullam velle tacitè ratificare: quia potius ita ſe Religioſos verè profeſſos fingentes, quærunt furtivè promoveri cum nullo jure caveatur, quod nulliter profeſſus, per ſuſceptionem ordinum in Religione, ſuam profeſſionem ratificet, ut docent *Navar. conſ. 6. n. 2. de his, quæ vi met. Donat. prax. rer. regular. tom. 2. par. 2. tract. 8. de Dom. Novit, quæſt. 5. n. 11. & alii apud Pignatell. conſ. 173. n. 74. tom.* 1.

12. *EXAMINATUM*. Dimiſſoriales debent continere non ſolum commendationem, ſeù teſtimonium de legitimis natalibus, ætate, & moribus; ſed etiam de ſcientiâ, & idoneitate ordinandi juxtà monita *Concilii Trid. c. 3. 8. & 12. ſeſſ.* 23. Unde qui petit dimitti prius examinari debet ſuper habilitate, idque factum fuiſſe in litteris ſuis debet exprimere dimittens, nè videatur dimittere indignos ut docet *Piaſec. prax. Epiſc. par. 1. c. 1. art. 2. de ſubdit. ordin. n. 17. Pirhing. in jus. can. lib. 1. tit. 11. n. 66. verſ. continere debent*: quod ſer-

ſervandum etiam in Regularibus, etiamſi juxtâ Concilii diſpoſitionem in citato *c.* 12. iterum ab Epiſcopo examinari debeant ut benè obſervat *Sayr. de cenſur. lib.* 7. *cap.* 10. *n.* 30. *circa fin.* & proinde formula Lantuſchæ tanquam in his defectuoſa reformanda eſt, ſicut in cæteris, quæ in prima notavimus.

## Pro Ordine Diaconatus.

## I I I.

13. UT debitus Deo cultus in Eccleſiis noſtris eo decentius exhibeatur, quo magis Mi„niſtrorum idoneorum numerus ſuppetat, ſufficienter pro poſſe procurare non de„ſiſtimus, atque inde ad altiores gradus promovere eos ſatagimus, qui in Sacris conſti„tuti, ſeſe laudabiliter exercuerunt. Tibi ergo jam in Sacro Subdiaconatus Ordine con„ſtituto, ac in eo, per annum probè verſatum; Tenore præſentium, cum ſalutaris obe„dientiæ merito concedimus, ut proximis futuris quatuor temporibus, ad Illuſtriſſimum, & „Reverendiſſimo D. Antiſtitem tuum Reatinum, Sacro Diaconatus Ordine inſtituendus „accedas (ſi eſt diſpenſandus) eum humiliter deprecantes ut pro noſtrarum Eccleſiarum „neceſſitate, ſuper interſtitiis te diſpenſare, & eodem ordine te inſignire dignetur. Vel eo impe„dito &c. pro quo &c.

Hæc tertia formula videtur magis defectuoſa quam ſecunda; quia non ſolum non fit mentio de ſcientia, & idoneitate; ſed neque de ætate, ac moribus, & ſic reformanda eſt prout prima, ſecunda, modo ſequenti.

### Formula Mutata.

14. UT debitus Deo Cultus in noſtris Eccleſiis per fideles miniſtros, piè, & religioſè „exerceatur: eos qui ſeſe in ſervitio Altaris, aliiſque Sacris Functionibus laudabi„liter exercuerunt, ad Altiores Ordines promoveri ſatagimus. Tibi ergo in noſtrâ Reli„gione liberâ voluntate Profeſſo, & de familiâ in Conventu N. aſſignato, in Sacro Sub„diaconatus ordine legitime conſtituto, ac in eo per annum probè verſato, debitâ æta„te, morumque honeſtate prædito: nec non per Examinatores noſtros examinato, ido„neoque reperto, & admiſſo, nulloque Canonico impedimento (quod ſciamus) irreti„to, per præſentes cum ſalutaris obedientiæ merito licentiam concedimus, ut proximis „futuris quatuor temporibus menſis N. ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. Anti„ſtitem tuum Reatinum, Sacrum Diaconatus Ordinem ſuſcepturo, accedas, cum „deprecantes, ut præfatum Ordinem ad titulum religioſæ paupertatis, tibi con„ferre dignetur &c. (ſi eſt diſpenſandus ſuper interſtitiis dicatur) in Sacro Subdiaco„natus Ordine ac ætate legitimâ viginti duorum annorum completorum conſtituto, ac in „eo per ſex menſes probè verſato. Per præſentes &c. eum deprecantes, ut non ſolum „prædictum Ordinem Diaconatus tibi conferre; ſed pro noſtrarum Eccleſiarum utilitate, „& neceſſitate, ſuper interſtitiis te diſpenſare dignetur &c.

## Pro Ordine Presbyteratus.

## I V.

15. AD ſupremum Presbyteratus Ordinem eos tantum Religioſos promovere ſatagimus, „qui in inferioribus ordinibus conſtituti, ſeſe laudabiliter exercuerunt: cumque „te debitâ ætate, morumque honeſtate præditum, Sacro Diaconatus Ordine inſignitum, „ac in eo per annum probèverſatum, necnon per Examinatores noſtros idoneum repertum, „& admiſſum, nec aliquo Canonico impedimento innodatum noverimus; Tenore præ„ſentium cum ſalutaris obedientiæ merito tibi facultatem elargimur, quatenus proximis „quatuor futuris temporibus ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. Antiſtitem tuum Ter„racinen. Presbyteratus Ordinem ſuſcepturus accedas, cui te plurimum in Domino „commendamus. Vale Datum Romæ &c.

16 Hæc

16. Hæc ultima Lantuſchæ formula, preter defectum (qui notatur in omnibus) expreſſionis loci Conventus in quo Religioſus dimiſſus reperitur aſſignatus de familia) deficit in expreſſione ſubſtantiali licentiæ tribuendæ ordinanti conferendi ſubdito Ordinem Presbyteratus: nam ultima verba formulæ ibi = *Cui te plurimum in Domino commendamus* hoc non ſignificant; Unde cum non habeat requiſita Dimiſſorialium contenta in formula præſcripta à Concilio Niceno, quæ legitur *in c.* 1. *&* 2. 73. *diſt.* Scilicet licentiam recipiendi, & licentiam conferendi, ut ibi = *litteras Dimiſſorias ei dedimus per quas, & ipſi concedimus, & vobis licentiam tribuimus ut ſi dignum eum judicaveritis ad Sacros Ordines promoveatis:* debet reformari, ſequenti vel alio modo ſimili.

## Formula Mutata.

17. CUM qui piè, & fideliter in miniſteriis Eccleſiæ ſe geſſerint, ad Presbyteratus Ordinem aſſumendi ſint. Tibi in noſtrâ Religione liberâ voluntate Profeſſo, & de familia in Conventu N. aſſignato in ætate legitimâ vigintiquatuor annorum completorum conſtituto, morum honeſtate, & religioſitate prædito, Sacro Diaconatus Ordine inſignito, & in eo per annum integrum probè verſato, per Examinatores noſtros examinato, & ad docendum populum ea quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, & adminiſtranda Sacramenta idoneo comprobato, nulloque canonico impedimento (quod ſciamus) irretito. Tenore præſentium cum ſalutaris obedientiæ merito licentiam elargimur, ut proximis futuris quatuor temporibus menſis N. ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. Antiſtitem tuum Terracinen. Presbyteratus Ordinem ſuſcepturus accedas, eum rogantes, ut prædictum Sacrum Presbyteratus Ordinem ad tit. religioſę paupertatis, tibi conferat &c. (ſi petatur diſpenſatio *ab interſtitiis* dicatur ut in præcedenti correcta formula)

18. Si verò Dimiſſoriæ ob abſentiam vel aliud impedimentum Epiſcopi Diœceſani, dirigatur alteri Epiſcopo, tunc dicatur. *Te ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. Epiſcopum N. (attenta abſentia a Diæceſi N. Antiſtitis tui, de qua per præſentes indubiam fidem facimus, & teſtamur) dimittimus &c.* Et ſic de aliis impedimentis: An autem, hæc Superioris Regularis fides de impedimento Diæceſani ſufficiat, ut Epiſcopus non Diæceſanus debeat, & poſſit Regularibus conferre ordines? *Paſſerin. de ſtat. hom. tom.* 3. *quæſt.* 189. *art.* 10. *inſp.* 10. *n.* 868. concludit quod hoc ſit arbitrarium Epiſcopis; licet Decretum Clem. VIII. illam ſufficere dejudicet, & ad eos privativè ſpectare teneat *Pac. Jord. lucubr. can. lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 24. *verſ. ex tenore Decreti*. Puto tamen, quod in praxi tutior via ſit, habere fidem Tribunalis Diæceſani, ut admittit libenter idem *Paſſerin.* & monui *tom.* 1. *in Appendic. ad d. Decretum Clementis n.* 6.

19. Quo autem ad diſpenſationem interſtitiorum, ſi Superiores in litteris Dimiſſorialibus illam petant, Epiſcopus ſine alia inquiſitione ſubſiſtentiæ cauſæ poteſt concedere *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 18. *n.* 10. Quo verò ad cæteros non Regulares, ſed ſubditos, quia ſæpè contingit dubitari, an ſubſit nec nè juſta cauſa diſpenſandi præſertim inter Diaconatum, & Sacerdotium, in qua diſpenſatione juxtà Concilii Decretum *cap.* 14. *ſeſſ.* 23. *de refor.* exigitur utilitas ſimul, ac neceſſitas, ad inſtructionem animi ordinantis *DD.* placita in hoc articulo, hic referre placet.

20. Et Primò eſt præmittendum, quod juſtæ cauſæ diſpenſandi ſunt tres, ad quas aliæ reduci poſſunt. Prima utilitas communis, vel privata; Secunda neceſſitas communis vel privata; Tertia pietas, miſericordia, vel charitas ut colligitur ex *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 18. *de refor.* ubi habetur quod in diſpenſationibus eſt conſiderandum dilectum perſonæ, cui concedenda eſt; tum perſona diſpenſantis, tùm bonum Reipublicæ, & Cultus Divini, in cujus incrementum, & promotionem redundare debet diſpenſatio, quæ omnia juxtà qualitatem temporum, loci, & perſonarum arbitrio boni viri judicanda ſunt, & ſufficit quod dictæ cauſæ ſint *juſtæ* ſpeculativè, & non practicè, *Petr. Paul. Guazzin. ad defenſ. anim. lib.* 2. *def.* 1. *cap.* 8. *n.* 55. Hoc poſito, deſcendendo à regula generali, ad ſpeciem.

21. *Graſſ. de effect. cleric. in prælud. n.* 334. dicit = *Quæ cauſæ diſpenſandi in caſu noſtro ſunt duæ, ſcilicet neceſſitatis aut utilitatis Eccleſiæ; quæ Prima cauſa neceſſitatis poterit exemplificari, ſi in Diæceſi, eſſet Sacerdotum defectus, & non adeſſent Confeſſarii, qui ſufficerent pro neceſſitatibus Populi, & Sacerdotes eſſent inhabiles ad confeſſionem audiendam, & promovendi eſſent habiles. Secunda cauſa eſt utilitatis Eccleſiæ, quæ poteſt exemplificari, ut quia promovendus eſſet vitæ multum exemplaris, vel vir ſummæ doctrinæ, vel ita nobilis, & potens, qui Eccleſiam ab alio oppreſſam, poſſet ſua auctoritate defendere &c.*

22. *Ricc. prax. rer. for. Eccleſ. par.* 4. *reſol.* 215. poſt diſtinctionem allatam interſtitiorum inter Minores, & Sacros Ordines, & cauſæ diſpenſationum à Concilio in unoquoque ordine requiſitæ n. 3. concludit ſic = *Taliter quod Novarius in ſuo opere novi juris Pontificii concl.* 3. *n.* 7. *de diſpenſat. docet juſtas cauſas diſpenſationis*

in hujuſmodi interſtitiis ſolere eſſe utilitatem Eccleſiæ, vel ejus neceſſitatem, cujus quidem Eccleſiæ utilitas eſſet, quoties illa egeret perſonis, & miniſtris idoneis ad ſerviendum; neceſſitas verò eſſet, quando pauci eſſent miniſtri idonei, vel quando deficerent idonei, & non idonei, affirmans pariter debere Epiſcopum advertere idoneos miniſtros legitimis occupationibus eſſe detentos, & aliquando ob invalitudinem non reſidere in Eccleſia, quo in caſu putat Novarius, & docet quidem, neceſſitatem ſimul, & utililatem moraliter intervenire, & conſequenter juſtam diſpenſationis cauſam præbere.

23. Tambur. de jur. Abbat. tom. 2. diſp. 11. quæſt. 24. poſt n. 5. ait = Dicitur ergo quod tunc eſt Eccleſiæ utilitas quando ſunt pauci miniſtri idonei, & utile ſit, quod aliquis ordinetur; neceſſitas verò, quando non ſolum pauci ſunt miniſtri, ſed etiam deficiunt idonei, & non idonei. Et hæc omnia quæ diximus omninò moraliter dejudicanda ſunt, non enim in puncto indiviſibili conſiſtunt, ſed juxtà conditionem & ſtatum loci, & temporis arbitrio prudentum virorum determinanda: in hoc enim negocio Epiſcopus, & Prælatus, non debet rigoroſum ſenſum ſequi, ſed qui rebus moralibus, & ad porrectum nimis aptus eſt, ſenſum eligat. Imò tunc dicenda eſſet utilitas Eccleſiæ, quando Eccleſia habet quidem idoneos miniſtros, ſed aliis opus habet, ut melius ei ſerviatur; neceſſitas verò, quando habet paucos miniſtros, & aliis indiget, ut iniunctis oneribus occurrere poſſit, ita Confett. in compend. privileg. &c.

24. Pirhing. in jus can. lib. 1. tit. 11. n. 91. poſt medium hæc habet = In diſpenſatione verò interſtitiorum inter Diaconatum, & Sacerdotium requiritur neceſſitas, & utilitas copulativè, ita ut non ſufficiat ſola utilitas, ſed exigatur etiam neceſſitas, ut patet ex cit. ſeſſ. 23. c. 14. idque quia miniſterium Sacerdotii eſt omnibus reliquis majus, & ſublimius &c. niſi quis dicere malit particulam, ac, ſumendam eſſe disiunctivè in cit. c. 14. ita ut ſufficiat ſola Eccleſiæ, vel etiam ipſius diſpenſati utilitas, quippè, quæ in aliis diſpenſationibus majoris momenti ſæpè, Sufficit &c. Non enim requiritur cauſa neceſſitatis, vel utilitatis publicæ, & extraordinaria, ſed ſufficit talis, quæ prudenti judicio Epiſcopi, ſpectatis circumſtantiis loci, ac temporis, & conditione perſonæ hic, & nunc ſufficiens judicetur Mirand. &c. Barb. alleg. 18. n. 5. cujuſmodi cauſa ſufficiens diſpenſandi in interſtitiis cenſeri quoque poteſt eminens doctrina, vel morum probitas, vel alia ordinandi merita, præſertim cum Eccleſia etiam talibus miniſtris indigeat.

25. Paſſerin. de hom. ſtat. & Off. tom. 3. quæſt. 189. art. 10. inſp. 10. n. 837. dicit ſic = in propoſito tamen noſtro erit utilitas quando licet Eccleſia habeat Miniſtros, utilius tamen erit, ut habeat in majori numero, ad inſerviendum populis, & ad divina perſolvenda; neceſſitas verò, ne dum quando Eccleſia non habet miniſtros idoneos, & non idoneos, ſed quando habet Eccleſia paucos miniſtros, & aliis indiget, ut iniunctis oneribus occurrere poſſit &c. Bordon. reſol. 67. n. 12. qui plures utilitates recenſet, ut ſi Clericus in brevi expectet Beneficium, vel Regularis gradum. Neque enim ſemper eſt neceſſaria utilitas publica, cum id relinquatur arbitrio Superioris.

26. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 5. caſ. 427. n. 31. inter cauſas juſtas diſpenſandi ſuper interſtitiis, præter ſupra notatas ab Aucthoribus mox citatis, enumerat quoque cauſam ſtudiorum dicens = juſta autem cauſa, qua videri poterit Epiſcopo non obſervare hæc temporum interſtitia eſſe poteſt cauſa ſtudiorum, quibus ille promovendus incũbit, ita declarando Conciliares Conſtitutiones ſcribit benè eruditus Horatius Lutius Callien. in tract. de privileg. Scolar. privil. 99.

27. Ex quibus aucthoritatibus, poterit Epiſcopus in diſpenſationibus interſtitiorum, ſuum arbitrium regulare. Et Superiores Regularium ex formulis Dimiſſorialium, ut ſupra extenſis, & animadverſionibus deſuper factis benè percipient, quomodo ſe gerere debeant ut pœnas à Clem. VIII. in ſæpè citato Decreto inflictas non incurrant: neque attendenda eſt opinio Paſſerin. per me relata tom. 1. in Appendic. annot. ad d. Decretum, putantis, pœnas non eſſe latæ Sententiæ: quia eſt con tra communem ſenſum aliorum DD. quos ibi allegavi, quibus nunc addo Barboſ. ſupra Concil. ſeſſ. 23. cap. 10. de refor. n. 11. Quomodo enim dici poſſunt ferendæ ſententiæ ſi ſunt Papæ reſervatæ? Reſervatio quippè ſupponit perneceſſe pœnam comminatam contra facienti iam eſſe incurſam; cum non ſit reſervabile, quod adhuc expectat declarationem.

28. Præterea Decretum hoc Clem. VIII. fuit à Sac. Congr. Concilii innovatum pro Regularibus Præmoſtratenſibus, quibus cenſuit ſub die 20. Julii 1675. dandam eſſe declarationem ſequentem. Sacra &c. cenſuit Superiores Regulares poſſe ſuo ſubdito Regulari qualitatibus requiſitis prædito Dimiſſorias ad Epiſcopum Diæceſanum, nempè illius Monaſterii de cujus familia eſt promovendus, & ſi Diæceſanus abſuerit, vel non eſſet habiturus ordinationes, aut ſedes vacaret, ad quemcumque alium Epiſcopum, modo ab eo Epiſcopo, qui ordines contulerit examinetur quoad doctrinam, & dummodò ipſi Regulares non diſtulerint de induſtriâ conceſſionem Dimiſſorialium ad tempus, quo Epiſcopus Diæceſanus abfuturus, aut nullas ordinationes habiturus erat; Verum etiam cum à Superioribus Regularibus Diæceſano abſente, vel ordinationes non habituro Dimiſſoriæ dabuntur in eis hujuſmodi cauſam abſentiæ, vel ordinationum non habendarum exprimendam eſſe. Quod ſi Regulares ordinandi morentur in Monaſterio Nullius Diæceſis, Dimiſſoriæ concedendæ erunt ad Epiſcopum viciniorem, & in eo procedent omnia de Diæceſano Epiſcopo ſuperius expreſſa lib. 29. fol. 108.

29. Ulterius advertant Regulares, quod ſi fuerint ab Epiſcopo Diæceſano in Examine reprobati, non poſſunt à ſuis Superioribus mitti ad alios Epiſcopos pro ordinibus ſuſcipiendis, & ſi hoc faciant, Epiſcopus non Diæceſanus ſic eos ordinans à collatione ordinum per annum erit ſuſpenſus, & ordinati à ſuſceptorum executione ſuſpenſi erunt quamdiù Epi-

ſcopo

ſcopo Diæceſano expedire videbitur manere ſuſpenſos, *ut Sac. Congr. Concilii reſpondit Archiepiſcopo novi Regni Granatæ 14. Martii 1620. lib. 56. Dec. pag.* 610. ſed ſi reiiciantur debent recurrere per viam appellationis ad legitimum Superiorem *ead. Sac. Congr. 23. Aprilis 1604. lib. decr. 55. pag.* 859.

30. Epiſcopi verò præter ſupra notata pro Regularibus, debent advertere, quod Græci, vel Albanenſes, græco ritu viventes, & commorantes in Italia, ſine litteris Dimiſſoriis Epiſcopi Latini Diœceſani ad Sacros Ordines promoveri non poſſunt,alias eo ipſo ſuſpenſi ſunt, & ſi ſuſpenſi in ſuis ordinibus miniſtraverint irregulares efficiuntur proùt diſponit Conſtitutio Clem- VIII- *la* 34. §. 4. Si autem ad Ordines Minores promovere illos velint, qui à Presbyteris Græcis in Baptiſmo fuerunt Chriſmate in fronte conſignati, debent eos iterum ſub conditione confirmare, videlicet N. *ſi es confirmatus, Ego te non confirmo, ſed ſi non es confirmatus, Ego conſigno te ſigno Crucis ✠ & confirmo te ſigno Crucis ✠ & confirmo te Chriſmate ſalutis ✠ in nomine Patris &c.* ut eadem Conſtit. mandat.

31. Item quod Decretum Clem. VIII ſupra examinatum, & cæteræ animadverſiones, non tangunt Religioſos Societatis Jeſu: nam hi ex ſpeciali Indulto Gregorii XIII. impreſſo in Bullar. novo *tom.* 2. *conſtit.* 77. §. 3. præviâ ſuorum Superiorum facultate ad quoſcumque, tàm Minores, quàm Sacros Ordines promoveri poſſunt à quolibet Epiſcopo, & Antiſtite gratiam, & Communionem Sanctæ Sedis habente, abſque ullâ inquiſitione de requiſitis, & ſignanter abſque ullâ interſtitiorum obſervatione, adeò ut in tribus Dominicis, vel aliis feſtis diebus, etiam continuis in Sacris valeant ordinari: quod Indultum Gregor. XIV. & Paulus V. (ut ajunt) confirmarunt: cui non officit Decretum emanatum tempore Innoc. XII. 14. *Decembr.* 1693. ſuper moderatione Indultorum ſuſcipiendi ordines extra tempora: tum quia Privilegiis non derogat: tum quia idem Pontifex inſtante P. Thyrſo Gonzalez Generali, & referente Eminentiſſimo Card.Sperellio tunc Viceſgerente *ſub die* 17. *Auguſti* 1695. declaravit, præfatum Decretum non conpræhendere Clericos Societatis, ſed in illorum ordinatione ſervandam eſſe Conſtit. Greg. XIII. cui derogatum non fuiſſe per Conſtit. 91. Sixti V. tenet *Cherubin. in compend. Bullar. Schol.* 1. *ad d. Bull.* 77.

32. Et cum de hujus Indulti intelligentiâ dubitaſſet Archiepiſcopus Mechlinien. oraculum Sac. Congr. Concilii exquiſivit, & duplici dubio propoſito, nempè.

*I. An Clerici Societatis Jeſu Sacros Ordines ab Archiepiſcopo Mechlinienſi ſuſcepturi, debeant ſe ſubiicere examini, prout cæteri Regulares?*

*II. An Clerici Societatis Jeſu habitantes in Diœceſi Mechlinienſi, Archiepiſcopo ordinationem habente, poſſint extra Diœceſim Mechlinienſem ordinari ab alio Epiſcopo in propriâ Diœceſi?*

*Sac. Congr. die 5. Julii 1681. reſpondit,*

*Ad 1. Negativè niſi adſit conſuetudo in contrarium.*

*Ad 2. Affirmativè.*

33. At ignorare non debent, quod hoc Indulto non gaudent, nec uti poſſunt alii Regulares, qui cum Societate participant ſua privilegia: non ſolum quia *in* §. 4. d. Conſtitutionis, ſivè Indulti id fieri non debere expreſsè cavetur, ibi = *Præſentis autem gratiæ communicationem omnibus aliis etiam, qui ſua privilegia cum ipsâ Societate participant, participareque poterunt quomodolibet in futurum fieri omninò prohibemus*: ſed etiam quia, ut placitis tùm Rotæ, tùm Congregationis Concilii, oſtendi in *annot. ad Edict. monit. contr. uſurp. bon. Eccleſ.* §. *frutti, & emolumenti n.* 14. Privilegia quæ Regularibus per Sedem Apoſtolicam tribuuntur per ſolam communicationem, illis non ſuffragantur, nec uti poſſunt quando ſunt præjudicialia tertio, vel derogant juribus ſpecialiter Ediſcopis, & Sedi reſervatis: & ut melius concluſio inconcuſſa maneat, nunc alia ejuſdem Congregationis reſponſa addo, &c.

34. Primò, in Nepeſinâ in qua cum Abbas Generalis Silveſtrinorum vellet uti in celebratione Miſſæ paramentis Pontificalibus abſque ſpeciali Indulto, ſed per ſolam communicationem Privilegiorum aliorum Abbatuum, *ſub die* 14. *Aprilis* 1638. id ſibi non licere reſponſum fuit, *lib.* 16. *Dec. pag.* 1. Et hic adverte, quod alii Abbates Monachorum, & Prælati Epiſcopo inferiores habentes uſum Pontificalium tenentur ſervare formam præſcriptam in Decreto generali Sac. Congr. Rit. ab Alexandro VII. anno 1659. approbato, quod datur ſubnexum, & declarationes emanatas ſuper eod. decreto anno 1660. quæ pariter referuntur.

# DECRETUM

Circa uſum Pontificalium Prælatis Epiſcopo inferioribus conceſſourm.

*A Sac. Rit. Congregatione ordinaria habita coram Sanctiſs. Domino Noſtro Alexanadro Papa VII. emanatam.*

Die xxvij. Septembris MDC.LIX.

SAcrorum Rituum Congregatio tollendis, ac eliminandis circa Eccleſiaſticos Ritus, qui irrepſerunt abuſibus ſedulò intenta,

poſt Epiſcoporum Ceremoniale evulgatum (quo quidquid ad ipſos in Sacris Ceremoniis pertinet abundè præſcripſit) idem quoad inferiores Prælatos, qui Pontificalium uſu fruuntur præſtandum curare neceſsarium exiſtimavit, ut exceſſus aboleantur, uniformiſque inducatur Sacrorum Ritus in omnibus, eo præſertim tempore, quo privilegia ipſi perperam interpretantes, obtendenteſque, parùm obſequi ſtudent decretis pluries ab eadem Sacra Congregatione hac in re met evulgatis, aut ipſa ingnorare prætendunt. Quamobrem omnia ſimul, ut unico conſpiciantur obtutu, cogere perque capita digerere conſtituit, quo facilius obſerventur.

I. Super Altari, in quo Sacra erunt facturi, ſeptimum nequaquam apponant Candelabrum.

II. Cathedram, ſeù Sedem fixam, & permanentem in eorum Eccleſiis ne detineant, ſed tribus ipſis diebus, quibus ex antiquis decretis tantummodò Pontificaliter celebrare eſt iis permiſſum, mobili Sede, ſeu Cathedra utantur, quam nihilominùs ſimplici ſericeo panno coloris Feſtivitati congruentis obducere poterunt, non auro contexto, aut phrygio, ſive baſilico opere exornato.

III. Baldachinum adhibere ſuprà ſedem poterunt non pretioſum, aut aureum, ſed ſimplex, & eo, quod Altari ſuperimponitur, materia, & opere inferius. Ad ipſam autem per duos tantùm gradus in Presbyterii ſuperficie ſtratos aſcendatur.

IV. Non abacum alium præter parvam menſam, & in cornu Epiſtolæ parare faciant, in qua duo candelabra cum candelis, necnon Mitra, Calix, Miſſale, Thuribulum, Navicula, & reliqua ad celebrationem neceſſaria collocentur. Propè verò menſam eamdem parieti hærens Baculus paſtoralis aptetur.

V. Die verò, quibus ſolemniter ipſis operari conceditur, ſint de præcepto feſtivi, vel aliis, in quibus ipſis Pontificaliter celebrare, Feſtivitatis ratio exigat, nempè Patroni loci, Fundatoris Ordinis, Tituli, & Dedicationis Eccleſiæ. Abſtineant autem ab hujuſmodi Pontificalium uſu in Officiis, & Miſſis Defunctorum quocumque die etiam feſtivo, & de præcepto.

VI. Ad Eccleſiam accedentes licèt Pontificalitèr Divina peracturi, iiſdemque abſolutis ab Altari receſſuri à ſuis Canonicis, vel Monachis (ut mox eſt Epiſcoporum) ne aſſociari ſe ſinant.

VII. Præter duos Sacrificii Miniſtros Diaconum nempè Evangelii, & Subdiaconum Epiſtolæ, duo alii tantùm Diaconi cum dalmaticis, & unicus Presbyter cum pluviali eis aſſiſtant. Duo inſuper Cappellani, qui de Mitra, & Baculo, ac totidem Acoliti pro candelabris inſerviant. Præterea ſex alii Canonici, vel Monachi, duo ſcilicet pluvialibus, duo planetis, totidemque tunicellis induti divinis hujuſmodi intereſſe valeant, qui tamen non in ſedibus, ſeù ſtalli choralibus, ſed in ſcamnis abſque poſtergalibus panno viridi laneo coopertis ſitu congruo accommodatis, moxque illinc removendis conſideant.

VIII. Mitram pretioſam, niſi illis expreſsè à S. Sede indultam, non adhibeant. Sub Mitra pileolum nigri tantùm coloris induant. Baculum Paſtoralem albo velo appenſo deferant, ab iiſque, & aliis Pontificalibus etiam de Ordinariorum licentia extrà Eccleſias ſibi ſubjectas prorſus abſtineant, & neque in Proceſſionibus, quæ ab eorum Eccleſiis per vias extrà ambitum, vel Parochiam ducuntur, inſigniis præditis utantur, vel penès ſe perferri faciant.

IX. Regulares rocchettum non deferant, niſi ex tali Ordine fuerint, cui indumentum hujuſmodi competat.

X. Inuitati ad Eccleſiam exemptam, nec in illa Pontificalibus uti valeant, nec ii, qui non fuerint Abbates perpetui, vel benedicti, in propriis Eccleſiis uti poſſint privilegio perpetuis Abbatibus, vel aliàs benedictis indulto.

XI. Sacras veſtes ex Altari non ſumant, niſi Pontificalitèr Divinis vacaturi.

XII. Indulgentias impartiri, vel publicari non audeant, abſque expreſſo S. Sedis indulto.

XIII. Pontificales benedictiones cum trinâ Crucis productione in Miſſis tantùm Pontificalibus, necnon Veſperis, & Matutinis pontificalitèr itidem celebratis licere ſibi tantùm meminerint. Privatim verò Populis, quamvis pleno jure ſubjectis, niſi expreſsè ipſis permiſſum fuerit, etiam Pontificalibus induti per Eccleſiam incedentes, benedicere non præſumant.

XIV. Præſente Epiſcopo ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ permiſſu, etiam Pontificaliter celebrantes, à benedictionibus ceſſent.

XV. Si Epiſcopus aderit, ipſius ſedes in cornu Evangelii uno ſaltem gradu eminentior Abbatiali eſt erigenda, hæcque altero gradu humilior, ut dictum eſt, in cornu Epiſtolæ collocetur. A latere Epiſcopi Canonici Cathedralis, propè Abbatem Canonici, vel Monachi Monaſterii, & Abbatialis Eccleſiæ conſideant. Confeſſionem cum celebrante Epiſcopus faciat, iſque thus thuribulo imponat, Evangeliorum textum oſculetur, & populo ſolemnitèr (quamvis Abbas ipſe Pontificalitèr celebret) benedicat. Epiſcopus prætereà trino ductu, & immediatè Canonici Cathedralis duplici, moxque Abbas (niſi celebret) paritèr duplici, ac ſubindè Canonici, vel Monachi Abbatialis Eccleſiæ unico tantùm ductu thurificentur.

XVI. Abſtineant tamen Epiſcopi ubi con-

ſuetudo

ſuetudo contraria non viget à frequenti hujuſmodi acceſſu ad Eccleſias exemptas in ſimilibus actibus, ut liberiùs Abbates valeant ſuis uti privilegiis.

XVII. In Ordinationibus Canonicorum, Clericorum, Monachorum, nec non in veſtitionibus Monialium, & emiſſione profeſſionis earumdem etiam pleno ſibi jure ſubjectarum, in benedictionibus ſacræ ſupellectilis, cæteriſque actibus (Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemnis ter tantum in anno, ut præfertur exceptis) neque in Eccleſiis, Oratoriis, aliiſque locis, tàm publicis, quàm privatis quantumvis exemptis, eiſdemque Abbatibus pleno jure ſubjectis mitram, baculum, & quævis alia Pontificalia inſignia, niſi de expreſsâ Sedis Apoſtolicæ conceſſione adhibeant.

XVIII. Eccleſiaſticam ſuppellectilem pro ſervitio dumtaxat ſuarum Eccleſiarum, vel Monaſteriorum benedicant.

XIX. Reliqua Pontificalia extrà loca ipſis Abbatibus ſubjecta, vel pro ſervitio alienæ Eccleſiæ, aut in ſubditos pariter alienos, etiam de licentiâ Ordinariorum exercere non valeant, puta campanarum benedictiones, calicum, & ſimilium, in quibus ſacrâ adhibetur unctio, necnon Minorum Ordinum collationes.

XX. Concionatoribus, qui eorum ſubditis Verbum Dei prædicandi onus acceperint, benedictionem elargiri non præſumant, ſed Epiſcopis, quibus jus hujuſmodi privativè competit omninò dimittant.

XXI. In Miſſis privatis quoad indumenta, cæremonias, miniſtros, Altaris ornatum, & benedictionis largitionem à ſimplici Sacerdote non diſcrepent; ac proinde ſacras veſtes induant in Sacriſtia, neque utantur Cruce pectorali, unico ſint contenti miniſtro, aquam cum pelui, & urceolo argenteis ſibi miniſtrari non ſinant, duaſque tantùm candelas ſuper Altari adhibeant.

His autem Sanctiſſimo relatis, & in Congregatione Sacrorum Rituum ordinaria habita coram Sanctitate Sua per Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum D. Cardinalem Brancaccium accuratè perlectis, maturè diſcuſſis, Sanctitas Sua ea approbavit, & pro omnimodâ eorumdem obſervatione typis mādavit imprimi, ad valuas affigi, & publicari, ut elapſo termino ſex menſium à die publicationis eorumdem omnes, & ſingulos uſu Pontificalium gaudentes, tùm facultates, tùm Regulares quantumvis exemptos, & ſpeciali expreſſione indigentes afficiant, & arctent, ac ſi omnibus, & ſingulis eadem exhibita, vel perſonaliter præſentata, intimata, ſeù notificata fuiſſent. Induſitque prætereà locorum Ordinariis, ut authoritate Sedis Apoſtolicæ poſſint, imò debeant præfatos, etiam per Cenſuras compellere.

Cumque nonnulli ex dictis Abbatibus, & Prælatis proprium habere poſſint territorium, juraque Epiſcopalia, nulliſque ſubdantur Epiſcopis, qui eos coercere, ſi exceſſerint, valeant, eo caſu à Sedis Apoſtolicæ Nunciis, ſi aderint, ſin minus ab Archiepiſcopis, in quorum Provinciis, vel ab Epiſcopis, Romano tantùm Pontifici ſubjectis, intrà, vel propè quorum Diœceſis limites eorum Eccleſiæ, vel Monaſteria ſita fuerint, tanquam à S. Sede delegatis ad hujuſmodi Decretorum obſervationem prædicti omninò cogantur. Die xxvij. Septembris MDC. LIX.

I. Epiſcopus Sabineñ. Card. Sacchettus.

Loco ✠ Sigilli.

*Franciſcus Maria Phœbeus Sac. Rit. Congr. Secr.*

## Declaratio Decreti Sac. Rit. Congregat. emanati die 27. Septembris 1659. circa uſum Pontificalium pro Congregatione Caſſinenſium.

„ PRocurator Generalis Congregat. Caſſi„ nenſium Sanctiſſimo humiliter ſuppli„ cavit, ut dignaretur præcipere Congregatio„ ni Sac. Rituum, ut quæ Abbatibus Caſſi„ nenſibus particulari Apoſtolicæ Sedis Indulto „ ex vetitis, ac præter expreſſa in Decreto no„ viſſimè ſuper uſu Pontificalium edito, ad„ hibere liceat, prævià diſcuſſione declaret. Sā„ ctiſſimus autem Oratoris preces ad eandem „ Congregationem tranſmiſit, reſcripſitque „ per Eminentiſs. D. Cardin. Franciottum no„ tulam dubiorum ſupplici libello ſubnexam „ in ipsâ Congregatione referri, quæ.

Ad §. quartum Decreti, quo prohibetur „ uſus præterquam unius Abaci, aſſerentibus „ Monachis hactenus ab immemorabili tempo„ re eorum Abbates adhibere conſueviſſe ſe„ cundum Abacum ad pelues, & urceolos ex„ ponendos, cenſuit ſervandum eſſe Decretum.

Ad §. quintum, quo tribus diebus tantùm „ de præcepto, &c. Pontificalis celebratio per„ mittitur, exponentibus Monacis taxativam „ huiuſmodi non extendi ad uſum Pontifica„ lium ſine Baldacchino, ac prætereà ex In„ dulto Alexandri II. ſibi competere Pontifi„ calium uſum in exequiis nobilium Virorum, „ Sac. Congregatio cenſuit hujuſmodi privi„ legium tantummodò ſuffragari Monaſterio „ Cavenſi, nec ad alia Monaſteria extendi.

Ad §. Sextum, quo in acceſſu Abbatis di„ vina peracturi, & receſſu ejuſdem poſt di„ vina abſoluta, prohibetur aſſociatio more

„ Epiſcoporum, affirmanti bus Monachis, ſe ab
„ immemorabili tempore, ſimili aſſociatione
„ uſos eſſe, atque indecorum videri, ut Ab-
„ bas Pontificalitèr peracturus Divina, ſolus
„ Eccleſiam petat; Sac. Congregatio cenſuit
„ annuendum eſſe petitis, modò non extrà,
„ ſed intrà ſepta Monaſterii ſeſe ad Eccleſiam
„ conferat.

Ad §. Septimum, quo taxatur numerus Mi-
„ niſtrorum, exponentibus Monachis, Abba-
„ tes indigere Miniſtris ad libitum, & Cande-
„ lam, ad intortitia elevationis, & ad can-
„ delabra Evangelii, ad Mitram, & Baculum;
„ Sac. Congregatio cenſuit indulgendos fore
„ alios quatuor Miniſtros Cottâ indutos, præ-
„ ter expreſſos in Decreto.

Ad §. Octavum, quo uſus Mitræ pretioſæ,
„ & baculi ſine velo appenſo vetitus eſt, aſſe-
„ rentibus Monachis Mitram pretioſam ipſis
„ de jure competere, velum quoque nunquã
„ eos conſueviſſe baculo appenſum adhibere,
„ nec eſſe de ritibus Romanæ Eccleſiæ, ſed
„ Ambroſianæ tantùm; Sac. Congregatio
„ cenſuit, quoad Mitram, ſervandam eſſe diſ-
„ poſitionem *cap. ut Apoſtolicæ de privil. in 6.*
„ quoad Baculum verò ſervandum eſſe De-
„ cretum.

Ad §. Decimum, quo prohibetur uſus Pon-
„ tificalium in alienâ Eccleſiâ licet exemptâ,
„ quamvis Abbas ad ipſam fuerit invitatus,
„ exponentibus Monachis eos in ibi pontifica-
„ libus Inſigniis hactenus uſos eſſe, idque à
„ jure ipſis permiſſum præſumere; Sac. Con-
„ gregatio cenſuit ſervandum eſſe Decretum.

Ad §. Undecimum, quò Sacras veſtes ex
„ Altari ſumere Abbates privatim celebraturi
„ prohibentur, aſſerentibus Monachis, ſe ha-
„ ctenus tali privilegio gaviſos eſſe; Sac. Con-
„ gregatio cenſuit ſervandum eſſe Decretum.

Ad §. Decimum tertium, quo diſponi-
„ tur nè Abbates extrà Pontificalia, ponti-
„ ficali more, ac trinâ Crucis productione,
„ nec non privatim occurrenti Populo, tùm
„ Pontificaliter induti, etiam per Eccleſiam
„ incedentes benedicant; aſſerentibus Mo-
„ nachis, Abbates in Miſſis privatis hactenus
„ Epiſcopali more benedixiſſe, & Pontifica-
„ libus præſertim indutos, per Eccleſiam tran-
„ ſeuntes occurrenti Populo Benedictionem
„ elargiri conſueviſſe; Sac. Congregatio cen-
„ ſuit ſervandum eſſe Decretum.

Ad §. Decimum quartum, quo in præ-
„ ſentiâ Epiſcopi Abbatibus denegatur fa-
„ cultas benedicendi ſolemniter, etiam in Pon-
„ tificalibus; aſſerentibus Monachis, ex pri-
„ vilegio ipſis, etiam præſente Epiſcopo, be-
„ nedictiones hujuſmodi competere; Sac.Con-
„ gregatio cenſuit ſervandum eſſe Decretum.

Ad §. Decimum quintum, quo traditur
„ ordo inferioribus Prælatis Divina pontifi-
„ caliter peragendi, præſenteque Epiſcopo
„ loci Ordinario, exponentibus Monachis,
„ Epiſcopo vetitum reperiri ingreſſum in eo-
„ rum Eccleſias ipſis invitis; Sac. Congre-
„ gatio cenſuit ſervandum eſſe Decretum.

Ad §. Decimum ſeptimum, quo uſus Mi-
„ træ, & reliquorum inſignium Pontificali-
„ um, præterquam tribus anni diebus abro-
„ gatus eſt, ſuggerentibus Monachis, indeco-
„ rum videri, ut in ordinibus conferendis, in
„ Conſecrationibus, in receptionibus, & pro-
„ feſſione Monachorum, & Monialium Ab-
„ bates mitram non adhibeant; Sac. Con-
„ gregatio cenſuit indulgendum fore, ut ea
„ tantum utantur in actu ordinationum, &
„ benedictionum cum Sacro Oleo.

Ad §. Decimum nonum, quo vetita eſt
„ Abbatibus Benedictio Sacræ Supellectilis pro
„ uſu alienarum Eccleſiarum, aſſerentibus
„ Monachis, etiam pro alienâ Eccleſiâ ex A-
„ poſtolico indulto eis licitum eſſe Eccleſia-
„ ſticam ſupellectilem benedicere; Sac. Con-
„ gregatio mandavit exhiberi indultum au-
„ thenticum ex Archivio Apoſtolico deſump-
„ tum, ac interim abſtineri.

Ad §. Vigeſimum primùm, quo in Miſſis
„ privatis prohibentur Abbatibus quivis ritus,
„ & prerogativæ ad Epiſcopos privativè ſpectan-
„ tes, exponentibus Monachis, Abbates Caſſi-
„ nenſes hactenus in Miſſis privatis adhibuiſ-
„ ſe quatuor Candelas, Miniſtros ad lotionem
„ manuum, & duos Aſſiſtentes cum Cottâ
„ &c. Sac. Congregatio cenſuit, ſervandum
„ eſſe Decretum, præſentiſque declarationis
„ Decretum Typis imprimi poſſe conceſſit.
„ Die 12. Junii 1660.

Prædictis autem Sanctiſſimo relatis, San-
„ ctitas Sua ea approbavit, & Decretum edi-
„ tum die 27. Septembris 1659. omninò
„ exequi, & ſervari mandavit. Verùm quo
„ ad §§. quintum, ſextum, ſeptimum, octa-
„ vum, & decimum ſeptimum, ad limites
„ tantùm præſentis declarationis, & non ali-
„ as ſalvâ quavis contrariâ verbaliter expreſ-
„ ſâ diſpoſitione privilegiorum particularibus
„ Monaſteriis Congregationis Caſſinentium
„ conceſſorum. Die 20. Julii 1660.

I. Epiſcopus Sabineñ. Card. Sacchettus.

Loco ✠ Sigilli.

*Franciſcus Maria Phœbeus Sac. Congr. Rit. Secret.*

*Anno à Nativitate D. N. IESV Chriſti 1660. Indictione 13. die verò 3. Februarij, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII anno eius quinto, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, ut moris eſt, per me Andream Caſtruccium Apoſtol. Curſ.*

Laurentius Barbigionus Curſorum Magiſter.

35. Secundò, in Flandriabelgica in qua expoſito = *Greg. XV. & Vrb. VIII. conceſſerunt omnibus, & ſingulis perſonis Congregationis S. Mauri Ord. S. Benedicti, uti, & gaudere poſſe omnibus, & ſingulis Privilegiis, gratiis, & libertatibus conceſſis Congregationibus Caſſinenſium, S. Victoris, & omnibus quibuſcumque ordinibus Mendicantium, & non Mendicantium, Militarium, & Hoſpitalium. Conceſſa eſt autem Patribus Caſſinenſibus facultas abſolvendi in utroque foro, ac diſpenſandi ſuper cenſuris, irregularitatibus, & inhabilitatibus, Monachos ſuos, qui ante Religionis ingreſſum, homicidiis voluntariis, & involuntariis, aliiſque patratis facinoribus, irregularitates, ac cenſuras incurrerunt: eadem facultas conceſſa eſt Patribus Congregationis Montis Oliveti, Ord. Prædicatorum, nec non Patrib. Soc. Jeſu Patres igitur Congr. S. Mauri quærunt.*

I. *An etiam ipſi habeant dictam facultatem abſolvendi, ac diſpenſandi?*

II. *An poſſint ſuos Monachos rehabilitare ad Ordines, & Dignitates?*

*Die* 14. *Aprilis* 1685. *Sac. Congr. reſpondit ad utrumque Negativè.*

36. Tertiò, in *Meſſanen.* in qua cum PP. Theatini prætenderent ipſis licere uti Altari portatili in vim communicationis Privilegii conceſſi (ut aſſerebant) à Pio IV. Canonicis Lateranenſibus, & Archiepiſcopus contra eoſdem tanquam delinquentes (ex quo eo uſi fuerant) procedere potuiſſe contenderet, partibus informantibus *ſub die* 15. *Novembr.* 1698 deciſum fuit *præfati PP. Theatinis non licuiſſe, neque licere, & Ordinarium contra eos procedere potuiſſe, etiam ad cenſuras.*

37. Quartò in terminis collationis ordinum *in Senen.* in qua cum plures Regulares prætenderent vigore communicationis, & participationis Societatis Jeſu, Indulti, promoveri poſſe, & debere extra tempora, interſtitiis non ſervatis, abſque aliâ Apoſtolicâ diſpenſatione: requirente Archiepiſcopo oraculum Congregationis, & expoſcente *an ipſe licitè hoc facere poſſet, ſub die* 11. *Aprilis ſive* 2. *Maii* 1699. reſponſum dedit his verbis = *Dilata, & interim Archiepiſcopus abſtineat, donec exhibeantur ſufficientia Privilegia*, & advertit quoque *Ventrigl. in prax. annot.* 44. §. *unico n.* 12. & iterum idem reſcriptum fuit ab ead. *S. Congregatione in Aſſiſien.* 23. *Januarii* 1706.

38. Et tandem præcavere, quod in executione Indultorum ſuſcipiendi ordines extra tempora, ſive favore Regularium, ſive Sæcularium Clericorum conceſſa, & expedita ſint, non eſt feſtinandum: Nam hujuſmodi indulta moderant quidem, ſed non tollunt juris diſpoſitionem: Unde cum Pontifex in præmemorato Decreto ædito *anno* 1693. expreſsè ſe declaret, quod non intendit cogere Epiſcopos ad executionem iſtorum Brevium, ſed illam remittit *eorum arbitrio*, gravata eorum conſcientia, evidens eſt, quod prædicta clauſula regulari debet à jure, & ex verbis legis, ut de clauſulâ *conſcientiam veſtram onerantes* dixit *Rot. coram Merlin. dec.* 702. *n.* 48.

39. Licet igitur temporis interpolatio inter unum, & alterum ordinem Sacrum tribus diebus feſtivis conferen. arbitrio Epiſcopi in Indultis relinquatur: hoc arbitrium prudentiale, & à jure regulatum eſſe debet: Cum autem jus præſcribat integrum annum interſtitiorum inter unum, & alterum ordinem Sacrum: Epiſcopus illud per arbitrium relaxando, tales ordines Indultariis regulariter conferre non deberet, niſi interpolatione, ſeù interſtitio intercedente ſaltem trium vel quatuor menſium inter unum, & alium ordinem, exemplo Eminentiſs. D. Card. dè Carpineo Vicarii Urbis, qui præſcribere ſolet interſtitium trium vel quatuor menſium ab Accolitatu ad Subdiaconatum, & à Subdiaconatu ad Diaconatum, & ab iſto ad Sacerdotium quinque, vel ſex menſium, & quidem rectè, & ſapienter, quia ſi Epiſcopus indulgentior eſſet, & prodigus habenas laxaret, arbitrio, puta ſi infra ſpatium unius menſis promoveret ad omnes Sacros Ordines, ageret judicio, & arbitrio irregulato, & conſcientiam, quam Papa in hoc gravatam voluit, gravaret, quia nimium recederet in re gravi a juris diſpoſitione, à qua regulatur arbitrium; ut loquendo de arbitrio, quod habet Epiſcopus à Concilio remittendi denunciationes matrimonii, ſi illas diſpenſaret, & remitteret ſine juſtâ causâ, tradit *Sanchez de matr. lib.* 3. *diſp.* 8. *n.* 1.

40. Quapropter, niſi aliqua juſta, & rationabilis cauſa, quæ ipſum impellat aliquando arbitrium relaxandi concurrat à ſtylo Eminentiſs. Card. Vicarii de Urbe, Epiſcopus non recedat, vel ſaltem proximè accedat, & Decretum moderatorium Indultorum hujuſmodi, quod retuli *tom.* 1. *Appendic. pag.* 340. ſæpè legat, ut inde quantum ſibi tribuatur arbitrii dignoſcat, & quid in cæteris Indultariis ibi non compræhenſis probè ſervanum ſit.

41. Ulteriùs ſcire debent, quod PP. Congregat. Oratorii Urbis, & Neapolis, habent Indultum, quò promoveri facere poſſunt ad quoſcumque Ordines ſuos Alumnos à locorum Ordinariis in quorum Diœceſi habent Domicilium abſque litteris Dimiſſoriis Epiſcoporum originis; ſic enim declaratum fuiſſe reperio à *S. Congr. Concilii anno* 1604. *lib.* 55. *dec. pag.* 575. Cui non videtur derogatum per Conſtitutionem Innoc. XII. *Speculatores*, æmanatam anno 1694. quia lex generalis nunquam cenſetur compræhendere caſum privilegiatum, & ſpecialem per *text. in c. cum ordinem, & c. Abbatem* 40. *ubi. gloſ. verb. per litteras de reſcript. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 9. §. 2. *n.* 6. *Rot. coram Peutinger. dec.* 354. *n.* 10.

n. 10. cum aliis ibi allegatis. Hoc tamen Indulto PP. Oratorii in Urbe non utuntur.

42. Et quod ſupplicante olim Nũcio Apoſtolico Taurinen. pro reſolutione Dubii. *An ipſo Nuncio competeret facultas abſque licentiâ Epiſcopi Diœceſani, Ordines in propriâ Cappellâ conferendi habentibus litteras Dimiſſoriales à propriis Epiſcopis cum clauſulâ, quòd poſſint à quocumque Antiſtite ordinari; Sac. Congr. Concilii ſub die 23. Auguſti 1653. reſpondit, poſſe, lib. 19. Dec. pag. 271.*

43. Et quod ſi aliquis dimiſsus, qui petit ordinari, non doceret fuiſse confirmatum, poterit admitti, ſi juret Sacramentum confirmationis recepiſse, quia nulla ratio eſt allegabilis, quare velit decipere, cum poteſt petere confirmari, ut reſpondit *S. Congr. Epiſc. in Anconitana pro Octaviano Scalamonti 18. Aprilis 1698.* & aliàs dixi *annot ad form.* 1. *tit.* 3. *n.* 6. *tom.* 1.

## Edicti receptionis Virginum ad Habitum Religionis.

### *FORMULA V.*

### SUMMARIUM.

1. *Puellæ ad habitum Religionis recipiendæ, debent prius experiri.*
2. *Puellæ, quæ habent corporis deformitates, non debent recipi in Religionem, dùmmodò inſtitutum non adſit in contrarium.*
   *Defectus morales Puellæ recipiandæ, impedimento eſſe debent, ne recipiantur ibi.*
3. *Referuntur Decreta generalia, quibus præſcribitur forma gubernii, & receptionis Monialium.*
   *Dos Monialium intrà numerum poteſt expendi pro neceſſitatibus Monaſterii, ibi circà fin.*
4. *Puellæ profeſſuræ violentia dupliciter inferri poteſt, & quomodò inferatur innuitur.*
5. *Reſpectus humani, quibus Puellæ impelluntur ad ſtatum Religioſum amplectendum, debent purgari exercitatione ſpiritualium.*
6. *Status Religionis, eſt Status perfectieonis acquirendæ, & eſt holocauſtum maximum.*
   *An qui profitetur in Religione conſequatur indulgentiam, & remiſſionem peccatorum ibi.*
   *Et an eamdem gratiam, quam conſequuntur baptizzati? ibi.*
   *Profitentes ſi non intelligunt obſervare ea, quæ in votis promittunt, peccant mortaliter ibi.*
7. *Monialis, quæ vult vivere ſecundum corruptelas, & abuſus Monaſterii, eſt in periculo damnationis.*
8. *Receptio ad habitum, & Religionem, pertinet ad Capitulum Monialium.*
   *Epiſcopus poteſt Monialibus prohibere, nè recipiant inhabiles.*
   *Moniales non debent recipere ad Religionem Puellas ineptas.*
9. *Converſæ ſunt de numero Monialium, & antequam recipiantur ad hàbitum, debent intra clauſuram experiri.*
10. *Converſæ numerariæ ſi aptæ ſunt, & dotem non habent, poſſunt admitti, & recipi etiam ſine Dote, licet in praxi non ſervetur.*
11. *Epiſcopus poteſt prohibere cenſuris, & juris remediis, etiam in Monaſteriis Regularibus ſubjectis, nè recipiantur ad habitum nec ad profeſſionem Puellæ, niſi prius ipſe fuerit certioratus.*
12. *Epiſcopus poteſt prohibere receptionem Puellarum ad habitum., & ad profeſſionem ſub pœnâ nullitatis.*
    *Epiſcopus explorationem voluntatis Puellarum in Monaſteriis exemptis recipiendarum, non debet ultra 15. dies differre ibi.*
    *Defectus explorationis voluntatis non annullat profeſſionem, ibi.*
13. *Profeſſio Puellæ emiſſa in articulo mortis ante annum expletum probationis, juvat quoad acquiſitionem indulgentiarum ipſi profitenti, non autem Monaſterio pro acquiſitione bonorum.*
14. *Profeſſio emiſſa à Puellâ, phtiſicâ, ſeu hecticâ poſt annum probationis, non prodeſt Monaſterio quoad acquiſitionem bonorum.*
15. *Puellæ poſſunt recipi ad habitum ſine experimento, quando Epiſcopo, & Monialibus notæ ſunt.*
16. *Moniales de uno ad aliud Monaſterium transferri non poſſunt inconſultâ Sede Apoſtolicâ.*
17. *Monialis, quæ vult transferri debet examinari, & recognoſci, an bono ſpiritu ducatur.*
    *Monialis translata, an ſecum trasferat Dotem, & alia bona acquiſita aliundè, referuntur DD. ſententiæ, nec non plures Sac. Congr. Epiſc. reſolutiones n.* 18. 19. 20. 21. 22. 23.

SI come Dio chiama al ſuo ſervizio i Religioſi, e le Religioſe afinche non ſolamente ſi ſalvino, ma ancora accioche profittino nella Religione, e non permettano, che la buona oſſervanza vi ſi corrompa, ò vada in declinazione: così quand'egli le giudicherà, non farà ad eſſe render conto unicamente dell' Anime proprie; ma anche dell'altre della loro Religione. Onde per queſto riſpetto devono attendere con fervore à conſervar la detta oſſervanza, e farla terminare in Santità, & à non eſſer facili à ricevere in eſſa le perſone, delle quali non habbiano piena notizia.

Ordiniamo per tanto all'Abbadeſſe, Priore, Diſcrete, e Maeſtre de Novizie de i Monaſteri di Monache di queſta Città, e Dioceſi, di non ammettere all'Habito di Novizie della Religio-

ligione quelle Vergini, che bramano d'eſſervi ricevute, ſe prima per. . . . avanti *non ſaranno ſtate ſperimentate* dentro al Monaſtero, e provate con eſercizii di pietà, ſe ſiano ben inclinate alle virtù Chriſtiane, & al Religioſo inſtituto, e non ſi ſarà da i portamenti conoſciuto eſſere la loro vocazione libera, e prodotta da Divino impulſo.

E ſe in una tal prova ſi conoſceranno non idonee per la Religione, ò perche non ſiano *per difetti naturali ò morali* atte per queſto ſtato: ò perche ſiano moſſe ad abbracciarlo *da violenza, ò da altro riſpetto humano*; non ſi propongano al Capitolo delle Monache ad eſſere ammeſſe per Novizie; ma ſi rimandino colle dovute convenienze alle loro Caſe; ancorche per cauſa della loro eſcluſione, vi foſſe la perdita de beni, & acquiſti temporali: giàche Dio non hà poſte le Religioni nella ſua Chieſa per fini ſi baſſi; ma perche quelli, e quelle, che ſono ad eſſe chiamate coll'oblazione che fanno di ſe ſteſſe a Dio, e coll' eſercizio delle Chriſtiane virtù, *ſi Santifichino*, promettendo di non abbandonar mai quelli che lo ſervono, e in lui confidano, e ſperano: E ſi è dichiarato il Figlivol di Dio humanato, ch'ogni pianta, che non ſarà piantata dal ſuo Celeſte Padre (cioè che non haverà la buona vocazione) ſarà ſradicata, e non potrà dar frutto: Et il Profeta dice, che ſe il Signore non ſi trova con noi edificando la Caſa, invano ci affatichiamo per alzarla.

Siano per ciò le Communità Religioſe circoſpette: poiche accettando perſone, che non ſon chiamate da Dio, ò non ſono atte per i loro naturali difetti: ò ſono incapaci per i morali: commettono due graviſſimi mali, de quali hanno à render gran conto al Tribunale del Giudice onnipotente: L'uno, che mettono tali Anime in evidente pericolo di perderſi in eterno, obligandole ad una vita, & ad una Regola, per la quale non hanno nè vocazione, nè attitudine: l'altro è, che introducono con eſſe nella Religione la corruzzione nell'oſſervanza Regolare, e la fanno perdere e mancare, dandole altretante ferite, quante ſon quelle Anime che ricevono, non buone per eſſa.

Proibiamo dunque eſpreſſamente alle Superiore de Monaſteri à noi ſoggetti di proporre *al Capitolo delle Monache*, & à queſte reſpettivamente d'accettare, ed ammettere all'Habito di Novizie, e molto meno alla profeſſione le Vergini, ò altre Donne, che voleſſero abbracciare lo ſtato Religioſo (*ancorche doveſſero eſſer Converſe*) ſe prima non ſi ſarà fatto d' eſſe il detto eſperimento: & alle Superiore, e Superiori, e Monache de Monaſteri *ſoggetti à Regolari, ò in altra maniera eſenti*, di ammetterle, & accettarle come ſopra ſe prima non ſarà ſtata da noi eſplorata la loro volontà, & ottenuta la noſtra licenza in ſcritto, ſotto pena in caſo che foſſero ricevute, ſenza l'eſpreſſa noſtra licenza in qualſivoglia Monaſtero, anco eſente, della nullità dell'ammiſſione da incorrerſi ipſo fatto, & ipſo jure, ſenz'altra dichiarazione (*furche in articolo di Morte*). Riſervando à noi la facoltà ne i Monaſteri ſottopoſti alla noſtra giuriſdizione, di poter diſpenſare *in qualche caſo particolare* all'eſperimento accennato.

Se poi vi foſſe qualche Religioſa, che moſſa da fervore di Spirito, *voleſſe traſferirſi* à qualche altro Monaſtero di più ſtretta Regola, ed oſſervanza; ſappiano i Superiori Règolari, ed altri Ordinarii de Monaſteri eſenti, che non poſſono permettere la tranſlazione, ne ricevimento di Monache d'altri Monaſteri per qualſiſia cauſa ò motivo, ſe non ne i caſi permeſſi dalla Bolla del B. Pio V. ſenza licenza della Sede Apoſtolica. Et il preſente Editto affiſſo &c. habbia vigore &c. Dato &c.

N. Veſcovo N.

*N. Cancelliere.*

## ADNOTATIONES.

1. *NON SARANNO STATE SPERIMENTATE.* Boni, & zelantes Epiſcopi, antequam Virgines habitum Religionis poſtulantes admittant, illarum vocationem, & idoneitatem (ad ſtatum hunc neceſſarias) per aliquod congruum temporis ſpatium, intra ſepta Monaſterii ſub oculis Monialium experiri ſolent; Et quia praxis eſt optima, ideò hic in formula inſinuativè proponitur, quæ ſi ab omnibus Præſulibus obſervaretur, maximum inde bonum Communitatibus Religioſis, & Animabus profitentium proveniret. At adverte quod Edictum non loquitur, nec ego, de exercitiis Spiritualibus per decem dies ante ſuſceptionem habitus peragendis ad formam ordinationis Innoc. XI. quia hæc fiunt poſtquam Capitulum Monialium poſtulantē acceptavit, & Epiſcopus exploravit voluntatem; ſed loquor de experimento faciendo circa ea, quæ ibidem in Edicto indicantur, & quæ vocationis tangunt radicem, antequam Capitulo proponatur.

2. *PER DIFETTI NATURALI, O MORALI.* Defectus naturales, prout ſunt infirmitates habituales, & aliæ corporis deformitates, dùmmodò ſint notabiles, & ſcandalum producere poſſunt, reddunt Virgines incapaces ſtatus religioſi ad *text. in c. 1. de ſtat. regul.*

*gul. in 6.* & Parentes, aliivè Conſanguinei, qui procurant, ut hujuſmodi perſonæ in Religionem recipiantur, graviter peccant: *Maledictus doloſus* ( inquit Propheta ), *qui habet in Grege ſuo maſculum, & votum faciens imolat debilem Domino Malac. 1.* niſi Monaſterium ex Inſtituto hujuſmodi Mulieres recipere ſoleat, ut ſunt Monaſteria Ord. Viſitationis B. M. V. à S. Franciſco Saleſio inſtituta: Morales autem defectus videlicet inverecundia, petulantia, gula, pigritia, ebetudo, & ſimiles, qui non ſolum proprium profectum ſpiritualem præpediunt ſed, & aliis Virginibus nocere poſſunt, impedimento eſſe debent, nè tales Puellæ, aliæve Mulieres, quæ iis fædantur, recipiantur inter Sanctimoniales ex notatis à *Tambur. de jur. Abbatiſs. diſp. 4. quæſt. 3. n. 1.*

3. Præter diligentias adhibendas circa defectus corporis, & animi, debent quoque animadverti, an in recipiendis, concurrant alia requiſita præſcripta à Decretis generalibus S. Congr. Epiſc. & Regular. emanatis anno 1605. in quibus, hæc habentur.

I. *Abbatiſſæ, aut Prioriſſæ expleto Officiorum ſuorum triennio non eligantur denuò ad eadem officia, abſque Sedis Apoſtolicæ, aut S. Congr. licentiâ.*

II. *Ad conſecrationem non admittantur Moniales, niſi 25. ætatis anno completo; iis autem Monialibus, quæ ſunt Ordinis Mendicantium, cum conſecrari non conſueverint, hujuſmodi conſecratio non concedatur.*

III. *Non poſſint ultra duas Sorores in eodem Monaſterio habitum Regularem ſuſcipere, ac profeſſionem emittere abſque Sac. Congr. licentiâ, & ſi hac licentiâ obtentâ, tertia Soror ad habitum admittatur, voce activâ, & paſſivâ tamdiù careat, quouſque altera ex eiſdem duabus Sororibus vitam cum morte commutaverit, dotemque duplicatam ſolvat, quatenus intrà, triplicatam verò ſi ſuprà numerum exiſtat, talique caſu adimpleantur conditiones in licentiis impreſſis pro Monialibus ſupranumerariis concedi ſolitis contentæ. Ubi autem laudabilis conſuetudo inolevit, vel Pontificiâ Conſtitutione cautum, quod nec duæ Sorores in eodem Monaſterio habitum ſuſcipiant, prout Florentiæ, & alibi, ita ſervetur. Educationis autem causâ permittantur in eodem Monaſterio pluſquam duæ Sorores.*

IV. *Mortuâ aliquâ Moniali intrà numerum præfixum, ad reliquas Moniales ſpectat Capitulariter, votiſque ſecretis eam Puellam, quæ eis viſa fuerit, ad locum hujuſmodi intrà numerum vacantem admittere, præviâ tamen Epiſcopi exploratione, juxtà diſpoſitionem Sac. Conc. Trid.*

V. *Itidem obſervetur de admiſſione Converſarum intrà numerum. Suprà autem numerum nec Moniales velatæ, nec Converſæ recipiantur, niſi obtentâ Sac. Congr. licentiâ, & quoad velatas ſupranumerarias, ſerventur conditiones in licentiis impreſſis contentæ.*

VI. *Circa Converſas ſupranumerarias, quod Puella in hunc finem electâ ſit Virgo, prædita qualitatibus neceſſariis, capitulariter, votiſque ſecretis Monialium admittatur, ſolvat Dotem duplicatam, à Converſis perſolvi ſolitam, ac tempore debito profeſſionem emittat.*

VII. *Moniales velatæ, tàm intrà, quàm ſuprà numerum abſque dotali eleemoſynâ nequaquam admittantur: hujuſmodi autem eleemoſynæ dotales, ſi ſint Monialium, vel Converſarum intrà numerum exiſtentium, emiſsâ ab eis profeſſione, expendi poſſint in uſus communes neceſſarios Monaſterii: Supranumerariarum autem dotes poſt earundem profeſſionem, omninò in Emptionem bonorum ſtabilium Monaſterii commodo convertantur &c.* Hæc autem Decreta adamuſſim ſervanda ſunt in quibuſlibet Monaſteriis: exceptis tamen quoad Dotes illis in quibus ex lege fundationis pro Monialibus numerariis Dos exigi non ſolet; ex eo quia Fundator redditus ſufficientès aſſignavit, ut eſt in Urbe Monaſterium B. M. V. Purificationis in Monte Exquilino, nec non Monaſteriis Capuccinarum, quæ vivunt ex mendicitate, ut pariter ſervatur in Urbe, & exceptis etiam Monaſteriis, quibus à Fundatoribus, vel aliis aſſignata fuerunt bona ſufficientia ad congruam ſubſtentationem duarum, vel trium Puellarum, forſan à certis familiis eligendarum. Et quod Dotes Monialium intrà numerum in uſus communes neceſſarios Monaſterii ex ſolâ licentiâ Superioris Monaſterii expendi poſſint, tenent quoque *Nicol. in floſc. verb. Doſ. n. 26. Gavant. in manual. Epiſc.. verb. monialium alimenta n. 13. Tāburin. de jur. Abbatiſs. diſp. 5. quæſt. 7. n. 6.*

4. *DA VIOLENZA, O DA ALTRO RISPETTO HUMANO.* Violentia dupliciter poteſt inferri, vel verberibus, perhorreſcentia Paternæ maledictionis, alimentorum ſubtractione, bonorum, ſeû libertatis amiſſione, armorum evaginatione, & terrore, vel per importunas preces, minas, deceptiones, vel ſeductionem; Si de primâ ( quæ inducit metum in conſtantem Mulierem ) appareant veſtigia, omninò à receptione eſt abſtinendum: Si de ſecundâ, ſuperſedendum erit, donec Puella ſeducta, de obligationibus ſtatus Religioſi in loco libero certiorata deliberet.

5. Re-

5. Reſpectus autem humani, qui ſæpè impellunt Virgines ad amplectendam vitam cælibem, putà defectus Dotis, quà poſſint viro æqualis conditionis nubere, venuſtatis, amoris Parentum, vel Fratrum, & hujuſmodi: debent purgari experimento exercitationum Spiritualium, ut quæ carnalibus moventur affectibus, & contortam habent intentionem (quam dedecet Sponſas Chriſti habere) vel illam deliberatè rectificent, vel in Sæculo remaneant.

6. *SI SANTIFICHINO*. Status Religionis: eſt ſtatus perfectionis acquirendæ: quia Religioſus totam vitam ſuam obligat ad perfectionis ſtudium, ut docet *D. Tho.* 22. *quæſt.* 184. *art.* 8. Profeſſioque eſt actus adeò meritorius, ut per hunc quis conſequatur remiſſionem omnium peccatorum, ſic probat *Jo. Herolt. vulgò Diſcipulus ſer.* 13. *de tempor. littera D.* dicens = *Utrum quis per ingreſſum Religionis conſequatur plenariam remiſſionem omnium peccatorum? reſp. ſecundum B. Th.* 22. *quæſt. ult. rationabiliter poteſt dici, quod ſic, nam hoc eſt holocauſtum maximum, quo quis ſe totaliter Divinis Officiis mancipat, per Religionis ſcilicet ingreſſum, quod excedit omne genus ſatisfactionis, ut habetur in Decreto* 16. *quæſt.* 1. *c. admonere. Item ſciendum quod in Vitis Patruum legitur, quod eamdem gratiam conſequuntur ingredientes Religionem, & profitentes, quam conſequuntur baptizzati. Item ſciendum ſecundum B. Tho. quod ſi per ingreſſum Religionis, quis non abſolveretur ab omni reatu pœnæ, nihilominus ingreſſus Religionis utilior eſt, quam peregrinatio Terræ Sanctæ ad promotionem ad bonum, quod præponderat abſolutioni à pœnâ. Et Henric. de Gan. dicit quod quando quis profitetur, tunc primò indulgentiam conſequitur*. Et poſt hæc ſubdit = *Et intelligitur ſi intendit obſervare, quæ in profeſſione promittit, ſcilicet regulam, & ordinem ſuum. Nam ſi non intenderet ſervare ea, quæ promittit in profeſſione ſua, ipſo facto ſic promittendo peccaret mortaliter, & non eſſet filius Regni Cæleſtis, ſed filius ignis Gehennæ, & tales quandoque peſſimi erunt*.

7. Hæc finalia verba notabilia ſunt adverſus illas Moniales, quæ forſan non obſervantes Regulam, aliquando dicunt, ſe votum emiſiſſe illam ſervandi juxtà uſum, & conſuetudinem Monaſterii; quaſi licitum ſit unum ore proferre, aliud corde promittere, & quaſi abuſus, & corruptelæ, quæ introducuntur in Monaſteria, vim habeant evertendi vota, & promiſſa facta Deo. Caveant propterea (ſi quod abſit) inveniantur quæ ita malè ſentiunt, & Authoris ſententiam formident; quia Deus non irridetur: laborentque Confeſſarii oſtendere, quod via, quæ Monialibus hujuſmodi videtur recta, deducit ad interitum *Prov.* 14.

8. *AL CAPITOLO DELLE MONICHE*. Receptio ad habitum, & profeſſionem pertinet ad Abbatiſſam, & Capitulum Monialium, ut patet ex Decreto Sac. Congr. ſupra relato §. *præter diligentias*, & in hoc Epiſcopus non ſe ingerit, & licet in Edicti formula, prohibeat receptionem antequam fiat admittendarum experimentum, per hoc non adimit libertatem Capituli, ſed ſolum mandat recipi idoneas, quod rectè facere poteſt: tùm quia lex quantumcunque generalis, ſemper reſtringitur ad perſonas habiles *Fagnan. in c. ad Apoſtolicam n.* 13. *de regular.* tùm quia nec ipſæ Moniales, ineptas recipere poſſunt, ſed illas debent excludere *Donat. de regular. tom.* 4. *tract.* 9. *quæſt.* 9.

9. *ANCORCHE DOVESSERO ESSER CONVERSE*. Converſæ intelliguntur compræhenſæ in numero præfixo Monialium, ut reſpondit *S. Congr. Epiſc. in Placentinâ* 6. *Nov.* 1595. quod Decretum referunt etiam *Gavant. in Manual. Epiſc. verb. monialium numerus n.* 3. *Donat. prax. rer. regular. tom.* 4. *tract.* 2. *de Monaſt. Monial. quæſt.* 20. *n.* 2. & eſt contra *Tambur. de jur. Abbatiſs. diſp.* 5. *quæſt.* 1. *n.* 3. ubi tenet quod Converſæ non faciant numerum, at pro ſe nihil allegat. Hæ tamen antequam recipiantur ad habitum, admittuntur in Clauſuram, ut ibi in habitu ſæculari per duos, vel tres menſes experiantur, ut olim reſcripſit *S. Congr. Epiſcop. Epiſcopo Cremonenſi ſub die* 10. *Januarii* 1596. Hodie tamen ad cauthelam ſolet impetrari licentia, quam *ead. Congregatio* conceſſit *Epiſcopo Æſino* his verbis = *Sac. Congr. &c. benignè indulſit, ut præfatæ Puellæ ad Habitum Converſarum admittendæ per tres menſes tantùm in Monaſteriis in habitu ſæculari ad effectum ipſarum habilitatem explorandi, retineri poſſint &c.* 15. *febr.* 1675. & ſi tranſacto hoc tempore non admitterentur ad habitum, non poſſent alio prætextu in Clauſurâ retineri; ſed ad proprias Domos remitti debent, ut *ipſa Congreg. reſcripſit Epiſcopo Novarien.* 3. *Januarii* 1594.

10. Quando autem experiuntur multum aptæ, & recipiuntur intrà numerum præfixum, ſi Dotem non haberent, poſſent recipi, & admitti ad profeſſionem etiam ſine Dote, dummodò Conſtitutiones Monaſterii non obſtent: quia ut ead. Congregatio reſpondit *Epiſcopo Ferrarien. ſub die* 20. *Martii* 1596. in admittendis Converſis non habetur reſpectus ad dotem, ſed ad neceſſitatem Monaſterii: ideòque in Decreto generali ſuperius relato in §. *Præter diligentias* prohibentur expreſſè recipi ſine dote Moniales Chorales velatæ, non autem Converſæ numerariæ, hocque admittunt, & approbant *Tambur. de jur. Abbatiſs. diſp.* 5. *quæſt.* 7. *n.* 1. *Pelizzar. de Monial. cap.* 3. *ſect.* 2. *quæſt.* 5. *n.* 46. *Donat. prax. rer. regular. tom.* 4. *tract.* 10. *de dot. Monial. quæſt.* 2. *n.* 9. Verum hodie ex praxi S. Congregationis Epiſcopor., & Regular. Converſæ etiam numerariæ ſolunt dotem.

11. *SOGGETTI A I REGOLARI, O IN ALTRO MODO ESENTI*. Epiſcopus poteſt, imò

M debet

debet prohibere cenſuris Eccleſiaſticis, & aliis pœnis ſibi bene viſis, Abbatiſſis, & cæteris Superioribus Regularibus, ne in Monaſteriis ipſis ſubiectis recipiantur Puellæ ad habitum, & profeſſionem, niſi prius ipſe fuerit certioratus, ut non ſemel declaravit *S. Congr. Concilii*, & præſertim *de anno* 1627. *ſub die* 13. *Nov*. proùt ſequitur Dubio propoſito reſpondendo.

*Sac. Congr. &c. rejecta opinione Mirandæ, & ſequacium reſpondit, ſpectare ad Epiſcopum, tàm ante ſuſceptionem habitus, quàm ante profeſſionis emiſſionem, explorare voluntatemVirginum Deo dedicandarum, etiam in Monaſteriis Regularibus ſubiectis, & Exemptis, debetque per eumdem Epiſcopum demandari, tàm Monialibus, quam Superioribus Regularibus, nè dent habitum, & multò minus patiantur profeſſionem emittere, niſi prius eorum voluntas perſpecta, & explorata ſit ab eodem Epiſcopo, eiſque notificata: contrafacientes verò idem Epiſcopus poterit coercere, non ſolum pœnis à Sac. Conc. Trid. ſtatutis, & præſcriptis; ſed etiam Eccleſiaſticis cenſuris, & aliis juris remediis, non obſtantibus quibuſcunque privilegiis,* Quam declarationem iterum probavit, & extradi mandavit in unâ *Derthonen.* 16. *Decèbr.* 1645. *lib.* 18. *Decr. pag.* 669. cum aliis apud *Barb. ſupra Concil. cap.* 17. *n.* 9. *ſeſſ.* 25. *de regul.*

12. Hic autem in Edicto Epiſcopus non utitur contra tranſgreſſores exemptos Cenſuris, ſed remedio juris: nam ſi Moniales exemptæ reciperent aliquam Puellam clandeſtinè inſcio Epiſcopo, validè reciperent ad habitum, & profeſſionem non obſtante comminatione cenſurarum, ſcientes aliquando abſolvendas fore: Et ſic ad compeſcendam hominum malitiam, aptior videtur pœna nullitatis ipſo facto incurrenda, quam vigore facultatis, & jurisdictionis in exemptos per d. Decretum tributæ infligere poteſt, ut probat *Donat. prax. rer. regular. tom.* 4. *tract.* 12. *quæſt.* 28. Hanc tamen voluntatis Puellæ explorationem, non debet Epiſcopus poſtquam fuit certioratus, differre; quia ſi illam, tàm ante ſuſceptionem habitus, quàm ante profeſſionem emittendam explere negligeret, infrà 15. dies poſſent Superiores exempti ad receptionem, & admiſſionem procedere, juxtà Pii V. Bullam, quam refert *Barb. ſupra Concil. cap.* 17. *n.* 4. *ſeſſ.* 25. *de regular.* & eſt in ordine Bullar. nov. *la* 41. §. 6. cum defectus iſtius explorationis per ſe, profeſſionem recipiendarum non annullet *Barb. de off. & pot. Epiſc. alleg.* 100. *n.* 9. quem ſequuntur *Tambur. de jur. Abbatiſs. diſp.* 4. *q.* 2. *n.* 11. *Donat. de Regular. tom.* 4. *tract.* 9. *quæſt.* 8. *n.* 8. *Nicol. lucubr. can. lib.* 3. *tit.* 1. *de vit. & honeſt. cler. n.* 22. *verſ. ſi verò*.

13. *FUORCHE IN ARTICOLO DI MORTE*. Imminente mortis periculo, videtur concedenda facultas recipiendi profeſſionem morituræ, etiam abſque licentiâ, & certioratione Epiſcopi, quando vel ob diſtantiam loci, vel gravem morbum tempus illam exquirendi non adeſt, ſi enim hoc contingeret anno probationis iam expleto, Monaſterium Dotem acquireret, ſecùs ſi nondum elapſo, ut declaravit *S. Congr. Concilii in Carpenctoraten.* 14 *Junii* 1641. *lib.* 17. *Decr. pag.* 55. cum aliis quos citavi *tom.* 1. *tit. XI. annot. ad form.* 7. *n.* 13. *&* 14. Quidquid ſit de acquiſitione indulgentiarum, quas conſequuntur Puellæ in emiſſione profeſſionis, ſequutæ in Religione, quæ habeat privilegium illas admittendi in articulo mortis, etiam anno probationis non expleto: nàm hoc conceditur propter ſolatium, & conſolationem Spiritualem Novitiarum, ne careant beneficio indulgentiarum, non autem ad alium effectum: adeo ùt ſi Novitia convaleſceret, iterum completo anno probationis teneretur profiteri *Donat. prax. rer. regular. tom.* 4. *tract.* 11. *quæſt.* 12. *per. tot.* & ſic non prodeſt Monaſterio ad acquirendum bona *Donat. ibid & quæſt. ſeq.* & in puncto noviſſimè reſpondit S. Congr. Concilii *in Neapolitanâ* 14. *Martii* 1705.

14. Imò *Ricc. prax. rer. quotid. for. Eccleſ. par.* 2. *reſol.* 493. ſecundum *Venet. impreſ.* 1674. *n.* 6. tenet, quod profeſſio emiſſa etiam poſt annum probationis à Puellâ phtiſicâ, ſeù hecticâ, non proſit Monaſterio quoad acquiſitionem bonorum, & aſſumptum probat ſequentibus rationibus. *Primo quia profeſſio fieri non poterat ſimpliciter, & juxtà ſolitum, ſed cauſa devotionis tantùm, obſtat enim Conc. Trid. c.* 17. *ſeſſ.* 25. *de regular. mandans, quod cognita prius voluntate Virginis, an coacta, an ſeducta ſit, an ſciat quid agat, & ſi libera ei eſſet voluntas profitendi & habuerit conditiones requiſitas, juxtà illius Monaſterii, & Ordinis regulam; nec non, & Monaſterium fuerit idoneum, liberè ei liceat profiteri: debitæ conditiones non erant in iſta Puella, quia hectica, phtiſica, & moribunda, propter quod non poterat Deo, & Monaſterio inſervire, ut profeſſio mandabat, ergo ſimpliciter profiteri non poterat, imò ex Monaſterio debebat eiici, ut per eidem Conc. Trid. c.* 16. *his verbis mandatur, ſcilicet finito tempore Novitiatus, Superiores, Novitias quas habiles invenerint ad profeſſionem admittant, aut è Monaſterio eiiciant. Non debetur Secundò Dos, quia Monaſterium pro ingreſſu Monialium nil capere poteſt, niſi à ſpontè dantibus, & certa quantitas alimentorum cauſâ, quæ dotalis eleemoſyna dicitur, alias eſſet ſimonia ex text. ad literam in c. non ſtatis de ſimon. cum gloſ. & DD. omnibus; hic ceſſat alimentorum cauſa, quia inſtabat mors, ergo non debetur Dos. Tertiò non debetur Dos, nam ſicuti illa datur in matrimonio carnali pro oneribus matrimonii l. pro oneribus C. de donat. ant. nup. adeo ùt ſi maritus onera Matrimonii non ſuſtinet, ullo modo debet habere dotem, ita nec Monaſterium ex hac profeſſione poteſt habere dotem, quia imminebat mors, cum qua fuerunt omnia ſoluta, validum eſt enim arguere à matrimonio carnali ad Spirituale c. inter corporalia de tranſlat. Epiſc. Quartò non poteſt etiam prætendere Dotem, quia Dos debet peti apto, & congruo tempore, dixit Neapod. &c. nec dicitur nupta, quæ virum pati non poteſt idem Neapod. &c.*

*pun-*

*punctualiter igitur ad caſum noſtrum, nam ibi dicit text. quod legatum factum pro tempore nuptiarum, non debetur ſi Nuptiæ fierent ante* 12. *annum aſſignans rationem prædictam, quod non dicitur nupta, quæ virum pati non poteſt, ergo non dicitur profeſſa iſta Puella, quia onera profeſſionis pati non poterat, & per conſequens neque debetur Dos. Quintò, & demum non debetur dos, quia profeſſio fuit emiſſa in articulo mortis, quo tempore omnia geſta pro nihilo reputantur. l. filiæ meæ emancipatæ, & egræ ff. ſolut. matr. &c.* Hæc Ricc. doctrina notanda videtur, quia caſus contigibilis eſt.

15. *IN QUALCHE CASO PARTICOLARE.* Ideſt, quando Puella recipienda iam probata fuiſſet inter Educandas Monaſterii, vel in aliquo religioſo Conſervatorio vel in Domo Paternâ piè educata laudabiliter vixiſſet, ejuſque vita, tam Monialibus, quàm Epiſcopo nota eſſet vel demum aliquis daretur caſus, in quo judicio Epiſcopi, tale experimentum non exigeret.

16. *VOLESSE TRASFERIRSI.* Tranſlatio Monialium de loco ad locum, & de Monaſterio in Monaſterium hodie fieri non poteſt ab Ordinariis, niſi conſultâ Sede Apoſtolicâ juxtà Decretum Pauli V. æditum anno 1617. quod refert *Donat. prax. rer. regular. tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 5. *quæſt.* 28. *n.* 8. præter alia apud *Barboſ. collect. dec. Apoſtolic. verb. Monialium tranſlatio, Tambur. de jur. Abbatiſſ. diſp.* 21. *quæſt.* 10. *n.* 6. *&* 7. Et pro Regnis Hiſpaniarum, reperitur in Regeſto litterarum Sac. Congr. Epiſcop. *ſub die* 15. *Januarii* 1616. *fol.* 9. ſequens Decretum *Al Nunzio di Spagna, SS. D. N. ejus in Hiſpaniarum Regnis Nuncio litteras dari mandavit, ut omnes Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſvè Ordinarios inferiores, tàm Sæculares, quam Regulares Monialium Monaſteria in eiſdem Regnis habentes certioret, nè abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate Monialibus è Monaſteriis ſeptibus egrediendi licentias ullatenus concedant, minuſque eaſdem de uno ad aliud Monaſterium (tribus caſibus in Bullâ S. m. Pii V. nominatim expreſſis exceptis) transferant.* De jure enim per *text. in c. Virgines* 20. *quæſt.* 4. quæ melioris, & arctioris vitæ fervore movebantur de uno ad aliud Monaſterium transferri permittebantur.

17. Si igitur aliqua Monialis ſtudio perfectioris vitæ deſideret ad aliud Monaſterium reformatum, vel ſtrictioris obſervantiæ transferri, debet prius examinari, & à Superioribus (Peritorum conſilio adhibito) recognoſci an bono ſpiritu ducatur, vel potius animi levitate, aut perturbatione, & an digna ſit exaudiri, tàm à Superioribus, quàm à Sede Apoſtolicâ *Tambur. de jur. Abbatiſ. diſp.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 8. *Donat. prax. rer. reg. tom.* 2. *par.* 2. *tract.* 5. *quæſt.* 11. *n.* 2. Obtentâ autem licentiâ, an ſecum transferat Dotem datam primo Monaſterio, & alia bona quocunque modo quæſita ad ſecundum Monaſterium bonorum capax: quæſtio eſt non levis, quam obiter tetigi in *tit. XI. to.* 1. *annot. ad form.* 7. *n.* 12. *Card. de Luc. de regular. diſc.* 39. *n.* 17. quem ibi allegavi, cribatis DD. ſententiis inter ſe pugnantibus, hæc habet= *Quarta eſt ſimpliciter, ac indefinitè tenentium partes Secundi Monaſterii, ut ad illud cum perſonâ tranſeant bona; iſtaque opinio in ſenſu Canoniſtarum (quibus quoad, ea quæ ad forum judiciarium pertinent ex pluries inſinuatis magis deferendum eſt, quam moralibus) probabilior, magiſque recepta videtur &c. ex duplici ratione. Primò nempè, quod bona dicuntur acceſſoria, & conſequtiva perſonæ, adeò ut illorum acquiſitio, dicatur merè occaſionalis, vel cauſativa, cum præſuppoſito durationis cauſæ pro toto tempore vitæ Religioſæ &c. Secundò quia hujuſmodi donationes, & renunciationes tacitam, ſeù implicitam habent conditionem, quatenus donator perſeueret &c. ideòque cum tranſitus legitimus, omninò extinguat primevum ſtatum fingendo quod in primâ profeſſus non fuerit, ſed ex integro in ſecundâ cujus ſtatum, & fortunam ſequitur: Hinc proinde quemadmodum ſi profeſſio ſequuta non eſſet, vel ea invalidâ detectâ reſolvitur acquiſitio, ita ubi ejuſdem profeſſionis ſequatur diſſolutio per eum, qui ad id poteſtatem habet tanquam per ſpeciem reſolutionis acquiſitionis dotis, vel donationis propter nuptias inter conjuges ubi de eorum conſenſu, ſeù alias ex juſtâ causâ cum auctoritate Superioris, ſequatur verum, ac omnimodum divortium vinculi matrimonialis diſſolutivum &c.*

18. Si enim Dos Monialium datur, & recipitur pro victu, & ſubſtentatione perſonæ, nec alio titulo dari poſſit, ut docent *Ricc. ſupra allegat. in* §. *Imò, & Gallemar. ſupra Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *de reg. cap.* 3. *poſtn.* 4. his verbis= *De Dotibus autem nihil certi cum eis ſtatutum eſt ſed prout qualitas perſonarum, & temporum poſtulabit eſt faciendum: nec quod datur Moniali Monaſterium ingrediente, dotis nomine propriè vocari debet, ſed dicendum eſt quod id tribuatur pro alimentis ac neceſſariâ ſubſtentatione perſonæ, quæ Monaſterium ingreſſa eſt*, & fatentur *Tambur. de jur. Abbatiſ. diſp.* 5. *quæſt.* 3. *n.* 3. *Donat. tom.* 4. *tract.* 10. *quæſt.* 8. (& eſt communis aſſertio) dici oportet, quod ceſſante per legitimam tranſlationem Monialis onere alimentorum, non poſſit primum Monaſterium Dotem pro alimentis datam retinere, nec bona contemplatione perſonæ quæſita; ſed quod tranſeant tanquam acceſſoria cum perſonâ Monialis.

19. *Tambur. verò de jur. Abbatiſ. diſp.* 2. *quæſt.* 7. *per tot. Donat. prax. rer. regul. tom.* 2. *par.* 2. *tract.* 5. *quæſt.* 57. *& quæſt.* 58. *Pignatell. conſult.* 432. *pariter per tot. tom.* 1. *& conſult.* 73. *n.* 21. *tom.* 9. mordicus contrariam ſententiam tuentur, & firmant pluribus adductis rationibus, quod Dos unà cum aliis bonis quæſitis poſt profeſſionem, & durante permanentia, niſi Monialis transferatur coactè ad peragendam pœnitentiam acquirantur irrevocabiliter primo Monaſterio.

20. Tertia opinio diſtinguit bona acquiſita poſt profeſſionem miniſterio legis, ab acquiſitis facto hominis, putà per donatio-

nem, vel per Teſtamentum, & quod ſi agatur de primis non transferantur, ſed cenſeantur acquiſita primo Monaſterio irrevocabiliter: ſi verò ſit ſermo de ſecundis, quod ſic: quia cum hæc fuerint donata primo Monaſterio intuitu traditionis, & ingreſſus propriæ perſonæ, & profeſſionis; ſi per egreſſum legitimum reſolvatur, etiam donatio, & teſtamentum reſolvuntur, & bona tanquam acceſſoria perſonæ tranſeant in ſecundum Monaſterium, ex eo quia à principio de egreſſu cogitare non potuit, & ſi cogitaſſet non donaſſet, & ſic quod magis animus, quàm effectus attendi debeat. Hanc opinionē quam veritati conſonam dicit, ſequitur *Laure. de franc. controv. par. 1. n. 26. & quæſt. 18. n. 7. & ſeqq. ibique Paſqualig.* & cum eo tenent *Pelliccion. quæſt. illuſtr. 21. cap. 10. Capon. diſcep. 278. tom. 4. per. tot.*

21. At in hac opinionum varietate, ut juſtum judicium feratur multum intereſt videre quænam ſit tranſitus cauſa, quia ex facti circumſtantiis, & aliis prudentialibus motivis, quibus Sac. Congr. movetur ad concedendam licentiam tranſitus, regulanda erit bonorum translatio, ſicuti benè deducitur ex ſequentibus exemplis.

*In Nannaten. 16. Januarii* 1615. Quædam Monialis Franciſca Carretta tranſitum petens ad laxiorem ob infirmitates quas patiebatur in primo Monaſterio, licentiam obtinuit cum clauſulâ = *Dummodò Capitulariter votiſque ſecretis Monialium ſecundi Monaſterii accederet aſſenſus, & dotem à cæteris Monialibus præſtari ſolitam ipſa perſolveret, & ad primum Monaſterium ſpes redeundi eidem penitus ſublata eſſet.*

*In Januen.* 15. *Julii* 1678. Monialis Franciſca Farſetti ex Monaſterio S. Claræ Albari motivo ſtrictioris obſervantiæ regularis obtinuit transferri ad aliud Monaſterium Patavii cum clauſulâ = *accedente conſenſu Epiſcopi, & Monialium ſecundi Monaſterii*, cui ſolvi deberet nova Dos, relicto tantum uſufructu primæ Dotis Monaſterio à quo ejus vita durante, proprietate ſibi remanente.

*In Piſtorien. 29. Novembr.* 1686. Ob imminentem ruinam fabricæ Monaſterii Ripaltæ, cum Moniales omnes translatæ fuiſſent ad Monaſterium S. Mariæ Gratiarum: Soror Franciſca Nerozia inter eaſdem profeſſa, petiit, & obtinuit ( motivo majoris obſervantiæ vitæ regularis ) Indultum ſe transferendi ad Monaſterium S. Georgii & ſibi indulgeri poſtulans translationem vaſorum argentorum, quos ſuis livellis, & induſtriâ acquiſiverat, & ſub ſua cuſtodiâ retinuerat ſeſe opponentibus Monialibus primi Monaſterii, & argenta ipſis deberi, & acquiſita fuiſſe prætendentibus, Sac. Congr. ſub dicta die reſpondit = *Spectare ad Monaſterium ad quod auctoritate Apoſtolicâ translata eſt Monialis Nerozia, ita tamen ut argenta aſſerventur in Sacrario, non autem penes ipſam Monialem.*

*In Hiſpalen.* Sor. Maria Thereſia de Turre, deſiderio profectus Spiritualis, & arctioris vitæ 23. *Januarii* 1699. petiit, & obtinuit à Monaſterio S. Leonardi ad Monaſterium Spiritus Sancti ejuſdem regulæ transferri, cū clauſulâ = *accedente conſenſu utriuſque Monaſterii relictâ dote Monaſterio à quo, & ſolutâ novâ Dote ac tranſlato uſufructu petiarum 3. Monaſterio ad quod.* (quem uſufructum octo ab antea annis acquiſiverat ex Patris legato) *In Ferrarien.* 17. *febr.* 1702. Soror Margarita Botticina, calumnioſè accuſata de propinatione veneni, obtinuit licentiam à Monaſterio S. Antonii ad Monaſterium S. Gabrielis ſe transferendi, cum clauſulâ = *reſtituta eidem dote à Monaſterio à quo, unà cum fructibus à die exitus.*

Ad effugiendum periculum belli, & attentâ obſidione Gallorum Civitatis Valentiæ in Inſubria, *anno* 1696. Moniales d. Civitatis tranſlatæ fuerunt ad Monaſterium S. Felicis Civitatis Papien. At ceſſante bello, remearunt ad proprium Monaſterium, relictâ dumtaxat Sor. Placidâ Victoriâ Salvoni; quæ cum ab habitualibus infirmitatibus, quas patiebatur, ob aeris qualitatem plurium ſe ſublevatam ſentiret: petiit, & obtinuit 13. *Febr.* 1699. à Sac. Congregatione indultum illuc remanendi cum clauſulâ tamen = *dimiſsâ Dote Monaſterio à quò, & alia ſolutâ Monaſterio ad quod*

*In Romana die* 18. *Maii* 1705. pro Sororibus de Boncompagnis ex Ducibus Soræ tranſlatis à Monaſterio S. Martæ de Urbe ad Monaſterium S. Luciæ in Silice ejuſdem Ordinis, fuit conceſſa tranſlatio cum clauſulâ = *relictâ Dote priori Monaſterio, & ſolutâ novâ Dote ſecundo Monaſterio.*

22. Ex his inquam reſolutionibus probè inferri poſſe videtur. Primò, quod eleemoſyna dotalis, quæ ſolvitur in ingreſſu, & profeſſione tanquam irrevocabiliter primo Monaſterio acquiſita nunquam Moniali tranſlatæ reſtituatur, niſi Papa, vel Sac. Congreg. concedat, vel egreſſus à Monialibus occaſionetur, ut *in d. Ferrarien.* & ſic in Dote, & praxi vera ſit ſecunda Sententia, quam ſequitur etjam *Tondut. quæſt. benef. tom. 1. cap. 65. n. 7. & 18.* Secundò, quod bona patrimonialia, donata, relicta, & Monaſterio quæſita intuitu, & contemplatione perſonæ profeſſæ transferantur unà cum Moniali, quoties tranſitus fiat motivo perfectioris vitæ ut *in dd. Piſtorien. Januen. & Hiſpalen.* & hoc quia cum tranſitus ad arctiorem de jure denegari non debeat *c. licet de regular.* ( cujus text. diſpoſitio militat etiam in Monialibus, ut cum aliis pluribus tenet *Donat. prax. rer. regular. tom. 1. par. 2. tract. 5. quæſt. 28. n. 1.* ) ſequitur, quod talia bona cenſeantur acquiſita Monaſterio revocabiliter, & ſub tacita conditione, *quatenus Monialis votum non commutet in melius*, & in hoc

caſu

caſu vera ſit prima, & tertia Sententia. Tertiò, quod ſi Monialis transferatur non ex motivo profectus Spiritualis, ſed ex causâ quæ ſapiat delictum, & ſic ex propriâ culpâ: tunc ſicuti Moniales, quæ cauſam dederunt egreſſui, reſtituere tenentur etiam Dotem, licet irrevocabiliter regulariter Monaſterio acquiratur, ut *in d. Ferrarien.* ita, & ipſa translatâ, dum jure à primo Monaſterio non recedit, ſed ex occaſione culpabili, bona donata, vel alio titulo primo Monaſterio poſt profeſſionem quæſita, eidem relinquere teneatur: tùm quia contrariorum, & correlativorum eadem eſt ratio, & diſciplina *Gonzal. ad regul. 8. gloſ. 50. n. 12.* tùm quia cum tunc translatio concedatur potius ob bonum Communitatis, quam ſolius translatæ; ut æqualitas ſervetur, non debet hæc ex proprio defectu, & delicto lucrum reportare *l. ne ex dolo 13. ff. de dol. mal.* & in hoc quoque caſu habebit locum ſecunda ſententia.

23. Cæterum ſi Sac. Congreg. Indultum translationis Moniali concederet non ex motivo majoris devotionis, & perfectionis vitæ Spiritualis, neque ex causâ ex parte illius aut Monialium culpabili, ſed ex aliquâ aliâ æquâ, & rationabili, etiam tunc cenſeo, quod vera ſit opinio Card. de Luca quod bona Patrimonialia per rationes ab eo deductas, quamquam fatear, quod ex facti circumſtantiis, ut dixi plurimum pendeat arbitrium Sac. Congregationis moderandi juris diſpoſitionem.

## Erectionis Confraternitatis Inſervientium Altari.

### *FORMVLA VI.*

### SVMMARIVM.

1. *Erectio Confraternitatis laudatur.*
2. *Miniſter, qui inſervit Miſſæ, debet eſſe habilis.*
3. *Fructus Spirituales, qui ex auditione Miſſæ, proveniunt, enumerantur.*
4. *Exercitium inſerviendi Miſſis, Angelicum, & ideò commendandum.*
5. *Confraternitates, non poſſunt condere Statuta ſine Epiſcopi approbatione.*
6. *Confraternitates aggregatę Archiconfraternitatibus Vrbis, non poſſunt uti Statutis aggregantis, abſquè Epiſcopi approbatione.*

*Confraternitates aggregatę Archiconfraternitati Mortis de Vrbe, non poſſunt ſepelire mortuos, quando Parochus eos ſepelire paratus eſt; ibi.*

*Confraternitates aggregatæ ſubſunt Ordinario loci, ibi.*

7. *Collegium non erigitur, niſi auctoritate Superioris, ibi.*

*Collegium erigi poteſt, & conſtitui in tribus perſonis abſque Prælato ibi.*

*Collegii jura legitimè erecti remanent in uno, ibi.*

*Collegium in uno redactum, non eſt Collegium actu, ſed habitu ibi.*

*Vnus de Collegio in quo jura remanent, poteſt eligere Prelatum, ibi.*

8. *Epiſcopus ſua acthoritate ordinaria non poteſt erigere Collegiatam.*

*Collegiatæ Eccleſiæ erectio non conceditur, niſi concurrant requiſita hic numerata.*

9. *Myſteria fidei neceſſitate medii credenda, quæ ſint, oſtenditur.*
10. *Epiſcopi poſſunt cogere ludimagiſtros etiam laicos, ut mittant Scholares ad addiſcendam doctrinam Chriſtianam, imò ut, & doceant*
11. *Feſtivitates B. Mariæ Virglnis, quæ ab Eccleſia univerſali celebrantur ſunt ſeptem, & quò tempore cæperint celebrari oſtenditur uſque ad n. 19.*
19. *Confratres inſervientes Miſſis, cur deferre debeant Imaginem B. Mariæ Virginis edocentur.*

*B. Mariæ Virginis prærogativæ enarrantur, ibi.*

20. *Statuta antiqua non ſunt abolenda ſine neceſſitate.*

IN Nomine ejus, qui deglutiens mortem donavit nobis vitam Sempiternam. Vt è Domo Dei (cujus decorem diligimus) irreverentiæ, & indecentia, quæ circa Altare in Sacrificio incruento Miſſæ, ob incapacitatem puerorum ut plurimum immorigerum, vilitatem, & ruditatem hominum infimæ plebis (qui vitio temporum tamquam miniſtri permittuntur inſervire) irrepunt, *pro poſſe arceantur*: Sodalitatem nonnullorum piorum Civium Nobilium, aliorumvè honeſtorum proborumque virorum hujus Civitatis, qui miſſis privatis in Eccleſiis, & Oratoriis publicis, pietate, & Chriſtiana devotione ducti (*ut uberes Spirituales fructus inde percipiant*) quotidie, & comptè inſervire debeant, unire, & erigere ſtatuimus: Idcircò cum adjuvante Deo, (qui nos confortat, & facit magna, & mirabilia ſolus) numerum ſufficientem pro tam laudabili opere, & Inſtituto invenerimus, propoſitum noſtrum in obſequium Chriſti Jeſu nunc exequi volentes: præſenti noſtro Decreto auctoritate Ordinaria Sodalitatem ſivè Societatem Confratrum ſub titulo, & invocatione INSERVIENTIUM ALTARI. & ſub protectione B. M. V. cum uſu Saccorum coloris . . . . cum quibus induti miſſis privatis, ut ſupra inſervire debebunt, motu proprio in

in hac Civitate N. in augumentum, & ſplendorem cultus Divini, & Religionis ſine præjudicio jurium Parochorum, perpetuò erigimus, inſtituimus, & approbamus. Cum facultate *ſtatuta à Nobis, & Succeſſoribus noſtris approbandâ, condendi*, ſeſe congregandi, reſolutiones capiendi, Officiales per Epiſcopum pro tempore confirmandos, eligendi.

Præterea favoribus, & gratiis Inſtitutum hujuſmodi, verè pium, verè Chriſtianum proſequi volentes, Indulgentiam quadraginta dierum in die ingreſſus, & admiſſionis in hanc Societatem, nec non in die Cænæ Domini, in qua communicent, omnibus Confratribus concedimus, & elargimur; & pleniores à Sede Apoſtolicâ elargiri curabimus, Privilegia, & exemptiones, tam de jure, quam de conſuetudine *Collegiis, & Confraternitatibus* Laicorum *auctthoritate Ordinaria* Epiſcopi *erectis* opera pia colentibus, & exercentibus conceſſa, & elargita, huic Sodalitati ejuſque Confratribus concedimus, & indulgemus, & illis plenariè gaudere debere declaramus, omni &c.

Ita erigimus Nos N. Epiſcopus N.

Die . . . . anno . . . lectum, & publicatum fuit ſupradictum Decretum erectionis Sodalitatis Inſervientium Altari, præſentibus N. N. teſtibus:

N. Cancellarius.

# S T A T U T I.

## Da oſſervarſi dalla Compagnia de Serventi dell' Altare, eretta in queſta Città ſotto la protezzione di Maria Vergine, l'anno . . .

Conſiderando Noi che nelle Chieſe di queſta Città, vengono giornalmente ſervite le meſſe private, ò da fanciulli di poca età, ò che ſono immodeſti ò da altre perſone idiote, d'habito, e di coſtumi ſordide e vili, i quali, e le quali ò non apprendono per incapacità, ò per ignoranza ciò che fanno, e 'l miniſtero ch'eſercitano: E colle loro irreverenze, & immodeſtia, danno motivo à i Nemici della Chieſa Cattolica di deridere, e diſprezzare il Sacroſanto e tremendo Sacrificio dell'Altare, & à fedeli di ſcandalo: Per zelo del noſtro officio Paſtorale, e per rimovere per quanto è poſſibile un tal diſordine, habbiamo eretta la Compagnia de fratelli Serventi dell'Altare, ſotto la protezzione di Maria Vergine, i quali debbano havere per loro Inſtituto di ſervire gratis veſtiti di Sacco le meſſe private in tutte le Chieſe di queſta Città, ove ve ne ſia il biſogno, & oſſervino i ſeguenti Statuti.

1. La Compagnia habbia tre Officiali cioè, Priore, Segretario, e Cuſtode, i quali ſi eleggeranno tutti tre ogni anno il giorno della Preſentazione di Maria Vergine dalla Congregazione de fratelli con voti ſegreti, e dalla magior parte: procvrando d'eleggere perſone eſemplari e divote.

Terminato l'anno, potranno i detti Officiali eſſer di novo rifermati per un altr'anno ſe così parerà alla Congregazione, & alla maggior parte de fratelli per voti ſegreti, e vi concorrà la conferma anche di Mon. Veſcovo pro tempore,

Il Priore haurà l'incumbenza di fare intimare la Congregazione de fratelli, che ſi terrà ogn' ultimo giorno del meſe, e coſi dodici volte l'anno. Egli riceverà, e proporrà i memoriali di quelli che vorranno eſſere aſcritti alla Compagnia; ſicome anche gli altri affari, e biſogni che accaderanno. Haverà ſempre trà fratelli il primo luogo, & il primo à dare il voto, & haurà due voci. Egli invigilerà per l'oſſervanza degli Statuti, e procurerà col ſuo buono eſempio, di promovere l'Inſtituto anche ne luoghi della Dioceſi, & a lui i fratelli nelle coſe concernenti l'Inſtituto, douranno ubbidire.

Il Segretario riterrà due libri in uno de quali regiſtrerà i Nomi de fratelli che ſaranno ſtati ammeſſi coll'eſpreſſione del tempo, e dell'età. E nell'altro regiſtrerà gli ordini, e proviſioni del Veſcovo pro tempore, o ſuo Vicario Generale, e le reſolutioni, e propoſte della Congregazione de fratelli, e queſti libri ben ligati, e cartolati, finito l'Officio dourà coſegnare al Succeſſore.

Il

Il Cuſtode riceverà, e terrà in depoſito l'elemoſine che ſi daranno da fratelli, o da altri Divoti, tanto in denaro, quanto in altre robbe, & à queſt'effetto, riterrà un libro ben cartolato, in cui nella prima parte, fedelmente noterà l'elemoſina ricevuta ſpecificando il nome (quando la perſona non voglia eſſere tenuta occulta) la qualità dell' elemoſina, e la quantità, & il giorno in cui l'haverà ricevuta: E nell'altra parte del libro noterà l'eſito, e l'applicazione che ſarà ſtata fatta col conſenſo della Congregazione de fratelli, & in ogni Congregazione dourà dar conto dell'introito, & eſito delle medeſime al Priore, & à i due fratelli più anziani, & in fine dell'anno riportare il ſaldo generale di tutto l'anno, coll'approvazione di Monſignor Veſcovo pro tempore.

2. La Compagnia non haurà Chieſa propria, nè Oratorio publico in cui ſi celebri la Meſſa: ma un Oratorio, e luogo decente per radunarſi. Non poſſiederà Stabili di ſorte alcuna, ne Cenſi, ne legati, nè altre entrate certe. Non accetterà legati di Meſſe, nè Eredità, nè donationi; e non haurà obligo d'andare alle Proceſſioni, nè di fare altre funzioni publiche: ma con diſtacco da ogn'altra applicazione ed'intereſſe, attenderà unicamente al pio, e divoto eſercitio à cui à ſtata chiamata. L'elemoſine poi che ſi raccorrano, e che ſpontaneamente verranno offerte, e laſciate da fedeli, e da fratelli ſi impiegheranno intieramente in ſervizio delle Suppellettili Sagre, che ſervono al Santo Sagrificio della Meſſa col conſenſo della Congregazione de fratelli cioè, in Calici, e patene, Corporali, palle, purificatorii, ſopracalici, borſe, Pianete, Camici, amitti, tovaglie d'Altare, Crocifiſſo, e candelieri, berette da Prete, e Meſſali: acciòche queſte ſiano ſempre decenti, e pulite, e non in altro; procurando di ſovuenire, e provedere le Sagreſtie, e Chieſe più povere, per ricevere dal Signore mercede centuplicata.

3. Non ſi ricevino nella Compagnia perſone di naſcita, ò profeſſione vile, & abietta (non idonee ordinariamente per queſto pio eſercizio): ma Nobili, Civili, Oneſti, e di buone qualità, coſtumi, e non minori di quindici anni. Non s'ammettano quelli che non hanno lingua ſpedita, ò che hanno altra deformità notabile corporale. Nè pur quelli che non ſappiano recitare il Confiteor, i verſetti del Salmo Judica me Deus, il Suſcipiat, il Kirie eleyſon, e le altre riſpoſte che devono ſaperſi, e dirſi intiere, e non ſiano inſtruiti nell'altre ceremonie, che deuono farſi per ben ſervire di Miniſtro nel Sagrificio della Meſſa: ſopra le quali coſe, & i *Miſteri principali della Dottrina Chriſtiana*, dourà ciaſcuno prima d'eſſere ricevuto fra fratelli eſſere eſaminato da due d'eſſi che il Priore à queſt'effetto nominerà e chiamerà Eſaminatori, per riconoſcere ſe ſia idoneo per l'Inſtituto: accioche quello, ch'è fatto per rimovere gli abuſi, non ſia fomento per nudrirli. Il quale eſame però ſi potrà tralaſciare quando la perſona ſarà notoriamente habile.

4. Nell'ingreſſo della Compagnia, ogni fratello ſia proviſto à proprie ſpeſe del ſacco lungo che copra tutta la gamba, con maniche ſtrette ſino al polſo, con cordone dello ſteſſo colore, ſenza macchie, e rotture; del quale veſtito con collare, ò almeno croatta bianca, e pulita, ſervirà le Meſſe in quelle Chieſe, che à ſorte gli ſaranno toccate.

5. Nell'Oratorio della Congregazione dentro una caſſa, ò armario, ſi ritengano due Urne con dentro in una i nomi di tutti i fratelli, e nell'altra i nomi, e titoli delle Chieſe della Città, e Borghi, e nelle Congregazioni che ſi douranno tenere, come ſi è detto nel cap. Primo ogn'ultimo giorno del meſe, dopo l'invocazione dello Spirito Santo col Inno Veni Creator Spiritus, ſi eſtrarranno dall'Urne à ſorte dal Segretario i nomi degl' uni, e dell'altre; & ogn'uno anderà in tutti i giorni di quel meſe à ſervire le Meſſe nella Chieſa che à ſorte gli ſarà toccata, ove in luogo ſicuro, e decente riterrà il Sacco per haverlo pronto: E il Segretario riterrà notati i fratelli, e le Chieſe (alle quali ſervono) appeſi in una tabella nell'Oratorio per ogni meſe.

6. I fratelli veſtiti di Sacco douranno ſul petto alla mano ſiniſtra portare l'Imagine della Preſentazione di Maria Vergine, di carta pecora, ò di tela, ò di carta. *E nelle Vigilie di tutte le feſte della ſteſſa Vergine* loro protettrice, digiuneranno, quando non ſiano infermi, e nè giorni feſtivi ſi confeſſeranno, e communicheranno, e faranno altr'opere buone per ſuo onore ſecondo la propria divozione. Il giorno poi del Giovedì Santo, i fratelli con il Priore converranno nella Chieſa Catedrale, & ivi veſtiti di Sacco aſſiſteranno alla Meſſa ſolenne, in fine della quale collegialmente ſi communicherano, in memoria dell'Inſtitutione del Diviniſſimo Sacramento dell'Altare à cui ſervono: E così faranno il giorno della Preſentazione, di M. Vergine.

7. I fratelli che non haveranno ſacco polito, e che non ſerviranno nelle Chieſe aſſegnate le Meſſe con divozione, e non honoreranno la Vergine nelle ſue feſte con gl'atti ſopra accennati, ſiano ammoniti fraternamente dal Priore, e non emendandoſi, dopo la terza monizione, ſiano caſſati dal rollo de fratelli, non meritando queſti il nome di Servente dell'Altare, nè di Divoti di Maria.

8. Prima di proporſi i negotii nelle Congregazioni, & adunanze de fratelli, avanti l'Imagine

gine della Preſentazione di Maria Vergine, che dourà ritenerſi nell'Oratorio, ſi reciti ſempre il Veni Creator Spiritus in ginocchione, colla ſua Antifona, & Orazione, che dourà intonarſi dal Priore. Finita la Congregazione ſi dirà l'Agimus, e l'Antifona della Madonna coll'Orazione, che dalla Chieſa ſi recita ne i primi Veſpri della feſta della Preſentazione: le quali preci ſtampate, ò ſcritte, ſi riterranno appeſe in una tavoletta, nell'Oratorio.

9. Ogni fratello nel giorno della ſua admiſſione, veſtito di ſacco, & aſſiſtito da due fratelli più Anziani, inginocchiato avanti l'Imagine di Maria Vergine nell'Oratorio, farà la ſeguente proteſta = *Alla preſenza di queſti fratelli, mi preſento, & offeriſco allo Santiſſima Vergine Maria, e propongo di volere nel tempo di mia Vita ſervir gratis di Miniſtro ſecondo l'Inſtituto di queſta Compagnia a i Sacerdoti all'Altare nel Santo Sagrificio della Meſſa quotidianamente, per la gloria di Dio, & in onore della Vergine, nelle Chieſe che mi ſaranno aſſegnate: coſi Dio m'ajuti ad eſeguirlo, e la noſtra Prottetrice Maria, Amen.*

10. Nella morte di ciaſchedun fratello, le Meſſe che ſi ſerviranno. & udiranno per tre giorni ſeguenti, applichino da tutti gl'altri ſopraviventi in ſuffragio del defonto, procurando di farlo anche raccomandare da i Sacerdoti celebranti, e ſi facciano altri ſuffragii ſecondo quello, che verrà determinato dalla Congregazione.

Quali Statuti da noi dati, e colla noſtra piena autorità ordinaria approvati, vogliamo che ſiano da fratelli pro tempore della Compagnia oſſervati: riſerbando à noi, & à noſtri Succeſſori la facoltà di accreſcerli, diminuirli, *variarli*, & interpretarli, ſecondo che occorrerà per la maggior gloria di Dio, e profitto Spirituale de medeſimi. Dato in . . . queſto di . . . l'anno di noſtra ſalute . . .

N. Veſcovo di N.

*N. Cancelliere Veſcovale.*

Catalogo de Fratelli.

N. N. N. N.
N. N. N. N.

## ADNOTATIONES

1. *PRO POSSE ARCEANTUR.* Quamvis *tom. 1. tit. 5. annot. ad Form. 8. n. 16.* jam improbaverim abuſum admittendi in Miſſis privatis miniſtros viles, rudes, & immorigeros: cum ibi remedium hanc corruptelam removendi non ſuggeſſerim: hic offerre excogitavi, & formulam, & modum erectionis Sodalitatis Inſervientium Altari, unà cum Statutis dare ſtudui. Si enim in Eccleſiâ ubique locorum inveniuntur erectæ tot Sodalitates laicorum, quæ diverſis pietatis, & charitatis officiis incumbunt: cur difficile erit invenire tot fideles, qui huic operi tàm laudabili, ſe aſcribant? Et ſi obiiceretur, quod in illis ideò aſcriptio ſit frequens, eo quia regulariter feſtis, & aliquibus tantum diebus hebdomadæ, Charitatis, vel pietatis officia exerceantur, & ſic opera non ſint tam gravia, ſicut in iſta Sodalitate, in qua injungitur quotidianum ſervitium Miſſarum: facile objecto occurritur reflectendo, quod hæc Societas conſtitui, & componi debet (præſertim in Civitatibus) ex Nobilibus, aliiſque piis, & devotis Viris, negociis, & ſervilibus operibus non detentis, neque occupatis, qui ſicuti quotidiè Miſſæ Sacrificio interſunt, ita quotidie (facta inter eos diſtributione), inſervire non erubeſcent, ſcientes miniſterium Angelicum eſſe: Equatenus tot Viri pii inveniri non poſſent, ut quotidie Miſſis inſerviant, ſaltem invenientur, qui hoc faciant diebus feſtis, ut quantum poſſibile erit abuſus ubi in totum tolli non poterit, in parte diminuatur.

2. Et ſi iterum obiicias, hoc Officium inſerviendi Miſſis privatis hodie puerorum eſſe: reſpondeo, quod in re maxima Religionis non debemus pueriliter agere. Si enim non ſolum qui celebrat, ſed etiam qui miniſtrat perſonam publicam gerit totius Populi Catholici, ut docet *D. Tho. in ſum. part. 3. quæſt. 83. art. 5. ad 12.* quomodò erit dignus miniſter publicus puer, ut plurimum petulans, qui totus ludricis intentus neſcit quid agat, & abſtractus mutilat verba, vel non reſpondet, vel ludens circa Altare celebrantem conturbat? Ut igitur fidelibus occaſio ſcandali auferatur, adhibẽda ſunt media quibus abuſus quæ ſunt circa Altare eliminentur cum laudabilius ſemper ſit adhibere miniſtrum habilem, & bene inſtructum, quia negocium eſt ſummi ponderis: ut ait *Biſſ. hjerug. lit. M. n. 162. §. 3.* Superiores autem, qui hæc negligunt, & parvifaciunt, reddent rationem ei, qui venturus eſt judicare vivos, & mortuos *1. Petr. 4.*

3. *UT UBERES SPIRITUALES FRUCTUS* IN-

*INDE PERCIPIANT*. Uberrimi ſunt fructus, qui proveniunt ex auditione Miſſæ, & 1. plus valet auditio Miſſæ, quam, eleemoſyna, 2. Angeli cuſtodes majori ſollicitudine cuſtodiunt homines Miſſas audientes, 3. ſi devotè, & attentè audiatur, peccata venialia abluit, 4. qui eſt præſens Miſſæ quotidie poteſt Spiritualiter communicare, 5. Magis participat omnium bonorum operum, quæ fiunt in Eccleſia, 6. citius oratio exauditur, tamquam facta in præſentia Dei, 7. plus valet auditio Miſſæ in vita, quam plures poſt mortem, ſcilicet quoad præmium eſſentiale, 8. quid quid homo comedit plus convenit ſuæ naturæ poſt auditionem Miſſæ, quam ante, proſperabitur illo die in laboribus, in itinere, & neceſſaria vitæ habebit, & ſi contingerit mori, Deus eum de manibus inimicorum eripiet: hæc & plura beneficia ex auditione Miſſæ provenire narrat Jo. Herolt vulgo Diſcipulus in Serm. de Sanctis *ſer.* 48. *Biſſ. in Hierurg. lit. M. n.* 162. §. 16. miniſterium hoc laudando ſic inquit. *Volo hic notare quanta ſit dignitas eorum, qui Miſſæ inſerviunt, cooperatores enim dicuntur Angelorum, quia hi etiam viſibiliter quandoque Sacroſancto Sacrificio Miſſæ inſervierunt: unde D. Thomas Doctor planè Angelicus, nullum diem præterire eſt paſſus, quin alicui Sacro aſſiſtendo inſerviret, innumeri ſunt, qui fructus inæſtimabiles ex tanto miniſterio recepere. Vide Bagatt. &c. præterea inſervientes Miſſæ participant de fructu Sacrificii, quo ad partem ſpecialiſſimam, ut in litt. S. n.* 177.

4. Si autem hæc dona dantur audientibus tantum Miſſam: multo plura conſequentur ii, qui non ſolum audiunt, ſed exemplo piiſſimi, & Sereniſſimi Principis Sebaſtiani Portugalliæ in honorem Virginis inſerviunt ut patet ex Biſſ. mox allegato, & exemplo Sancti Venceſlai Regis Bohemiæ, & B. Margheritæ Reginæ Unnorum ord. Dominicani, ſuppellectilia Sacra, pro Sacrificio miniſtrant, quod per Concionatores è ſuggeſtu, & per Parochos diebus ſolemnibus Populo enucleandum erit, ut fideles ad hoc pium pietatis, & Religionis opus exercendum, excitentur.

5. *STATUTA NOBIS, ET SUCCESSORIBUS NOSTRIS APPROBANDA, CONCEDENDI.* Hæc clauſula apponitur ut ſciant Confratres, quod ſtatuere non poſſunt ſine Epiſcopi approbatione, prout diſponit Conſtitutio Clem. VIII. impreſſ. *in Bullar. tom.* 3. *Conſt.* 115. Et licet *Donat. prax. rer. regular. tom.* 3. *tract.* 8. *quæſt.* 15 aſſerat Confraternitates poſſe ſibi facere ſtatutum, & imponere collectas pro beneficio Societatis, hoc dicit abſque ullâ auctoritate: unde illi nè deferas; ſed firmiter tene, quod Societates hujuſmodi, quæ erectæ, & approbatæ fuerunt ab Epiſcopo, aliovè Ordinario, ſtatuta valida non condunt abſque confirmatione prædicta, ut advertit *Franceſ. de Eccleſ. Cathed. cap.* 25. *n.* 75. *&* 76. qui dat concordantes.

6. Neque uti poſſunt Statutis ac Conſtitutionibus quas obſervandas recipiunt ab Archiconfraternitatibus Urbis aggregantibus, niſi præcedat ejuſdem Ordinarii licentia, cujus ſubjectionem nunquam per aggregationem effugere valent, ut declaravit *Sac. Congr. Concilii in Potentina aggregationis* 29. *Maii* 1683. in qua propoſitis dubiis.

I. *An ad effectum ut Confràternitates laicales aggregatæ, uti poſſint regulis, Statutis, ac Conſtitutionibus, quas obſervandas recipiunt ab Archiconfraternitatibus aggregantibus, neceſſaria ſit præcedens aggregatio Opdinarii loci.*

II. *An ad effectum ut Confraternitates aggregatæ uti, & gaudere poſſint Indulgentiis Archiconfraternitatum aggregantium, neceſſaria ſit approbatio Epiſcopi cum interventu duorum de Capitulo?*

III. *An Confraternitatibus aggregatis Archiconfraternitati Mortis de Urbe jus competat Sepelliendi cadavera occiſorum tàm in Civitate quam extra, & tam Civium, quam exterorum, quando Curati parati ſunt ſepelire dicta Cadavera.*

IX *An dictæ Confraternitates aggregatæ ſubſint Ordinario, ita ut eorum Adminiſtratores rationem Ordinario teneantur reddere.*

*Sac. &c.* Reſpondit.

*Ad primum* 2. *&* 4. *affirmativè ad* 3. *Negativè lib.* 33. *dec. fol.* 148.

7. *COLLEGIIS, ET CONFRATERNITATIBUS AUCTHORITATE ORDINARIA ERECTIS.* Per iſtam clauſulam datur intelligi quod privatæ perſonæ Collegium, ſeu Univerſitatem erigere, & conſtituere non poſſunt, niſi eis à Superiore concedatur, ut notat *Barb. in c. dilecta n.* 1. *&* 2. *de exceſſ. Prælat.* quia non facit Collegium privata Societas, ſed publica aucthoritas *Fagnan. in c.* 1. *n.* 44. *de elect.* Collegium autem erigi, & conſtitui poteſt in tribus perſonis, ſivè Eccleſiaſticum, ſivè Civile ſit abſque alia ſuperioritate Prælati, quæ de eſſentia Collegii perneceſſe non requiritur *Rot. in Mediolanen. jur. Paroc.* 3. *Junii* 1678. §. *indubitatum coram Vice-Comite.* ejus verò jura ſemel legitimè erectum conſervari poſſunt etiam in duobus, imò, & in uno *c.* 1. *ubi gloſ. de elect. gloſ. in c. ſtatutum ver. Collegiatas de elect. in* 6. *Fagnan. in c. cum ſit arſ n.* 33. *&* 34. *de ætat. & qualitat.* At tunc non erit Collegium actu; ſed habitu, ſeù virtute *Fagnan. in d. c.* 1. *n.* 30. *de elect. Pirhing. in jus can. lib.* 1. *tit.* 6. *n.* 12. *eod. tit.* iſtud autem jus, quod in uno remanet, non retinet pro ſe ipſo ſed pro Collegio, & Univerſitate, *gloſ. in l. Neratius ff. de verb. ſignif. gloſ. in c.* 2. *verb. pauciores in fin. de poſtulat. prælat.* adeò ut nomine Collegii, ſi non poteſt eligere ſe ipſum (prout plures volunt) poterit tamen alium

 elige-

eligere in totius Collegii Prælatum *gloſ. ibid. in d.c. 2. de poſt.* cum aliis pluribus quos allegat,& ſequitur *Paſſerin. de elect.cap'* 10.*quæſt.*1.*n.*8.

8. Collegium tamen Eccleſiaſticum Canonicorum, ſive Collegiata, ſola Epiſcopi auctoritate non erigitur prout dixi *tom.*1.*tit.*6. *annot. ad form.* 10. *n.* 7. ſed recurritur ad Papam, qui erectionem concedit dummodò votum Congregationis Concilii (ad quam remittuntur preces) ſit favorabile: quæ regulariter pro conceſſione ſolet inclinare, quoties concurrant ſequentia. Primò, qualitas loci nota digni. Secundò, docilitas, civilitas, & numeroſitas Populi, & Cleri. Tertiò, ſtructura decora, & capacitas Eccleſiæ in Collegiatam erigendæ. Quartò abundatia, decentia, & pretioſitas ſacrarū ſuppellectilium. Quintò Dos Congrua pro Præbēda Canonicorū, & Diſtrlbutionibus, quæ regulatur àqualitate loci, & conſuetudine aliarum Collegiatarum illius Provinciæ; adeo ut aliquando admiſerit sūmam ſcutorum ſexdecim pro unoquoque Canonico præter Diſtributiones, ut in una *Sarzanen.* 26. *Jan.* 1704. licet non habuerit effectum propter litem ortam ſuper pertinentiā Eccleſiæ inter Poſtulatores, & Cathedralem. Sextò, ſi conditiones fundationis, & erectionis non ſint exorbitantes à jure. Septimò, ſi augeatur Divinus cultus, & conceſſio nemini inferat præjudicium. Octavò, ſi Epiſcopus approbet, & laudet erectionem.

9. *I MISTERI PRINCIPALI DELLA DOTTRINA CHRISTIANA*. Omnes Chriſtifideles poſtquam ad perfectum uſum rationis pervenerint, ſub mortali, & neceſſitate medii, tenentur explicitè ſcire, & credere quinque 1. Deum eſſe. 2. eſſe juſtum Remuneratorem dantem præmia juſtis, ſupplicia malis. 3. eſſe Trinum, & Unum, & ſic credere myſterium Trinitatis, quod conſiſtit in unitate naturæ Divinæ, & Trinitate perſonarum. 4. Myſterium Incarnationis. 5. Myſterium Redemptionis, nempè Chriſtum eſſe mortuum pro nobis (& qui reſurrexit), & eſſe verum Deum, & hominem in unitate perſonæ verbi Divini: ſine horum actuali fide quis ſalvari non poteſt, nec ignorantia iuvat. Unde valdè intereſt, quod hi, qui Miſſis inſerviunt hæc probè calleant, nè meritum quod inde ſibi maximum faciunt amittatur: dum doctrina illorum, qui aſſerebant hominem eſſe capacem abſolutionis ſacramentalis quantumvis laboret ignorantiā Myſteriorum fidei, dānata ſit ab Innoc. XI. *prop.* 64.

19. Cura propterea imminet præcipua Ordinariis locorum, ut Populus in his inſtruatur per Parochos, per Clericos, per Miſſionarios, per Concionatores per Ludi-Magiſtros etiam laicos, quos, ſi hoc facere detrectent, pœnis etiam cenſuram cogere poterunt, tùm vigore *Canonis X. Concilii Lateranenſis V.* ubi expreſsè præcipitur Ludi-Magiſtris ut Doctrinam Chriſtianam doceant: tùm Decretorum Sac. Congr. Concilii *in Tragurien.* inqua ſcribens Nuncio Apoſtolico Venetiarum *ſub die* 17. *Junii* 1577. ſic reſcripſit *poteſt Epiſcopus ſub pœna excommunicationis præcipere Ludi Magiſtro, ut ſuos diſcipulos mittat ad addiſcendam Doctrinam Chriſtianam in Eccleſia lib.* 3. *litter. pag.* 82. Et ſub *die* 17. *Septembr.* 1688. cum quidam Epiſcopus expoſceret declarari.

I. *An ipſe Clericos tam minorum, quam majorum ordinum ad Officium Ludi-Magiſtri à Communitatibus conductos cogere poſſit, ut pueros, cæteroſque Scholares Doctrinam Chriſtianam edoceant?*

II. *An idem cogere poſſit Ludi Magiſtros laicos, itidem à Communitatibus conductos?*

III. *An idem cogere poſſit Ludi-Magiſtros ſive Clericos, ſive laicos à nemine conductos?*

*Sac. &c.* reſpondit dicta die = *Poſſe prius hortando, deinde præcipiendo lib. dec.* 38. *fol.* 336.

11. *NELLE VIGILIE DI TUTTE LE FESTE DELLA STESSA VERGINE*. Septem ſunt feſtivitates, quæ in honorem Virginis Mariæ celebrantur in Eccleſiā Univerſali, nempè. Immaculata Conceptio. Nativitas. Præſentatio Annunciatio, Viſitatio, Purificatio, Aſſumptio.

12. Conceptionis celebritas prima vice ortum habuit in Anglia ab Abbate Elpino circa annum 1070. deinde in Gallia in Provincia Lugdunenſi anno 1145. ut narrat *Baron. in Martyrolog. ſub die* 8. *Decembr.* quem refert, & ſequitur *Cherubin. ad Bullam* 114. *Pii V. ſchol.* 2. hocque ex Divino admonitu, & ſubſecuto miraculo eveniſſe teſtatur: quam poſtea favoribus auxit Sixtus IV. anno 1471. & Concil. Trid. confimavit, Alexander VII. Sixti IV. Bullam laudavit, e Clemens IX. Conſt. 13. Officium cum octavâ de præcepto conceſſit, pro totâ ditione Eccleſiaſticâ.

13. Nativitaris feſtum, initium cæpiſſe creditur poſt Concilium Epheſinum anno 436. quem ampliavit, & celebrari juſſit ex Voto per Eccleſiam Univerſalem Innocentius IV. anno 1243. & etiam admonitu cujuſdam Sancti Anachoretæ, qui (ut narrat Belluacenſis) ſingulo in anno die octava Septembris, audiebat è Cœlo Angelos ſuaviſſimè cantantes, & Angelo revelante intellexit lætitiam fieri dictâ die in memoriam Nativitatis eorum Reginæ, ſic refert *Thom. Auriemma in Opuſcul.* cui titulus *Affetti Scambievoli trà la Vergine, e ſuoi Divoti par.* 1. *cap.* 20.

14. Præſentationis ſolemnitas ut narrat Sixti V. Bulla 7. anno 1585. emanata, ab antiquiſſimis uſque Eccleſiæ temporibus, ubique gentium fuit celebrata. Auctor verò mox ſupra citatus addit, quod publicè celebrari cæpit

pit in Gallia anno 1375. ſub Rege Carolo V. & poſteà à Pio II. & Sixto IV. ampliata fuerit ad totam Eccleſiam anno 1460. de quo tamen in d. Bulla Sixti V. 7. quà officium duplex in Eccleſia univerſali recitari præcepit, nulla fit mentio; nec meminit *Cherubin.* qui ſolum dicit, quod Beata Virgo quando fuit in Templo præſentata erat annorum trium, & refert Elogium S. Germani; approbat tamen hoc *Gavant. comment. in rubr. Brev. ſect. 7. cap. 13. n. 21.*

15. Annunciationis feſtum ab Apoſtolis proceſſiſſe, communis opinio refert; idque percipitur ex ſcriptis S. Gregorii Thaumaturgi, qui florebat anno 230. & aliorum Eccleſiæ ſcriptorum, ut inquit citatus *Auriemma cap. 22. Gavant.* autem *in rubr. Brev. ſec. 7. cap.* 10. cæpiſſe ait poſt Concil. Epheſinum.

16. Viſitationis feſtum inſtituit Urbanus VI. ad extinguendum dirum Schiſma Clem. VII. Antipapæ ortum anno 1378. & confirmavit Bonifacius IX. anno 1390. ut patet ex illius *Conſtit. 1. Bullar. tom. 1.* in qua hortatur fideles ad jejunandum in vigilia in augumentum meriti, & quod deinde fuerit hæc feſtivitas confirmata in Concilio Baſilienſi anno 1441. narrat *Gavant. in rubr. Brev. ſect. 7. cap. 9. n. 2.* Cardinalis autem de Laurea in Oratione ſoliloquiali, quam Typis dedit in honorem Virginis, Romæ anno 1689. referens ejus laudes innuit: quod Viſitatio Virginis, cujus memoriam agimus, fuit incommoda, & longitudine itineris aſpera dicens his verbis = *Abiit in Montana octuaginta quatuor milliarium ſpatio diſtantem &c.*

27. Purificationis feſtivitas tempore Juſtiniani Imperatoris anno 544. occaſione ſæviſſimæ peſtilentiæ ſolemniter inſtituta fuit cæleſti monitu: de qua præcedenter ſcripſerat S. Methodius Martyr Epiſcopus Tyri, ut narrat ſępè citat. *Auriem. in cap. ſeq.* Et deinde Sergius I. qui regnavit anno 687. inſtituit in Urbe Proceſſionem: quamvis alii velint quod ante Sergium ritum Cereorum Romana Eccleſia receperit, ut notat *Gavant. in rubr. Miſſ. par. 14. tit. 14. de bened. candelar. in feſt. Purif. num. 1.* hodieque in Urbe hoc feſtum habet vigiliam de præcepto ex inſtitutione D. N. Clem. Papæ XI. anno 1703. occaſione Terremotus, qui cum præfatam Urbem Romam graviter concuſſerit, ferè nullum intulit damnum.

81. Aſſumptionis feſtum antiquiſſimum eſſe nemo negat, & quod apud Orientales poſt Concilium Epheſinum initium habuerit credit *Gavant. in rubr. Brev. ſect. 7. cap. 10. n. 15.* & apud Gallos propagatum tempore Caroli Magni refert *Auriem.* ubi ſupra *cap.* 26. & apud Italos tempore Leonis IV. anno 847. propter peſtilentiam, quæ in Urbe graſſabatur, et in hac die ceſſavit, poſt expletam ſolemnem proceſſionem.

19. Specialiter autem Sodales hujus Societatis Præſentationis Virginis Imaginem deferre debent, ad demonſtrandum, quod ſicuti Beata Virgo Maria fuit in Templo præſentata ut Deo inſerviret: ita ipſi ſe præſentant, & offerunt eidem, ut ſerviant in Eccleſiis Filio ſuo, & implorant ſuam protectionem, ad hoc ut valeant promiſſa adimplere: quia ipſa habet adiuvandi poſſe, cum ſit Mater Omnipotentis: habet adiuvandi ſapientiam, quia cognoſcit defectus noſtros, & neceſſitates, & ideò dicitur Mater ſapientiæ, & agnitionis: habet adiuvandi velle, quia eſt Mater Miſericordiæ, & bonitatis: ipſa veniam petentibus miſericordiæ ſinum aperit, eis obtinet veniam, ægris medelam, puſillis corde robur, afflictis conſolationem; periclitantibus adjutorium; ipſa eſt gratia plena, quia Deo, Angelis, & hominibus eſt grata: Deo per humilitatem, Angelis per Virginitatem, hominibus per fecunditatem.

20. *VARIARI.* Non tamen ad libitum, ſed cum cauſa: quia regulariter Statutum ſive lex, non eſt abolenda niſi evidens utilitas ex novo Statuto proveniat, aut aliqua maxima neceſſitas ad id impellat, ex eo quod lex conſueta, ſive Statutum, aut manifeſtam iniquitatem contineat, aut ejus obſervatio eſt plurimum nociva, ut docet *D. Thom. in Sum. 1. 2. quæſt. 97. art. 2. in corp.* quia plerunque pariunt novitates diſcordiam, præſertim dum ab eo quod diu æquum viſum eſt, per novam Conſtitutionem receditur, nec quare recedatur, utilitas evidens, vel alia cauſa ſubeſt, (ſunt verba *extravag. 1. de privileg.*)

## Erectio Hoſpitalis.

## FORMULA VII.

### SUMMARIUM.

1. *Erectiones Hoſpitalium pro Expoſitis Deo acceptiſſimæ ſunt.*
2. *Cura Hoſpitalium in quibus pauperes aluntur de jure Civili, & Canonico commiſſa eſt Epiſcopis, quamvis exemptorum.*
3. *Orphani dicuntur, qui Patre ſimul, & Matre carent.*

*Legatum diſtribuendum Orphanis, poteſt dari Puellis, quæ carent ſolo Patre, vel illum habent inutilem ſi non concurrat orbatæ utroque Parente, ibi.*

*Legatum diſtribuendum pauperibus Viduis, poteſt dari habentibus Viros inutiles, quoties non concurrant veræ Viduæ, ibi.*

4. *Expoſiti ſunt miſerabiles, & in extrema neceſſi-*

 tate

*tate conſtituti, & ideo pro illis alendis, ubi Oſpitium non adeſt, poteſt imponi collecta.*

5. *Parentes, qui exponunt filios, ſunt graviter puniendi, ſi hoc faciant in loco remoto.*

*Honor ab aliquibus vitæ antefertur ibi.*

*Infamia gravis æquiparatur morti ibi.*

6. *Expoſiti an ſint reputandi Spurii, & irregulares ad ordines, & Prælaturas oſtenditur, & num. 7. 8. & 9.*

10. *Manſus Eccleſiæ eſt Dos, quæ datur pro fundatione.*

11. *Dos aſſignata pro fundatione Hoſpitalis debet eſſe ſufficiens.*

*Dos deſtinata ad unum uſum, ſi non eſt ſufficiens, poteſt Epiſcopus illam in alium pium uſum convertere.*

12. *Cauſa Hoſpitalis favorabilior eſt cauſa Eccleſiæ.*

*Hoſpitale fundatum auctoritate Epiſcopi, habet privilegium Eccleſiarum excepta immunitate ibi.*

*Hoſpitale gaudet exemptione à collectis, & à contributione procurationis Viſitatoris ibi.*

*Uſurpantes bona Hoſpitalium incidunt in excommunicationem Papæ reſervatam ibi.*

13. *Parentes qui exponunt filios, an teneantur reſarcire damnum Hoſpitali, diſſeritur, & numero 14.*

*Mater tenetur de jure lactare filium uſque ad triennium.*

*Mater pauper, non tenetur lactare filium, ſed Pater.*

*Mater pauper non poteſt ſe eximere ab onere lactandi quando Pater præſtat alimenta.*

15. *Seminarium erigitur pro pauperibus Clericis.*

16. *Clerici Seminarii quando teneantur alimenta recepta reficere oſtenditur, & num. 17.*

18. *Clerici, qui poſt egreſſum à Seminario ſtatum laicalem aſſumpſerunt, tenentur reficere alimenta, ſi non adimpleverunt Seminarii Statutum, vel à Synodo ad reſtitutionem obligantur, & num. 19.*

# In nomine illius, qui cum eſſet dives factus eſt pauper.

CUM præcepto Divino pauperum, & miſerabilium perſonarum curam Paternam gerere debeamus, & tum legibus Civilibus, tum Canonicis Sanctionibus Paſtorali noſtræ ſollicitudini *commiſſum ſit*, ut res, & bona, quæ Xenodochiis, & ſimilibus locis à fidelibus in noſtrâ Diœceſi ſunt deſtinata ad eaſdem utilitates, ſive uſus ad quos ex loca conſtituta ſunt, ordinentur, & applicentur. Hinc eſt, quod cum N. loci N. noſtræ Diœceſis in ſuo cum quo deceſſit teſtamento, condito ſub die . . . menſis . . . . . anni . . . . . . rogitu N. omnia bona ſua ſtabilia, & ſe moventia reliquerit pro fundatione perpetuâ unius Hoſpitalis erigendi in dicto loco N. in quo recipi, ali, & nutriri debeant *pauperes pueri Orphani, necnon expoſiti d. loci* N. uſque ad ætatem . . . . . prout latius in dicto Teſtamento continetur, & ad quod debita relatio habeatur: volentes Nos in honorem Dei, qui intelligit ſuper egenos, & pauperes, tam pium opus perficere, & exequi, maturâ deliberatione præmiſsâ, Chriſti nomine invocato, auctoritate noſtrâ Ordinariâ, nec non tanquam exequutor piæ mentis d. Teſtatoris, dictum Hoſpitale ſub invocatione, & protectione S. N. in Domo, ſeu Domibus hæreditariis ſitis in dicto loco N. in Via nuncupat . . . . . per eundem Teſtatorem relictis, & ad hunc effectum deſtinatis, pro pauperibus pueris Orphanis, nec non expoſitis in eo recipiendis, alendis, & nutriendis fundamus, & erigimus, & pro fundato, ac erecto haberi volumus, & recipi, ali, & præfatos pueros nutriri mandamus, uſque ad ætatem . . . . . ab eodem Teſtatore præfinitam, & juxtà modum, & formam in eadem piâ diſpoſitione contentam, & clarius in ſubnexis Statutis expreſſam.

Cui Hoſpitali ita per nos validè, & canonicè erecto, *pro Dote, & Manſo* damus, conſtituimus, & perpetuò aſſignamus bona ſtabilia fructifera, & hæreditaria Teſtatoris infraſcripta, *ſufficientia*, tàm pro manutentione pauperum Orphanorum, & Expoſitorum, quam Officialium, & Miniſtrorum videlicet.

(Et hic numericè, & diſtinctè regiſtrentur bona aſſignanda, & poſteà proſequendo Decreti diſpoſitivam dicatur)

Et ita auctoritate qua ſupra, & omni alio meliori modo, et jure quò poſſumus, et debemus erigimus, et reſpectivè pro Dote, et manſo primæ erectionis aſſignamus: et privilegia, et Immunitates eidem Hoſpitali, et bonis, *prout juris eſt conferimus*, et largimur: et pro executione voluntatis Teſtatoris noſtram auctoritatem, et Decretum pleniſsimè interponimus, et præſens noſtrum Decretum Erectionis in Actis noſtræ Curiæ, et in Archivio

chivio Hoſpitalis conſtruendo, unà cum Teſtamento D. Fundatoris, ſervari mandamus. Datum ex noſtrâ reſidentiâ die . . . .

N. Epiſcopus N.

*Publicatum fuit ſupradictum Decretum Erectionis Hoſpitalis in loco N. in manſionibus . . . . Palatii Epiſcopalis N. die . . . . præſentibus N. N. & N. N. Teſtibus ad id ſpecialiter adhibitis, atque rogatis &c.*

Ita eſt N. Cancellarius Curiæ Epiſcopalis N.

# STATUTI,

## Da oſſervarſi dal Rettore, Deputati, & altri Officiali dello Spedale ſotto l'Invocazione di S. N. della Terra d'N. Dioceſi d'N. fatti, & approvati da Monſignor Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo N. Veſcovo d'N. nell'atto, e tempo dell' Erettione l'anno.

1. LO Spedale di S. N. di queſta Terra N. fondato da N. dourà eſſer governato, diretto, & amminiſtrato da un Rettore deputato da Monſignor Veſcovo pro tempore; e da due Deputati d'età provetta, e di eſperienza da nominarſi dall'Univerſità di queſta Terra, e d'approvarſi dallo ſteſſo Monſignor Veſcovo conforme diſpone il Teſtatore.

2. Oltre il Rettore, e Deputati, dourà havere un Economo, ò ſia Maſtro di Caſa idoneo, e capace, il quale dourà ſopraintendere al governo Economico cioè al mantenimento, & cultura de beni ſtabili, all'eſigenza dell'entrate, e provedimento delle ſpeſe: con ritenere i libri Maeſtri dell'introito, & eſito, e tutte le partite diſtinte, e dare prima d'entrare al poſſeſſo dell'amminiſtrazione ſigurtà idonea d'amminiſtrare fedelmente, e di render conto eſatto ogn'anno al Rettore, e Deputati, coll'approvazione in ſcritto di Monſignor Veſcovo, ò ſuo Vicario Generale. Et haurà per ſua proviſione, e mercede annualmente ſcudi......

3. Vi ſarà un Guardarobba da nominarſi dal Rettore, e Deputati, & d'approvarſi da Monſignor Veſcovo, al quale per Inventario ſi conſegneranno tutti i mobili dello Spedale; Et in piè di quello ne farà ricevuta, & obligo di renderne conto in fine del ſuo Officio: e ſarà ſua incumbenza di cuſtodirli, pulirli e mantenerli, ed'accreſcendoſi di notarli in detto Inventario: Et haurà per mercede e proviſione ſcudi......

4. Vi ſarà un Proveditore, il quale haurà cura, & Oficio di provedere le coſe neceſſarie per il vitto, e veſtito de fanciulli, Nutrici, e Balie, & altri operari dello Spedale, nel modo, qualità, è quantità che gli verrà ordinata dal Rettore, da cui dourà riportare il ſaldo ogni meſe delle ſpeſe diurne, dovendo à queſto effetto ritenere il libro, in cui giorno per giorno dourà notare le dette ſpeſe. Et in oltre ritterà un altro libro ben cartolato; in cui noterà diligentemente il giorno, meſe, & anno in cui furono ricevuti nello Spedale gli Orfani, e gli Eſpoſti, coll'eſpreſſione individua de loro Nomi, e cognomi, Padri, e Madri, & oltre la menſa haurà per ſua proviſione annualmente ſcudi. . . . . I quali Officiali ſubordinati, ſaranno nominati, e preſentati dal Rettore, e Deputati à Monſignor Veſcovo pro tempore, per riceverne la di lui approvazione.

5. Vi ſi riterranno le Nutrici, e Balie con proviſione, e mercede oneſta, in quel numero, che il Rettore, & i Deputati ſtimeranno ſufficiente per la nutricatione, e baliatico de fanciulli Orfani, & Eſpoſti che vi ſaranno; procurando di prendere perſone ſane, e di buon conſtume, e ſopra tutto bene inſtruite negl'articoli della Santa fede: accioche con il latte, e nutrimento corporale, poſſino e ſiano capaci d'inſtillare ne i fanciulli i primi rudimenti della Dottrina Chriſtiana, ſopra di che, prima che ſiano ricevute nello Spedale, doveranno eſſere eſaminate dal Paroco nel cui Territorio è lo Spedale.

6. Col bollettino inſcritto del Rettore diretto al Proveditore (e che dourà ritenerſi in

filza)

filza ) ſi riceveranno nello Spedale i fanciulli minori d'otto anni di qualunque condizione ſi ſiano, i quali privi di Padre, e Madre di beni di fortuna, e d'ogn'altro ajuto de Parenti à quali di ragione tocca d'alimentarli, non poſſono eſſere in altra maniera ſovvenuti: e ſia loro ſomminiſtrato vitto, e veſtito ſecondo le regole da preſcriverſi ſino all'età compita di dieci anni.

7. Si poſſono anche ricevere in d. età quei fanciulli Orfani, i quali benche non ſiano privi di Madre, non poſſano da queſta per la povertà, ò inabilità, havere il nutrimento neceſſario: ſi come anche quelli che hanno il ſolo Padre inabile per la Vecchiaja, ò infermità habituata: purche oltre il conſenſo del Priore, vi concorra anche il voto delli due Deputati: & in caſo che non convenghino, ſi ricorrà da Monſignor Veſcovo.

8. Non ſi ricevino Orfani, nè Eſpoſti, che non ſiano nati di Padre, ò Madre nativi Originarii di queſta Terra d'N. ò almeno, che non babbiano in quella habitato..... anni, ò non ſiano del ſuo Territorio, eſſendo tale la mente del fondatore.

9. Si ricevino gli Eſpoſti di queſta Terra, e ſuo Territorio, e ſi faccino allattare, e nutricare con ogni carità, e ſollecitudine: facendoli nel giorno ſteſſo che ſaranno ricevuti batezzare dal Paroco, quando non vi ſia ſegno alcuno, che habbiano ricevuto il Batteſimo, ò ſub conditione: quando non vi ſia certezza, che ſiano ſtati battezzati: E quando vi ſia probabile conjectura, che qualche Eſpoſto ſia venuto da altro Territorio, ſi procurerà d'haverne le notitie certe *per poter ripetere dalla Madre, ò Padre* le ſpeſe, e gli alimenti, *ſecondo ſarà di ragione*.

10. Compita ch'haveranno i fanciulli Orfani, & Eſpoſti l'età di dieci anni non ſi abbandonino affatto: ma ſi procuri con carità d'allettarli ad imparare qualche arte mecanica, raccomandargli agli Artieri, ò d'impiegarli in altro eſercizio oneſto, accioche in quell'età tenera per ſe ſteſſa proclive all'ozio, & à giuochi, non divengano vagabondi, e vitioſi.

Vogliamo, & ordiniamo, che i ſopradetti Statuti fondamentali ſiano eſattamente oſſervati, riſervando à noi, & à noſtri Succeſſori la facoltà d'accreſcerli, moderarli, e variarli, ſecondo che così giudicheremo eſſere eſpediente per beneficio del luogo Pio, e di preſcrivere le regole, che ſi doveranno oſſervare tanto per gli Eſercizii di pietà è buona educazione degl'Orfani, & eſpoſti, quanto per le ſpeſe cibarie, e veſtito de medeſimi. Dato dal Noſtro Palazzo Reſidenziale di N. queſto di .......

N. Veſcovo di N.

*Supradicta Statuta per Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. Epiſcopum N. condita pro gubernio Hoſpitalis N. Terræ N. fuerunt publicata in ...... die ..... menſis ..... anni præſentibus N.N. & N.N. Teſtibus adhibitis, atque rogatis.*

Ita eſt N. Cancellarius Curiæ Epiſcopalis N.

## ADNOTATIONES.

1. Quia puerorum Orphanorum, & Expoſitorum Cura Deo acceptiſſima eſt; cum ipſe dixerit: *qui ſuſceperit unum parvulum talem in nomine meo me ſuſcepit Matt.* 18. ideo datur hic formula Erectionis Hoſpitalis pro iſtorum receptione, & nutricatione, quæ mutatis mutandis juxtà operis injunctis qualitatem, poterit inſervire pro forma aliorum Hoſpitalium. Datur quoque exemplum Statutorum in genere, ut Epiſcopus, aliiſquè exequutores dati pro Hoſpitalium hujuſmodi'erectione, inde percipere valeant quid ſit advertendum, & quid in ſubſtantia ſtatuendum. Cœterum in concreto, ſtatuta regulanda ſunt à diſpoſitione Fundatoris, a loci qualitate; & à reddituum quantitate.

2. *COMMISSUM SIT*. Epiſcopis tùm de jure civili *in l. id quod pauperibus, & in l. ſi quis ad declinandum Cod. de Epiſc. & cleric.* Tum de jure Canonico *in c. de Xenodochiis de relig. domib. in clem. 2. tit. eod. & in Concilio Trid. ſeſſ. 23. cap. 1. de refor.* Cura commiſſa eſt Hoſpitalium in quibus pauperes alendi ſunt, quantumuis exemptorum: ipſiſque onus incumbit, ut fidelium voluntates circa opera pia hæc, & ſimilia exequutioni demandentur, ut expreſſum habetur in dd. juribus.

3. *PAUPERES PUERI ORPHANI*. Ii propriè dicuntur Orphani qui Patre ſimul, & Matre carent, ut tradunt DD. relata *à Gratian. diſcept. 666. n. 2.* At quia in cauſis piis lata fieri ſolet interpretatio communior ſententia tenet, quod Orphanus, ſeu Orphana dicatur etiam ille; vel illa, quæ Patre caret, et quod ideò in legatis relictis pro maritandis Orphanis Puellis, veniant orbatæ ſolo

Patre

Patre, et illis fieri poſſit diſtributio ut firmat *Gratian. d. diſcep. 666. n. 3. Dian. reſol. moral. par. 4. tract. 4. Miſcellan. reſol.* 140. quem refert, et ſequitur *Leoncil. de Privileg. paup. par.* 2. *privil.* 303. *n.* 1. Et hoc præſertim quando non concurrant Orphanæ orbatæ utroque Parente *Amoſtaz. de cauſ. piis par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 43. *ubi n.* 46. concluſionem ſic limitatam extendit ad Puellas habentes Patrem inutilem *Pignatell. conſult.* 2. *n.* 55. *tom.* 5. quia tùnc, ut ipſe ait, hæ rè verâ carent præſidio Patris: ſicuti legatum relictum diſtribuendum pauperibus Viduis, quod dari poſſit habentibus Viros inutiles, dicit *Leoncil. de Privileg. paup. d. priv.* 303. *n.* 2. hoc tamen debet intelligi, quoties non concurrant veræ Viduæ, ut mox de Orphanis impropriè dictis dicebam *ex Amoſtaz. n.* 46. *& n.* 49.

4. *NEC NON EXPOSITI*. Sicuti crudele eſt filios infantes exponere: ita ſummæ pietatis, et charitatis officium eſt illos ſuſcipere, alere, et nutrire *Cherubin. ad Conſt. Greg. XIII. la* 44. *ſchol.* 2. ſunt enim miſerabiles perſonæ in extremâ neceſſitate conſtitutæ, ideòque eorum cauſa eſt tàm favorabilis, ut ubi non adſint Hoſpitia publica pro illis recipiendis, et burſa Communitatis, ac eleemoſynæ locorum Piorum non ſuppetant, poſſint in ſubſidium Divites, tàm ſæculares, quam Eccleſiaſtici collectari pro eis nutriendis, ut probat *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 57. *&* 58. *tom.* 1.

5. Parentes autem qui filios exponunt, præſertim de recenti natos, et ſanguinolentos graviter arbitrio Judicis ſunt puniendi *l. ſancimus Cod. de infant. expon. Menoch. de arbitr. caſ.* 396. *Raynald. obſer. crim. tom.* 1. *cap.* 6. §. 5. *n.* 4. *& trib. ſeqq.* ubi quod Mulier ſit fuſtiganda ſi infans non moritur: pœna verò ultimi ſupplicii afficienda, ſi mors pueri inde ſequatur: dùmmodò tamen expoſitio fiat in loco remoto, et ſolitario: ſecùs ſi exponantur in loco frequentato, et cuilibet obvio: nam tunc ſi fœtus expoſitus non moriatur debeat abſolvi, et ratio eſt quia tunc non impietatem eos moviſſe ad exponendum credendum eſt, ſed proprium honorem qui non modo filiis, ſed vitæ propriæ ab aliquibus antefertur, ut benè obſervat *Menoch. loco citat. n.* 6. *&* 7. *&* ad vitandam infamiam gravem, quæ æquiparatur morti, ſicuti honor vitæ *Sebaſt. Medic. de regul. jur. par.* 2. *regul.* 1. *ampliat.* 50.

6. An autem Expoſiti æquiparentur vulgò quæſitis, vel potius cenſeri debeant legitimi, quæſtio eſt non modica. Una enim opinio tenet, quod cum communiter, et ut plurimum non exponantur, niſi naturales, et illegitimi, et expoſitio repugnet legitimæ filiationi, reputandi ſint Spurii, & irregulares; adeò ut indigeant diſpenſatione ad ordines, et Prælaturas, et hanc de Stylo Datariæ ſervari teſtatur *Corrad. prax. diſpenſ. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 1. *&* 2. ubi dat formulam expediri ſolitam, et Corrad. ſequitur *Pignatell. conſult.* 34. *per tot. tom.* 7. et hanc eſſe magis tutam, et in praxi ſequendam monent *Sayr. de cenſur. lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 39. *Piaſec. prax. Epiſc. par.* 1. *c.* 1. *art.* 4. *de requiſit. ætat. confirm. & natal. n.* 18.

7. Alia opinio aſtruit, quod debeant reputari legitimi, eo quia in dubio pro favore prolis ſit judicandum, et ſumenda ſit conjectura, quæ delicti præſumptionem excludat; unde potius legitimi quam ſpurii reputandi ſint: eoſque propterea abſque diſpenſatione ſucceſſionum, ordinum, et Dignitatum eſſe capaces, firmant *Gratian. diſcept.* 135. *n.* 31. *& diſcep.* 267. *n.* 22. *Barboſ. de Offic. Epiſc. alleg.* 51. *n.* 150. *&* hanc ſequitur *Illuſtriſs. Zaul. obſerv. ad ſtat. Favent. lib.* 7. *rubr.* 22. *n.* 20.

8. Alia demùm diſtinguit, nempè quod ſi Expoſiti ſint Hoſpitalium, & Confraternitatum, quibus Pontifex Indultum conceſſit, ut habeantur pro legitimis, nulla alia indigeant diſpenſatione: ſi verò fuerint Expoſiti in aliis Hoſpitiis, & locis, quæ tale Indultum non habent, tunc cenſeri debeant illegitimi, & irregulares, & promoveri ad ordines non poſſint ſine diſpenſatione ſaltem Epiſcopi, & hanc amplectitur *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 76. *tom.* 1. Et hæc ultima Sententia videtur proxima veritati, cui quoad facultatem Epiſcopi in diſpenſando ad ordines, & Beneficia favet expreſsè, & abſolutè *Sayr.* pro prima ſententia allegatus *d. n.* 39. *in fin.* cum certum ſit quod Epiſcopus vigore *Concilii Trid. ſeſſ.* 24. *de refor. cap.* 6. in omni irregularitate occultâ diſpenſet, maximè in dubio facti.

9. Neque officit ſtylus Datariæ; quia hujuſmodi diſpenſationes non fiunt de neceſſitate: ſed vel expediuntur ad cauthelam, vel pro iis tantum in quibus adeſt certitudo maculæ illegitimitatis, non autem pro aliis, qui in occulto dubio facti verſantur, quos Epiſcopus poteſt diſpenſare, ut probant auctoritates allegatæ.

10. *PRO DOTE, ET MANSO*. Manſus dicitur ſpatium terræ ſive fundi, quod duobus bobus per annum arari, & coli poteſt, ut dicit *Gloſ. in c.* 1. *de cenſ.* Sed hic accipitur pro illa Dote, ſive fundo dotali Eccleſiæ, Beneficii, ſeù Hoſpitalis, pro ſubſtentatione Miniſtrorum, Orphanorum, ſeù pauperum conſtitutâ in bonis ſtabilibus, ut tradunt *Barboſ. in d. c.* 1. *de cenſ. n.* 5. *Pirbing. in jus can. lib.* 3. *tit.* 39. *n.* 44.

11. *SUFFICIENTIA*. Per hanc expreſſionem admonentur Epiſcopi, ut in fundationibus tùm Hoſpitalium, tùm aliorum locorum Piorum, primo loco examinent, & probè perpendant, an bona aſſignata correſpondeant oneribus injunctis: Nam Dos conſtituta in primâ erectione debet eſſe ſufficiens, ut notat

*Gloſ.*

*Gloſ. in c. ſecundum canonicam* 23. *quæſt. ult.* & advertit quoque *Zaul. obſer. ad Stat. Favent. rubr.* 7. *lib.* 6. *n.* 36. ſi enim ad uſum deſtinatum non eſſet ſufficiens, poſſet Epiſcopus in alium pium uſum convertere ad tradita per *Ricc. deciſ.* 125. *n.* 8. *par.* 2. *& collect.* 558. *verſ. tertia cauſa, & collect.* 1270. *limit.* 5. *Barboſ. de offic. Epiſc. alleg.* 83. *n.* 5. 6. *& ſeqq. quos ſequitur Donat. de regular. tom.* 3. *tract.* 8. *quæſt.* 27. *num.* 7.

12. *PROUT JURIS EST CONFERIMUS.* Cauſa Hoſpitalis favorabilior eſt, quam cauſa alicujus Eccleſiæ, quia illa reſpicit bonum pauperum, & miſerabilium perſonarum, pro quibus bona Eccleſiæ alienantur *Amoſtaz. de cauſ. piis par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 36. ideòque ſi ſit fundatum auctoritate Epiſcopi, habet privilegium Eccleſiarum, etiam ſi non habeat Eccleſiam annexam, exceptâ immunitate *Ricc. prax. par.* 3. *reſ.* 132. *n.* 3. Secundò eſt immune à Gabellis *Amoſtaz. ubi ſupra n.* 32. & præſertim pro Dote, & Manſo in primevâ fundatione aſſignatis *Pirhing. in jus can. tit.* 39. *n.* 44. *verſ. porrò. tom.* 3. & tàm pro communicativis, quam Cameralibus, excepta in Statu Eccleſiaſtico gabellâ macinatus, ut ſacris canonibus, & auctoritatibus cumulatis probat *Zaul. loco citato n.* 34. ubi teſtatur ita fuiſſe ſemper judicatum in omnibus Tribunalibus Urbis, & noviſſimè declaravit plena Camera in *Maceraten.* favore Collegii Barnabitarum 1. *Julii* 1697. *& Sac. Congr. Boni Regiminis in Veliterna favore Conſervatoriorum Puerorũ, & Puellarum pauperum* 17. *Junii* 1699. Tertiò Hoſpitalia non tenentur ſolvere Epiſcopo viſitanti procurationem *Fagnan. in c. venerabilis n.* 34. *de cenſ. & exact. Pirhing. in jus can. lib.* 3. *tit.* 39. *n.* 79. *Piaſec. prax. par.* 2. *c.* 3. *art.* 8. *de viſitat. n.* 19. Quartò uſurpantes bona, & fructus Hoſpitalium incidunt in excommunicationem Concilii *ſeſſ.* 22. *cap.* 11. reſervatam Papæ *Bonac. in Bull. Cœnæ quæſt.* 18. *punct.* 4. *n.* 9. *verſ. fin. Nicol. lucubr. lib.* 5. *tit.* 39. *n.* 116. *verſ. verum tamen eſt.*

13. *PER POTER RIPETERE DALLA MADRE, O PADRE ETC. SECONDO SARA DI RAGIONE.* Hoc dicitur in Statuto ad demonſtrandum, quod licet Parentes, qui exponunt propriam prolem regulariter graviter peccent, & teneantur damna loco pio illata reſarcire; adeò ut plures Epiſcopi hunc caſum inter reſervatos reponant, ut teſtatur *Leoncil. de privil. pauper. par.* 1. *quæſt.* 3. *n.* 68. & apud *Barb. de offic. Epiſcop. alleg.* 51. *n.* 143. non tamen ſemper regula vera eſt. Etenim in hoc articulo DD. diviſi ſunt. Alii inquam tenent, quod Parentes quantumvis Divites alimenta reſtituere non teneantur, ex eo quia Hoſpitalia iſta intuitu pietatis, & miſericordiæ alimenta Expoſitis præbeant propter Dei amorem, & non animo repetendi. Alii quod teneantur reſtituere ex æquitate, non autem de jure ſtricto. Alii quod ex juſtitia ſi ſint divites, quia horum Hoſpitalium inſtitutio fit ad nutriendos Expoſitos pauperes. Alii demum diſtingunt, quod nempè ſi Hoſpitale fuit ſimpliciter fundatum abſque alia declaratione teneantur reſtituere quia præſumitur Hoſpitale fuiſſe fundatum pro egenis (ut in noſtrâ formulâ) non autem ſi expreſsâ, vel conjecturata fundatoris voluntate appareat, voluiſſe redditus Hoſpitalis liberaliter expendi debere in alendis Expoſitis, inſpectâ ſolum eorum præſenti neceſſitate abſque alia conſideratione ad Parentes: quos omnes refert *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 11. *a. n.* 66. *ad* 71. qui in hac quartâ ſententiâ reſidet, & eum ſequitur *Zaul. obſer. ad ſtat. Favent. tom.* 2. *rubr.* 22. *n.* 10. *lib.* 7.

14. Ex quibus ſatis conſtat non eſſe abſolutè certum quod Parentes exponentes filios teneantur ſemper, & in quocumque caſu damna reſarcire, etiam ſi divites ſint, (ſi enim ſunt pauperes eos non teneri omnes fatentur): ſicuti non peccant quando non habent unde alant, & adhibitâ cautione vitæ infantes exponunt, ut ſe declarat *Barboſ. loco citato n.* 147. In noſtrâ autem hypoteſi ſi Parentes haberent unde reddere, & damna reſarcire, tenerentur ex duplici capite, & quia Hoſpitale eſſet erectum pro egenis, & quia pro ſolis indigenis. Et ſi Pater cui onus incumberet pauper eſſet, teneretur Mater ſi eſſet dives *Leoncil. de privil. pauper. par.* 2. *privil.* 243. *n.* 3. *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 34. *tom.* 1. Cœterum notandum, quod licet Mater teneatur de jure lactare filium uſque ad triennium *l. fin. Cod. de patr. poteſt. Leoncil. ibid. n.* 1. *Amoſtaz. n.* 31. adhuc tamen ſi eſſet paupercula, & ſibi victum laborando quærere cogeretur, filium lactare non cogitur, imò ſi tunc lactaret, & nutriret, expenſas repetere poſſet à Patre ejuſque hæredibus, ut firmant *Leoncil. loco citato n.* 7. *Zacch. de ſalar. quæſt.* 80. *n.* 12. *& Amoſtaz. n.* 33. cum quibus concordat *Surd. de alim. tit.* 7. *quæſt.* 13. *n.* 15. *ubi n.* 16. dicit, quod ſi Pater eſt paratus alimenta præſtare ut filium nutriat, non poſſit Mater ſe ab hoc onere excuſare, & eximere.

15. Hinc ad deciſionem alterius dubii, hinc proximi tranſeamus: an ſcilicet Alumni Seminarii, ſeù Collegii Eccleſiaſtici (quod ex lege Concilii Trid. pro pauperibus Clericis erigitur), qui poſſunt facultatibus Parentum ibi manuteneri, & adhuc gratis aluntur, vel poſt egreſſum ad Statum laicalem redeunt, teneantur ad reſtitutionem alimentorum.

16. In qua quæſtione quoad primos *Frances de Eccleſ. Cathed. cap.* 28. *n.* 181. hæc habet = *Hæc extranea ab inſtituto quæſtio inveſtiganda eſt, an videlicet filius pauperis ea ratione ad Seminarium admiſſus, cujus Pater tempore ſtudiorum ad pinguiorem devenerit fortunam, in eo perſeverare poſ-*

*ſit*

*ſit, expenſis Seminarii alendus? in qua negativè reſpondendum eſt: nam cum qualitas paupertatis requiratur, quæ tractum habet ſucceſſivum per tempus, ea deficiente expellendus eſt, præcipuè cum hic adſit præjudicium aliorum pauperum, quibus proſpicere, & non aliis Sancta decrevit Tridentina Synodus; niſi Pater dives effectus alimenta ſolvere voluerit juxtà Concilii diſpoſitionem*. Et poſt ſolutionem objectorum n. 188. proſequitur dicendo = *Unde qualitas ſuperveniens divitiarum, quæ ipſum inhabilitat ad Seminarium, erit reſpiciens tempus futurum nequaquam præteritum, ita ut alimenta percepta reſtituere non teneatur &c. & n.* 190. concludit = *Retinebit igitur alimenta præterita, ſed futura in quibus qualitas deficit, acquirere non valebit*.

17. Huic doctrinæ ſe ſociat *Criſpin. de viſit. par. 2. §. 31. n. 37.* ubi ſic ait = *Parimente ſi debbono licentiare quelli che havendo del loro, e potendo alimentarſi in Seminario à ſpeſe proprie, non vogliono contribuirvi, mangiando quel pane ch'è ſtato deſtinato per alimenti de poveri Alunni: e ſono certamente coſtoro obligati alla reſtitutione. Se vi foſſero de Veſcovi, che per qualche humano riſpetto introduceſſero, ò manteneſſero in Seminario queſta ſorte d'Alunni, ſappiano che n'haveranno da rendere ſtretto conto à Dio*. Quis autem ad hunc effectum dicatur pauper, Epiſcopi arbitrio relinquitur, qui ponderatis conditione perſonæ, facultatibus familiæ, & qualitate loci rectum faciet judicium *Franc. loco citato n.* 195. dummodò non careat bonis internis à Tridentino requiſitis.

18. Quo verò ad alios, qui poſt egreſſum à Seminario redeunt ad ſtatum laicalem, videtur diſtinguendum: Si enim tempore admiſſionis fuerunt recepti cum obligatione, & fidejuſſione alimenta reſtituendi in caſu deſertionis ſtatus Clericalis, vel non adimplementi alterius conditionis à Statutis Collegii requiſitæ, prout frequenter in Synodibus plurimis demandari ſolet, & de praxi teſtatur *Zelor. in prax. verb. Seminarium §. 2.* quæ refert, & ſequitur *Pac. Jord. elucubr. lib. 7. tit. 4. de Viſit. Semin. n. 7.* & tunc certum eſt, quod nulla eis excuſatione ſuffragante, tenentur ad reſtitutionem, ut in terminis Seminarii Romani deciſum fuit *à Rot. in deciſ. 295. par. 19. tom. 1. rec. per tot.*

16. Si verò obligatione reſtituendi neglectâ, fuerunt ſimpliciter admiſſi; tunc cenſerem, quod ſi erant pauperes, & ad pinguiorem fortunam non devenerint, aut ſi devenerint, non niſi poſt egreſſum, ad reſtitutionem non teneantur: quia mutatio ſtatus nihil obſtat eis, quominus id quod juſto titulo, & tempore habili acquiſiverunt retineant *ex text. in l. fin. ff. unde liber. Franc. d. n.* 190. niſi fortè adeſſet Statutum Synodale, quò tales Alumni deſertores ad reſtitutionem adigerentur: quia tali caſu cogi poterunt ad ſumptus refectionem, prout Decretum Synodi approbando reſpondit *Sac. Congr. Concilii in Ceſenaten. Synodi 26. Febr.* 1695.

## Teſtimonialium litterarum pro Concionatore.

## FORMULA VIII.

### SUMMARIUM.

1. *Concionatoribus dantur litteræ teſtimoniales de exercitio prædicationis.*
2. *Munus prædicandi ad Epiſcopos præcipuè pertinet, quod per ſe ipſos exercere tenentur, niſi legitimè ſint impediti.*
3. *Epiſcopus ſi vult Univerſitati laicorum nominationem Concionatoris pro Cathedrali auferre, tenetur de proprio eleemoſinam ſolvere.*

*Penſionarii non tenentur contribuere pro expenſis manutentionis Concionatoris, quas Epiſcopus facit.*

*Epiſcopus à juriſdictione ſuſpenſus, ſi eleemoſinam ſolvit, Concionatorem pro Cathedrali eligit, & non Vicarius Apoſtolicus.*

4. *Concionatores nominati, ſi poſt acceptationem renuncient, vel aliquo impedimento prædicare non poſſunt, non præjudicant nominantibus.*
5. *Concionatoris nominatio facta imminente tempore prædicationis, vel pro loco in quo non ſolet prædicari, poteſt ab Epiſcopo reiici.*

*Parochis, ſi per ſe ipſos munus prædicandi adimplent, prohiberi non poteſt nè prædicent in eorum Eccleſiis.*

6. *Clerici minorum ordinum poſſunt de jure exercere munus prædicandi, ſi ab Epiſcopo eis committatur, ſed in praxi non ſervatur.*
7. *Concionatores debent prædicare ſecundum audientium captum, juxtà monitum canonis, & Pontificis Innoc. XI. & n.* 8. & 9.
9. *Utilitates, quæ proveniunt ex prædicatione verbi Dei, ſi rectè fiat, enumerantur.*
10. *Concionatores, qui munus prædicationis laudabiliter non implent, non ſunt comendandi, ſed à munere repellendi.*

O N. Dei,

N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus N.

Cunctis ubique locorum teſtamur R. P. N. Theologiæ Magiſtrum Ordinis N. „ Concionatorem *à Nobis electum pro hac noſtrâ Cathedrali Eccleſiâ* in proximâ „ præteritâ Reſurrectionis Dominicæ Quadrageſimâ, quotidiè jejunio majore „ durante ex Suggeſtu hanc Chriſti plebem nobis commiſſam Evangelicæ „ doctrinæ pabulo refeciſſe, ac opere, & ſermone potentem Chriſtianas „ virtutes, & pietatem in populo, ( plenitudine cordis noſtri lætitia ) lau- „ dabiliter promoviſſe; ut meruerit præſentes teſtimoniales litteras ultrò oblatas obtinere. „ In quorum &c.

N. Epiſcopus N.

Loco ✠ Sigilli

*N. Secretarius.*

## Alia.

EGO infraſcriptus Eccleſiæ Matricis, & Parochialis S. N. Terræ N. Diœceſis „ N. Rector perpetuus, cunctis indubiam fidem facio, & in verbo veritatis „ teſtor Admodum R. P. N. Sac. Theologiæ Magiſtrum ( ſeù Baccalaureum) „ Concionatorem in dictâ Eccleſiâ electum pro proximâ præteritâ Sanctiſ- „ ſimæ Reſurrectionis Dominicæ Quadrageſimâ, quotidie jejunio majore du- „ rante ex ſuggeſtu ibidem populo verbum Dei, *ſecundum audientium captum* „ prædicaſſe, & in lege Evangelicâ puritate Doctrinæ, & fœcunditate eloquii audientium „ mentes erudiviſſe: fateorque in dicto munere voce, operibus, & exemplis ita laudabili- „ ter ſe geſſiſſe, ut in ſuo diſceſſu, mihi mœrorem, reliquis cunctis dicti loci maximum „ ſui deſiderium, *abſque ulla hæſitatione* reliquiſſe. In quorum omnium fidem præſentes te- „ ſtimoniales dedi hac die, &c.

Loco ✠ Signi.

*N. Rector perpetuus Eccleſiæ Matricis loci N.*

### ADNOTATIONES.

1. Solent Concionatores, qui verbum Dei prædicant tempore Quadrageſimæ ſeù Adventus Domini, poſt munus expletum, teſtimoniales litteras, tùm ab Epiſcopis, tùm à Rectoribus Eccleſiarum exquirere; quia illis obtentis, & oſtenſis augent merita pro conſequendis gradibus in Religione, ideòque earum formulas hic reponere ſtudui.

2. *A NOBIS ELECTUM PRO HAC NOSTRA CATHEDRALI ECCLESIA.* Cum prędicatio ſit actus juriſdictionis, quem nemo poteſt exercere, niſi ex commiſſione Epiſcopi, *cap. excommunicamus* 13. §. *quia verò de hæretic.* hinc eſt quod ſolus Epiſcopus eligit, & approbat Concionatores: cœteri autem nominant, & præſentant; & Regulares tanquam in hoc munere Epiſcoporum Coadiutores ab eis miſſi, prædicant Evangelium. Cœterum munus prædicandi propriè, & præcipuè ad Epiſcopos pertinere, tùm uſus veteris Eccleſiæ, & omnium Sanctorum Epiſcoporum exemplum; tùm ipſa docet Epiſcopalis conſecratio, in qua dicitur *accipe Evangelium, vade, prædica populo tibi commiſſo*. Ideò Paulus ad Timotheum ſcribens, ipſum terribili adjuratione obteſtatur per Deum, & Jeſum Chriſtum, ejuſque adventum, & Regnum, ut inſtanter prædicet, moneat, increpet in omni patientiâ, & doctrinâ. Et de ſe ipſo *ad Corinthios* 1. 6. ait *ſi evangelizzavero non eſt mihi gloria: neceſſitas enim mihi incumbit? væ enim mihi ſi non evangelizzavero*. Teneri autem per ſe ipſos hoc Officium exercere Synodus Tridentina edixit antiquos Canones ſecuta, niſi fuerint legitimè impediti. Quam obligationem ab omnibus Epiſcopis, qui doctrinâ, & Sanctitate floruerunt, agnitam fuiſſe evidens eſt: & plura in hanc rem congerit *Chriſtian. Lupus in not. ad Canonem XIX. Concilii Trullani*, ex quibus elucet invariabilis Spiritus Eccleſiæ; Sed ſummoperè diebus noſtris dolendum eſt, quod dum hæc documenta proponuntur, vel tanquam ritus, & formulæ ab aliquibus accipiuntur: vel ad ſæcula jam præterita ſpectare dicuntur, (*quia* ſunt verba *Cartuſian. in - act. Apoſt. cap.* 6.) *jam*

*plures*

*plures pluſquam oportet, decet, aut licet circa temporalia occupantur exterioribuſque verſantur: mente ſunt frigidi, nec in Spiritualibus exercitiis habent ſaporem.*

3. Dum igitur Epiſcopus pro Cathedrali Prædicatorem approbat, & Univerſitas laicorum, vel alius nominat, & præſentat, ac eleemoſynam ſoluit: Si velit laicis jus nominandi auferre (ſicuti poteſt), tenetur eleemoſynam de proprio ſolvere, ut pluries decretum fuit à Sac. Congregationibus, quarum reſolutiones retuli *tom.* 1. *tit.* 12. *annot. ad form.* 7. *à num.* 11. *cum ſeqq.* quibus nunc addo reſponſa data *à Sac. Congregat. Concilii in Æſina* 30. *Septembris* 1702. *& in Neocaſtren.* 6. *Octobris* 1703. ad quam eleemoſynæ taxam, ſeù Prædicationis manutentionis expenſas contribuere non tenentur Penſionarii menſæ Epiſcopalis, *Sac. Congreg. Conc. in Nullius* 29. *Maii* 1649. in qua ſic habetur = *Sac. Congregat. Concil. cenſuit Penſionarios Menſæ Epiſcopalis non teneri contribuere pro rata expenſis, quas Epiſcopus annuatim ſoluit ex fructibus menſæ Prædicatori in Cathedrali cóncionanti lib.* 18. *pag.* 624. Quod ſi Epiſcopus eſſet ab exercitio juriſdictionis ſuſpenſus, adhuc retinet jus talis electionis: nam ipſe (ſi ſoluit) debet Prædicatorem in Cathedrali eligere, & non Vicarius Apoſtolicus, ut reſpondit *Sac. Congregat. Epiſcoporum in Sorana* 13. *Febr.* 1699.

4 Alii verò Concionatores nominati, & præſentati ab iis, qui jus habent nominandi, ſi poſt præſentationem Ordinario factam. renuncient, vel ex alio impedimento prædicare non valeant, non præjudicant Electoribus, ſeu nominantibus, quin valeant alium Concionarorem nominare, & præſentare, ſi hoc faciant tempore congruo, & ſine fraude, per *Text.* expreſſum *in cap. ſi electio* 26. *de elect. in* 6. ibi = *Si electio ex eo non ſortiatur effectum, quia electus conſentire recuſat, vel poſt conſenſum renunciat juri ſuo, aut fortè diem claudit extremum, ſeù propter occultum ejus vitium irritatur: Electores (qui jam fecerant, quod ſpectabat ad ipſos infra juris terminum eligendo) habebunt à diſſenſu, renunciatione, morte, vel irritatione prædictis, ac ſi vacatio nova eſſet, tempus integrum ad electionem aliam celebrandam: dummodò nil fraudolenter egerint in præmiſſis. Sac. Congregat. Epiſcoporum, & Regularium in Ariminen.* 8. *Februarii* 1686.

5. Dixi ſi præſentatio ſecunda, vel tertia fiat tempore congruo: nam ſi fieret imminente tempore prædicationis, Ordinarius non teneretur illam admittere, ut jam dixi *tom.* 1. *tit.* 12. *annot. ad form.* 7. *n.* 2. Vel præſentaretur pro aliquo loco, in quo adeſſet conſuetudo quod non prædicetur niſi in Eccleſiâ Cathedrali, vel Matrice: quia Epiſcopus poterit præſentationem Concionatoris reiicere, & prohibere ne prædicetur in aliis Eccleſiis etiam Regularium, *S. Congr. Epiſc. & Regular. in Tortonen.* 10. *Febr. & in Aſten.* 6. *Septembr.* 1604. præterquam in Parochiali: nam Parocho in ſua Eccleſiâ prædicatio verbi Dei prohiberi non poteſt, dum per ſe ipſum munus hoc implet, ut dixi *tom.* 1. *tit.* 12. *annot. ad form.* 7. *n.* 10.

6. An autem ad exercendum hoc munus prædicationis nominari, præſentari, & eligi valeat Clericus idoneus in ſacris non conſtitutus? hunc articulum tractant *Barb. de jur. Eccleſ. cap.* 13. *num.* 19. *& de Offic. Epiſc. allegat.* 76. *num.* 45. *Pac. Jordan. elucubrat. lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 84. *&* 85. *Lauret. de Franc. contr. par.* 1. *num.* 579. *ibique Paſqualig. Paſſerin. de ſtât. hom. tom.* 2. *quæſt.* 187. *artic.* 1. *num.* 120. qui omnes concorditer firmant, quod cum Officium prædicationis non ſit actus Ordinis Sacri poſſit per Epiſcopum committi, & delegari ſimplici Clerico Minorum Ordinum, & ita declaraſſe Sac. Congregat. Concilii teſtantur *Fagnan. in cap. reſponſo num.* 19. *de ſent. excommunic. Gallemart. collect. in Concil. Trident. cap.* 4. *ſeſs.* 24. *de refor. num.* 11. Textui autem *in cap. adiicimus* 16. *quæſt.* 1. quò cavetur, quod nullus præter Sacerdotes audeat prædicare, reſpondet *Navar. conſ.* 7. *lib.* 1. *de Offic. judic. deleg. num.* 2. quod locum habeat in volente prædicare authoritate propria, & Officii: Et huic intellectui favet reſolutio Congregat. Epiſcoporum, & Regularium capta *in una Caputaquen.* 14. *Decembris* 1696. in qua cum quidam Clericus Andreas Sanſon ætatis annorum viginti uno licentiatus in Philoſophiâ, & Theologiâ, prædicare vellet tempore Quadrageſimæ in uno ex locis dictæ Diœceſis, & Epiſcopus licentiam concedere renuiſſe: illam obtinere ſperans à Sac. Congregat. ſub dicta die reſcriptum fuit = *relata*; ex quo datur intelligi quod ab hac rejectione non datur reclamatio, nec admittitur recurſus: quia regulariter talis facultas in praxi non tribuitur, niſi Sacerdotibus, vel ſaltem conſtitutis in Ordine Diaconatus: & ita ſervandum eſſe, & ordinatum fuiſſe legimus in Edicto Sanctiſſimi D. N. Clem. XI. quod publicari fecit anno præterito 1705. circa obſervantiam ritus in expoſitione quadraginta horarum §. 22.

7. *SECUNDUM AUDIENTIUM CAPTUM. Oportet, qui docet, & inſtruit animas rudes, eſſe talem ut pro ingenio diſcentium ſemetipſum poſſit aptare, & verbi ordinem, pro audientis capacitate dirigere* (ſunt verba *Canonis Oportet* 8. *quæſt.* 1.) Item oportet, quod Prædicator opère compleat, quod verbo prædicat: quia benè vivendo, & benè docendo populum inſtruit, quomodò debeat vivere: benè autem docendo, & malè vivendo, Deum inſtruit, quomodò debeat illum condemnare: aphoriſmus eſt *S. Jo. Chriſoſt. relat. in cap. multi diſt.* 40.

8. Meminerint propterea Concionatores illius Apoſtolicæ admonitionis, quam Innoc.

O 2

noc. XI. Pontif. Max. per Organum Congr. Concilii eorum auribus intonuit uſque de anno 1680. nè ſcilicet ſal quod pro Dei verbo à Sanctis accipitur per futiles Conciones evaneſcat: vel per eloquentiam planè ſtultam infatuetur, & conculcetur ab hominibus; quæ enim (dicit Summus Hierarcha) Miniſterio tam Sacro Majeſtas, qui decor, quæ Sanctitas, quæ utilitas ineſt? Quando plurimi, ut Paulus clamat, Verbum Dei adulterantes, aut jocis, tamquam hiſtriones, aut converſi ad fabulas, uti Poetæ, auditores ſibi prurientes auribus coacervant, aut inanis facundiæ lenocinio, & calamiſtrato, ac meretricio planè ſtylo, prædicationis Fidem corrumpunt.

9. Et tandem ſæpè legant, mente retineant, & exequantur nova monita ejuſdem Religioſiſſimi Pontificis eis tradita anno 1686. occaſione belli Principum Chriſtianorum Fæderatorum contra immaniſſimum Turcarum Tyrannum: quæ continentur in ſequenti Enciclica ordinatione, utilitates enim ex verbi Dei prædicatione ſi rectè fiat plurimæ ſunt Primò frenat à peccatis: ſcriptum eſt enim = *Incorde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi pſal.* 118. Secundò: mundat à peccato commiſſo, *& vos (inquit Chriſtus) mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis Jo.* 15. Tertiò vivificat Animam: *verba quæ ego loquor ſpiritus, & vita ſunt Jo.* 6. Quartò illuminat mentem: *declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis: lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis pſal.* 118. Quintò inflammat: *ignitum eloquium tuum vehementer ibid.* Sextò Animam paſcit *non in ſolo pane vivit homo, ſed de omini verbo, quod procedit de ore Dei Matth.* 4. Septimò ſanat intellectum: *miſit verbum ſuum, & ſanavit eos pſal.* 106. Octavò confirmat: *confirma me in verbis tuis pſal.* 118 Nonò emollit: *emittet verbum ſuum, & liquefaciat ea pſal.* 147. Decimò fecundat: *ſicut deſcendit imber de Cœlo, & germinare facit terram, ſic erit verbum meum, quod ad me non revertetur vacuum Iſa.* 55.

# AVVERTIMENTI

## Da darſi per ordine di N. Sig. Innocenzo XI. alli Predicatori dell'anno 1686. cavati da gl'Atti di S. Carlo.

*GASPAR tit. S. Silveſtri in Capite S. R. E. Presbyter Cardinalis de Carpineo SS. D. N. Papæ Vicarius Generalis, & in Alma Urbe, ejuſque Diſtrictu Judex ordinarius &c.*

I. CHE faccino rifleſſione alla dignità del loro miniſtero; è propriamente Paſtorale, e quell'iſteſſo che dourebbe far la Santità Sua per ſe medeſima ſe non ſi trovaſſe da altre cure occupata.

II. Che la parola di Dio ſi cavi da gli Evangelii correnti, & eſplichi à gli Auditori con ogni efficacia, per trarne il profitto dell'anime loro, in eſaltare le virtù, deteſtare li vitii, e le corruttele de coſtumi, non di paſſo, ò perfuntoriamente, ma di propoſito, e con vivi argumenti preſi dalla Sacra Scrittura, e da Santi Padri.

III. Che il Popolo s'ecciti alla divozione, & alla frequenza de Sacramenti.

IV. Che s'incarichi ſopra tutto alli Padri di famiglia d'erudire, & inſtradare li figlioli nella via della ſalute, inſegnando loro da ſe ſteſſi i fondamenti della Dottrina Chriſtiana, & i Decreti del Sacro Concilio di Trento, e mandandoli ad inſtruire più pienamente da proprii Parochi.

V. Che nelle Prediche ſi tiri più al frutto, che all'oſtentazione dell'eloquenza, ſfuggendo le diſcrizzioni, li tiri di memoria, & altre vane apparenze d'ingegno, improprie de gli Oratori Sacri,

VI. Che per imprimere maggiormente nella memoria il contenuto nella predica ſi repiloghino nel fine i punti più ſoſtantiali, e ſi ecciti il Popolo à qualche atto di divozione, e di pentimento de'proprii peccati.

VII. Che oltre la deteſtazione generale de'vitii, deſcenda particolarmente ad eſaggerare contro di quelli, che più prevagliono, come è in Roma l'immodeſtia del veſtire contro gli ordini reiterati della Santità Sua ſotto pena di ſcommunica Papale, male oſ-

ſervati

ſervati ſpecialmente nel Carnevale paſſato, qual difetto ſi rende anco commune nel luſſo, e profanità de gli huomini. L'ignoranza della Dottrina Chriſtiana, che ſi trova anche nelle perſone adulte. L'inoſſervanza della Quareſima, e facilità de'Medici nel dar le licenze di mangiar carne, e di quelli che ſenza neceſſità ne uſano. La negligenza de'medeſimi Medici in procurar, che ſi confeſſino gl'Infermi prima che ſcorra il terzo giorno della lor viſita, in conformità della Bolla rigoroſiſſima intorno à ciò del Beato Pio Quinto. L'ammettere, che fanno le Madri ſotto proteſto, ò ſperanza di matrimonio, li giovani à converſar con le lor figlie, per li graviſſimi diſordini, che ne ſeguono.

VIII. Si devono eſortare i Fedeli à concorrere ad una cauſa commune tanto importante, e tanto glorioſa al nome Criſtiano, con la ſomminiſtrazione de'ſuſſidii conforme la richieſta, che ne hà fatto Sua Santità con publicare l'Indulgenza della Cruciata. E benche vi ſiano molti modi di guadagnare Indulgenze; nondimeno l'opera meritoria di queſta è ſuperiore à tutte l'altre. A'queſt'effetto ſi dà l'aggiunta còpia delle lettere circolari ſcritte à tutti li Veſcovi del Criſtianeſimo, per fare incaricare tutto queſto alli Predicatori delle loro Dioceſi. E per ultimo far pregare Sua Divina Maeſtà per la conſervazione, e ſalute della Santità ſua, acciò dia al ſuo Apoſtolico zelo forza, e vigore di potere aſſiſtere à i graviſſimi biſogni della Chriſtianità tutta.

G. Card. Vic.

*Raffaelle Fabretti Seg.*

---

## Copia di Lettera Circolare ſcritta alli Veſcovi.

*Illuſtre, e molto Rev. Monſignor come fratello. Hà il Signor Iddio, come Padre di Miſericordia, e Conſolatione, non ſolo allontanato dal ſuo Popolo il flagello della Sua Divina Indignatione, liberando la Città di Vienna, che con la ſua perdita, haverebbe inevitabilmente portato ſeco l'eſterminio delle più remote Provincie del Chriſtianeſimo; mà moltiplicate le Vittorie all'Armi Chriſtiane nella preſa di molte Piazze, e nella disfatta dell'Armate del fieriſſimo commune Inimico. Queſte Celeſti beneditioni ſicome obligano caſchedun fedele à rendere inceſſantemente al datore di eſſa le più humili gratie, così fanno conoſcere, che per conſequirne la continuatione è neceſſario ricorrere con aſſidue preghiere al Dio de gli Eſſerciti, acciò per ſua infinita pietà ſi degni con la ſua potente deſtra aſſiſtere alla ſua cauſa, confondendo ſempre più la perfidia, e potenza del Turco con la proſperità de ſucceſſi dell'Armi Chriſtiane. Doverà dunque V. S. dare preciſo ordine alli Predicatori della ſua Dioceſi di eſſortare efficacemente ne Pulpiti li Popoli à porgere con lagrime, & humiltà di ſpirito frequenti Voti à Sua Divina Maeſtà, per i felici progreſſi delle Armi della Sacra Lega, & ajutare queſta Santiſſima, e giuſtiſſima guerra con quei ſuſſidii, che richiede una cauſa, nèlla quale ſi tratta della ſalute Univerſale, rendendo in tal congiuntura al Signor Iddio qualche parte di quello, che dalla Divina Miſericordia gli è ſtato conceſſo. Tali ſono i ſentimenti di Noſtro Signore, che come benigniſſimo Padre veglia giorno, e notte con indefeſſa ſollecitudine, providenza, & ogni maggior ſforzo alla ſicurezza de'ſuoi figli, & à gli avantaggi della Chriſtianità. E mentre Jo nel communicarli à V. S. adempiſco l'obligo, che me ne corre, le prego dal Signor Iddio ogni vera proſperità. Roma 16. Febraro 1686.*

10. *ABSQUE ULLA HÆSITATIONE*. Innuit hìc formula; quod Rectores Eccleſiarum requiſiti, teſtimoniales de munere prædicationis expleto dare, & ſubſcribere non debent, quoties Concionator non bene ſe geſſit, puta, ſi in Suggeſtu modeſtiam, & monita mox tradita non ſervavit: ſi domi luſores alearum recepit, & fovit: ſi per vias, & Plateas frequenter cùm laicis ambulavit, & commeſſationibus interfuit: ſi in quærendo

rendo eleemoſinas pro ſe, aviditate indicium dedit potius pro marſupio implendo, quam pro Animabus Chriſto lucrandis, miniſterium geſſiſſe; ſi inquam Concionator hæc ſigna (quæ vix ab irreligioſitate ſejungi poſſunt) in Populo reliquit, nullo modò eſt commendandus; ſed feſtinanter, & impigrè Ordinario à Rectoribus eſt denunciandus, ut ab hoc munere, & à ſua Diœceſi in futurum repellat. Qui enim quærit in hoc Sacro Miniſterio quæ ſua ſunt, & non quæ Jeſu Chriſti, non eſt Miniſter ejus, ſed Nebulo, & quaſi pannus menſtruatæ omne verbum illius Iſa. 64.

# FORMULARIUM LEGALE PRACTICUM FORI ECCLESIASTICI

## TITULUS XIV.

## De Adminiſtratione, & alienatione rerum Eccleſiæ.

Edicti monitorialis contra occupantes bona, & jura Eccleſiarum.

### FORMULA I.

### SUMMARIUM.

1. *Bona Eccleſiarum ſunt patrimonium Chriſti.*
*Eccleſiaſtici in bonis Eccleſiæ habent ſolum uſum.*
2. *Bona Eccleſiæ ſurripientes ſunt excomunicandi*
*Debitores Eccleſiæ, qui debitum non ſoluunt non dicuntur Vſurpatores.*
*Rectores Beneficiati incidere facientes Arbores frugiferas in bonis Eccleſiæ, non dicuntur Vſurpatores, ſed alienantes.*
3. *Cathedraticum dicitur cenſus Eccleſiæ Cathedralis.*
4. *Cathedraticum præſcribi non poteſt, & debetur ab Eccleſiis Beneficiatis non obſtante conſuetudine non ſolvendi, & n. 5. & 6.*
7. *Cathedraticum reſpicit legem Diœceſanam.*
*Non debetur à Clericis non Beneficiatis.*
*Neque ab illis, qui ordinantur ad titulum Maſſæ communis.*
*Debet ſolvi à ſeminario pro Beneficiis unitis.*
8. *Cathedraticum debetur juxtà quantitatem, & taxam ſolvi ſolitam rationabilem.*
9. *Decimæ debentur jure Divino, quota verò de jure Eccleſiaſtico.*
*Decimæ ſolo Parocho ſolvendæ ſunt, Clericis autem per participationem ratione ſervitii, aut tituli Beneficii.*
10. *Regulares, etiam Societatis Jeſu tenentur ſolvere Decimas prædiales, etiam pro bonis primæ erectionis juxtà loci conſuetudinem, quamvis in præteritum non ſolverint.*
*Exemptio Regularium à decimis, non ſuffragatur Colonis.*
11. *Decima prædialis debetur ex prædio mutato, quamvis ex fructibus quos gignit, Decima non debeatur.*
12. *Jus exigendi Decimas tranſire non poteſt in laicum, niſi auctthoritas Papæ intercedat.*
13. *Decimæ exiguntur per Reges, & Principes Indulto Pontificis, non poſſunt per eos transferri in laicos, niſi expreſsè concedatur.*
14. *Epiſcopus ratione ſuæ Eccleſiæ Cathedralis habet jus ad quartam ex relictis piis, Decimarum, & mortuorum.*
*Quarta funeralium debetur Parocho juxtà conſuetudinem regionis.*
*Regulares tenentur ſolvere quartam funeralem, niſi ſpecialiter privilegiati non ſint, non ſuffragante privilegiorum communicatione.*
15. *Conſuetudo dandi alicui Eccleſiæ oblationes intra annum, habet vim obligandi, & ſervanda eſt.*
16. *Notarii tenentur ex officio revelare Inſtrumenta,*

*ta, & legata facta favore locorum piorum, aliàs gaviter peccant.*

17. *Legatum relictum Monaſterio bonorum incapaci, pro Sacriſtia, Valitudinario, vel Eccleſiæ pro cæra, & oleo debet inveſtiri pro adimplenda Teſtatoris voluntate.*

*Et ſi gravetur, hæres illud tenetur ſubminiſtrare.*

18. *Legatum relictum Virgini pro Matrimonio carnali, debetur etiam ſi efficiatur Monialis*

*Legatum factum Virgini pro Matrimonio carnali, non debetur ſi ingrediatur Religionem, ſi eſt factum ſub conditione, quod decedente ſine filiis legatum redeat ad hæredem.*

19. *Legatum relictum pro conſtructione Eccleſiæ, debetur unà cum fructibus, ſi res legata de ſui natura eſt fructifera, aut ex eo fructus percipi potuiſſent.*

*Legatum relictum ad uſum illicitum, non cedit lucra hæredis, ſed ad aliud opus licitum applicari debet.*

20. *Legatum alimentorum præſtandum in Domo tantum, ſi legatarius fiat Religioſus, debetur Monaſterio.*

21. *Legatum factum perſonæ Eccleſiaſticæ dicitur pium, & cadit ſub privilegiis Fabricæ S. Petri.*

22. *Hæres in foro fori non conficiens Inventarium tenetur de proprio ſolvere legata pia; ſed in foro conſcientiæ non tenetur ultra vires hæreditarias.*

23. *Legatum relictum à Viro Uxori ſub conditione viduitatis, debetur ſi Uxor ingrediatur Religionem.*

24. *Legatum relictum dantibus operam ſtudiis legalibus, debetur danti operam ſtudio Canonum.*

*Legatum relictum Juveni pro ſtudiis bonarum artium dicitur pium.*

I Beni, e le rendite delle Chieſe, ed'altri luoghi Pii, che ſono *Patrimonio di Gieſù Chriſto* e devono impiegarſi nel mantenimento del culto Divino, e de Miniſtri del Santuario, e per ſollievo delle neceſſità de poveri: accioche per incuria, e negligenza de Rettori, & Amminiſtratori di eſſe, ò per ingordigia, & avarizia degl'Vuomini non periſchino, *nè ſiano uſurpati*, col preſente Editto facciamo intendere, e riduciamo alla memoria di tutti tanto laici, quanto Eccleſiaſtici di qualunque dignità, ò grado ſi ſiano, che ſe alcuno per ſe, ò per interpoſte perſone, ò ſotto qualſivoglia preteſto, ò queſito colore haurà ardire d'uſurpare, ritenere, ò convertire in uſi proprii le giuriſdizioni, beni, *Cenſi*, *legati*, *Decime*, libri, ſcritture, ragioni feudali, & enfiteotiche, *frutti, & emolumenti* di qualſivoglia ſorte delle Chieſe Secolari, ò Regolari, Beneficii, Monti di Pietà, Oſpedali, ò altri luoghi Pii, ò vero impedirà che li detti beni, frutti, & emolumenti per forza, ò per timore non pervenghino à quelli *à i quali di ragione ſi devono*; il Sagro Concilio di Trento alla ſeſſ. 22. cap. XI. dichiara, che ſia tanto tempo ſoggetto alla ſcommunica maggiore, ſin tanto che dette giuriſdizzioni, frutti beni, & emolumenti da lui occupati, e ritenuti, reſtituirà intieramente à gli Amminiſtratori, Rettori, ò Beneficiati delle Chieſe alle quali ſono ſtate uſurpate, e che otterrà anche l'aſſoluzione dal Sommo Pontefice: e ſe l'uſurpatore haverà il Juſpatronato in quella Chieſa della quale hà uſurpati, & occupati i beni oltre le pene predette, reſti ancora privato ipſo facto del Juſpatronato: E che i Chierici Autori, e conſentienti di tale uſurpazione, e fraude ſiano ſottopoſti alle medeſime pene, & inoltre privati de i loro Beneficii, e reſi inabili ad ottenerne degl'altri: e di più, che fatta che haveranno la reſtituzione ed'ottenuta l'Aſſoluzione, ſiano ancora ſoſpeſi dall'eſſecuzione degl'Ordini ad arbitrio dell'Ordinario.

Et inoltre, la Bolla in Cæna Domini al §. 17. ſottopone alla ſcommunica maggiore non ſolamente coloro che uſurpano le giuriſdizioni, i frutti, e le rendite delle Chieſe, Monaſterii, e de Beneficiati: ma anche quelli, che ſenza licenza del Sommo Pontefice, ò d'altro legitimo Superiore Eccleſiaſtico le ſequeſtrano, ò pure impongono taglie, collette, & altri peſi, e le eſigono da beni, e perſone Eccleſiaſtiche ò vero le accettano da chi glie le dà ſpontaneamente.

Che però; à finche delle predette Canoniche diſpoſizioni della Chieſa neſſuno poſſa allegarne ignoranza; nè contro d'eſſe dagli Uſurpatori opporſi preſcrizzione, ò buona fede, habbiamo ordinato che ſi publichi il preſente Editto monitoriale, quale affiſſo che ſarà à luoghi ſoliti, habbia forza, e vigore, come ſe ciaſcheduno foſſe ſtato perſonalmente intimato. Dato &c.

N. Veſcovo N.

Loco ✠ ſigilli.

*N. Cancelliere Veſcovale.*

ADNO-

## ADNOTATIONES.

1. *PATRIMONIO DI GIESU CHRISTO.* Bona Eccleſiarum dicuntur Sancta Sanctorum, & Patrimonium Chriſti *c. nulli liceat c. quicunque, & ſeqq. per. tot. 12. quæſt. 2. c. cum ſecundum de præb. c. cum ex eo de elect. in 6. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 1. de refor.* Et hinc eſt, quod cum pauperes ſint Chriſti hæredes, ut ipſe dixit *quod uni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis Matt. 25. Jo. de Pariſ. tract. de poteſt. Reg. & Papal. cap. 6. & Petr. de Alliac.* in libr. quem ſcripſit *de Eccleſ. aucthor.* dixerunt quod bona Eccleſiaſtica, ut ſunt Eccleſiaſtica collata fuerunt Eccleſiis non perſonis ſingularibus, quæ nullum habent dominium, ſed ut membra Communitatis jus tantum utendi ad ſubſtentationem ſecundum exigentiam, & decentiam perſonæ, & ſtatus, & quod talia bona quantum ad proprietatem ſint Eccleſiæ, Prælatorum autem quantum ad diſpenſationem, & ſic Viri Eccleſiaſtici, qui non habent niſi uſum, debeant eſſe eleemoſynarii dictorum bonorum, in quibus hoc ſolum pro ſe, & pro ſuis percipiant quo alantur, & tegantur, juxtà tradita per *Gerſon. in tract. de temper. in cib. pot. & veſt. Prælat.*

2. *NE SIANO USURPATI.* Qui bona ſurripiunt Eccleſiarum non dicuntur uſurpatores, & ideò non ſunt ipſo jure excommunicati,ſed excommunicandi *Gloſs. in cap.Conquæſti.22.verb. excommunicatos de ſent. excommun. Bonaccin.de cenſur.inBull. Cœn. diſp. 1.qu.18.punct.1.numer. 4. Nicol. lucubr. Can. lib. 5. tit. 39.n. 116. verſ. item fures*, ubi Decretum *Sac. Congreg. Concilii* allegat. *Navar. in manual. cap. 27. num. 70. Sebaſt. Medic. in ſumm. peccat. capital. tit. 9. quæſtion. 78. num. 18. in fin.* quibus non contradicit *Sayr. de cenſ. lib. 3. cap. 21. num. 4. in fin.* quia non auferunt, aucthoritate uſurpatâ: neque cenſuram hanc incurrunt, qui debita Eccleſiis non ſolvunt *Nicol.loco citato*: nec minus Rectores, ſeù Beneficiati, qui incidere faciunt Arbores frugiferas in bonis Eccleſiarum; nam hi propriè loquendo dici non poſſunt uſurpatores, ſed potius, & verius alienantes: & ſic quoties inciſio ſit notabilis eos cenſuram *Extravag. ambitioſæ* incurrere, & non Concilii, nec Bullæ Cœnæ tenet communior opinio de qua *Navar. in conſ. 6. & 7. de reb. Eccleſ. non alien.* quem ſequuntur *Bonaccin. de Cenſ. in Bull. Cœn. diſp. 1. qu. 18. punct. 2. num. 30. & punct. 4. num. 5. Ricc. in prax. par. 1. reſol. 50. num. 2. Tamburin. de jur. Abbat. tom. 3. diſp. 13. qu. 3. per tot. Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 1. §. 2. num. 19. Gallemart. ſupra Concil. d. cap. 11. ſeſſ. 22. de refor.*

3. *CENSI.* Inter Eccleſiæ Cenſus, (ſi loquamur de Cathedrali) connumeratur Cathedraticum, ſeù Synodaticum, quod ſolvitur in honorem Cathedræ juxtà diſpoſitionem *Concilii Bracharen.* relati *in cap. placuit 10. qu. 3.* confirmati *in Concilio Toletano 7.* relato *in cap. inter cætera 11. qu. 3.* ubi dicitur = *non amplius quam duos ſolidos unuſquiſque Epiſcoporum præfatæ Provinciæ per ſingulas Diœceſis ſuæ Baſilicas, juxtà Synodum Bracharenſem annua illatione ſibi expectat*, & denuò *in cap. paſtoralis de donat. & in cap. conquærente de Offic. Ordin.*

4. Debetur autem iſte Cenſus proprio Diœceſano ab Eccleſiis Diœceſis, *Rot. cor. Buratt. dec. 578. num. 10.* non obſtante Conſuetudine contrariâ non ſolvendi, quia non poteſt præſcribi, juxtà opinionem *Piaſec. in prax. par. 2. art. 2. de Statut. ab Epiſcop. facien.num.13. Fagnan. in dict. cap. Conquærente num. 49. de Offic. Ordin.* Et licet videretur, quod per immemorabilem conſuetudinem poſſe præſcribi juxtà declarationem olim emanatam à Congreg. Concilii *3. Decembris 1644. in una Albinganen*, quam refert (non tamen integram) *Pignatell. conſult. 285. & duob. ſeqq. tom. 1.* in qua ad dubia tunc temporis propoſita, nempè.

I. *An modernus Epiſcopus, qui nunquam adhuc exegit Cathedraticum poſſit pro præterito tempore, & in futurum exigere?*

II. *In qua quantitate, & qualitate monetæ poſſit illud exigere?*

III. *An à toto Clero, an vero à Beneficiatis tantum ſit facienda exactio?*

Reſponſum fuit.

*Ad I. Si Cathedraticum Epiſcopis anteceſſoribus aliquando fuit ſolutum, poſſe modernum Epiſcopum exigere?*

*Ad II. Exigi poſſe tantum duos ſolitos juxta juris communis diſpoſitionem, & in monetâ antiquâ, juxtà illius æſtimationem, non concurrente contrariâ conſuetudine?*

*Ad III. Exactionem non eſſe faciendam à toto Clero, ſed tantum ab Eccleſiis, Capellis, & Beneficiis, ſi ad eorum favorem non concurrat privilegium exemptionis, vel immemorabilis.*

5. Nihilominus cum Epiſcopus Lavellenſis in Synodo, Cathedraticum in præteritum non ſolutum, ab Eccleſiis ſibi ſubjectis, nec non à Clero in futurum ſolvi debere ſtatuiſſet, & Capitulum, & Clerus reclamando, hanc reſolutionem opponerent, & nunquam ab immemorabili ſolviſſe aſſererent, eadem Congregatio ad quam cauſa erat devoluta *ſub die 18. Aprilis 1693.* reſcripſit= *Examinetur formitèr Albinganen. 3. Decembris 1644. ad tertium dubium.*

6. Proptereàque repropoſita deinde cauſa in plenâ Congregatione ſub Dubio. *An Cathedraticum Epiſcopo debeatur, non obſtante aſ-*

P *ſerta*

*ſerta immemorabili in contrarium* . *Die* 6. *Junii ejuſdem anni* Congregatio reſpondit=*Deberi ad formam juris ab Eccleſiis, & Beneficiatis tantum*: fuit enim animadverſum, quod etſi immemorabilis fuiſſet probata, adhuc non poterat ſuffragari univerſis, ſed alicui tantum Eccleſiæ in particulari, vel quoad quotam tantum *Ricc. dec.* 22. *num.* 3. & 4. *par.* 3. ubi in fine Decretum Sac. Congregat. Epiſcoporùm allegat.

7. Hoc autem jus Cathedræ reſpicit legem Diœceſanam a quâ libera non ſunt loca exempta, juxtà ſenſum *deciſ.* 1274. *Coccin. num.* 1. & 6. *Card. de Luca de juriſdict. diſc.* 38. *num.* 6. ubi pro certo hoc habet, ſi habeant Parochiales unitas, licet *Barboſ. de jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 20. *per text. in cap. inter cætera* 10. *quæſt.* 3. teneat quod ab Eccleſiis Monaſteriorum exigi non valeat: ſicuti exigi non poteſt à Presbyteris non Beneficiatis, etiamſi in præteritum ſolviſſent, ut reſpondit *Sac. Congregat. Epiſcoporum* contra Archiepiſcopum Compſanum 15. *Januar.* 1694. qui vigore ſoliti exigere prætendebat à ſimplicibus Sacerdotibus annuatim jure Cathedratici julios quatuor: Neque ab illis qui ordinantur ad titulum Maſſæ communis; quæ datur tanquam Patrimonium non tanquam Beneficium pro congruâ ſubſtentatione ordinandi: ſolvi tamen debet à Seminario pro Beneficiis unitis, ut declaravit *Congregat. Concilii* 21. *Maii* 1644. *in Cathacen. lib.* 17. *Decr. pag.* 409.

8. Quantitas verò taxatur juxtà morem regionis rationabilem *Barboſ. ubi ſupra num.* 11. *Congregat. Concilii in Satrianen.* 13. *Februarii* 1694. *Tondut. quæſt. benef. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 2. §. 1. *num.* 6. Et ſi mos non adſit à viciniori Cathedrâ, vel Provinciâ erit deſumenda, & juxtà valorem, & æſtimationem ſolidi antiqui, ut Congregatio declaravit in ſuprà relata Albinganen.

9. *DECIME*. Decimæ debentur jure Divino *num.* 18. & 21. *Exod.* 22. *Deut.* 12. Quota verò de jure Eccleſiaſtico *cap. Parochiam de Decim. cap. revertimini cap. Decimæ* 16. *quæſt.* 1. *Conc. Trident. cap.* 12. *ſeſs.* 25. *de refor. Pirhing. in jus Can. lib.* 3. *tit.* 30. §. 2. *num.* 117. Et ſolo Rectori Parochialis debentur *Piaſec. par.* 2. *cap.* 4. *artic.* 9. *de Decim.* qui habet fundatam intentionem in jure: alii enim Clerici, qui ſunt Parochorum Coadjutores, & inſerviunt populo in Spiritualibus ex obligatione alicujus Officii Spiritualis: vel ratione tituli Beneficii, cui in primâ fundatione fructus Decimales fuerunt aſſignati, poſſunt de illis participare Sac. Congregat. Concilii in Farfen. 1. Septembris 1691. in reſponſione ad 1. *Pirhing. in jus Can. lib.* 3. *tit.* 30. *num.* 86. nunquam tamen laici, ut infra.

10. Prædia, quæ ſolutioni Decimarum ſunt obnoxia ſi ad manus Regularium tranſeant, tranſire cum hoc onere nemo dubitat, adeòut teneantur illas ſolvere Parochialium Eccleſiarum Rectoribus quemadmodum tenebantur laici priuſquam bona ipſa in Monaſteriorum proprietatem tranſtuliſſent, ut pluries auditis partibus, & examinatis privilegiis etiam PP. Societatis Jeſu, declaravit Congregat. Concilii, & in ſpecie *in Foroſempronien.* 2. *Junii* 1629. *lib.* 14. *Decr. pag.* 106. & *in Poloniæ* 17. *Junii* 1647. *lib.* 17. *pag.* 488. Imò etiamſi bona eſſent data pro erectione Monaſterii, Collegii, ſive pro Dote Beneficii, quæ ſunt immunia, à quibuſcunque collectis, & oneribus, quamvis Cameralibus, ut declaravit plena Camera *in Macera. ten.* 1. *Julii* 1697. & *Congreg. Boni Regiminis in Veliterna* 27. *Junii* 1699. adhuc non eximuntur à ſolutione Decimarum: quia iſta exemptio nunquam cenſetur conceſſa, niſi ſpecificè per Papam concedatur cum derogatione *cap. nuper de Decim. Fagnan. ibid. num.* 28. & *ſeqq.* & ſi concedatur non ſuffragaretur eorum Colonis *Piaſec. prax. par.* 2. *cap.* 4. *art.* 9. *num.* 20. Hocque amplia, ut Regulares, & Collegia Societatis Jeſu teneantur ſolvere Decimas prædiales juxtà loci conſuetudinem etiamſi in præteritum non ſolverint, ut reſpondit *Sac. Congregat. Concilii in Senogallien.* 30. *Auguſti* 1704. & *in Firmana Decimarum* 15. *Junii* 1697.

11. Si Prædium ex quo decima ſolvitur mutetur, putà ex prato fiat agrum, & è converſo, vel ex Prædio Urbano fiat ruſticum, adhuc viget obligatio ad Decimam prædialem ſolvendam *cap. commiſſum de Decim. Pirhing. in jus Canon. lib.* 3. *tit.* 30. *num.* 112. & 113. & idem eſt ſi loco frumenti, ſeminentur fructus, ex quibus alias Decima non debetur *Sac. Congreg. Concilii in Civitatis Ducalis* 20. *Maii* 1649. *lib.* 18. *Dec. pag.* 604. *cum aliis apud Pignatell. conſult.* 258. *num.* 1. & *ſeq. tom.* 1.

12. Jus autem percipiendi, & exigendi Decimas tranſire non poteſt in laicum, cum illius ſit prorſus incapax *cap.* 1. 16. *quæſt.* 7. *cap. cauſam quæ de præſcr. cap. prohibemus cap. ad hæc cap. quamvis de decim. Monet. de decim. cap.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 57. *Pac. Jordan. lucubr. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 13. *num.* 48. *Fagnan. in cap. Cum Apoſtolica per tot. de his quæ fiunt à Prælat. ſin. conſ. Capit.* & alibi communiter: non obſtante temporis curſu, & obſervantia Decimas exigendi, propter expreſſam juris reſiſtentiam *in cap. dudum de Decim.*: Unde ſi quis illud exerceret, non niſi ex titulo nefariæ uſurpationis acquiſiviſſe cenſendum erit; cum enim Decimæ titulum ſpiritualem inſeparabilem annexum habeant, commoditas fructus Decimales percipiendi (jus namque decimandi quatenus Spirituale eſt, nec Papa licitè concedere laicis poteſt) exerceri à laicis non poteſt, etiam ſi à Principe conceſſio, & tranſlatio (quæ nec titulum coloratum tribuere valet) facta eſſet,

eſſet, niſi legitimâ poteſtate concurrente, quæ eſt penes ſolum Pontificem non autèm apud Reges, vel Principes, ut communiter tradunt *Monet. ubi ſupra num. 74. & 118. Pac. Jordan. num. 50.* latè *Pirhing. in jus Can. lib. 3. tit. 30. num. 137. ad 152. Paſſerin. in 3. lib. ſext. decret. poſt tit. de ſepult. quæſt. unic. de jur. Decim. art. 11. num. 218. & 219. & ſeqq. Ventrigl. prax. par. 2. annot. 27. §. 2. num. 26. & 27. Rot. poſt Tambur. de jur. Abbat. dec. 92. & coram Coccin. dec. 1367. num. 12. & 13. & dec. 2168. à n. 12. & coram Cerr. dec. 643. num. 4. & 5.*

13. Quod adeò verum eſt, ut ſi Decimæ à titulis Clericalibus abſtractis, & ſeparatis Regi, vel Principi per Papam in feudum concedantur, non poſſunt per eos in alium laicum alienari, ſeù transferri, niſi id expreſsè in Indulto concedatur, prout loquendo de Decimis ſeu tertiis Regibus Caſtellæ per Summos Pontifices elargitis, ſolidis fundamentis firmat *Amoſtaz. de cauſ. Piis par. 2. lib. 7. cap. 8. à num. 47. ad 60*; Et de alia conceſſione, ac translatione per Principem inferiorem facta favore laici Subditi, re mature examinatâ (approbando Votum D. Card. mei Petrucci) declaravit *Congr. Concilii in Gebennen. 4. Maii 1697. confirmata parte audita 20. Septembr. 1698.*

14. *FRUTTI, ET EMOLUMENTI*. Præter jus Cathedratici, & decimarum, habet Eccleſia Cathedralis jus ad quartam, quæ debetur Epiſcopo ex relictis piis vigore *c. requiſita, & c. ultimo de teſtam.* & vocatur quarta Canonica, quæ ſolvitur juxtà conſuetudinem locorum *Sac. Congr. Concilii in Urgellen. 14. Febru. 1693.* non tamen debetur, neque detrahitur ex legato relicto pro maritandis Puellis ut reſpondit *Sac. Congr. Epiſcop. in Nucerina Paganorum 14. Septembr. 1592.* Item debetur eidem Quarta Decimarum tanquam Parocho Parochorum, & Superiori Ordinario, & Paſtori ſuæ Diœceſis, vigore *c. conquærente 16. de off. jud. ordin. c. de quarta de præſcript. c. cum olim de cenſ. c. quoniam 13. de decim. ibique Fagnan.* niſi adſit contraria conſuetudo: Item jus habet ad Quartam mortuariorum, de qua loquitur *gloſ. in d. c. conquærente*: quæ hodie ex generali conſuetudine ſolvitur Parochis, & non Epiſcopo juxtà *Clem. dudum de ſepult. in 6.* & juxtà Concilii Trid. diſpoſitionem *c. 13. ſeſſ. 25. de refor.* in quantitate per conſuetudinem regionis, & locorum ſolitâ, & præſcriptâ *Congr. Concilii in Ebreduuen. 25. Julii 1695. in reſponſ. ad 12. & in Mantuana 18. Junii 1699.* etiam à Regularibus, qui non ſunt ſpecialiter privilegiati: ſed tantum per communicationem privilegiorum hanc quartam retinere prætenderent; quia talium privilegiorum communicatio non ſuffragatur in tertii præjudicium, ut in ſpecie ſolutionis hujus quartæ tradit *Donat. prax. rer. regular. tom. 1. par. 1. tract. 7. de communicat. privileg. quæſt. 14. n. 10. Rot. coram Carpineo in Caſalen. Quartæ funeralis 1. Julii 1665. & 18. Junii 1666. Congr. Concil. in d. Ebredunen. in reſponſ. ad 12.* Non tamen ab hæredibus defuncti, qui pro hac quartâ non gravantur, ſed cauſa inter Parochum, & Eccleſiam tumulantem terminatur, ut reſpondit *Congr. Epiſc. & Regul. in Civitatis Caſtelli 14. Aprilis 1615. Nicol. lucubr. civil. lib. 4. tit. 15. de interdict. n. 26. limit. 10.* ubi Decretum Congr. Concilii refert.

15. Item inter emolumenta connumerari poſſunt oblationes quæ ſpontè fieri ſolent a Populo Eccleſiis Cathedralibus, vel Parochialibus in quibuſdam anni ſolemnitatibus, quæ ſi negligerentur, & non præſtarentur juxtà ſolitum, cogi poſſet ſaltem officio Judicis ad perſeverandum, ut placet *Navar. in manual. cap. 13. n. 19. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 60. n. 6. & ſeqq. Ricc. prax. for. Eccleſ. reſol. 296. n. 3. par. 4. Barboſ. in c. ad Apoſtolicam per tot. de ſimon. & de jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 23. n. 11. & 12. Tondut. quæſt. beneſ. tom. 1. par. 1. cap. 39. n. 17.* Nam licet nemo ad offerendum compelli debeat: nihilominus, quia hujuſmodi oblationes immediatè fiunt Deo, quamvis ſecundariò cedant in miniſtrorum uſum, & utilitatem, ut ſunt candelæ, panes oblati Altari, pecunia, ornamenta, & alia hujuſmodi ut notant *Card. Bon. in oper. rer. liturg. lib. 2. cap. 8. §. 5. in fin. Tambur. de jur. Abbat. tom. 1. diſpenſ. 15. quæſt. 18. n. 1. verſ. notandum quarto*; conſuetudo illas præſtandi per decennium ſervata, habet vim legis, obligandi, & continuanda eſt, ut probant ſupra allegatæ auctoritates.

16. Notarii, qui rogati ſunt de Contractibus, legatis, aut donationibus, ſive conventionibus favore Eccleſiarum, quarum vigore præſtationes, & emolumenta annua eiſdem debentur, & poſt publicationem edicti non manifeſtant, dicuntur conſentire, & participes eſſe uſurpationis: quia tenentur ex officio etiam nullo requirente ea revelare, alias peccant mortaliter *Vidal. de legat. inquiſit. 1. n. 64. P. Felix. Poteſt. in examin. Eccleſiaſt. tom. 1. n. 2547. Navar. manual. confeſſar. cap. 25. n. 53. verſ. tertiò peccat. Lazzar. quæſt. can. ſect. 3. quæſt. 1. n. 5.* cum aliis allegatis *tom. 1. tit. 6. annot. ad form. 15. n. 8.* Et ideò attentâ gravitate culpæ, tàm in Synodo Æſina acta anno 1683. quam in alia Albanenſi ædita anno 1689. in utraque ſub titulo *de Sacram. Pœnit.* inter caſus reſervatos, reponitur = *Legatorum piorum à Notariis ultra menſem dilata revelatio.*

17. *AI QUALI DI RAGIONE SI DEVONO.* Legatum relictum Sacriſtiæ, Valetudinario, vel Eccleſiæ pro cæra, & oleo, Monaſterii bonorum incapaci non dicitur irritum, ſed debet per Syndicum inveſtiri pro adimplenda Teſtatoris voluntate, ut decrevit *Congr.*

*deputata apud Fagnan. in c. nimis prava n.* 52. *de exceſſ. prælat. & Sac. Congr. Epiſcop. in Foroſempronien.* 21. *Auguſti* 1693. imò ſi gravetur hæres illud ſubminiſtrare tenetur *Sac. Congr. Concilii in Faventina* 2. *Martii* 1697.

18. Si verò fiat Virgini ad effectum nubendi, debetur etiam ſi efficiatur Monialis, quia matrimonium Spirituale cum carnali pari paſſu ambulat *Sac. Congr. Epiſc. in Piſauren.* 26. *Auguſti* 1616. *Vivian. de jurep. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 83. & 84. Verùm ſi ſit factum cum conditione ut ſolvatur in manibus mariti pro Dote, nec aliis nec pro alia causâ: vel quod decedente ſine filiis legatum redeat ad hæredes legantis; tunc non poterit dari pro Virgine monacanda, ut reſpondit *Sac. Congr. Concilii in una Baren.* 15. *Septembris* 1668.

19. Et ſi fiat legatum pro conſtructione Eccleſiæ, tunc ſi res legata de ſui naturâ fructifera eſt, aut ex eâ fructus percipi potuiſſent, debet ſolvi, & adimpleri una cum fructibus, ut habetur deciſum in *Compendio privilegiorum Fabricæ Sancti Petri de Urbe* §. 6. *pag.* 36. At ſi fieret ad opus illicitum, non cederet lucro hæredis, ſed ad aliud opus licitum applicari deberet *Ricc. prax. par.* 4. *reſol.* 279. *n.* 3.

20. Legatum item alimentorum præſtandum juxtà præceptum Teſtatoris in Domo tantùm, ſi Legatarius fiat Religioſus, debetur legatum Monaſterio *Vivian. de jurep. d. lib.* 6. *d. cap.* 1. *n.* 86.

21. Item legatum factum perſonæ Eccleſiaſticæ dicitur pium, & cadit ſub privilegiis Fabricæ S. Petri de Urbe juxtà declarationem Congreg. hujus Tribunalis anni 1598. impreſſam *in Compendio privileg. pag.* 31. §. 2.

22. Et hic eſt notandum, quod licet hæres non conficiens Inventarium teneatur de proprio ad ſolutionem legatorum piorum, prout declaravit *ead. Congreg. Fabricæ S. Petri anno* 1598. & patet ex pluries citato *Compend. privileg. pag.* 38 §. 10. attamen quidquid ſit in foro fori, hæres in foro conſcientiæ non tenetur ultra vires hæreditarias quamvis Inventarium non confecerit, ut de communi opinione teſtatur *Rot. coram Coccin. deciſ.* 1462. *n.* 27. ubi firmat, quod cum Eccleſia, & pia loca debeant vivere ſecundum conſcientiam, non debeant exigere legatum ultra vires hæreditarias.

23. Si verò legatum fieret à Marito Uxori ſub conditione *ſi Vidua remaneat, vel quamdiù ſtatum vidualem ſervaverit*; eidem debetur legatum ſi Religionem ingrediatur *Vidal. de legat. inquiſit.* 2. *n.* 35. *quem refert, & ſequitur P. Felix. Poteſt. in examin. Eccleſiaſtic. tom.* 1. *n.* 2564.

14. Item ſi fieret Juvenibus *vacantibus, & dantibus operam ſtudiis legalibus*, deberetur legatum ita conceptum etiam Clerico danti operam ſacris Canonibus: quia ſtudium Sacrorum Canonum dicitur ſtudium legale cum ſit medulla legum, & praxis juris civilis *Menoch. de arbitr. jud. caſ.* 425. *n.* 28. *& ſeqq.* & ita declaravit *S. Congr. Concilii in Romana ſeu Nicoteren. legati* 14. *Febr. &* 30. *Maii* 1699. in qua fuit admiſſus Sacerdos 27. annorum, licet ei opponeretur, quod in d. ætate, non eſſet amplius aptus ſtudiis, allegabatur favore admiſſi *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 54. Quod legatum deberetur etiam diviti, quia relictum pro erudiendis Juvenibus bonis artibus, & ſtudiis, dicitur pium *Abb. conſ.* 63. *n.* 4. & 5. *lib.* 1. *Rot. in Romana pecuniaria* 2. *Decembr.* 1678. §. *inter cætera coram V. Comite, & eſt favorabilior Dote Rot. dec.* 349. *n.* 1. *par.* 14. *rec. Mart. de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 18. *art.* 4. *n.* 43. *& plurib. ſeqq.*

## Decreti conceſſionis Emphyteuſis vigore Brevis.

## FORMULA II.

### SUMMARIUM.

1. *Alienatio bonorum Eccleſiæ debet fieri causâ cognita, & conſtito de utilitate per veras probationes.*
2. *Conceſſio in Emphyteuſim bonorum Eccleſiæ, debet fieri cum inſertione Plantæ.*
3. *Alienatio bonorum Eccleſiæ quando dicatur utilis oſtenditur.*
4. *Inveſtitura facta ad tertiam generationem includit perſonam primi inveſtiti: non tamen ſi in diſpoſitivâ dicatur ad* ejus, *vel* ipſius *tertiam generationem.*
   *Beneplaciti tenor, & non partium preces attenditur.*
5. *Inveſtitura ad tertiam generationem dicitur finita, ſi ultimus de lineâ fiat Religioſus.*
   *Inveſtitura ad tertiam generationem dicitur ex pacto, & providentiâ.*
   *Monaſterium in quo compræhenſus in Inveſtiturâ eſt Religioſus, non poteſt retinere bona Emphyteutica pro commoditate fructuum.*
6. *Emphyteuſis conceſſa ad tertiam generationem non extantibus maſculis, tranſit ad fœminas etiamſi à Statuto excludantur.*
   *Filii illegitimi non ſuccedunt in Emphyteuſi Eccleſiæ, etiamſi reſcripto Principis ſint legitimati.*
7. *Prohibitio alienandi in Emphyteuſi Eccleſiæ, omnem alienationem compræhendit ( vocabulo latiſſimè ſumpto )*
   *Inciſio Arborum, & impoſitio ſervitutis, ſunt ſpecies alienationis.*
   *Emphyteuta deteriorans notabiliter rem Emphyteuticam in proprietate cadit in commiſſum.*
8. *Caducitas incurſa, & non declarata in vita alienantis, aut deteriorantis, quando poſſit declarari contra ſucceſſorem oſtenditur.*

9. Em-

9. *Emphyteuta finitâ lineâ poteſt repetere melioramenta, dummodò non adſit pactum in contrarium.*

10. *Jus congrui, ſeu prothomiſeos repugnat æquitati naturali.*

*Statuta concedentia jus congrui non ſuffragantur, niſi ſint confirmata in formâ ſpecificâ, & non comprahendunt Eccleſiaſticos.*

11. *Eccleſia Domina directa, finitâ lineâ, ſi non vult pro ſe retinere, tenetur de æquitate præferre proximiores agnatos lineæ finitæ.*

12. *Jus congrui, quod competit vigore Statuti, ligat Clericos Coniugatos.*

*Non competit quando res fuit vendita conſorti.*

*Neque quando Vicinus extrajudicialiter interpellatus reſpondit nolle emere.*

13. *Scientia alienationis non ſufficit ad amittendum jus prælationis, quando juxtà diſpoſitionem Statuti, non fuerunt denunciatæ conditiones contractus.*

14. *Jus prælationis in venditione fundi cenſiti competit Domino Cenſus quando vult pro ſe retinere.*

*Non tamen habet hanc prælationem contra illos qui habent jus prælationis à Statuto, vel aliâ Conſtitutione:*

15. *Amortizzatio tunc dicitur fieri, quoties res emphyteutica tranſit in manus mortuas.*

*Quid ſint quindennia, & quid indictio demonſtratur.*

VISIS actis, & Proceſſu deſuper conſtructo, *ex quibus conſtat* alienationem, &
conceſſionem in Emphyteuſim bonorum Eccleſiæ N. loci N. in quantitate
in precibus, *& in Planta producta deſignatorum*, & expreſſorum *cedere in eviden-*
*tem utilitatem* ejusdem, facultate nobis à Sede Apoſtolicâ (ſeù Sac. Congre-
gatione N.) delegatâ, licentiam concedimus N. nomine dictæ Eccleſiæ In-
ſtrumentum publicum Inveſtituræ cum inſertione Plantæ exponendi, & ſti-
pulandi favore N. ejuſque filiorum, & deſcendentium *uſque ad tertiam generationem*, cum obli-
gatione ſolvendi canonem annuatim in ſummâ . . . . *& pacto non alienandi*, non incidendi
arbores frugiferas, neque deteriorandi ſub pœnâ caducitatis, & quod finitâ tertiâ genera-
tione, omnia bona ſub hujuſmodi Emphyteuſi compræhenſa cum juribus, & pertinentiis
ſuis: nec non quibuſvis melioramentis deſuper pro tempore quomodolibet factis, (*quæ hy-*
*pothecari non poſſint*) ad dictam Eccleſiam pleno jure revertantur, abſque eo quod Emphy-
teuta, ejuſque filii hæredes, & ſucceſſores conſanguinei, vel affines, aut alii quicunque
illa retinere, ſeù ſeparare, aut alienare valeant: neque renovationem Emphyteuſis *jure Præ-*
*lationis*, prothomiſeos, *aut amortizzationis*, vel alio titulo prætendere poſſint, & cum aliis
pactis in Emphyteuſi Eccleſiaſticâ à jure volitis, & de conſuetudine apponi ſolitis, & non
alias &c. & ita omni &c.

N. Judex Commiſſarius.

*N. Cancellarius.*

## ADNOTATIONES.

1. *EX QUIBUS CONSTAT*. Per hanc expreſſionem datur intelligi quod alienatio rerum Eccleſiæ reſpicit illius utilitatem, debet fieri ſer. ſer. quamvis in Beneplacito hoc non exprimatur *Rot. dec.* 224. *num.* 11. *&* 12. *par.* 10. *rec.* & quod debet de eâ conſtare per veras probationes cognitione judicariâ: & quod non ſtetur partium, ſeù Exequutoris aſſertioni, alias alienatio non obſtante Beneplacito (niſi detur facultas in eo extrajudicialiter procedendo) nulla eſſet *Rota deciſ.* 36. *per tot. poſt Cenc. de cenſ. deciſ.* 94. *num.* 45. *&* 50. *par.* 7. *& coram Cavaler. dec.* 215. *num.* 4. ubi quod teſtes debent examinari ad inſtantiam Eccleſiæ alienantis, & deponere de utilitate, quæ præcisè adeſt de tempore alienationis *Rota coram eod. Cavaler. dec.* 288. *num.* 5. *deciſ.* 387. *num.* 6. *par.* 16. *& deciſ.* 46. *num.* 11. *par.* 17. *recen.*

2. *ET IN PLANTA PRODUCTA DESIGNATORUM*. Ad evitandas uſurpationes bonorum Eccleſiæ, & rei confinium ac identitatis confuſiones, quæ frequenter lapſu temporis ſolent evenire, cauthela eſt, quod conficiatur Planta, & inſeratur in Inſtrumento conceſſionis, cum vocabuli, menſuræ, & confinium individuali expreſſione, prout non non ſemel injunctum fuiſſe vidi in licentiis alienationum conceſſis per Sac. Congregat. Epiſcoporum, & Regularium.

3. *CEDERE IN EVIDENTEM UTILITATEM.* Evidens utilitas dici poteſt, quod intercedat, cũ creatur cenſus ad quatuor pro centenario, ut extinguatur alius, qui erat ad ſex, vel octo. Secundò, cum venditur ager, ad finem emendi alium uberioris fructus, & viciniorem, pro quo minores expenſæ fiunt. Tertiò, quando alienatur res pro cujus manutentione magnæ fiunt expenſæ, quæ fructus ſuperant, vel abſorbent. Quartò ſi res parum

rum fæcunda, vel Domus ruvinoſa, quæ parvis expenſis reparari, & coli non poſſit, concedatur in emphyteuſim cum pacto, quod finitâ generatione melioramenta cedant Eccleſiæ, & alia quæ ad utilitatis verificationem conducunt adducit *Roſ. de exequt. litter. Apoſtolic. par. 1. cap. 4. à n. 313. uſque ad 328.*

4. *USQUE AD TERTIAM GENERATIONEM*. Inveſtitura facta ad tertiam generationem regulariter includit perſonam primi inveſtiti juxtà veriorem Sententiam quam tenet, & cum *Rot.* ſequitur *Fulgin. de emphyt. tit. de contract. quæſt. 2. a n. 1. cum ſeqq.* Secus autem ſi conceſſio in parte diſpoſitivâ eſſet concepta cum dictione = *Ad ejus, vel ad ipſius* tertiam generationem; nam tunc perſona primi inveſtiti non includeretur *Fulgin. ibid. n. 5. Rot. coram Gregor. dec. 522. n. 1. ubi Add.* dicit hanc eſſe opinionem veriſſimam, & quod ab eâ in judicando non ſit recedendum. Unde exequutor gratiæ ſeù Beneplaciti, *ſi in evidentem*, Decretum primo, vel ſecundo modo concipere debebit, prout mentì concedentis licentiam,& Beneplacitum alienandi congruentius convenire reperiet; nam Beneplaciti tenor, & non partium preces, neque Inſtrumentum in executionem illius celebratum ad hunc effectum attendendum venit *Rot. coram Seraphin. dec. 868. n. 1. & dec. 34. n. 48. par. 12. rec.*

5. Et hic eſt notandum, quod ſi ultimus de linea tertiæ generationis, eſſet Religioſus profeſſus in aliquâ approbatâ Religione, tunc linea diceretur finita, & bona reverterentur ad Eccleſiam, etiam ſi Religio in qua profeſſionem emiſit, eſſet capax retentione bonorum: quia cum agatur de emphyteuſi ad tertiam generationem, quæ dicitur ex pacto, & providentiâ *Rot. dec. 407. n. 4. par. 4. rec.* Monaſterium bona retinere non valet, neque pro ſola commoditate fructuum ad vitam Religioſi, ut de veriori firmavit *Rot. coram Cerro dec. 271. n. 12.* quam ſequitur *Panimoll. dec. 127. n. 7. 8. & 9.* nam mors civilis ad effectum devolutionis (in hac ſpecie emphyteuſis) æquiparatur naturali.

6. Item ſciendum, quod non extantibus maſculis tertiæ generationis, compræhenduntur, & ſuccedunt fæminæ, tùm quia in Emphyteuſi non agitur de conſervandâ agnatione; tùm etiam quia ſub nomine deſcendentium complectuntur etiam fæminæ §. 1. *Auth. de hæred. ab inteſt. venient. Peregrin. de fideic. art. 22. n. 37. & art. 25. n. 8.* & hoc procedit, & habet locum etiamſi fæminæ eſſent excluſæ à ſtatuto, ut latè probat, & nervosè ſubſtinet *Rocc. diſp. 64. per tot. tom. 1.* quod fortius procederet ſi emphyteuſis eſſet tranſitoria ad hæredes, ſub cujus nomine compræhenduntur fæminæ prout maſculi *Rot. coram Buratt. dec. 596. n. 5.* cum aliis cumulatis *à Barb. appellat. 113. n. 31.* Non tamen tranſiret ad filios illegitimos, qui licet non ſint incapaces jure acquirendi, ſunt tamen incapaces, & excluſi jure ſuccedendi in emphyteuſi Eccleſiaſtica, etiamſi reſcripto Principis eſſent legitimati: quia requiritur expreſſa legitimatio habentis poteſtatem ad dicta bona ut probant in terminis *Gratian. diſcept. 218. n. 40. & plurib. ſeqq. Sperell. dec. 73. per tot.*

7. *ET PACTO NON ALIENANDI*. Prohibitio alienationis in emphyteuſi Eccleſiaſticâ omnem alienationem (vocabulo latiſſimè etiam ſumpto) compræhendit, ſive per contractum, ſive per ultimā voluntatē *Rot. d. dec. 271. n. 16. coram Cerro Panimoll. dec. 127. n. 12.* & compræhendit inciſionem Arborum frugiferarum, quæ cum ſit ſpecies alienationis Emphyteuta eas incidendo cadit à jure ſuo *Capon. diſcep. for. 271. n. 20. Panimoll. dec. 78. n. 13. & 14.*, imò conſtitutionem ſervitutis, ſive realis, ſive perſonalis *Barb. appellat. 14. n. 10. Ventrigl. in prax. Annot. 1. §. 2. n. 17. Paſſerin. de ſtat. homin. tom. 1. quæſt. 185. art. 7. n. 303.* ſi verò Emphyteutâ non alienaret; ſed in re emphyteutica malè verſaretur deteriorando illam notabiliter, dolo, vel culpâ caderet in commiſſum, ut probat *Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 94. per tot.* nam cum agat contra naturam contractus poteſt expelli per *text. in Auth. qui rem Cod. de Sacr. Eccleſ. Fulgin. de Emphyt. tit. de var. caduc. quæſt. 2. per tot. ubi num. 35.* dicit quod vera ſit concluſio, dummodò tria copulativè concurrant. Primò, quod deterioratio ſit magna arbitrio Judicis. Secundò quod deterioratio ſit in proprietate reſpectu rei, & non fructuum. Tertiò quod deterioratio proceſſerit, ex dolo, latâ culpâ, vel levi, & concordat *Leo Theſ. for. Eccleſ. par. 4. cap. 1. num. 32. & 33.*

8. Quid autem ſi caducitas ob alienationem, vel magnam deteriorationem incurſa, declarata non fuerit in vita alienantis, vel deteriorantis? an inquam poſſit declarari contra ſucceſſorem *Tondut. quæſt. benef. tom. 2. par. 3. cap. 198. n. 2. Pariſ. de reſign. lib. 6. quæſt. 3. n. 26.* dicunt quod caducitas per authorem incurſa, & eo vivente non declarata, poſſit contra illius ſucceſſores, & bonorum poſſeſſores declarari, & tenuit etiam *Rot. coram Buratt. dec. 617. n. 7 ibique Add. n. 9.* qui huic concluſioni dat tres limitationes. Prima ut non procedat in devolutione ipſo jure incursâ, ut quando adeſt pactum quod Emphyteuta cadat ipſo jure, & facto ſi non ſolvit: quia tunc caducitas poteſt quandocunque declarari etiam contra ſucceſſorem. Secunda, ut non procedat, quando Dominus ignoravit caducitatem per prædeceſſorem Emphyteutam fuiſſe incurſam, quia etiam tunc contra ſucceſſorem agi poſſit. Tertia, ut non procedat concluſio in eâ devolutione, quæ incurritur vigore pacti; Primam, & ſecundam limitationem reaſſumit, & ſequitur *Fulgin. de. Emphyt.*

tit.

*tit. de var. caduc. quæſt.* 8. *per tot.* & approbat *Rot. coram Gregor. dec.* 529. *n.* 17. & 18. ubi *Add. n.* 24. addit aliam, nempè ut non procedat concluſio in devolutione ipſo jure incursâ, quæ vult ut poſſit declarari etiam contra ſucceſſorem: quod tamen non ſequor, niſi in caſu quod alienatio eſſet prorſus ineſcuſabilis juxtà ſententiam *Clari*, & *Corbul.* quos refert *Fulgin. d. quæſt.* 8. *n.* 13.

9. *ET QVÆ HIPOTHECARI NON POSSINT.* Quia Emphyteuta generatione finitâ, de jure communi non perdit melioramenta; ſed poteſt illa repetere *Fulgin. de Emphyt. tit. de melioram. quæſt.* 2. *n.* 1. & *ſeqq. Rocc. diſp. ſelect. cap.* 65. *n.* 33. & 34. *tom.* 1. imò hypotecare, ſuper illis cenſum imponere *Gratian. diſcep.* 43. *n.* 11. *Rocc. d. cap.* 65. *n.* 36. *Rót. coram Merlin. deciſ.* 546. *n.* 21. & *coram Zarat. dec.* 59. *n.* 7. 9. & 13. ideò in decreto conceſſionis apponitur conditio, quod unà cum bonis ad Eccleſiam finitâ lineâ devolantur, & non hypotecentur, in hoc enim pacto propriè verificatur evidens utilitas Eccleſiæ, & ideò ſervandum *Fulgin. d. quæſt.* 2. *n.* 21. *Rocc. d. cap.* 65. *n.* 37. Pactum tamen reverſionis, & acquiſitionis melioramentorum favore Eccleſiæ ex partium conventione, & Sedis Apoſtolicæ approbatione modificari, & reſtringi poterit; dummodò evidens utilitas aliundè habeatur, cum quâ, formula decreti erit regulanda, et varianda.

10. *JURE PRÆLATIONIS.* Quia pleriſque in locis Statuta laicorum dant Vicinis prælationem in venditione, & alienatione bonorum Vicini, quod vocant jus congrui, ſeù prothomiſeos: quod licet ſit nimiæ aſperitatis, & æquitati naturali repugnet, ut dixit *Rot. coram Coccin. dec.* 2229. *à n.* 16. *ad* 20. *incluſive*; & quod hujuſmodi Statuta tanquam exorbitantia, & odioſa non ſuffragentur, niſi reperiantur à Principe confirmata in formâ ſpecificâ ut in individuo firmavit *Rot. coram Merlin. dec.* 740. & *coram Buratt. dec.* 6. *n.* 1. & 8. & ſequitur *Card. de Luc. de ſervit. diſc.* 71. *n.* 10. & *ſeqq.* & quod non comprætendant Clericos, & Eccleſiaſticos, ſive emptores ſint, ſive venditores *Bellett. diſq. cleric. par.* 1. *de exemp. cleric. à Stat. ſæcular.* §. 4. *n.* 41. & 42. *Sperell. dec.* 11. *n.* 11. *Card. de Luc. d. diſc.* 71. *n.* 4. & 5. *Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 1. *rubr.* 55. *n.* 4. & *tribus ſeqq.* adhuc non deſunt qui tenent contrarium, nempè quod jus congrui ſeù retractus vigore Statuti poſſit exerceri ſaltem paſſivè contra perſonas Eccleſiaſticas, ut videre eſt apud *Marant.* (coripheum hujus ſententiæ) *reſp.* 8. *poſt prax. aur.* quem reiiciunt *Sperell.* & *de Luc.* ideò ad cauthelam exprimitur in decreto, quod hoc jure, quatenus bona in alios tranſeant, vel conceſſio renovetur, non poſſint uti.

11. Verum eſt tamen, quod ſi finitâ lineâ tertiæ generationis, nollet Eccleſia pro ſe retinere, (prout poteſt, nec cogitur renovare, niſi bona ſint ad inſtar allodialium, & renovari ſolita *Fulgin. de emphyt. tit. de renov. quæſt.* 1. *num.* 28. & 29. *Caren. reſol.* 4. *num.* 1. & *ſeqq.*) ſed vellet novam inveſtituram facere, teneretur ex æquitate habitâ ratione melioramentorum per prædeceſſores factorum præferre proximiores Agnatos lineæ finitæ *Fulgin. ibi num.* 69. *Card. de Luc. de emphyt. diſc.* 12. *num.* 12. *Rocc. diſp. ſelect.* 63. *n.* 2. *tom.* 1.

12. Cœterum jus congrui, quod competit vigore Statuti ligat Clericos Conjugatos, ut declaravit *Sac. Congregat. Immunit. in Beneventan.* 15. *Maii* 1637. *lib.* 3. *Dec. Paul. pag.* 30. *à tergo*, ; & inter laicos non competit, quando res alienata vendita fuit conſorti, ut probat *Illuſtriſs. Zaul. ad Stat. Favent. lib.* 6. *rubr.* 10. *num.* 48. neque quando Vicinus etiam extrajudicialiter requiſitus, & interpellatus reſpondit nolle emere: nam ſi poſteà pœniteret, remaneret excluſus à retractu, non obſtante quacumque formâ à Statuto traditâ, & non ſervatâ *Magon. dec. Florent.* 40. & *dec.* 118. *per tot. Gratian. diſcept.* 433. *num.* 71. & *ſeqq.* quos ſequitur *Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom.* 5. *var. reſol. cap.* 68. *num.* 56. & ratio ea eſt: quia interpellatio ad formam Statuti facienda reſpicit ſolemnitatem, & non ſubſtantiam actus, qui ad hunc effectum, etiam per ſcientiam extrajudicialem impletur, ut advertit *Gratian. d. diſcept.* 433. *n.* 72. & 93.

13. Quod ſecus dicendum eſſet, quando ſtatutum non ſolum interpellationem fieri mandaret, ſed vellet ulterius, quod Vicino denunciarentur pacta, & conditiones quibus vendenda ſit res: nam tunc ſola ſcientia alienationis ad amittendum jus prælationis non ſufficeret, niſi forma Statuti eſſet ſervata, ut de interpellatione faciendâ Cenſuario vigore Bullæ Pianæ in puncto firmat *Rota coram Celſ. dec.* 163. & *ſeqq.* ubi *num.* 10. quod nec ſufficeret ſi eſſet facta Procuratori.

14. At hic advertendum venit, quod licet Domino Cenſus, vigore dictæ Bullæ Pii V. *Bullar. nov. tom.* 2. *la* 79. *ſub* §. 6. competat jus prælationis in venditione fundi cenſiti, etiamſi venditio ſequatur facto Judicis per ſubhaſtationem juxtà *deciſ. Gregor. la* 193. confirmata *coram Dunozzett. Sen. dec.* 337. *n.* 12. hoc tamen procedit quando vult pro ſe retinere, non autem ſi vellet illud cedere Amico, vel extraneo *Cenc. de cenſ. in addit. ad par.* 2. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 3. *num.* 4. & 5. *pag. mihi* 37. quem ſequitur *Ciarlin. contr. cap.* 121. *num.* 40. & 41. Item quod Cenſuarius retrahens fundum, non poteſt in pretio computare ſortem Cenſus, ſed tenetur integrum pretium deponere *Cenc. de cenſ. par.* 2. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 4. *num.* 15. & *ſeqq. Rota poſt eundem dec.* 159. *num.* 4. *Sabell. in Summ. div. tract. tom.* 5. *reſol.* 36. *num.* 5. Item, quod Dominus Cenſus, non præ-

præfertur in emptione fundi cenſiti Inquilino, Vicino, Conſorti, nec aliis jus prælationis habentibus à Statuto, vel alia Conſtitutione *Gratian. diſcept.* 876. *num.* 2. *&* 3. *Add. ad Buratt. dec.* 937. *num.* 23. *Rota coram Merlino dec.* 386. *num.* 15. *cum ſeqq.*

15. *AUT AMORTIZZATIONIS*. Tunc dicitur fieri amortizzatio quoties bona Emphyteutica conſentiente Domino directo, remanent penes manus mortuas, ſolutis quindenniis, aut datâ indemnitatis compenſatione, ſecundum regionis morem ad tradita per *Tondut. quæſt. beneſ. tom.* 1. *par.* 1. *cap.* 46. *num.* 4. *Card. de Luca de emphyt. diſc.* 28. *num.* 7. *Panimoll. deciſ.* 4. *num.* 32. *&* 33. *Capon. diſc.* 376. *num.* 19. *Rota coram Coccin. dec.* 1357. *num.* 15. & paſſim alibi. Quindennium autem nil aliud eſt, quam ſolutio laudemii ſingulis quindecim annis; & hoc introductum fuit ad reddendam Eccleſiam capacem bonorum Emphyteuticorum; & ad reddendum indemnem Dominum directum, nè amitteret ſpem laudemiorum. Hoc autem genus quindenniorum, parum differt à ſolutione quindennniali, quæ fit Cancellariæ Apoſtolicæ vigore Conſtit. Apoſtolicarum innovatarum à Clemente X. *Conſtit.* 50. *Bullar. nov. tom.* 6. pro Beneficiis unitis, cum enim per unionem amplius non vacent, nè Annatiſtæ priventur jure Suarum Annatarum, ſuper veriſimili ſuppoſito, quod illorum vacatio, & annatæ ſolutio contingere poſſit ſingulis quindecim annis, reiteratur illius ſolutio de quindennio in quindennium, ut ad ornatum dixit *Rot. coram Cerr. deciſ.* 2. *num.* 13. *&* 14. Suntque ad inſtar *indictionum*, quas Cæſar Auguſtus ſubrogavit Olimpiadibus, ita dictæ ab indicendo, cum enim Romani omnibus gentibus imperarent, omnibus tributa indixerunt, & quæ eis trino luſtro digeſta ſolvebantur, primo luſtro aureum; ſecundo argentum, tertio æs exolvere Collectores perurgebant, & quanto luſtro rurſus à principio repetebatur: & ſic junctis tribus quinquenniis, quindecim annorum indictiones ſingulæ inſtitutæ ſunt, ut obſervat *Pithæus in Codic. lib.* 1. *tit.* 12. *de his qui ad Eccleſ. &c. ad Edict. Reg. poſt leg.* 4. *ab eod. relat.*

## Decreti renovationis Emphyteuſis.

### *FORMULA III.*

### SUMMARIUM.

1. *Res Eccleſiæ dicitur alienari ſolita quando præceſſit una conceſſio Solemnis, vel duæ effectum ſortitæ per ſpatium* 40. *annorum, vel ubi bona redacta ſunt ad inſtar allodialium.*
2. *Bona emphyteutica devoluta Eccleſiæ ob non ſolutum canonem, poſſunt inveſtiri etiam extraneis.*
   *Bona Eccleſiæ, renovari ſolita devoluta, incorporata menſæ Eccleſiæ non poſſunt denuò inveſtiri ſine Beneplacito Apoſtolico.*
3. *In emphyteuſi hæreditaria, proximiores ſunt reinveſtiendi, quando non adeſt hæres ultimi inveſtiti.*
4. *Laudemium debetur Domino directo ab emptore ad rationem duorum ſcutorum pro centenario.*
   *Laudemium debetur etiam ſi fiat alienatio cum pacto redimendi.*
   *Item ſi res emphyteutica transferatur vigore legati, aut Donationis.*
5. *Eccleſia Domina directa, non poteſt ( concedendo renovationem ), primam Inveſtituram alterare in ſubſtantialibus ſine beneplacito Apoſtolico.*

VISIS precibus, & attentis narratis; conſtitoque nobis, quod bona in illis expræſſa, licet de directo Domino Eccleſiæ N. exiſtant, ſolent *de Conſuetudine* ( ſive ex conceſſione Apoſtolica, ſive Concordia ) lineâ finitâ, denuò Agnatis proximioribus, ac etiam ſucceſſoribus non Agnatis concedi, & reinveſtiri: ideò *ſoluto ſolito laudemio*, ac reſervato canone: nec non expreſſis eorundem bonorum hodiernis finibus, licentiam, & facultatem concedimus N. exponenti, & ſtipulandi Inſtrumentum renovationis Emphiteuſis favore N. ejuſque filiorum, & deſcendentium *ad formam præcedentium Inveſtiturarum*, & non alias &c. omni &c.

N. Epiſcopus N.

*N. Cancellarius.*

## ADNOTATIONES.

1. *DE CONSUETUDINE*. Res Eccleſiæ dicitur ſolita locari, & in Emphyteuſim Dari quando præceſſit, aut unica conceſſio ſolemnis, & valida abſque alio lapſu temporis, aut duæ conceſſiones minus ſolemnes effectum ſortitæ per ſpatium quadraginta annorum, ut plu-

ut pluries firmavit *Rot. & præſertim coram Arguell. dec.* 118. *n.* 4. *&* 5. *& coram Bich. dec.* 383. *n.* 52. ubi aliæ deciſ. allegantur: vel ubi bona Emphyteutica ſunt redacta ad inſtar bonorum allodalium, & tranſeunt ad hæredes etiam extraneos, in quibus finitâ lineâ tenetur Eccleſia Inveſtituras renovare favore proximiorum, nec valet pro ſe retinere, prout contingit in toto Statu Urbini, Romandiolæ, Abbatiæ Farfen. Diœceſi Æſina, & frequenter alibi, & de his locis *Cardinalis de Luc. de Emphyt. diſc.* 5. 6. 7. *&* 62. *Rot. coram Celſo dec.* 192. *& dec.* 232. *& coram Bichio dec.* 57. *dec.* 377. *par.* 14. *rec. & in Æſina immiſſionis 26. Junii* 1682. *coram Paulutio confirmata* 5. *Julii* 1683. *coram Urſino.*

2. Verùm etiam in his locis, ſi bona Emphyteutica devolverentur ob canonem non ſolutum, poſſet declaratâ caducitate, Eccleſia Domina directa quemlibet aliam perſonam inveſtire, quia conſuetudo, ſive Statutum renovandi intelligitur de devolutione ob lineam finitam, non autem ſi Emphyteuta cadat in commiſſum *Rot. dec.* 218. *n.* 7. *& ſeqq. par.* 16. *rec.* quæ deciſio loquitur in terminis Indulti Urbani VIII. pro Statu Urbini *& in Nullius ſeù Senogallien. bonorum* 13. *Junii* 1695. §. *minus adverſatur coram Muto.* Aut ſi bona renovari ſolita, jam eſſent devoluta, & incorporata menſæ Eccleſiæ, tunc enim non poſſet fieri nova Inveſtitura niſi obtento Beneplacito Apoſtolico, *Ricc. prax. par.* 1. *reſol.* 76. *n.* 8. ubi declarat quando ad hunc effectum res menſæ incorporata dicatur, nempè ſi Prælatus eam deſcribi fecerit inter alia bona menſæ, vel fructus inde perceperit.

3. Item advertendum, quod licet ex conſuetudine, ſtatuto, vel concordiâ, renovationes talium bonorum fieri debeant proximioribus agnatis: hoc intelligitur quoties ultimus inveſtitus decederet nullâ factâ diſpoſitione, quo caſu ad excluſionem Domini directi proximior eſſet inveſtiendus: ſecus autem ſi adſit hæredis inſtitutio; quia tunc hic quamvis extraneus, præfertur proximiori, ut in puncto firmavit *Rot. coram Cavallerino in Æſina* 14. *Martii* 1692. §. *quandoquidem*: ea fundamentali ratione, quod quando Emphyteuſis eſt hæreditaria, & bona redacta ſunt ad inſtar allodialium, compræhendatur ſub univerſali hæredis inſtitutione.

4. *SOLUTO SOLITO LAUDEMIO.* Laudemium regulariter, & de jure debetur Domino directo ab emptore ad rationem duorum ſcutorum pro centenario *l. fin. Cod. de jur. emphyt.* ibique DD. At quia conſuetudine, ſtatuto, vel pacto minui, & augeri poteſt ut dicit *Fulgin. de emphyt. tit. de laud. quæſt.* 1. *n.* 5. ideò dicitur in formula quod ſolvatur ſolitum laudemium. Solvi autem debet laudemium non ſolum quando fit renovatio propter lineam finitam; ſed etiam quando res emphyteutica tranſit in extraneum, vel aliam Eccleſiam rigore contractus etiam cum pacto redimendi, *Niger. de laudem. par.* 2. *quæſt.* 5. *art.* 1. *n.* 24. aut legati, aut donationis *Fulgin. ubi ſupra quæſt.* 6. *n.* 2. *Panimoll. dec.* 4. *n.* 13. 26. *&* 27. *Rot. coram Coccin. dec.* 2314. *n.* 1. dummodò legatarius, vel donatarius non ſit de compræhenſis in Inveſtiturà, quia dum alienatio fit inter compræhenſos laudemium non debetur *Fulgin. ubi ſupra quæſt.* 5. *per tot.* ubi dat limitationes.

5. *AD FORMAM PRÆCEDENTIUM INVESTITURARUM.* Per hanc clauſulam datur intelligi quod Eccleſia, quæ concedit renovationem, non poteſt primam Inveſtituram in ſubſtantialibus ſine Beneplacito Apoſtolico alterare, putà de gentilitia, ſeù expacto, & providentiâ in hæreditariam, vel de tertia ad quartam generationem concedere *Redoan. de reb. Eccleſ non alien. quæſt.* 61. *n.* 5. *Rot. dec.* 165. *n.* 10. *par.* 10. *rec. & coram Coccin. dec.* 2264. *à n.* 45. & hoc procedit non ſolum in præjudicium ſui ipſius, ſed neque in Inveſtitura compræhenſorum, quando eſt ex pacto, & providentiâ, & acquiſita titulo lucrativo, putà per ſolutionem canonis mediocris ſummæ, & cum promiſſione meliorandi, tunc enim primus acquirens non poteſt præjudicium inferre vocatis *Mariſcott. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 74. *n.* 3. *Rot. coram Cocc. dec.* 1543. *n.* 3. *& dec.* 55. *n.* 19. *par.* 10. *rec.*

## Decreti permiſſionis alienationis vigore Beneplaciti Apoſtolici

## *FORMULA IV.*

### SUMMARIUM.

1. *Beneplacitum Apoſtolicum pro alienatione bonorum Eccleſiæ ſemper continet clauſulas conditionales verificandas causâ cognitâ.*
   *Clauſula* = ſi cauſa per te diligenter cognita, *contenta in Brevi in formâ Significavit, non eſt verificanda judicialiter, ſed per ſolum juramentum impetrantis.*
2. *Beneplacitum Apoſtolicum poteſt præcedere, & ſubſequi contractum alienationis, dummodò non tradatur poſſeſſio.*
   *Alienans bona Eccleſiæ cum clauſula* = Salvo Beneplacito Apoſtolico, nec alias aliter &c. *non excuſatur ab incurſu pœnarum.*
3. *Alienans bona Eccleſiæ per Procuratorem, non incurrit pœnas Extravag. Ambitioſæ, ſi tradatur poſſeſſio ante impetrationem Beneplaciti.*
4. *Pœnæ Extravag. Ambitioſæ ſunt in viridi obſervantia, & allegantur Decreta, & numer.* 5. 6. *&* 7.

8. *In materia incurſus cenſurarum in alienatione bonorum Eccleſiæ ſequenda eſt opinio Sac. Congregationum.*

*Bona fides ſincera, vel ignorantia facti probabilis excuſat alienantes ab incurſu cenſurarum.*

9. *Confeſſarius non poteſt abſolvere à cenſuris incurſis ob alienationem bonorum Eccleſiæ.*

*Cenſuræ latæ à jure, vel ab homine Papæ non reſervatæ, Epiſcopo reſervatæ cenſentur.*

10. *Cenſuræ latæ contra alienantes bona Eccleſiæ ſunt ex praxi reſervatæ.*

*Alienantes bona Eccleſiæ ſine Beneplacito, cenſuras à Concilio Trident. inflictas incurrunt, & num. 11.*

12. *Beneplacitum Apoſtolicum exigitur pro ſolvendo ære alieno illius, qui bona Eccleſiæ reliquit.*

*Compromiſſum de rebus Eccleſiæ fieri non poteſt ſine Beneplacito.*

*Compromiſſum de re ſpirituali non fit in laicum.*

13. *Extravagans Ambitioſæ eſt ubique ſervanda, nec allegari poteſt, non uſus, & num. 14.*

15. *Beneplacitum Apoſtolicum ex lapſu temporis non præſumitur interveniſſe, niſi agatur de contractu Eccleſiis favorabili.*

*Beneplaciti præſumptio ceſſat ubi ex inſpectione Inſtrumenti apparet ſolemnitates non fuiſſe ſervatas.*

16. *Regulares alienantes, ſeu hypotecantes bona Monaſterii abſque Beneplacito, pœnas in Decreto Urbani VIII. contentas ipſo facto incurrunt.*

17. *Regulares non poſſunt retinere Aromatarium, niſi pro uſu Religioſorum.*

18. *Regularis promotus ad Epiſcopatum recuperat jus ſuccedendi in bonis Agnatorum favore ſuæ Cathedræ, & num. 19.*

20. *Religioſus egrediens à Religione facto Papæ, non recuperat bona tertio jam quæſita.*

21. *Aſſertio Judicis acta vidiſſe probat productionem, non autem Notarii.*

22. *Beneplacitum ſubreptitiè obtentum nihil prodeſt, & exequi non debet.*

*Adagium, quod Papa cenſeatur habere omnia jura in ſcrinio pectoris, quomodò intelligatur.*

23. *Beneplacitum eſt ſubreptitium ſi bona ſunt litigioſa, & non fuit facta mentio de lite.*

*Item ſi Teſtator reliquit bona Eccleſiæ cum prohibitione alienationis, & nihil de hoc fuit Papæ narratum.*

*Clauſula* quorum tenores *nihil operatur in his, quæ ſunt facti.*

*Scientia Papæ præſumpta non ſufficit, ubi requiritur vera.*

VISIS juribus, & teſtium depoſitionibus formiter inductorum, ex quibus conſtat alienationem bonorum Eccleſiæ N. loci N. in *Beneplacito Apoſtolico* (ſive licentia Sac. Congregationis) nobis exhibito, *& in actis producto* contentorum cedere in evidentem utilitatem d. Eccleſiæ, cauſaſque in precibus S. Sedi expreſſas *veritati niti*, & coram Nobis verificatas eſſe, ideò vigore facultatis in eodem Beneplacito tributæ, dicimus, & declaramus eſſe locum alienationi petitæ, & licuiſſe, & licere N. d. Eccleſiæ Rectori bona in Actis ſpecificata, alienare, & diſtrahere pro pretio ſcutorum . . . ad effectum tamen pretium præfatum retrahendum integrè reinveſtiendi (ſive convertendi, ſive deponendi &c.) in . . . . juxtà formam præſcriptam in d. Beneplacito, & non alias, de cujus adimplemento infra . . . . d. Rector in actis noſtræ Curiæ conſtare faciet ſub pœnis arbitrio, ac etiam cenſurarum, & ita licentiam alienandi concedimus omni &c. Datum.

Ita pronunciavi Ego N. Vic. Gen. Judex Commiſſarius.

*Latum, & publicatum fuit ſupradictum Decretum per d. N. in . . . die . . . anno . . . . præſentibus N. N. & N. N. teſtibus &c.*

N. Cancellarius.

## ADNOTATIONES

1. *IN BENEPLACITO APOSTOLICO*. Beneplacitum Apoſtolicum ſuper alienatione bonorum Eccleſiarum, & locorum Piorum Eccleſiaſticorum, ſive expediatur per Datariam, ſive à Congregationibus Concilii, & Epiſcoporum, & Regularium, habet regulariter in ventre clauſulas, quæ reddunt gratiam conditionalem, & quæ non niſi cauſâ cognitâ verificandæ ſunt; cum inducant formam per Exequutorem præcisè ſervandam, ut dixit *Rota coram Dunozz. Sen. dec.* 52. *num.* 2. *& coram Jun. dec.* 731. *num.* 49. in quibus deciſionibus firmatur, quod executores Beneplaciti nulliter geſſerant propter neglectam clauſulam = *ac bonis prædictis prius coram vobis ſpecificatis* (Quid quid ſit de executione Brevis expediri

pediri ſoliti pro rebus deperditis in formã *ſignificavit*, in quo continetur clauſula = *ſi cauſa per te diligenter cognita &c.* nam non eſt neceſſe, quod examinentur teſtes, ſed ſufficit, quod impetrans juret Capitula in monitorio contenta eſſe vera, ut reſpondit *Congregat. Epiſcoporum in Firmana* 17. *Januarii* 1594.)

2. Beneplacitum poteſt præcedere, & etiam ſubſequi contractum alienationis, dummodò non tradatur poſſeſſio juxtà *Conſil.* 1. *Navar. de reb. Eccleſ. alien.*, *vel non*, & de ſtylo Curiæ teſtatur *Corrad. prax. diſput. lib.* 9. *cap.* 6. *num.* 18. Si enim ante impetratum Beneplacitum traderetur emptori poſſeſſio, alienans, pœnas Paulinæ Conſtitutionis non evaderet; etiamſi poſſeſſio eſſet data cum clauſula reſervationis Beneplaciti, ſeù cum conditione = *Salvo Beneplacito Apoſtolico, nec alias aliter, nec alio modo*, *Genuen. prax. Cur. Archiep. Neap. cap.* 50. *Donat. prax. rer. regular. tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 14. *qu.* 25. *num.* 5. niſi fortè bona fides, aut ignorantia probabilis illum excuſaret ad tradita per *Quarant. in ſumm. Bullar. verb. alienatio num.* 50. quem omnes ſequuntur, ubi plures cauſas excuſationis ab incurſu pœnarum d. Extravag. adducit *Corrad. prax. diſp. lib.* 9. *cap.* 6. *num.* 17. *Panimoll. dec.* 54. *num.* 13. *&* 14. *Sac. Congregat. Concilii in Tarentina* 9. *Aprilis* 1701. in qua cum adeſſet abuſus locandi Capitularibus ad vitam bonã Eccleſiæ abſque Beneplacito Apoſtolico, & quæreretur ân locationes ſubſtinerentur, & an incidiſſent in pœnas Extravag. ambitioſæ: reſponſum fuit *ad utrumque negativè*.

3. Sicuti pœnam dictæ Extravagantis alienans non incurreret, quando alienatio eſſet facta per Procuratorem cum reſervationẽ Beneplaciti, qui tradidiſſet ante illius impetrationem, poſſeſſionem: quia mandatum, non cenſetur datum ad delinquendum, nec ad illicita, nec ad obligandum Dominum ad pœnam *Sebaſt. Medic. de regul. jur. par.* 1. *regul.* 1. *n.* 65. *&* 94. & in terminis alienationis bonorum Eccleſiæ *Ricc. in prax. par.* 1. *reſol.* 44. *n.* 2. *&* 3.

4. Et hic lectorem moneo, quod nonnulli DD. aſſerunt pœnas extrinſecas excommunicationis inflictas contra alienantes in *Extravag. ambitioſæ*, non eſſe uſu receptas, neque locum habere in locatione bonorum ultrà triennium facta, & hujus ſequelæ ſunt *Barb. offic. Epiſc. alleg.* 50. *n.* 235. *& alleg.* 95. *n.* 49. *Pirhing. in jus can. lib.* 3. *tit.* 13. *n.* 56. & alii apud ipſos: quod tamen erroneum puto; cum praxis Sac. Congregationum totum oppoſitum quotidie doceat, ut mox patebit; etenim Congr. Concilii in una *Florentina* pluries, partibus informantibus, propoſita nempè 7. *Junii &* 20. *Septembr.* 1692. *&* 18. *Aprilis* 1693. declaravit Cappellanum qui ad vitam locaverat bona Cappellaniæ, incurriſſe Cenſuras d. Paulinæ.

5. In alia *Segnien.* propoſita 15. *Martii* 1692. contra Provincialem N. qui calices, & patenam Eccleſiæ antiquatàs, & uſu quotidiano amplius non accomodas ſinè beneplacito alienaverat, incidiſſe in pœnas d: Extravag. & Sac. Canonum declaravit, quod pro abſolutione eſſet ſuplicandum SS. non obſtante, quod Provincialis allegaret licentiam, & approbationem Capituli generalis.

6. Decretis Congreg. Concilii famulantur declarationes Congr. Epiſcop. & Regular. Nam in una *Beneventana* 15. *Januarii* 1619. propoſita, quod Canonici Collegiatæ Eccleſiæ Beneventanæ bona ſtabilia alienaſſent ſinè beneplacito fuit reſcriptum = *Illuſtriſſimi Sac. Congr. Patres Archiepiſcopo qui annullet Contractus, & Canonicos qui alienarunt in pœnas Paulinæ incidiſſe declaret, neque Sede Apoſtolicâ vel Sac. Congreg. inconſultâ abſolvat ſcribi mandarunt*.

7. Et in alia *Tropien.* in qua Abbas Ord. Ciſtercien. cum licentia Diffinitorii alienaverat vigore *c. terrulas* diverſa Prædiola cum utilitate Monaſterii; propoſito dubio an eſſet incurſus in Cenſuras *Paulinæ*, *die* 11. *Januarii* 1692. reſcriptum fuit = *Detur facultas Archiepiſcopo S. Severinæ abſolvendi, & confirmandi contractus, quatenus ſint utiles*.

8. Ex quibus bene deducitur, quod iñ hac materia incurſus cenſurarum ob alienationem factam ſine Beneplacito Apoſtolico, non ſit procedendum cum ſententia Doctorum forenſium, qui innixi in verbo *præſumpſerit*, in Bulla Paulina contento opinantur, quod pœna iſta non incurratur, niſi dolus, & temeritas, (quæ delictum redoleat,) concurreret, à quo quælibet cauſa excuſet, inter quos adeſt *de Luc. de alien. diſc.* 1. *num.* 99. *& diſc.* 51. *num.* 3. *Paſſerin. de ſtat. homin. tom.* 1. *quæſt.* 185. *art.* 7. *num.* 669. & alii plures: ſed ſequenda ſit opinio tuta dd. Congregationum) ad quas pertinet interpretatio d. Conſtitutionis,) quæ excuſat alienantes ab incurſu cenſurarum, quoties adeſt bona fides ſincera, vel ignorantia facti probabilis, vel etiam juris in perſonis non ita peritis, ut ſapide tradit *Ricc. in prax. par.* 1. *reſol.* 132. *& Nicol. lucubr. civil. lib.* 2. *tit.* 1. *de rer. diviſ. num.* 29. *verſ. ult.*

9. Item infertur, quod non ſit verum (vel ſaltem valde dubium) aſſertum *Donati prax. rer. regular. tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 14. *quæſt.* 92. nempè, quod cum Excommunicatio *Paulinæ* non ſit reſervata, poſſit à quocunque Confeſſario abſolvi: niſi ad excuſandum hunc Authorem dicere velimus, quod firmarẽ voluerit, Confeſſarium ad hoc ab Epiſcopo approbatum abſolvere poſſe, ex illa communi, & recepta Sententia, quod Cenſuræ a jure, & Conſtitutionibus Apoſtolicis latæ, ſi ſibi Papa non reſervavit, Epiſcopo reſervatæ cenſeatur de qua apud *Sayr. de cenſur. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 2. *& in ſpecie de hac cenſura*

*Bellett. diſq. cleric. par. 2. tit. de pœn. cler.* §. 35. *n.* 15.

10. Cæterum cum quotidie à Sac. Congr. committatur Epiſcopis abſolutio talis excommunicationis incurſæ ob alienationes bonorum Eccleſiæ; evidens ſit, quod ſaltem ex praxi, de qua teſtatur(præter allegata Decreta) *Piaſec. prax. Epiſcop. par.* 2. *c.* 5. *art. ult. de bon. menſ. Epiſcop.* ſit ſervata, & quod Confeſſarii in illius abſolutione ſe ingerere non debeant: quia ſecundum opinionem plurium DD. alienantes ſine Beneplacito non tantum pœnas *Extravag. ambitioſæ*; ſed etiam cenſuram Papæ reſervatam *in c.* 11. *ſeſſ.* 22. *Concil. Trident. de refor.* incurrunt *Leo in Theſ. for. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 15. *n.* 53. *Gallemart. collect. in Concil. Trident. dict. cap.* 11. *qui ibid. n.* 2. hæc habet = *Et qui bona Eccleſiarum abſque Sanctæ Sedis Apoſtolicæ impetrato aſſenſu poſt publicationem Concilii in perpetuum ſcienter aut annuo cenſu locaverunt, conduxerunt, permutarunt, aut alias alienaverunt, & alienata receperunt; ſubjacent pœnis præſentis decreti.*

11. Et licet alii, quos citat *Ventrigl. in prax. par.* 1. *annot.* 1. §. 4. *n.* 14. teneant contrarium; nihilominus Sac. Congr. Concilii pluries amplexa eſt primam ſententiam, ut refert *Leo loco mox citato, & in una Neapolitana* 24. *Januar.* 1632. ſic reſpondit = *Sac. &c. Dubio maturè diſcuſſo cenſuit permutationem inter duas Eccleſias abſque ſolemnitatibus factam, effectuatam minimè ſubſtineri, & Rectores ipſarum Eccleſiarum incidiſſe in pœnas cap.* 11. *ſeſſ.* 22. *de refor. & Extravag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. contentas, ſed agendum cum Sanctiſſimo pro abſolutione, & diſpenſatione ab irregularitate ſi quam contraxerunt, lib.* 14. *dec. pag.* 564.

12. Exigitur autem Apoſtolicum, Beneplacitū, non ſolum quando alienatio bonorum fit pro ſola utilitate, & commoditate Eccleſiæ; ſed etiam quando fit pro ſolvendo ære alieno illius qui bona, & hæreditatem reliquit, quoties fuerint Eccleſiæ vel loco Pio incorporata, ut reſpondit ead. Congr. *in Salutiarum* 20. *Septembris* 1642. *lib.* 17. *dec. pag.* 103. Item de rebus Eccleſiæ compromiſſum fieri non poteſt ſine Superioris aſſenſu, & beneplacito: qui enim non poteſt alienare, neque compromittere poteſt *Tuſch. lit. C. concl.* 501. *n.* 34. cum aliis apud *Barb. appellat.* 14. *n.* 17. & ſi agatur de re ſpirituali, compromiſſum non poteſt fieri in laicum *c. contingit de arbitr.* ibique Canoniſtæ communiter cum *Fagnan.*

13. Neque ab impetratione Beneplaciti excuſat non uſus Conſtitutionis *Ambitioſæ*; quia non uſus non eſt allegabilis: cum ubique præſumatur recepta tàm in noſtra Italia, quàm extrà *Genuen. prax. cap* 72. *ſecundum impreſſ. Neap.* 1602. *Ciarlin. contr.* 105. *n.* 111. & 112. *Ventrigl. prax. par.* 1. *annot.* 1. §. 4. *n.* 19. *Pignatell. conſult.* 126. *n.* 4. *tom.* 9. *& declaravit Congr. Concilii in Vladiſlavien.* 1. *Julii* 1647. cum enim Epiſcopus renueret renovare ſeù prorogare conceſſiones bonorum Eccleſiæ factas ad 50: annos à ſuis Prædeceſſoribus, & partes opponerent, quod *Extravagans Ambitioſæ* non eſſet uſu recepta in illis partibus, & ipſe quæreret an poſſet id facere abſque beneplacito? *non uſum d. Conſtitutionis allegabilem non eſſe, & abſque Beneplacito alienationes fieri non licere* reſpondit, *lib.* 18. *dec. pag.* 335.

14. Et in alia *Mediolanen.* 13. *Nov.* 1655. *Cenſuit bona Eccleſiarum, & piorum locorum non poſſe alienari, nec concedi ſola aucthoritate Archiepiſcopi, ſed omninò requiri Beneplacitum Apoſtolicum ad præſcriptum Conſtitutionis Paulinæ non obſtante prætenſo allegato non uſu, ſeù conſuetudine, & die* 20. *ejuſd. factâ relatione SSmo approbavit lib.* 19. *Dec. pag.* 535.

15. Neque juvat (niſi exhibeatur expreſſum) allegare præſumptum ex curſu temporis quia hoc ſubſtulit Conſtitutio Urbani VIII. *in Bullar. tom* 5. in ordine *la* 270. *pag.* 383. in qua præſervatur ſola centenaria, & immemorabilis concurrentibus requiſitis *Rot. coram Cerro dec.* 673. *n.* 12. *Corrad. prax. diſp. lib.* 9. *cap.* 6. *n.* 17. *verſ. at vero Add. ad Pamphyl. dec.* 153. *poſt. n.* 14. Verùm quia hujuſmodi Conſtitutio emanavit ad providendum præjudiciis Eccleſiarum: ſi ageretur de Contractu eis utili, & favorabili, tunc adhùc locum habere poterit doctrina communis, ut ſcilicet Beneplacitum præſumatur interfuiſſe per lapſum temporis 40. vel 30. annorum junctâ obſervantiâ contractus ſinè contradictione, ut tenet *Paſſerin. de ſtat. hom. tom.* 1. *quæſt.* 185. *art.* 7. *n.* 613. vel ſi ageretur de contractu inito inter Eccleſiam, & Eccleſiam: nam etiam tali caſu Beneplacitum Apoſtolicum præſumitur interveniſſe ſpatio 30. annorum cum obſervantiâ ſubſequutâ, ut in puncto d. Conſtitutionis Urbani reſpondit *Rot. coram Dunoz. Jun. dec.* 713. *n.* 6. & 10. dummodò tamen ex productione, & facie inſtrumenti non appareat non fuiſſe ſolemnitates ſervatas: nam præſumptio quæ oritur ex antiquitate temporis, quod ſcilicet fuerint adhibitæ ſolemnitates, ceſſat ubi ex inſpectione Inſtrumenti apparet ſervatas non fuiſſe, vel alius inſubſiſtens titulus fuit productus, *Rot. coram Pamphyl. dec.* 153. *n.* 7. *ibique Add. n.* 14. & 15. *Donat. prax. rer. regular. tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 14. *quæſt.* 29. *n.* 2. *Rot. coram. Buratt. dec.* 120. *n.* 41.

16. Regulares verò, qui res mobiles pretioſas, & immobiles alienant, locant, vel diſtrahunt, Cenſus, & hypothecas conſtituunt abſque beneplacito Sac. Congr. Concilii præter pœnas *Extravag. ambitioſæ*, alias privationis Officiorum, inhabilitatis ad illa, vocis activæ, & paſſivæ ipſo facto incurrunt juxtà Decretum generale Urbani VIII. anno 1624. emanatum, & quod per extenſum referunt *Piaſec. prax. Epiſc. par.* 2. *cap.* 5. *art. ultimo de bon. menſ. Epiſc. poſt. n.* 37. *Donat. ubi ſupra d. tract.*

*tract.* 14. *quæſt.* 2. *poſt. n.* 5. abſque alia ſententia declaratoria, ùt reſpondit *Congr. Concilii in Romana pro Ciſtercienſibus* 1. *Septembr.* 1657. in qua propoſitis dubiis.

I. *An Abbates qui præſunt Monaſteriis ære alieno Cenſuario nomine gravatis, teneantur dictos Cenſus redimere, quamvis tempore anteceſſorum factos?*

II. *Quatenus teneantur, an negligentes incidant in pœnas contentas in Decreto de rebus Regular. non alienand.?*

III. *An ad effectum incidendi in eas opus ſit præcedenti declaratione?*

IV. *An Superioribus Regularibus liceat mutuo pecunias accipere abſque Monachorum conſenſu capitulariter requiſito?*

*Die* 26. *Martii* 1689. confirmando decretum anno 1657. latum, reſpondit.

*Ad I. teneri.*

*Ad II. incidere.*

*Ad III. ad effectum eos incurrendi non requiri declarationem.*

*Ad IV. non poſſe lib.* 21. *dec. fol.* 56.

17. Et hinc neque poſſunt ſub iiſdem pœnis exercere artem venalem Aromatariæ præterquam pro uſu Religioſorum: nec pharmaca cuique vendere, etiam prætextu amicitiæ, ſeu familiaritatis, exceptis Theriacâ, Hiacinto, & aliis vulgò nuncupatis Chimicis, non obſtantibus privilegiis Ordinum Regularium cujuſlibet inſtituti etiam Societatis Jeſu, quibus Congregat. Concilii aucthoritate Papæ expreſsè derogavit in Decreto edito anno 1637. & poſteà confirmato 2. Septembris & 16. Decembris in Conciſtorio 1647. *lib.* 18. *Dec. pag.* 405. quia eſt negotiatio illicita, & Eccleſiaſticis perſonis prohibita, ut non minus ſolidè, quàm eruditè probat *Theophil. Rainaudus Soc. Jeſ. in Opuſculo de Religioſo Negotiatore ead. Sac. Congreg. in Camerinen.* 28. *Februarii* 1693. *ad tertium*.

18. Regulares autem qui promoventur ad Epiſcopatum non acquirunt amplius Religioni, ſed propriæ Eccleſiæ: undè licet Votum paupertatis ſubſtantialiter retineant; Non dicuntur eorum bona alienata in prejudicium Monaſterii cujus fuerunt filii, ſed menſæ: ideòque jus quod per talem promotionem recuperant ſuccedendi in bonis Agnatorum delatis poſt aſſumptionem, non pertinet ad Monaſterium, ſed ad Cathedram, ut reſpondit *Congregat. Concilii in Neapolitana* 3. *Decembris* 1639. in qua cum quæreretur.

I. *An Regularis profeſſus incapax bonorum, ad Epiſcopatum aſſumptus recuperet jus ſuccedendi quoad hæreditatem poſt aſſumptum Epiſcopatum ſibi delatam?*

II. *An eidem obſtet ceſſio, & renunciatio hujuſmodi hæreditatis facta ad favorem fratris ad præſcriptum Sac. Concil. Trident. cap.* 16. *ſeſſ.* 25. *de Regular.?*

Sub d. die reſolutio prodiit.

*Ad I. recuperare jus ſuccedendi ad hæreditates poſt adeptum Epiſcopatum ad utilitatem ſuæ Eccleſiæ ſibi delatas, quoad proprietatem, & ad proprium commodum quoad uſumfructum.*

*Ad II. eidem non obſtare ſupradictam ceſſionem, & renunciationem, quoad hæreditates, quæ non ſint alteri ante adeptum Epiſcopatum acquiſitas.*

19. Et hanc opinionem tanquam veriorem tuentur, & ſequuntur *Lauret. de Franc. contr. par.* 2. *quæſt.* 118. *per tot. & ibi Paſqualig. Barboſ. de jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 243. *Paſſerin. de ſtat. hom. tom.* 1. *quæſt.* 185. *artic.* 8. *num.* 206. ubi alia Decreta ejuſdem Congr. refert; qui poſt longam diſſertationem ſuper veritate, legalitate, & intelligentia text. *in cap. Statutum* 18. *quæſt.* 1. *num.* 207. ſic concludit = *Sic ergo manet explicata prima pars illius cap. ſtatutum, & apparet quod Epiſcopus Religioſus ſic ſibi vindicat veluti hæres legitimus hæreditatem, quod tamen ſibi acquirit ſolum uſum liberum, & liberam adminiſtrationem independenter à Prælatis Regularibus, dependenter verò à Pontifice, ut à Summo Prælato, proprietatem verò acquirit Eccleſia cujus eſt Epiſcopus.*

20. Benè autem dictum fuit in ſupra relato Decreto, & in altero, quod affert *Paſſerin. dummodo non ſint alteri acquiſita*: quia bona tertio quæſita non recuperat Religioſus egrediens à Religione facto Papæ per promotionem ad Epiſcopatum, vel aliam ſimilem diſpenſationem: quicquid ſit quando egreditur ante emiſſam profeſſionem, vel profeſſionem annullat, vel contemplatione Religionis, aut conditionaliter renunciavit, prout diſtinguendo caſus firmavit *Rot. coram Cerr. dec.* 530. *per tot.*

21. *ET IN ACTIS PRODUCTO*. Hoc debet exprimi in Decreto, adhoc ut ſi Beneplacitum deperiret, talis Judicis aſſertio ſatis probaret exhibitionem fuiſſe realem, ut dicit *Beltram. ad Greg. dec.* 59. *num.* 14. *Rota coram Buratt. deciſ.* 217. *num.* 8. quod ſecus dicendum eſſet quando de Beneplacito non appareret, niſi per aſſertionem Notarii; nam ei non creditur, ut in terminis docet *Ricc. in prax. par.* 1. *reſol.* 30. *num.* 4. & 5. cum pluribus ab eo ibi allegatis: quod prius dixerat *in dec.* 32. *num.* 5. & 6. *par.* 3.

22. *VERITATI NITI*. Si enim Beneplacitum eſſet ſubreptitiè, & obreptitiè, ſcilicet ob taciturnitatem veri, vel expreſſionem falſi, (per quod Papa ſi ſciviſſet veriſimiliter non conceſſiſſet, vel ad concedendum difficilior

cilior fuiſſet) obtentum, exequi non deberet: quia nihil prodeſſet, & alienatio eſſet nulla *Quarant. in ſum. Bullar. verb. alienatio num. 7. Paſſerin. de Stat. hom. tom. 1. quæſt. 185. art. 7. num.* 579. niſi taciturnitas verſaretur circa qualitatem notoriam, vel quæ de jure ineſt, vel Papa novit, vel noſſe præſumatur: adeò ut rei conveniat adagium, quod Papa cenſeatur habere omnia jura in ſcrinio pectoris *cap. 1. de Conſt. in 6.* quod verum eſt per interpretationem, quia omnia jura interpretari poteſt *Gloſs. fin. in cap. præterea verb. fallat diſt. 23.* vel dic quod in Papa non præſumitur ignorantia juris, nec præſumi debet, & cenſeatur ei nota qualitas, quæ eſt de jure, & omnia Decreta Concilii Trid. & Conſtitutiones ſuorum Prædeceſſorum *Rot. dec. 361. num. 12. par. 10. dec. 413. num. 77. par. 12. rec. Paſſerin. in cap. licet 1. num. 15. de Conſtit. in 6.* vel demùm dicas, quod coram Papa non ſunt faciendæ allegationes juris, ſed ſufficit dicere, *ita jure cavetur Abb. in cap. dudum il 1. num. 3. de elect. Paſſerin. ubi ſupra num. 17.* iſte inquam defectus non facit gratiam ſubreptitiam ad tradita per *Navar. conſ. 1. num. 2. & 3. de feud.*

23. Subreptitium autem diceretur Beneplacitum, ſi bona alienanda eſſent litigioſa, & non eſſet facta mentio de lite *Paſſerin. d. art. 7. num.* 709. vel res eſſet relicta Monaſterio, aut Eccleſiæ cum prohibitione alienationis, & nihil de hoc fuiſſet narratum, vel obſcurè, & ſub involucro verborum *Ricc. in prax. par. 1. reſol. 42. per tot.* Ex quibus inferas, quod clauſula *quorum tenores*, & aliæ ſimiles in expeditionibus gratioſis contineri ſolitis ex quibus induci ſolet ſcientia Papæ; nihil operantur in his quæ ſunt facti, ſed quæ ſunt juris tantum, quia dicitur ſcientia ficta, & præſumpta, quæ non ſufficit, ubi requiritur vera, ut dixit *Rot. coram Seraphin. dec. 981. num. 1. & 7.* & ſequitur *Fagnan. in cap. veniens num. 24. de tranſact.*

## Decreti alienationis bonorum Eccleſiæ auctthoritate ordinaria conceſſi.

### FORMULA V.

SUMMARIUM.

1. *Alienatio bonorum Eccleſiæ eſt prohibita de jure Divino, jure Civili, & jure Canonico.*
2. *Epiſcopus de jure communi concedit Beneplacitum pro alienatione bonorum Eccleſiæ modici valoris, uſque ad ſummam ſcutorum 40.*
3. *Bona Eccleſiæ quæ excedunt valorem ſcut. 40. non poſſunt dividi in plura corpora, ut efficiantur alienabilia auctthoritate Epiſcopi.*
4. *Fructus Cenſus, non poſſunt reduci auctthoritate Epiſcopi.*
5. *Eructus viginti annorum, æquant in prædiis ruſticis pretium bonorum.*
6. *Res Eccleſiæ poteſt in aliam magis utilem tranſmutari abſque Beneplacito, non tamen Patrimonium Clerici.*
7. *Emptor rei Eccleſiæ debet eſſe ſollicitus de verſione pretii.*

VISIS juribus, & teſtium formiter receptorum depoſitionibus, ex quibus conſtat, alienationem Prædioli (ſivè Domunculæ, ſivè Arundineti, ſivè Oliveti, ſivè Nemoris, ſivè Vineolæ, ſivè Cenſus) Eccleſiæ N. loci N. valoris . . . . annui verò fructus . . . ſit in territorio N. juxtà ſuos fines, ut in proceſſu; cedere in dictæ Eccleſiæ evidentem utilitatem, dicimus, & pronunciamus eſſe locum alienationi petitæ, & proindè *auctthoritate ordinariâ* nobis à jure tributâ, licentiam concedimus N. dictum Prædiolum valoris . . . pro pretio ſcutorum . . . . alienandi, ad effectum tamen pretium inde retrahendum convertendi in . . . . & non alias de qua pretii verſione, tàm emptor, quàm dictus N. *ſollciti eſſe debebunt*, & infrà . . . à die alienationis, & in actis noſtræ Curiæ conſtare faciant, ſub pœna reiteratæ ſolutionis, ac etiam cenſurarum. Datum &c.

N. Epiſcopus N. (ſivè Vic. Gen.)

*N. Cancellarius.*

## ADNOTATIONES.

1. Alienatio rerum Eccleſiæ, quamvis jure Divino per text. *Levit. cap. 27.* jure Civili *in l. jubemus la 2. Cod. de Sacr. Eccleſ.* jure Canonico in *c. fine exceptione 12. quæſt. 2. c. fin. de reb. Eccleſ. non alien. Clem. 1. eod. tit. Extravag. ambitioſæ ſub eod. tit. in 6. Concil. Trid. de refor. ſeſſ. 22. cap. 11.* ſit expreſſè prohibita; nihilominus ubi adeſt Eccleſiæ neceſſitas, evidens utilitas, incommoditas, aut pietas, permiſſa eſt.

2. *AUCTHORITATE ORDINARIA*. Poteſt Epiſcopus ex cauſis mox recenſitis facultate ſibi à jure tributâ in *c. terrulas 12. quæſt. 2.* (cui

( cui nunquam fuit derogatum ), licentiam alienandi concedere. Verum quæri ſolet ad quam ſummam, ſeù valoris rerum quantitatem extendatur talis facultas. Alii enim dixerunt excedere non debere ſummam ſcutorum 30. quos refert *Capon. diſcept. for.* 270. & pro Diœceſi Montiſpeluſii *Sac. Congr. Concilii* 22. *Septembr.* 1635. *lib.* 15. *dec. pag.* 258. Alii arbitrio Ordinarii eſſe relinquendum, & hos refellit ibi *Capon.n.*11.*&* 12. Alii reſtringi debere ad ſcuta 37. *monetæ Romanæ,* ad quam ſummam aſcendere ducunt viginti ſolidos, quos ſummat *Gloſ. in d. c. terrulas Panimol. dec.* 60. *annot.* 3. *n.* 25. & cum hac opinione tranſivit olim *Congr. Epiſc. & Regular. in Faventina* 22. *Maii* 1601. in qua viginti ſolidos ad ſcuta viginti quinque aurea aſcendere declaravit. Alii demum, quod ſit procedendum juxtà rerum qualitatem, & conſuetudinem locorum ut apud *Ricc. in prax. par.* 1. *reſol.* 36. *n.* 8. *Barboſ. de pot. Epiſc. alleg.* 95. *n.* 50. *&* 51. *Nicol. in Floſc. verb. alienatio n.* 1. *Fagnan.* autem *in c. nulli de reb.Eccleſ.non alien.n.*26. dicit, quod non ſit tutū definire quæ res dicantur modicæ, vel exiguæ ego tamen putarem quod in hoc arbitrium Epiſcopi prudenter regulatum extendi poſſit abſque hæſitatione ad ſummam ſcutorum monetæ Romanæ quadraginta, attento præſertim hodie valore aucto ſcuti aurei.

3. Advertendum tamen eſt, quod bona Eccleſiaſtica, ſive res mobilis pretioſa, quæ excedunt notabiliter hunc valorem, non poſſent dividi in plura corpora, ad hoc ut minuatur valor, & reducantur ad æſtimationem prædictam ad hunc effectum, ut res fiat aucthoritate Epiſcopi alienabilis: proùt Papa approbante declaravit Congregatio Deputata ſuper moderatione Brevis Greg. XIII. circa bona Eccleſiarum Diœceſis Parmen. ad Livellum conceſſa 7. Octobris 1602. in reſponſione ad primum dubium: qui enim hoc faceret diceretur facere in fraudem legis, & abſque ſolemnitate alienare, & poſitus in malâ fide, & emptor qui hoc ſciret, rem ſuam non faceret, & ſi eſſet frugifera fructus retinere non poſſet ad tradita *per Donat. de regular. tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 14. *qu.* 81.

4. Neque aucthoritate Ordinarii poſſunt diminui, ſeù reduci fructus Cenſuum perpetuorum, vulgò *calare*: nam cum Cenſus perpetui creati ad formam Bullæ Pianæ connumerentur inter bona immobilia *Clem. exivi §. cumque annui redditus de verb. ſignif. Merlin. de pignorib. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 37. *Cyriac. contr.* 219. *num.* 2. *Rota deciſ.* 413. *n.* 72. *par.* 12. *rec.* ideòque abſque ſolemnitatibus alienari non poſſint; ſequitur quod non valeant neque diminui, & reduci ad minorem fructum abſque eiſdem ſolemnitatibus: quia diminutio eſt ſpecies alienationis, ut in terminis individualibus tenent, & docent *Ricc. deciſ. Cur. Archiep. Neap.* 134. *par.*1. *per tot. & in prax. par.* 1. *reſol.* 87. *num.* 2. & alii quos refert, & ſequitur *Donat. prax. rer. regular. tom.* 2. *par.* 2. *tract.* 14. *quæſtion.* 58. *num.* 1.

5. Modicitas verò rei ſtabilis adhoc, ut poſſit ſolâ Ordinarii aucthoritate alienari deducitur in prædiis ruſticis ab exiguitate redditũum, qui licet ſint incerti, & non uniformes; nihilominus certi ſunt in ſubſtantiâ: quia factâ compenſatione anni ſterilis cum fertili, fiunt uniformes, & fructus viginti annorum æquare pretium bonorum ſtabilium dixit, *Rot. dec.* 522. *num.* 12. *&* 13. *par.* 5. *rec.* cum aliis, quos ſequitur *Sabell. Summ. div. tract. tom.* 5. *var. reſol. reſol.* 100. *num.* 19.

6. Quando autem res Eccleſiæ in aliam tranſmutatur, putà ex Calice vetuſto fit Crux, ex Silvâ inutili Olivetum, ex Vineâ deſertâ Pratum, non exigitur Beneplacitum Apoſtolicum, nec Ordinarii: quia non eſt propriè alienatio, neque diſtractio, ſed in rem magis utilem, & neceſſariam converſio, *P. Felix Poteſt. Panormit. in exam. Eccleſ. num.* 870. *verſ. pariter*, ubi dat concordantes. Non ſic in ſubrogatione Patrimonii Clericalis, quod alienari ſine licentiâ Epiſcopi non poteſt, etiam ſi in locum ejus ſubrogetur Beneficium, *Sac. Congregat. Concilii* 16. *Aprilis* 1622. *lib.* 24. *pag.* 231.

7. *SOLLICITI ESSE DEBEBUNT*. Emptor rei Eccleſiæ tenetur eſſe ſollicitus de verſione pretii, quando alienatio fit ex causâ neceſſariâ putà pro ſolvendo ære alieno: non autem quando venditio fit ex causâ voluntariâ propter Eccleſiæ utilitatem, ut hic prout diſtinguit *Rot. poſt Cenc. de Cenſib. dec.*8. *n.*10. *& dec.* 287. *num.* 4. *& ſeqq. & dec.*293. *num.* 20. *par.* 15. *recent. Gratian. diſceptat.* 45. *num.* 34. *&* 35. hic autem hoc onus ei injungitur Decreto Judicis, ut Eccleſiæ utilitas non pereat, ſed ſecura permaneat, quia ut dixit *Rot. in dec.* 186. *num.* 9. *par.* 16. *rec.* emptor debet eſſe ſollicitus de verſione quoties contractus à jure prohibetur licet ſit voluntarius, & fieri non poteſt ſine licentiâ Superioris.

## Licentiæ inveſtiendi pecunias.

## *FORMULA VI.*

### SUMMARIUM.

1. *Eccleſiâ acquirendo poteſt contrahere ſine Beneplacito.*
   *Epiſcopus prohibens nè pecuniæ locorum Piorum inveſtientur ſine ſuâ licentiâ, illam gratis concedere debet.*
2. *Officiales, & Adminiſtratores locorum Piorum*

*poſſunt*

poſſunt in caſibus de jurè non prohibitis contractus facere abſque licentiâ Epiſcopi.

3\. Epiſcopus ſtatuere, ſeù diſponere non poteſt contra jus commune.

VISO præſenti libello, & attentis narratis, ac informationibus habitis ſuper ſecuritate inveſtimenti, licentiam concedimus Oratori inveſtiendi pecunias Eccleſiæ N. (ſive Hoſpitalis ſive Confraternitatis) in ſummâ ſcutorum . . . in bonis in precibus ſuprà expreſſis, & Inſtrumentum inveſtimenti exponendi, cum obligationibus, & cauthelis favore Eccleſiæ ſolitis, & conſuetis ac de jure debitis, & præſentem licentiam unà cum libello in noſtrâ Cancellariâ regiſtrari, *& gratis expediri* mandamus. Datum &c.

N. Vic. Gen.

*N. Cancellarius.*

## ADNOTATIONES.

1\. *ET GRATIS EXPEDIRI*. De jure in contractibus, quorum vigore Eccleſia acquirit, Beneplacitum Apoſtolicum ſive Ordinarii non exigitur *Genu. prax. cap. 73. n. 8. Ciarlin. contr. cap. 183. poſt. n. 107. Nicol. Lucubr. civil. lib. 2. tit. 1. n. 21. verſ. ad expendendum*. Verum ad removendas fraudes, & colluſiones, quæ interdum intercedunt in adminiſtratione bonorum, & pecuniarum locorum Piorum, ſolent Epiſcopi vel Edicto, vel Decreto Synodi providere, nè pecuniæ inveſtiantur ſine ipſorum licentiâ: quod & ſi hoc facere jure poſſint, gratis tamen illam concedere debent, nè videantur hoc ſibi reſervaſſe ad quæſtum faciendum, prout ita fieri debere decretum fuit in Synodo Farfenſi in *tit. de bon. Eccleſ. non alien.* & declaravit *S. Congr. Concilii in Amalphitana 18. Julii 1699. in reſponſione ad Decimum confirmata auditis partibus 6. Febr. 1700.*

2\. Reſervatio autem hujuſmodi licentiarum fieri non debet ab Ordinariis ſub pœnâ nullitatis Contractus; quia cum Rectores, & Officiales Eccleſiarum, & locorum piorum, habeant liberam bonorum adminiſtrationem poſſunt in caſibus à jure non prohibitis validè abſque eorum licentiâ contrahere, ut probant auctoritates, & Decreta quæ retuli *tom. 1. tit. 5. annot. ad form. 15. n. 10. & ſeqq.* præter ſupra allegatas.

3\. Et proinde talis pœna eſſet impoſita contra diſpoſitionem juris, adverſus quam Epiſcopus ſtatuere non poteſt *c. inſtitutionis 25. quæſt. 2. c. quod ſuper his de maior. & obed.* & nullum produceret effectum *Piaſec. prax. Epiſc. par. 2. cap. 2. art. 2. de Stat. ab Epiſc. faciend. n. 2. & ſeqq. Pac. Jord. elucubr. tom. 2. lib. 8. tit. 1. n. 49.* Sicque contra inobedientes, & licentiam adhibere non curantes, aliis pœnis arbitrariis juxtà facti, & contumaciæ ſpeciem procedendum erit, prout dixi in loco mox ſupra citato.

## Tranſlationis Penſionis.

## FORMULA VII.

### SUMMARIUM.

1\. *Tranſlatio Penſionis fieri poteſt coram Canonico Cathedralis.*

2\. *Milites S. Petri, & omnes Cardinales poſſunt ſine exhibitione Indulti transferre Penſiones coram Notario, & teſtibus.*

3\. *Tranſlatio Penſionis debet fieri in Clericum.*
*Qui clericatum obtinuit non legitimè, non eſt capax tranſlationis.*
*Clericus legitimè promotus major ſeptennio, eſt capax Penſionis.*

4\. *Translatio Penſionis non fit in manus mortuas, neque ſub conditione ſi transferens moriatur.*
*Translatarius nullo præcedente pacto poteſt permittere quod trasnferens potiatur penſione.*

5\. *Penſio reſervata ab Epiſcopo, non poteſt in alium transferri.*
*Epiſcopus quomodò, & quando poſſit penſionem reſervare oſtenditur.*

6\. *Translatio Penſionis eſt valida, etiamſi non procedatur per viam extinctionis, ſed ſufficit facultas transferendi coram perſonâ in dignitate conſtitutâ.*

7\. *Transferens penſionem ultrà medietatem, tranſlatio nõ eſt nulla, ſed remanet vitiata in exceſſu*
*Per translationem invalidam, non dicitur conſumpta facultas transferendi.*

8\. *Facultas transferendi penſionem poteſt exerceri per Procuratorem dummodò Translatarius ſit perſona certa.*

9\. *Qui habet facultatem transferendi Penſionem, poteſt illam transferre in ſuum filium illegitimum.*

10\. *Penſio poteſt reduci, & extingui abſque Beneplacito Apoſtolico.*

Penſio-

*Penſio reducta, ſeù extincta, cum pacto quod Penſionarius remaneat in ſuo priſtino jure caſu quò Titularis promiſſa non adimpleret, non poteſt reviviſcere, niſi interveniat auctboritas Papæ.*

*Penſio data in titulum pro recipiendis ordinibus, vel alterius miniſterii Spiritualis, non poteſt reduci, nec vendi ſine Beneplacito.*

11. *Penſionarius qui habet Indultum retinendi Penſionem, etiamſi non incedat in habitu, & matrimonium contrahat, non cenſetur diſpenſatus ad militiam, ad quam ſi tranſeat amittit Penſionem.*

12. *Penſionarius transferens per nutus, & ſigna nulliter agit, quando in Indulto præſcribitur quod Translatarii debeant nominari.*

13. *Translatarius pro terminis Penſionis decurſis, & non ſolutis, poteſt agere contra ſucceſſorem in Beneficio conſtito de diligentiis factis contra Anteceſſorem.*

14 *Clericus Penſionarius, non gaudet privilegio fori niſi incedat in habitu, & tonſura.*

15 *Penſio translata eſt eadem penſio cum prima, & tranſit inTrâslatarios cum eiſdem privilegiis.*

CORAM N. N. uti Perſona *in Dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutâ*, & ad omnia, &
ſingula infraſcripta aſſumpta, & pro Exequutore electa, meque Notario pu-
blico, teſtiumque infraſcriptorum præſentiâ, præſens, & perſonaliter con-
ſtitutus N. mihi Notario, & teſtibus, ac ſupradicto N. Exequutore bene
cognitus, aſſeruit ſibi tanquam Conclaviſtæ (ſivè Militi S. Petri, vel S. Pau-
li &c.) fuiſſe ab N. Papa N. conceſſum Indultum, ut quicunque loci Or-
dinarius, vel Canonicus Cathedralis Eccleſiæ, aut perſona in dignitate Eccleſiaſticâ conſti-
tuta, tàm in Romanâ Curiâ, quàm extrà eam ad id per eum coram Notario, & teſti-
bus fide dignis, eligendus, vel eligenda, quaſcunque penſiones annuas ſibi ſuper quibuſ-
cunque fructibus, & obventionibus univerſis quaruncunque Menſarum Epiſcopalium, Ar-
chiepiſcopalium, & Abbatialium, Dignitatuum, Canonicatuum, & Præbendarum, cœ-
terorumque Beneficiorum reſervatas, tranſlatas, ſeù reſervandas, & transferendas, etiamſi
ſemel, vel plures trânſlatæ fuerint, uſque ad Summam . . . . . . Ducatorum auri de Ca-
merâ in toto, vel in parte, ac in una, ſeù pluribus vicibus, ac etiam in mortis articu-
lo caſſare, & extinguere, ac poſtquam caſſatæ, & extinctæ fuerint, alias ſimiles penſio-
nes annuas ad ſummam præfatam . . . . . . Ducatorum ſuper eiſdem fructibus &c. uni,
vel pluribus aliis perſonis Eccleſiaſticis per eum nominandis, vel etiam Clericali characte-
re non dum inſignitis cum clauſulâ tamen ex tunc, & poſtquam dicto charactere ritè inſi-
gniti fuerint, *ſeù alias penſionum hujuſmodi capacibus*, etiam quæcunque Beneficia Eccleſiaſti-
ca obtinentibus eis quoad vixerint, vel eorum legitimis Procuratoribus ad id ab eis ſpe-
ciale mandatum habentibus, eiſdem modo, & formâ quibus eidem N. Conclaviſtæ reſer-
vatæ, tranſlatæ, ſeu reſervati, & tranſlati erant, etiam abſque conſenſu menſas, & Be-
neficia hujuſmodi obtinentium integrè perſolvendas &c. uſque ad dictam ſummam, &
quantitatem, reſervare, conſtituere, condere, & aſſignare poſſit, ac ſub certis modis, &
formâ in eodem Indulto, ſeù Privilegio Conclaviſtarum expreſſis ſub datum Romæ . . . . . .

Et quod ſucceſſivè per N. vigore . . . . fuerit ſibi tranſlata una penſio, ſeù rata Pen-
ſionis annuæ, ſcutorum monetæ Romanæ . . . . . . ſuper Menſæ Epiſcopalis N. fructi-
bus (ſeù Parochiæ) nunc per N. poſſeſſæ, & ab eodem, & ſucceſſoribus Præſulibus per-
ſolvenda annis ſingulis duabus æqualibus ſolutionibus, una videlicet in Domini Noſtri
Jeſu Chriſti; & alia in S. Jo: Baptiſtæ Nativitatibus, & ſic de termino in terminum ac de
anno in annum modo, & formâ expreſſis *in litteris Apoſtolicis* reſervationis factæ à Papa
N. favore prædicti N. transferentis ſub datum Romæ . . . . . ſeù &c. ad quas &c. prout
ex Inſtrumento tranſlationis rogato per N. Notarium publicum N. ſub die . . . . . . . .
ad quod &c.

Volens propterea dictus N. uti dicto Indulto transferendi (quod in authenticam, &
legalem formam, unà cum Inſtrumento Translationis prædictæ in mei, & teſtium infra-
ſcriptorum præſentiâ, præfato N. Exequutore electo realiter, & cum effectu exhibuit, &
præſentavit ad effectum infraſcriptum, animo tamen illa rehabendi &c. dimiſſa Copia)
& transferre ad formam illius; necnon Conſtitut. S. M. Innoc. XI. ſuper translationibus
Penſionum æditæ, nempè pro medietate illarum. Ideò ſpontè omni &c. conſentit, ſuum-
que liberum conſenſum dedit, dat, & præſtat in manibus ejuſdem N. uti perſonæ in Di-
gnitate Eccleſiaſticâ conſtitutæ, & ad id ſpecialiter aſſumptæ, & electæ, ut ex Penſione
ſcutorum . . . . . ut præfertur ſibi translatâ (ſeù reſervatâ) ſuper fructibus Menſæ Epi-
ſcopalis N. (ſeù Parochiæ) rata ſcutorum . . . . . . Monetæ Romanæ caſſetur, & ex-
tinguatur, firmâ tamen remanente ratâ non caſſatâ, nec extinctâ ad ejus favorem, & ad
effectum tamen, ut incontinenti alias novas Penſiones dictus N. Exequutor validè reſer-
vet, nempe unam pro ſummâ ſcutorum . . . . . . monetæ Romanæ ad favorem N. &
aliam ſcutorum . . . . . . ſimilium favore N. ſervatâ formâ Indulti, & omni alio melio-
ri modo, jure, viâ, formâ, & causâ, quibus melius, validius, & efficacius poteſt, & debet.

R Qui

Qui D. N. uti perſona in Dignitate Eccleſiaſticâ conſtituta, & per d. N. Exequutor electus, viſis, lectis, & bene conſideratis d. Indulto Conclaviſtarum, & Inſtrumento tranſlationis, omni meliori modo, jure, viâ, & forma quibus melius, validius, & efficacacius potuit, & debuit, admiſſo, recepto priùs conſenſu ejuſdem N. prout illum admiſit, & recepit de præſenti, Penſionis ſcutorum . . . . . ſuper fructibus menſæ Epiſcopalis N. ratam ſcutorum . . . . . monetæ prædictæ *caſſavit, & extinxit*, itaùt de cætero modernus, & pro tempore exiſtentes Epiſcopi N. pro rata ſic caſſata prædicto N. ſolvere non teneantur eundemque Epiſcopum, & Præſules ſucceſſores, ſeù Adminiſtratores ob non ſolutionem ratæ ſic caſſatæ aliquas cenſuras, & pœnas de cætero minimè incurrere poſſe decrevit.

Et incontinenti, & ſucceſſivè alias Penſiones annuas, nempè unam ſcutorum . . . . . ad favorem N. & aliam ſcutorum . . . . . Monetæ Romanæ ad favorem N. ſuper dictæ Menſæ Epiſcopalis N. & annexorum quibuſcunque fructibus, obventionibus, emolumentis univerſis certis, & incertis in quacunque re conſiſtentibus undecunque, quomodocunque, et qualitercunque provenientibus præſentibus, et futuris, etiam ſi aliæ Penſiones annuę aliis perſonis reſervatę exiſterent, et pluries translatę eſſent, eiſdem N. et N. & eorum cuilibet quoad vixerint, & quilibet eorum reſpectivè vixerit, juxtà tenorem dicti Indulti, & illius formam, ac alias *cum omnibus exemptionibus, & privilegiis*, Decretis, clauſulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cauthelis in Indulto, ac litteris Apoſtolicis reſervationis, & facultatis reſpectivè transferendi contentis, & expreſſis, integrè per modernum, & pro tempore exiſtentes Epiſcopi ſucceſſores in loco, ac terminis, ut ſupra expreſſis reſpectivè perſolvendas, Apoſtolicâ aucthoritate, & vigore Indulti hujuſmodi, ac omni alio meliori modo, reſervavit, conſtituit, & aſſignavit, reſervat, & aſſignat: mandans moderno, & pro tempore exiſtenti N. Præſuli, ſeù Adminiſtratori, aliiſque quibuſcunque ad quos ſpectat, ſeù ſpectabit quomodolibet in futurum, etiam ſub ſententiis cenſuris, & pœnis in eiſdem litteris Apoſtolicis reſervationis Penſionis hujuſmodi contentis, quatenus eiſdem N. & N. licet abſentibus me Notario pro eis &c. & cuilibet eorum pro ſua ratâ reſpectivè, Penſiones ſic eis reſervatas in ſuis debitis terminis, et temporibus perſolvere teneantur, et debeant non obſtantibus &c.

Super quibus omnibus, et ſingulis, idem N. Judex, & Exequutor ſic ut ſupra electus, et aſſumptus pro Tribunali Sedens &c. cauſa cognita ſuam ſuæque Dignitatis Eccleſiaſticæ aucthoritatem unà cum Decreto interpoſuit, ſupplendo &c. omni alio meliori modo rogans &c.

*Actum in . . . . . . . præſentibus N. & N. teſtibus &c.*
*Et Ego N. Not. public. &c.*

## ADNOTATIONES.

1. *IN DIGNITATE ECCLESIASTICA CONSTITUTA*. Ceſſante facultate, exequutio Indulti tranſlationis peti non poteſt coram aliis quam coram conſtitutis in dignitate Ecclеaſiſticâ: ideſt non ſolum coram Epiſcopis, aut aliis Dignitatibus; ſed etiam coram Canonicis Cathedralium, qui quoad hoc dicuntur in Dignitate conſtituti, ut in his terminis docent *Gratian. diſcept.* 551. *n.* 18. *& Tondut. de penſ. cap.* 28. *n.* 30.

2. Privilegium autem transferendi Penſiones etiam ſine exhibitione Indulti coram ſolo Notario, & teſtibus, habent milites S. Petri, ut ibid. teſtatur *Tondut. n.* 31. nec non omnes Cardinales, in quorum Indulto quod refert *Card. de Luca poſt tract. de Penſion.* leguntur hæc præciſa verba = *Seù ſi tibi magis placuerit, & ita volveris, etiam præſentibus litteris non exhibitis, vel præſentatis, penſionem ſeù penſiones pro ſummâ, & quantitate &c. in unam, vel plures perſonas, & alias ſaltem charactere clericali inſignitas &c. quandocumque tibi placuerit, etiam in mortis articulo nominandas, etiam coram ſolo Notario, & teſtibus &c. transferre poſſis, concedimus, & indulgemus &c.* In iſtorum inquam, & aliorum qui eodem privilegio potiuntur translationibus non requiritur oſtenſio facultatis transferendi; quia Notarius non adhibetur ut aucthoritatem interponat, ſed dumtaxat ad probationem.

3. *SEU ALIAS HUJUSMODI PENSIONUM CAPACIBUS*. Neceſſe eſt ut Translatarius ſit Clericus tempore translationis, ut dixit *Rot. coram Greg. dec.* 18. *n.* 5. niſi adſit in Indulto clauſula de qua fit mentio in formulâ, ideſt ſi fuerit dictum ex tunc &c. nam tunc ſufficeret quod poſt tranſlationem Clericus factus fuerit, ut ex aucthoritate *Rotæ dec.* 539. *par.* 5. *rec.* advertit *Tondut. de penſion. cap.* 31. *n.* 3. ubi dicit hoc totum procedere, & verum eſſe quando Clericatus legitimè, & ritè collatus fuit, & ideò qui à non proprio Epiſcopo, & ſine Dimiſſoriis Clericatum obtinuit, non ſit capax tranſlationis, & concordat *Garc. de benef. par.* 1. *cap.* 5. *n.* 144. validè autem, & licitè charactere Clericali inſignitus, erit capax quamvis ſit minor 14. annorum, dummodò ſit majus ſeptennio

*Ricc.*

*Ricc. in prax. par. 1. reſolut. 378. n. 2. ſecund. impreſ. Venet. 1674. Gavant. manual. Epiſc. verb. Penſio n. 7. Sac. Congr. Concilii in Nullius 24. Martii 1627. lib. 15. decr. pag. 128.*

4. Translatio Penſionis non fit in Eccleſias, & manus mortuas: quia iſte actus importat ſolum mutationem perſonæ æquè ſubjectæ morti: unde cum Eccleſiæ, Collegia, alique loca Pia nunquam moriantur, ideò non dicuntur capaces translationis: etiamſi translatio fieret fiducialiter in perſonam capacem ad commodum locorum incapacium ut latè probat *Card. de Luc. de penſion. diſc. 66. n. 10. & ſeqq.* Neque poteſt fieri ſub conditione ſi transferens moreretur ex infirmitate præſenti: vel cum reſervatione ſeù pacto illam exigendi quoad vixerit: ſi enim ita fieret translatio eſſet nulla *Garc. de Benefic. par. 1. c. 5. n. 54. & 55. Pariſ. de confid. quæſt. 23. n. 49. Card. de Luc. de penſ. diſc. 64. n. 2. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 40. n. 19., & 20.* Non prohibetur tamen translatarius nullo accedente pacto ex gratitudine pati ut transferens patiatur penſione, ut ex *Rot. apud Gregor. dec. 238. n. 8. apud. Pen. dec. 156. Garc. d. par. 1. c. 5. n. 52. Tondut. de penſ. cap. 26. n. 4. firmat. Card. de Luc. de penſ. diſc. 65. n. 6*

5. *IN LITTERIS APOSTOLICIS*. Si enim ageretur de Penſione reſervatâ ab Epiſcopo non poſſet transferri, niſi cauſa extinctionis litis, & pro bono pacis eſſet impoſita: quia Penſio auctoritate ordinariâ reſervata non tranſit in ſucceſſorem in Beneficio, qui reſervationi non conſenſit *Leo thef. for. Eccleſ. par. 2. cap. 7. de penſ. n. 32. cum trib. ſeqq. Gratian. diſc. 617. n. 13. & ſeqq.* Cum enim hujuſmodi Penſiones, quæ ab Epiſcopis reſervantur, non niſi pro utilitate Eccleſiæ, vel ſubſtentatione alicujus pauperis Scholaris (ex cujus induſtriâ, & labore utilitas Eccleſiæ ſperatur) ad menſuram neceſſitatis, & tanquam per ſpeciem eleemoſinæ imponi valeant, ut communiter tradunt *Garc. d. par. 1. cap. 5. n. 296. Gonzal. ad regul. 8. gloſ. 5. §. 5. n. 27. Barb. de off. Epiſc. alleg. 85. n. 11. Tondut. de penſ. quæſt. 1. n. 5. & ſeqq. Card. de Luc. de penſ. diſc. 50. n. 3. Rot. coram Dunoz. Jun. dec. 208. n. 11. & 50.* ſequitur quod non poſſint transferri in alios, quorum favore Epiſcopus dejure reſervare nõ potuiſſet, *Leo ubi ſupra n. 36.*

6. *CASSAVIT, ET EXTINXIT*. Hic eſt notandum, quod ſi exequutor vel per incuriam propriam, vel Notarii, in actu tranſlationis non procederet per viam caſſationis antiquæ, & reſervationis novæ Penſionis: adhuc translatio eſſet valida, quoties trãsferẽs declarauit ſe velle transferre ad formam Indulti; nam tunc virtualiter cenſetur antiquior Penſio extincta, & alia de novo reſervata ad formã Indulti ut in terminis tenuit *Rot. coram Cerr. dec. 651. n. 2.* Ut enim translatio Penſionis ſit valida ſufficit exhibere facultatem transferendi habita relatione ad reſervationem illius, & quod ſit facta ad favorem perſonæ capacis coram perſonâ in Dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutâ ut dixit *Rot. coram eod. dec. 628. n. 9. & 10.* forma autem ſervanda caſſationis, & novæ reſervationis non eſt conditionalis; ſed modalis, quæ ſi non ſervetur, vitiatur, ſed non vitiat; cum per liberum conſenſum præſtitum coram exequutore, Notario, & teſtibus, et admiſſum cenſeatur per æquipollens inducta perfecta translatio *Rot. d. dec. 651. n. 2. coram Cerro & coram Dunozzett. Jun. dec. 32. n. 5. & ſeqq. & in puncto coram Cocc. dec. 1754. n. 15. & ſeqq. Card. de Luc. de penſ. diſc. 58. n. 6. & 7.* præſertim accedente clauſulâ omni meliori modo, et clarè ac magiſtraliter *Lotter de re Benefic. lib. 1. quæſt. 40. à n. 45. ad 50.*

7. Item, quod translatio penſionis ab habentibus Indultum, fieri non poteſt niſi pro medietate juxtà Conſtitutionem mox referendam Innocentii XI. quam quoque retulit *Card. de Luc. poſt tract. de Penſ. ſecundum impreſſionem Venetam anno 1698.* (apud quem, ibidem, tàm hujus Conſtitutionis quàm alterius ejuſdem Pontificis ſuper ſtatutariis ſucceſſionibus emanatæ, et quam per extenſum dedi *tom. 1. in Appendice pag. 332.* videnda ſunt commentaria) Unde ſi Indultarius Penſionem, ſeù Penſiones transferret ultrà medietatem, et ſummam permiſſam translatio non eſſet nulla, ſed ſolum remaneret vitiata in exceſſu: quia cum ſit materia dividua utile per inutile non vitiatur *Lotter. ubi ſupra n. 74. Tondut. de penſ. cap. 23. n. 14. Card. de Luc. de Penſ. diſc. 66. n. 6 Add. ad Buratt. deciſ. 12. lit. F.* ſicuti per translationem invalidam non remaner conſumpta facultas transferendi *Garc. de Benefic. par. 1. cap. 5. n. 249.*

8. Item, quod hæc facultas transferendi exerceri poteſt etiam per Procuratorem Indultarii, ut docet *Garc. de Benefic. par. 1. cap. 5. n. 246.* ubi ampliat ut locum habeat concluſio etiamſi in Indulto dicatur = *tibi concedimus = vel per te eligendas, & Garc.* ſequitur *Tondut. de penſ. cap. 29. n. 5. & 6.* hoc tamen intellige, dummodò perſona, ſeù perſonæ in quam, vel quas, eſt Penſio per Procuratorem transferenda ſit certa, ſeù certæ: nam alias Procurator hunc actum explere non poſſet, quia facultas nominandi competens ex gratia Principis tanquam perſonaliſſima non poteſt explicari per alium, prout in terminis translationis Penſionis, dictam concluſionem limitando, et declarando reſpondit *Rot. coram Dunozzett. Jun. dec. 208. n. 2. 50. 53. 62. & per tot.* Cum enim (ut benè advertit *Rot. ibi n. 11. 49. & 50.* capacitas Penſionis non deducatur de jure ex ſolo clericatu, ſed ex aliis piis, et rationabilibus cauſis miniſterium Indultario commiſſum cenſetur induſtriale, quod proinde alteri non poteſt committi.

9. Item, quod habes facultatem transferendi

rendi penſionem poteſt illam transferre in ſuum filium illegitimum, ut tenent *Pariſ. de reſign. Benef. lib. 7. quæſt. 4. n. 22. & 23. Gonzal. ad regul. 8. cancell. gloſ. 5. §. 5. n. 22. & 23. Barboſ. alleg. 65. n. 27. & ſupra Concil. ſeſſ. 25. de refor. cap. 15. n. 35. Rot. coram Zarat. dec. 34. n. 19.*

10. Item, quod cum penſio conſideretur tanquam quid temporale, et ſeparatum à titulo Beneficii; qui non habet Indultum transferendi poteſt illam in totum, vel in parte caſſare, et ad minorem ſummam reducere, ſeù ad vitam commoditatem cedere, et alienare abſque Beneplacito Apoſtolico *Rot. coram Buratt. dec. 469. & dec. 528. utrobique n. 1. Lotter. de re Benef. lib. 3. quæſt. 29. n. 86. & ſeqq. Tondut. de penſ. cap. 17. n. 25. & ſeqq. Card. de Luc. de Penſion. diſc. 68. n. 6. & de regal. diſc. 37. ſub n. 9. in fin. S. Congr. Concilii in Nullius 27. Maii 1645. lib. 17. decr. pag. 480.* niſi tamen fieret pactum quod diminutio ſit nulla, et Penſionarius remaneat in ſuo priſtino jure, caſu quo non adimplerentur promiſſiones factæ per titularem; tunc enim non poſſet Penſio ſemel extincta reviviſcere, niſi interveniat auctoritas Papæ, ut habetur in *deciſ. Buratt.* ſupra allegatis. Vel Penſio eſſet data in titulum Beneficii, putà pro ſuſcipiendis Ordinibus Sacris, vel alterius miniſterii Spiritualis: tali enim caſu, nec redimi, nec vendi poteſt ſine aucthoritate Apoſtolicâ *Tondut. loco citato n. 32. Lotter. n. 89.*

11. Item, quod ſi alicui detur Indultum retinendi Penſionem etiamſi non incedat in habitu, et tonſurâ Clericali, vel Matrimonium contrahat: ſi Indultarius tranſeat ad armatam militiam, non poterit amplius Penſionem exigere, ex quo diſpenſatus à geſtatione habitus Clericalis, et ad matrimonium, non cenſetur diſpenſatus in ſævis per regulam, quod diſpenſationes tanquam odioſæ ſtrictè intelligantur: nec poteſt talis diſpenſatio ſupplere defectum provenientem ex militia, quæ eſt in diverſâ ſpecie impedimenti, nempè illius per quod exercetur, ſeù exerceri poſſunt ſæva, unde indiget ſua ſpeciali diſpenſiatione, alias ſtatim atque efficitur miles Beneficium, & Penſiones amittit ut in puncto tenuit *Rot. coram Celſ. deciſ. 69. n. 16. & 17.* ubi ampliat *n. 22.* locum habere etiamſi re integrâ antequam ſæva exerceat militiam deſerat, et primeuum ſtatum reaſſumat, et ita reſpondit quoque *Congregatio Concilii in Nicien. 19. Decembris 1648. lib. 18. pag. 563.* Et in terminis Beneficii *in Firmana 13. Januarii 1618.* in qua Clericus habitu Clericali depoſito ſumpſit arma, accepit ſtipendium proceſſit ad bellum; ſed nunquam pugnavit, et Beneficium erat Juriſpatronatus, *lib. 58. pag. 37.*

12. Et tandem, quod licet facultas transferendi Penſiones non dicatur odioſa ſaltem odio irrationabili juxtà opinionem *Rot. coram Duran. dec. 67.* quam ſequitur *Tondut. de Penſ. cap. 31. n. 34. & Rot. poſt eundem dec. 86. n. 8. repetita coram Dunozz. Jun. dec. 768. n. 17.* nihilominus, quando in Indulto præſcribitur, quod perſona, ſeù perſonæ in quam, ſeù quas transferendæ ſunt, debeant per transferentem nominari: illius favor non extenditur ut poſſint nominari per nutus, & ſigna: nam ſi per infirmum, qui loqui non poſset translatio per nutus, & per ſigna fieret non ſubſtineretur: quia non diceretur ſervatâ formâ in Indulto præſcriptâ, ut reſpondit *Rot. coram Pentinger. dec. 363. & dec. 409. per tot.* quam ſequuta eſt coram *Celſ. dec. 378. n. 2. 3. & 4.*

13. Datâ autem validitate translationis, an translatarius poſſit agere pro terminis Penſionis decurſis, & non ſolutis contra Succeſſorem in Beneficio: reſpondetur, quod ſic, conſtito de diligentiis factis à Penſionario contra Titularem Anteceſſorem pro illis exigendis (eſt enim actio ſubſidiaria) quæ clarè probari debent, & quod fuerint abſolutæ, & perfectæ: & dummodò Succeſſori congrua remaneat, quæ in primis & ante omnia deduci debet, *Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 39. à num. 108. ad num. 150. Rota coram Gregor. deciſ. 507. num. 5. ubi Adden. num. 7. & cor. Buratt. dec. 448. num. 9.* ibique plenè *Add. n. 10. & ſeq.* ubi quod ſucceſſor habet regreſſum contra hæredes Anteceſſoris, vel alios, qui fructus perceperunt.

14. Illud quoque eſt notandum, quod Clericus Penſionarius non gaudet privilegio fori, niſi deferat habitum, & tonſuram *Sac. Congregat. Concilii 6. Junii 1622.* in qua fuit dictum, *quod ita Sanctiſſimus reſcribendum ſtatuit, lib. 12. pag. 94.* & licet non me lateat *Sperell. dec. 66. num. 34. & ſeqq.* contrariam Sententiam ſubſtinere, adhuc magis placet aucthoritas Sac. Congregat. cui interpretatio Concilii (quod de penſionario non loquitur) eſt reſervata: & hoc Decretum affertur etiam *à Barboſ. de Offic. Epiſc. alleg. 57. num. 151.* (ſub diverſo tamen die) ubi teſtatur vidiſſe originale.

15. *CUM OMNIBUS EXEMPTIONIBUS, ET PRIVILEGIIS ETC.* Per hanc expreſſionem datur intelligi, quod cum penſio tranſlata revera ſit eadem penſio cum primâ, & nihil differat à reſervatâ *Card. de Luca de penſ. ad Conſtit. Innoc. XI. cap. 15. num. 1.* & extinctio, quæ fit ab Exequutore in actu tranſlationis ſit potius mutatio perſonæ, et vitæ transferentis in perſonam, et vitam tranſlatarii, quam propriè extinctio juxtà conſtantem opinionem *Rotæ coram Buratt. dec. 638. num. 3. coram Merlin. dec. 243. num. 12. & 23. coram Dunozz. Jun. dec. 768. num. 17. 18. & 19. & coram Cerr. dec. 628. num. 5.* exemptiones ab oneribus, et privilegia conceſſa penſioni reſervatæ, tranſeunt in translatarium, qui utitur

tur eodem jure, et privilegio, prout utebatur transferens *Rota dec. 122. num. 10. par. 1. rec. Lotter. de re benef. par. 1. quæſt. 40. num. 346.* ſicuti etiam illius favore vigent, et intactæ remanent obligationes factæ, et fidejuſſiones datæ in penſionis reſervatione *Add. ad Gregor. dec. 445. num. 9. Add. ad Buratt. d. dec. 638. num. 13. Tondut. de penſion. cap. 30. num. 32.*

# CONSTITUTIO

*Ut nemini liceat penſiones, vel fructus Eccleſiaſticos transferre, ultrà illorum medietatem.*

# INNOCENTIUS PP. XI.

## Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. Circumſpecta Sedis Apoſtolicæ providentia Chriſti fidelium commodis jugiter invigilans, ea, quæ aliàs pro Eccleſiarum, & Beneficiorum Eccleſiaſticorum exoneratione optimo quidem conſtituta fuere conſilio, ſi optatus inde effectus minimè proveniat, ſed gravia potiùs exoriantur incommoda, in meliùs commutare, atque reformare ſtudet, ſicuti magiſtra rerum experientia faciendum ſuadet, ac æqui, bonique ratio, necnon Eccleſiarum, & beneficiorum ipſorum utilitas, & Chriſti fidelium pax, & tranquillitas noſcuntur poſtulare.

§. II. Cum itaque dudum fel. rec. Urbanus PP. VIII. prædeceſſor noſter omnes, & ſingulas facultates, indulta, & privilegia transferendi quaſcumque penſiones annuas ſuper Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, & Abbatialium menſarum, & quorumvis Eccleſiaſticorum, tam ſæcularium, quàm regularium beneficiorum, quomodocumque qualificatorum, fructibus, tam certis, quàm incertis, ac etiam diſtributionibus quotidianis reſervatas, quæ tamen per extractionem integrarum penſionum hujuſmodi ab ipſis translatariis factam, realem, & actualem effectum ſortita non eſſent, pro ſummâ, quæ medietatem veri annui valoris fructuum menſæ, ſeù beneficii, ſuper quibus penſio transferenda, ſeù translata reſervata reperiretur, excederet, quibuſvis perſonis, etiam Abbatiali, Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, vel alia quavis dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, ſive etiam ad favorem quorumcumque locorum piorum, & Collegiorum; quovis intuitu, & conſideratione, etiam motu proprio, ac ex certâ ſcientiâ, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, tàm per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos, quam ipſum Urbanum prædeceſſorem conceſſa eatenus, revocaverit, caſſaverit, & annullaverit, ac viribus, & effectu evacuaverit, ita tamen, ut facultates transferendi penſiones hujuſmodi pro ea parte, quæ medietatem fructuum, etiam incertorum vel diſtributionum, quatenùs ſuper illis eſſent impoſitæ, non excederet, firmæ, & illeſæ remanerent: Et inſuper voluerit, & ordinaverit, eos, qui prætextu exceſſus medietatis fructuum, ſeù diſtributionum, hujuſmodi partem penſionum translatarum ſolvere recuſarent, ad exceſſum ipſum probandum teneri, nec interim iſtius diſpoſitionis prætextu proceſſum executivum, aut ſolutionem integræ penſionis, quatenùs aliàs illis locus eſſet, impediri, aut retardari debere, & aliàs, prout in ejuſdem Urbani prædeceſſoris Conſtitutione deſuper edita, & in Cancellariâ Apoſtolicâ anno Incarnationis Dominicæ M. DC. XXIV. die XXIV. Januarii publicata, cujus tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſo, & inſerto haberi volumus, uberius continetur.

§. III. Verùm quotidiano experimento compertum ſit, prænarratam Conſtitutionis hujuſmodi diſpoſitionem Eccleſiis, & beneficiis, penſionum hujuſmodi onere gravatis, illaſque obtinentibus, qui exceſsum medietatis fructuum iiſdem penſionibus gravatorum probare, & intereà donec rei judicatæ effectum deſuper obtinuerint, penſiones ipſas ſolvere tenentur, parum eſſe proficuam, & è converſo tam transferentibus, quam translatariis penſionum hujuſmodi non modicum adferre incommodum; illis quidem quod propter ignorantiam; tùm veri valoris annui fructuum, & diſtributionum; tùm quantitatis aliarum penſionum deſuper reſervatarum, frequentiſſimè, ac ferè ſemper dubii ſint, & incerti, quas penſiones transferre poſſint, his verò quòd lites ſuper penſionibus

ſionibus in eos translatis, quas Eccleſiarum, & beneficiorum hujuſmodi poſſeſſores, ſub prætextu exceſſus prædicti impugnant, ſuſtinere, & proſequi cogantur: itaut ejuſmodi litibus diſcutiendis, decidendis Tribunalia aſſiduà fatigentur, partes verò erumnoſis diſpendiis prægraventur.

§. IV Hinc eſt quòd nos litibus, & diſpendiis hujuſmodi anſam præcidere, ac tàm Eccleſiarum, & beneficiorum prædictorum exonerationi, quàm illas, & illa obtinentium necnon eorum, quibus ejuſmodi facultates transferendi penſiones in hac S. Sede conceſſæ ſunt, & in poſterum concedentur, ac illorum in quos penſiones ipſæ transferentur, commoditati, ſecuritati, & indemnitati, quantum Nobis ex alto conceditur, providere cupientes, ac quorumcumque privilegiorum, indultorum, & facultatum transferendi penſionès hujuſmodi, ſeù illarum loco fructus, redditus, & proventus Eccleſiaſticos reſervatos, & reſervandos, quibuſvis perſonis, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtentibus, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, ſeù aliàs ſpecificâ, & individuâ mentione, & expreſſione dignis etiam motu proprio, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac cum quibuſvis clauſulis, derogationibus, & decretis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſsores noſtros, ac etiam per Nos, & Sedem prædictam hactenus quomodolibet conceſsorum, litterarumque Apoſtolicarum, tàm ſub plumbo, quàm in ſimili formâ Brevis, Cedularum motus proprii deſuper expeditarum, & Chirographorum cujuſvis Romani Pontificis manu ſubſcriptorum tenores, etiam veriores, & datas, aliaque omnia, & ſingula, etiam ſpecialem, & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia, præſentibus pariter pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis, exactiſſimè, & accuratiſſimè ſpecificatis habentes; Motu proprio, non ad cujuſquam Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certâ ſcientiâ, & maturâ deliberatione noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ut de cætero omnes, & ſinguli, etiam S. R. E. Cardinales, ſeù quavis alia præeminentia, & dignitate præditi, & aliàs quomodolibet qualificati, ſeù ſpecificam, & individuam mentionem requirentes, quibus ejuſmodi indulta, privilegia, & facultates transferendi penſiones annuas ſuper fructibus, & redditibus, & proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis undecumque provenientibus, & in quibuſcumque rebus conſiſtentibus, ac diſtributionibus, etiam quotidianis, & manualibus, Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, Abbatialium, aliarumque menſarum, ac dignitatum, etiam majorum, & principalium, perſonatuum, officiorum præpoſiturarum, præpoſitatuum, Canonicatuum, & præbendarum, aliorumvè quorumlibet cum curâ, & ſine curâ, ſæcularium, & cujuſvis Ordinis, Congregationis, & Inſtituti regularium beneficiorum reſervatas, ſeù illarum loco fructus, redditus, & proventus hujuſmodi reſervatos, ſive per viam caſſationis, & novæ reſervationis, ſive ſimplicis tranſlationis, ſeù aliàs quomodolibet hactenus à Sede Apoſtolicâ conceſſæ ſunt, & in futurum tàm per Nos, quàm per Romanos Pontifices Succeſſores noſtros, & Sedem prædictam concedentur, eorundem privilegiorum, indultorum, & facultatum vigore dimidiam dumtaxat, ſeù dimidia minorem partem ipſarum penſionum, ſeù fructuum, reddituum, & proventuum illarum loco reſervatorum hujuſmodi, quas, & quos vigore primæ reſervationis, ſeù in eos factæ translationis de præſenti percipiunt, & pro tempore percipient, ſeù legitimè percipere poſſunt, & poterunt reſpectivè, transferre valeant, ita tamen ut ejuſmodi translationes, ſi ſervata cæteroqui dictorum privilegiorum, indultorum, & facultatum, ac præſertim quoad quantitatem penſionum & fructuum transferendorum in eis expreſſam, forma, & diſpoſitione, factæ fuerint, tametſi fructus, redditus proventus, jura, obventiones, & emolumenta, ac diſtributiones, etiam quotidianæ, & manuales menſarum, aliorumque beneficiorum hujuſmodi penſionum, & fructuum reſervatorum oneribus ultrà eorum medietatem adhuc gravata remanerent nihilominus validæ, firmæ, & efficaces exiſtant; nec ex capite exceſſus medietatis fructuum, aliorumque prædictorum, in vim prædictæ Conſtitutionis Urbani prædeceſſoris, quam hac in parte quoad futuras translationes nullius roboris, & momenti fore decernimus, ullo modo impugnari poſſint, tenore præſentis perpetuò ſtatuimus, & ordinamus.

§. V. Decernentes eaſdem præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod præfati, & alii quilibet, etiam ſpecificâ, & individuâ mentione digni, ac Cardinalatus honore fulgentes, in præmiſſis intereſſe habentes, ſeù habere quomodolibet prætendentes illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, & auditi, ſeù cauſæ, propter quas ipſæ præſentes emanarint, adductæ, ſpecificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quamtumvis juridica, pia, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in Corpore Juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis

noſtræ

noſtræ, ſeù intereſſe habentium conſenſus, aliovè quolibet etiam quantumvis magno & ſubſtantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, in controverſiam vocari, ſeù ad terminos juris reduci, aut adverſus illas aperitionis otis, reſtitutionis in integrum aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extrà illud uti, ſeù ſe juvare ullo modo poſſe, ſed eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas,& efficaces exiſtere,& fore,ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, & in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari; ſicque, & non aliter in præmiſſis cenſeri, atque ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis prædictæ Nuncios, alioſvè quoslibet quacumque præeminentiâ, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. VI. Non obſtantibus facultatibus, privilegiis, indultis, aliiſque præmiſſis, ac de jure quæſito non tollendo, & quòd Cardinales prædicti ſub regulis, & Conſtitutionibus faciendis non comprehendantur, cæteriſque noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, necnon prædicta Urbani prædeceſſoris, aliiſque Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, ſtylis, uſibus, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis præfatis, aliiſvè perſonis, & Collegiis quibuslibet, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, & ſcientiâ, & poteſtatis plenitudine paribus, ac etiam conſiſtorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, ac pluries, & quantiſcumque vicibus iteratis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecfica expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quævis expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad permiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ac pleniſſimè, & ampliſſimè derogatum eſſe volumus, cæteriſque contraiis quibuſcumque.

§. VII. Ut autem præſentes litteræ omnibus facilius innoteſcant, volumus illas, ſeù earum exempla ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Acie Campi Floræ de Urbe publicari, & affigi, ſicque publicatas omnes, & ſingulos, quos concernunt, perindè afficere, ac ſi unicuique illorum perſonaliter intimatæ fuiſſent; Ipſarum verò præſentium litterarum tranſumptis, ſeù exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Eccleſiaſticâ dignitate conſtitutæ munitis, eamdem prorsùs fidem tàm in judicio, quàm extra illud ubicumque locorum haberi, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die VII. Februarii M.DC.LXXVIII. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

I. G. Sluſius.

Edicti

## Edicti Convocationis Congrègationum Confraternitatum.

### FORMULA VIII.

### SUMMARIUM.

1. *Epiſcopus non poteſt ſe ingerere in adminiſtratione bonorum Confraternitatum.*
*Epiſcopus confirmat Adminiſtratores Confraternitatum, & exigit computa ab eis, & juramentum de fideliter adminiſtrando.*
2. *Confratres vota dare debent collegiativè, alias nulliter agunt.*
3. *Frater pro fratre non eſt legitimus teſtis quamvis ſit frater ſobrinus.*
*Conſanguinei non ſunt admittendi ad ſuffragium ferendum in Congregationibus, ubi agitur de intereſſe Conſanguineorum in primo, & ſecundo gradu.*
4. *Dolus, fraus, & malitia, ſunt delicta Synonima, in quibus cadit pœna ſtellionatus.*
*Culpa æquiparatur dolo, ubi non agitur de infligenda pœna corporali.*
5. *Epiſcopus debet curare, ut bona locorum Piorum fideliter adminiſtrentur.*
6. *Fratres tàm germani, quàm Sobrini omnes vocem habent in actibus Capitularibus.*
*Statutum excludens plures fratres à voce in Capitulo, eſt laudabile.*
7. *Capituli determinationes ſunt validæ, etiamſi tres tantum Canonici interveniant, dummodo cæteri fuerint legitimè intimati.*
*Fallit in rebus arduis, & valdè præjudicialibus.*
8. *Voces ſuperfluæ inventæ in ſcrutinio vitiantur, ſed non vitiant determinationem ſi demptis ſuperfluis remanet major pars vocum.*

DOvendo noi invigilare per debito del noſtro Officio Paſtorale, che le Confraternite de laici (erette, & approvate con autorità Apoſtolica, ò Ordinaria de Veſcovi pro tempore in queſta Città è Dioceſi, per eſſercitar atti di pietà, è di carità Chriſtiana, e partecipare più abbondantemente de teſori ſpirituali della Santa Chieſa) ſi mantengano nell'oſſervanza de proprii Statuti, e che i loro beni, entrate, & elemoſine date da fedeli per augumento del culto Divino, e della Religione, ſiano à queſt'effetto *da eſſi fedelmente amminiſtrate*, con participazione di tutto il corpo ò ſia Collegio de Fratelli, col preſente Editto ordiniamo.

1. Che le Congregazioni, & convocazioni de fratelli da intimarſi per provedere all'occorenze del luogo pio, & per riſolvere, e determinare ſopra gli emergenti temporali e ſpirituali, ſi debbano convocare per giorno, & hora determinata, coll'intimazione precedente de fratelli per ....... giorni prima: della quale intimazione, ſi come della preſidenza, ò aſſenza del noſtro Deputato, ſi dourà dal Segretario della Compagnia à cui appartiene di regiſtrare le propoſte, far ſempre menzione nel libro delle reſoluzioni.
2. Che non ſi habbiano mai per legitime, è valide le reſoluzioni, & i provedimenti delle Congregazioni ſudette, ſe non ſaranno paſſate per buſſola con voti ſecreti, et vinte dalla maggior parte de fratelli preſenti in eſſe nel luogo ſolito: e le fedi, atteſtati, conſenſi, ò diſſenſi, fatte, ſottoſcritti è dati, da fratelli fuori del luogo ſolito delle Congregazioni, e della ballottazione, non habbiano mai, neſſun vigore, nè facciano in giudicio, nè fuori, *grado di prova neſſuna*, ancorche foſſero fatte, ò ſottoſcritti dalla maggior parte di loro uti ſinguli.
3. Che il Priore, ò altro Officiale al quale appartiene il jus di proporre, non poſſa ciò fare, nè i fratelli riſolvere coſa alcuna in quelle Congregazioni, nelle quali non interveng hino .... fratelli.
4. Che nelle Congregazioni in cui ſi dourà proporre l'elezzione, ò conferma degl'Officiali, ò Miniſtri della Confraternita, che ricevono annuo ſtipendio: ò pure la diſtribuzione delle Doti, ed altri ſuſſidii caritativi, non ſi ammettano à dare il voto, quei fratelli che ſaranno congionti in parentela alle perſone propoſte, *in primo, ò ſecondo grado*.
5. Che tutte le propoſte, e riſoluzioni preſe nelle Congregazioni legitimamente come ſopra radunate, ſi regiſtrino diſteſamente, e fedelmente immediatamente nel libro da ritenerſi à queſt'effetto dal Segretario della Confraternita, facendole ſottoſcrivere per maggiore legalità anche dal Priore, ò Priori.
6. Che nelle Congregazioni ſopradette debba aſſiſtere, preſedere (ma non votare) in Città il noſtro Vicario Generale, e nè luoghi della Dioceſi il Vicario foraneo come noſtri Deputati, quando non ſi faccia da noi altra deputazione: accioche queſti colla loro preſenza, e conſiglio, procurino, e ſuggeriſcano le riſoluzione, e partiti più utili, e lodevoli à prò del luogo Pio: e coll'autorità da noi communicatagli, ſi tolga il fomento alle

alle fazzioni, diſſenzioni, e tumulti, che ben ſpeſſo ſogliono naſcere in dette adunanze.

7. Che non oſſervando i preſenti noſtri ordini, ſiano ſicuri, che noi colla noſtra autorità Ordinaria, & anche Apoſtolica delegata dal Sacro Concilio di Trento (ſe in qualche caſo particolare non hauremo diſpenſato) procederemo alla dichiarazione della nullità degl'atti fatti in contrario; alla privazione degl'officii; alla caſſazione dal rollo de fratelli; alla condanna della refezzione de danni, che da ciò poteſſero provenire al luogo Pio, & anche alle pene delle Cenſure, ſecondo la maggiore, ò minor colpa, *dolo, fraude, e malizia* che accompagnerà la tranſgreſſione. Volendo che il preſente Editto affiſſo &c.

N. Veſcovo N.

*N. Cancell.*

## ADNOTATIONES

1. *SIANO DA ESSI FEDELMENTE AMMINISTRATE*. Licet Epiſcopus poſſit, imò debeat ad tollendos abuſus, & præjudicia locorum piorum Edictis præcavere, ut bona fideliter adminiſtrentur; non tamen in adminiſtratione ſe ingerere valet, ſed illam Confratribus relinquere, reſervato ſibi jure competente ex Concilii Trid. diſpoſitione *cap. 8. & 9. ſeſſ.* 22. neque confirmandi Æconomos, & Adminiſtratores electos, & ab eis exigendi computa adminiſtrationis: nec non etiam juramentum de fideliter adminiſtrando, prout auditis partibus declaravit *S. Congr. Concilii in Aliphana* 8. *Maii* 1706. *S. Congr. Epiſc. in Cæſaraguſtana* 29. *Nov.* 1588. *Sac. Congr. Concilii in Lunen. Sarzanen.* 19. *Auguſti in reſponſione ad 6. & in Ferentina* 15. *Martii* 1704. cum aliis Decretis apud *Pignatell. conſult.* 71. *num.* 5. *tom.* 6. *& conſult.* 15. *n.* 32. *tom.* 7. quem allegavi *tom.* 1. *tit.* 6. *annot. ad Form. XI. n.* 16.

2. *GRADO DI PROVA NESSUNA*. Eſt enim de formâ Collegii, ut Vocales collegialiter ſint congregati, & eſt de ſubſtantiâ ut votum non detur à Vocabilibus ſeparatis, & ſingulis, & diviſim in propriâ Domo, vel plateâ exiſtentibus, ſed collegiativè, alias nihil, & nulliter agunt, & vota non attenduntur *Paſſerin. de elect. cap.* 16. *quæſt.* 1. *n.* 3. *Card. de Luc. miſcellan. diſc.* 4. *n.* 24. cum aliis à me allegatis *tom.* 1. *loco mox ſupra citato n.* 23. Et licet de jure in hujuſmodi adunantiis æconomicis, & politicis non ſit neceſſe adhibere ſcrutinium per vota ſecreta, cum non agatur de veris electionibus *ad text. in c. quia propter de elect.* nihilominus praxis laudabiliter introduxit ubique, ut talis forma ſervetur etiam in actibus communitativis, & Confraternitatuum, prout teſtatur *de Luc. ibi n.* 25.

3. *IN PRIMO, O SECONDO GRADO*. Sicuti frater non eſt pro fratre integer teſtis, & nō admittitur ad juramentum propter periculum peierandi, ut probant *DD.* quos refert, & ſequitur *Ccnciol. reſol. crim. verb. teſtes reſol.* 5. *n.* 1 *verſ. indecens*: & appellatione fratris in ſubiectâ materiâ teſtimonii ferendi veniat etiam Sobrinus, ut notat *Vulpin. Succ. Farinac. quæſtion.* 54. *num.* 12. hinc rationabiliter hi in mea formulâ excluduntur à voce propter præſumptam affectionem, exemplum ſequutus Congregationis Deputatæ ſex præſtantiſſimorum Cardinalium, pro reformatione, & gubernio locorum Piorum Urbis ab Innoc. XII. anno 1699. quæ inter cætera hoc Decretum publicavit: *Nelle Congregazioni, Compagnie, & altre Pie Univerſità, che hanno Miniſtri ſalariati, ordina la Sac. Congregazione, che queſti benche ſiano aſcritti per fratelli, non habbiano il voto deciſivo nelle Congregazioni generali, e ſegrete, ſe lo ſtatuto non glie lo concede eſpreſſamente, e che nelle Congregazioni Segrete di qualſivoglia Confraternità ò Compagnie, non poſſano eſſere ammeſſi quelli, che ſiano parenti ſino al ſecondo grado incluſivamente di altri, che ſiano della medeſima Congregazione Segreta*: Et quamvis Decretum iſtud videatur loqui de Congregationibus Secretis: adhuc extra Urbem in Confraternitatibus ordinariis, in quibus non datur talis ſeparatio motivum præſumptæ affectionis Conſanguineorum, militat etiam in generalibus; præſertim, quia excluſio votandi non eſt generalis, (prout eſt dictum Decretum) ſed pro paucis actibus,

4. *DOLO, FRAUDE, E MALIZIA*, Sunt hæc delicta Synonima, et innominata in quibus cadit pœna Stellionatus ad tradita per *Guazzin. ad defenſ. reor. def.* 33. *cap.* 9. *n.* 1. *&* 2. ideſt extraordinaria. Negligentia autem craſſa, ſeù culpa lata, æquiparatur dolo, ut inquit *Medic. de regul. jur. par.* 2. *regul.* 1. *ampl.* 79. *Paſſerin. tamen in tract. Tribunal. Regul. quæſt.* 28. *art.* 1. *num.* 10. *ad* 17. dicit, quod ubi agitur in criminalibus, et in actionibus deſcendentibus ex delicto, culpa lata nunquam æquiparetur dolo, ſi agitur de infligendâ pœnâ corporali: et quod ex culpâ latâ non poſſit quis puniri rigore pœnæ legis, ſed mitiori.

5. Ut igitur mala, quæ per inordinatam locorum Piorum adminiſtrationem quotidie eveniunt evitentur; debent Ordinarii, Edictum de quo in formulâ, vel aliud ſimile evulgare, et obſervantiam exigere: fraudes

S punire,

punire, et voluntates benefactorum exequi facere. Cætera quæ ad Confraternitates pertinent notavi *tom. 1. tit. 5. annot. ad form. 2. n. 8. & tit. 6. annot. ad form. 11. per tot. & in Appendic. ad Conſtit. Clem. 8. pag.* 299. Addendo, quod ea, quæ hic in formulâ præſcribuntur, ut firmiora evadant, vel Statuto Confraternitatis, vel Synodo confirmentur.

6. Proviſiones ejuſmodi conveniunt, et præſcribendæ videntur etiam Canonicis, pro rerum Capitularium rectâ gubernatione, paucis tantum variatis, puta in eo, quod plures fratres non poſſint inſimul habere ſuffragium: item in eo, quod Capitulum non cenſeatur legitimum, niſi tot interveniant. Etenim quoad primum, ubi plures ſunt fratres germani, vel Sobrini, hoc minimè obſtat in jure quò minus in Capitulo, et actibus Capitularibus omnes vocem habere debeant, ut reſpondit *Congregat. Concilii in Vercellen. 23. Auguſti* 1631. & 14. *ejuſdem menſis* 1634. *lib.* 40. *fol.* 20. et idem eſt de Patruis, et pluribus Nepotibus *Pignatell. conſult.* 53. *num.* 6. *tom.* 6. ubi alia Decreta refert *Nicol. in Floſc. verb. Vox. num.* 8. quanquam ſi adeſſet Statutum, quod illos excluderet, laudabile eſſet, et ſervandum, *Rot. in Reatina Aquarum* 13. *Januarii* 1698. §. *cum namque coram Vrſino*.

7. De ſecundo, quod ſcilicet electiones, & determinationes ordinariæ factæ in Capitulo tàm ordinario, quàm extraordinario, tribus dumtaxat Canonicis intereſſentibus, et vocem in Capitulo habentibus (omnibus tamen Capitularibus legitimè intimatis) ſint validæ, & ſervandæ, licet alter ex dictis tribus Canonicis diſſentiat, vel votum dare recuſet, adeſt deciſio plenè examinata Congregationis Deputatæ trium Eminentiſs. Cardinalium in Romana functionum inter Canonicos, et Capitulum Collegiatæ S. Mariæ in Coſmedin, et Archipresbyterum ejuſdem in reſponſione ad trigeſimum ſextum Caput judicialis ſententiæ emanatæ 4. Septembr. 1705. *Paſſerin. de elect. cap.* 14. *num.* 11. Quidquid ſit dicendum in actibus arduis, et non neceſſariis, et valdè præjudicialibus, aut in alienationibus, in quibus major pars Capitularium debet regulariter intereſſe, & expectari, juxtà firmata *in dec.* 887. *coram Merlino*.

8. Eſt autem, tùm in Congregationibus Confratruum, tùm in Capitulis Canonicorum advertendum, quod ſi in ſcrutinio plura inveniantur ſuffragia, quam ſint Vocales, et remotis ſuperfluis, adhuc remaneat major pars, vota ſuperflua vitiantur, et determinatio Confraternitatis, ſeù Capituli remanet valida, ut reſpondit *Congregat. Concilii in Forolivien.* 17. *Novembris* 1629. *Nicol. in Floſc. verb. Vox num.* 6. *Paſſerin. de elect. cap.* 40. *n.* 33. ubi de electione Abbatiſſæ.

FORMULA-

# FORMULARIUM LEGALE PRACTICUM FORI ECCLESIASTICI

## TITULUS XV.

## De rebus, & actibus judicialibus.

### Præſentationis Clerici ad Beneficium Juriſpatronatus.

### FORMULA I.

### SUMMARIUM.

1. *Præſentatio ad Beneficium juriſpatronatus poteſt fieri per Procuratorem.*
*Procurator ad præſentandum nec ſe ipſum nec Patronũ conſtituentem præſentare poteſt.*
*Gravatus erigere Beneficium juriſpatronatus, non poteſt ſe ipſum nominare.*
*Filius pro Patre, & Pater pro filio Patrono, vel alia conjuncta perſona poteſt validè ſine mandato præſentare.*

2. *Concilium Trid. in acquirendo juſpatronatus ſuſtulit titulum privilegiativum.*
*Ad acquirendum juſpatronatus in præſentando Rectorem non ſufficit Eccleſiæ conſtitutio, & dotatio, ſed requiritur conſenſus Epiſcopi.*
*Conſenſus Epiſcopi poſt lapſum longi temporis junctâ obſervantiâ præſumitur interveniſſe.*

3. *Juſpatronatus acquiritur per reedificationem Eccleſiæ, vel fundi præſtantionem.*
*Reſtauratio Eccleſiæ, vel Dotis augumentum, non præbet juſtum titulum.*

4. *Juſpatronatus probatur ex multiplicitate præſentationum, quæ habuerunt effectum.*
*Juſpatronatus in perſonis in quibus cadit præſumptio uſurpationis non probatur præſumptionibus.*

5. *Uſurpationis præſumptio cadit in Domino feudi etiamſi habeat condominos.*
*Et in perſona potenti.*

6. *Beneficia juriſpatronatus non acquirunt libertatem per non uſum ſeù negligentiam Patronorum.*
*Proviſiones Papæ, & Ordinariorum non mutantur ſtatum Beneficii, niſi concurrant actus poſitivi contrarii ſervituti.*

7. *Patroni laici habent terminum à jure quatuor menſium, & Eccleſiaſtici ſex ad præſentandum à die ſcientiæ veræ, & non fictæ.*

8. *Præſentatio eſt annexa Spiritualitati, & in ea cadere poteſt ſimonia.*
*Qui dat aliquid temporale ei, qui eſt cauſa collationis Beneficii committit ſimoniam.*

9. *Præſentatio eſt fructus juriſpatronatus, & ideo hæres uſufructuarius, & non proprietarius habet jus præſentandi.*
*Patronus in ſubſidium tenetur Eccleſiam reficere, & reparare.*
*Patronus egenus poteſt petere alimenta ab Eccleſiâ ſi eſt dives, & ipſe non habet aliundè, & eſt ex deſcendentiâ Fundatoris.*

10. *Jus præſentandi non eſtantibus maſculis tranſit ad fœminas quando expreſsè non ſunt excluſæ.*
*Jus præſentandi tranſit in Monaſterium ſi Patronus fiat Religioſus.*
*Illegitimus eſt incapax juris præſentandi activi, niſi expreſsè vocetur.*

11\. *Patronus, qui non poteſt ſe ipſum præſentare poteſt præſentationi de ſe factæ ab aliis Patronis adhærere, & conſentire.*

*Patronus, qui non poteſt ſe ipſum præſentare, poteſt ſuplicare, & Ordinarius per viam gratificationis illum admittere, non tamen ex debito, nec quando non eſt unicus.*

12\. *Præſentatio quæ competit vigore turni, non dicitur conſumpta in primo præſentato, quando inſtitutio non habuit effectum.*

*Patronus laicus poteſt plures præſentare cumulativè ante inſtitutionem Epiſcopi.*

*Patronus Eccleſiaſticus nec cumulativè poteſt variare.*

13\. *Laicus non poteſt præſentari ad Beneficium nec Clericus Conjugatus.*

*Clericus illegitimus non poteſt præſentari ad Beneficium juriſpatronatus Patris Presbyteri.*

*Præſentandus debet eſſe habilis, & idoneus.*

*Beneficium erectum cum conditione, quod præſentandus non teneatur recitare Divinum Officium poteſt conferri Clerico majori ſeptennio.*

14\. *Clerici, qui non habent ætatem ad ſuſcipiendos Ordines Sacros præſentari non poſſunt ad Præbendam Canonicalem in Cathedrali.*

*Clericus, qui non habet ætatem præſcriptam à Concilio non debet admitti ad Concurſum, ſicuti nec laicus.*

*Præſentatio extranei nulla eſt, quando eſt præſentandus Clericus de parentela, qui poteſt petere ut ſibi Beneficium conferatur, & tunc Ordinarius conferens jure devoluto tenetur ſervare legem fundationis.*

15\. *Civium appellatione veniunt naturales, & originarii non autem aſſumpti, & ex privilegio.*

*Civium appellatione veniunt hi tantum qui nati ſunt in Civitate, ſuburbiis, vicis, & diſtrictu.*

16\. *Cives ex privilegio poſſunt provideri de Beneficiis, quæ conferri debent Civibus, & ad illa præſentari.*

17\. *Cappellania an, & quando dicatur Sacerdotalis habitu vel actu diſſeritur, & n. 18.*

*Patronus ignorans qualitates fundationis, poteſt à prima præſentatione non idonei recedere, & idoneum intra terminum præſentare.*

19\. *Præſentatio poteſt fieri de Clerico qui poſſidet aliud Beneficium ſimplex, dummodo ſimul juncta non ſint ſufficientia ad congruam præſentati ſuſtentatiotem.*

*Poſſidens Beneficium ſufficiens ad congruam ſubſtentationem, ſi præſentetur, & inſtituatur ad aliud juſpatronatus, & utrumque retineat ſine diſpenſatione, utrumque ipſo jure vacat.*

20\. *Præſentatus ad Parochialem, ſi non eſt idoneus ad confeſſiones audiendas non eſt admittendus.*

21\. *Approbatus in concurſu ad Curam animarum non poteſt reprobari ad Ordines Sacros quoad litteraturam.*

*Præſentatus ad Præbendam Theologalem ſi non eſt idoneus, proviſio devolvitur ad Ordinarium, ſi in termino præſcripto non præſentetur idoneus.*

22\. *Proviſio Præbendæ Theologalis ſuſpenditur donec reperiatur idoneus.*

*Præſentatio Clerici debet fieri perſonaliter, & non de abſente, niſi abſens ſit notus inſtituere debenti, vel illius præſentatio non ſit reiecta & n. 23.*

24\. *Poſtulatio quid ſit, & in quo differat ab electione oſtenditur.*

*Jus inſtituendi reſervari non poteſt in fundatione Beneficii Inferiori Epiſcopo.*

25\. *Beneficiatus tenetur recitare Divinum Officium, etiamſi Beneficium ſit exigui redditus, & n. 26. & 27.*

28\. *Beneficiatus tenetur reparare Eccleſiam.*

*Cardinales tenentur Eccleſias ſuorum Beneficiorum reparare.*

*Epiſcopus pro reparatione Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, poteſt ſequeſtrare fructus Beneficiorum in illis erectorum.*

*Epiſcopus non poteſt unire Præbendis Canonicalibus fructus Parochiæ prætextu depopulationis, aut Eccleſiæ deſtructionis.*

29\. *Beneficiatus tenetur contribuere pro procuratione Viſitatoris, & accedere ad Proceſſiones.*

*Ordinarius non poteſt alterare legem fundationis, neque addere nova onera.*

30\. *Congrua Curati quomodo ſit taxanda oſtenditur.*

31\. *Curatus in Parochia juriſpatronatus inſtituitur abſque concurſu.*

*Curatus Parochiæ unitæ Monaſterio, pro Congrua alimentaria præfertur Monachis.*

*Congrua Curati Eccleſiæ Parochialis unitæ Monaſterio debet ſolvi de proprio à Monachis, donec doceant Eccleſiam unitam nulla habuiſſe bona.*

*Congrua quando non eſt ſufficiens augetur.*

32\. *Curatus amovibilis, à quo debeat removeri demonſtratur.*

33\. *Cura amovibilis poteſt fieri ab Epiſcopo perpetua in Eccleſiis Parochialibus ſimpliciter unitis Monaſteriis Regularium, ſecus ſi Parochiales ſint de menſa.*

34\. *Cura amovibilis in Eccleſiis Parochialibus Monaſteriis unitis, ſi fiat perpetua, onera tranſeunt in Vicarium.*

DIE

DIE . . menſis . . Anni . . *Comparvit perſonaliter* in Curiâ Epiſcopali N. Do-
minus N. ( ſive N. Procurator Domini N. ſpecialiter ad hunc actum depu-
tatus prout docuit &c. ) ad quem pertinet jus præſentandi Rectorem ad Be-
neficium *erectum*, & *fundatum* in Eccleſiâ N. ad Altare N. ſub invocatione
S. N. prout conſtare dixit ex Decreto, & Inſtrumento erectionis, & reſer-
vationis Juriſpatronatus reſpectivè ſub die . . . menſis . . . Anni . . emana-
tis, alias in Actis hujus Cancellariæ productis, & repetitis ad quæ &c. quod dum viveret
poſſidebat N. illius Rector nuper defunctus, prout docuit ex fide obitus, quam facto ex-
hibuit, qui fuerat ad præſentationem N. inſtitutus, ut pariter conſtare aſſervit ex actis ge-
ſtis in hac Curia de menſe . . . anni . . . . . ad quæ &c. & utendo facultate ſibi, & ſuis
in fundatione reſervatâ; nec non jure *legitimæ*, & *pacificæ poſſeſſionis*, in qua ejus familia re-
peritur præſentandi ( toties quoties Beneficium præfatum vacare contingat ) Rectorem:
*in termino à jure conceſſo*, pro perpetuo novo futuro Rectore, *liberè*, & *ſpontè præſentavit*, &
nominavit, præſentat, & nominat *Clericum N. habilem*, & *idoneum præſentem*, & acceptantem
quem inſtetit, & inſtat, per Illuſtriſſimum; & Reverendiſſimum D. Epiſcopum, ſive Re-
verendiſſimum D. Vicarium Generalem, in Rectorem prædicti Beneficii vacantis *admitti*,
*inſtitui*, & *immitti in realem poſſeſſionem*, & *de eo provideri cum oneribus*, *honoribus*, *fructibus*,
*emolumentis*, *ac juribus ſolitis univerſis omni &c.*

Ego N. Patronus ( ſive N. Procurator ) præſento, ac inſto ut ſupra.

*Die, menſe, & anno ſupradictis, facta, & exhibita fuit in actis præſens præſen-
tatio per ſupradictum N. præſentibus N. & N. Teſtibus &c.*

Ita eſt N. Cancellarius.

## ADNOTATIONES.

1. *COMPARVIT PERSONALITER*. Patronus non ſolum per ſe ipſum perſonaliter poteſt præſentare; ſed etiam per Procuratorem ad id ſpecialiter deputatum *Vivian. de jur. patron. lib. 5. cap. 6. n. 2. & 3.* qui tamen debet infra tempus datum ad præſentandum præſentare, & mandatum realiter exhibere, alias præſentatio non valet *Vivian. ubi ſupra lib. 7. cap. 5. n. 1. & ſeqq.* Verum eſt tamen, quod non poteſt, nec Patronum conſtituentem, nec ſe ipſum præſentare, ut per *deciſ. Verall. 397. par. 2.* & alias auctoritates probat idem *Vivian. ubi ſupra lib. 6. cap. 9. n. 17. & tribus ſeqq.* ubi reprobat *Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſol. 197.* contrarium ſentientem. Et hoc amplia in hærede, & executore, qui Beneficium Eccleſiaſticum debet erigere cum reſervatione juriſpatronatus: nam hic non poterit ſe ipſum in primum Rectorem nominare *Sac. Congr. Concilii in Amerina 6. Junii* 1705. Item filius pro Patre Patrono, Patre pro filio, & alia coniuncta perſona poteſt validè ſine mandato præſentare. *Garc. de benef. addit. ad 5. par. cap. 9. n. 198. & trib. ſeqq. Vivian. lib. 5. cap. 3. n. 9. & 10.* ubi quod tunc debeat fieri præſentatio cum promiſſione de rato.

2. *ERECTUM ET FUNDATUM*. Quia *Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de refor.* ſuſtulit titulum privilegiativum, & exigit; quod Juſpatronatus acquiratur ex fundatione, dotatione, vel alias juxtà juris diſpoſitionem ideò in præſentatione exprimitur hæc qualitas, ut illicò appareat de illius juſtitia.

At ad acquiſitionem juris præſentandi Rectorem, non ſufficit ſola Eccleſiæ, ſeù Beneficii conſtructio, & dotatio: ſed neceſſariò requiritur auctoritas, & conſenſus Ordinarii, qui perficit Beneficii erectionem ut alibi dixi: donec enim iſte conſenſus deſideretur, non dicitur Beneficium, ſed pia donatio, aut pium opus *Barb. de offic. Epiſc. alleg. 70. à n. 20. ad 37. Rot. deciſ. 517. n. 3. par. 1. recen.* Si tamen de eo non conſtaret per ſcripturam, poſt lapſum longi temporis ideſt 30. annor. præſumitur interceſſiſſe, accedente obſervantia ſubſecuta poſt erectionem *Rot. coram Seraph. deciſ. 871. n. 3. & poſt. Vivian. de jurep. dec. 6. n. 4. & coram Cerr. dec. 499. n. 2. 3. & 4.*

3. Acquiritur etiam juſpatronatus per reedificationem Eccleſiæ, vel præſtationem fundi pro illius conſtructione *Gloſs. in cap. quoniam verb. fundatores de jurep. Gonzal. ad regul. 8. gloſs. 18. num. 53. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 127. Gratian. diſcept. 177. num. 27. Rot. coram Coccin. deciſ. 106. num. 6. & 7. & dec. 96. num. 26. & 28. par. 13. recen.* Non tamen pro reſtauratione, ſivè Dotis augumento; quia diceretur ditatio, et non præberet juſtum titulum; ut ſæpè reſpondit *Rot.* et præſertim *coram Duran. deciſ. 285. num. 36. & coram Bich. dec. 162. num. 4. & coram Ninot. dec. 39. n. 16. & dec. 73. num. 5.* ubi hæc habet = *Nec eſt potens probare conceſſionem juriſpatronatus &c. cum opus ſit, ut demonſtretur Eccleſiam fuiſſe funditus collapſam, & depauperatam, adeo ut vel nova conſecratione, & redotatione indigeret, vel ſaltem,*

quod

*quod Dos aucta fuerit ad ſummam excedentem medietatem , & coram Cerr. deciſ.* 526. *num.* 3. & 4.

4. *LEGITIMÆ , ET PACIFICÆ POSSESSIONIS*. Si de Patronatu aliunde non conſtaret , quam per multiplicatas præcedentes præſentationes effectuatas , hoc ſufficeret non ſolum pro manutentione , donec clarè ex fundatione conſtaret de Beneficii anteriori libertate ; ſed ad probandum juſpatronatus ex fundatione , vel dotatione in petitorio dummodò eſſent plures , & antiquæ , et non agatur de perſonis in quibus cadit uſurpationis præſumptio ( quæ ſcripturis , et non præſumptionibus tenentur probare juſpatronatus , ut dicit *Ricc. collect.* 1589. et reſpondit *Sac. Congregat. Concilii in Calaguritana* 13. *Septembris* 1631. *lib.* 14. *pag.* 502. ( nam in beneficiorum proviſione attenditur ultimus ſtatus , eo quia Ordinariorum inſtitutiones cum expreſſione qualitatis juriſpatronatus multum ponderant , *Rot. coram Seraphin. dec.* 1141. *num.* 8. & 9. & *coram Merlin. dec.* 45. *num.* 2. & *dec.* 349. *num.* 3. & 4. et in puncto *cor. Buratt. dec.* 172. *num.* 24. & 25. *Rot. in Bononien. Parochialis* 12. *Januar.* 1682. §. *Unde coram Albergato*.

5. Uſurpationis autem præſumptio cadit in Domino feudi , licet habeat plures Condominos , qui habeant æqualem partem juriſdictionis dependentis à Principe , et alternativè juriſdictionem exerceat , ut reſpondit *Sac. Congregat. Concilii* 16. *Martii* 1641. *Ricc. in prax. par.* 1. *reſol.* 143. *num.* 1. *Vivian. de jurepatr. par.* 2. *lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 90. *Rot. coram Coccin. dec.* 1278. *num.* 5. imò uſurpatio præſumitur ex potentiâ , etiamſi non ſit conjuncta cum juriſdictione *Corrad. prax. benefic. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 44. *Rot. dict. deciſ.* 1278. *n.* 6. *coram Coccino*.

6. Quando autem de erectione , et fundatione non dubitatur : quia per publicas ſcripturas conſtat : tunc Patronus poſſet præſentare , quamvis ſui Anteceſſores non præſentaſſent , et ſuo jure uti neglexiſſent. Nam Beneficia juriſpatronatus non acquirunt libertatem per non uſum , ſeù negligentiam Patronorum , ſed inſimul exigitur voluntas , et poteſtas conferentis , ut dixit *Rota coram Coccino dec.* 652. *num.* 2. & *coram Dunozzett. Senior. dec.* 265. *num.* 3. proviſiones enim Papæ , et Ordinariorum non mutant Statum Beneficii *Rota coram Cerr. dec.* 445. *num.* 19. & 20. & *dec.* 623. *num.* 14. 15. & 16. *Add. ad Gregor. dec.* 434. *num.* 20. niſi ſimul concurrant actus poſitivi contrarii ſervituti : puta quia Patroni volverint præſentare , & fuerint rejecti , vel adſit præſcriptio libertatis ; ad quem effectum duo copulativè requiruntur , nempè : & quod collatio fiat à legitimo Collatore ſcienter de Beneficio Juriſpatronatus tanquam de libero , vel de Regulari , tanquam Sæculari : & quod intercedat curſus quadraginta annorum : cœterum ſolæ proviſiones cum derogatione juriſpatronatus potius præſervant , quam illud tollant : imò excludunt intentionem acquirendi libertatem , ut benè hæc omnia examinando firmat *Rot. cor. Coccin. dec.* 1260. *à num.* 19. *uſque ad fin.* & probant aliæ mox allegatæ decis.

7. *IN TERMINO A JURE CONCESSO*. Patronis laicis de jure dantur quatuor menſes ad præſentandum *cap. quoniam , & cap. cum propter de jurepatr.* Eccleſiaſticis verò ſex , *cap. unico* §. *verum de jurepatr. in* 6. qui terminus incipit currere à die ſcientiæ , & notitiæ veræ , & non fictæ , ſivè præſumptæ vacationis *Rot. coram Coccin. dec.* 1279. *n.* 24. & 25. adeò ut ſi unus ex pluribus Patronis vacationem ignorans , præſentaret poſt tempus datum ad præſentandum , ſuſtineretur præſentatio , quamvis alii Compatroni vacationem ſcientes non præſentaſſent in tempore ; quia ſcientia unius alteri non nocet *Vivian. de jur. patr. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 22. *Rot. d. dec.* 1279. *n.* 28. *coram Coccin.*

8. *LIBERE : ET SPONTE PRÆSENTAVIT*. Ideſt abſque ullâ illicitâ pactione : cum enim præſentatio ſit quid ſpirituale , ſeù ſpiritualitati annexum , & de ea judicetur prout de re ſpirituali , & magis in ea committatur ſimonia , quàmſi juſpatronatus venderetur , utinquit *Sperell. dec.* 180. *n.* 43. ideo per hanc clauſulã admonentur præſentantes , ut à pactionibus , & promiſſionibus abſtineant , & liberè juxtà canonicas ſanctiones utantur hoc jure. Etenim ad incurrendam Simoniam paria ſunt dare aliquid Collatori Beneficii , qui transfert jus ſpirituale ; vel dare alicui , qui ſit cauſa collationis ut docet *Navar. conſil. par.* 2. *de Sim. conſil.* 61. *n.* 2.

9. Præſentatio dicitur fructus Juriſpatronatus ; ideòque Uſufructuario omnium bonorum competit jus præſentandi , & non hæredi proprietario *Ricc. deciſ.* 23. *n.* 1. *par.* 1. *Pac. Jord. elucubr. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 129. *Garc. de Benef. par.* 5. *cap.* 9. *n.* 21. & Patronus in ſubſidium tenetur Eccleſiam Juriſpatronatus reficere , & reparare *Sperell. dec.* 67. *n.* 10. *Panimoll. dec.* 15. *annot.* 1. *n.* 35. & *ſeqq.* alias privari poteſt ſuo jure . At è converſo ſi Eccleſia eſſet dives , & Patronus egenus , illum teneretur alere ; dummodò tamen aliundè non valeret ſibi providere de alimentis ; fructus Beneficii deductis oneribus , & expenſis , eſſent ſuperabundantes , & ipſe Patronus eſſet ex deſcendentiâ fundatoris ; hæc enim omnia debent concurrere , ut tradunt *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 5. *n.* 4. & *ſeqq. Vivian. de jure patr. lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 2. *n.* 20.

10. Jus præſentandi deficientibus maſculis ; tranſit etiam ad fæminas , quoties non ſint ſpecialiter excluſæ : quia de ſui natura , & regulariter eſt tranſitorium ad quoſcumque hæredes , & ſucceſſores juxtà *deciſ.* 364. *n.* 3. & 378.

& 378. n. 1. Seraphin. imò, & in Monaſterium, quando Patronus per profeſſionem expreſſam efficeretur Religioſus: niſi eſſet Juſpatronatus gentilitium, ſeù perſonale, quod extingueretur extinctâ perſonâ Ricc. prax. rer. for. Eccleſ. par. 1. reſol. 208. per. tot. quem ſequitur Vivian. de Jurepatr. lib. 4. cap. 2. num. 61. & ſeqq. Non tamen in illegitimum, quia non eſt capax juris præſentandi activi, etiamſi eſſet legitimatus reſcripto Principis Sac. Congregat. Conc. in Mutinen. 8. Maii 1683. ad 2. lib. 33. fol. 130. niſi in caſu, quod eſſent vocati etiam naturales.

11. Licet Patronus non poſſet ſe ipſum præſentare, neque ad ſe ipſum præſentandum Procuratorem conſtituere quantūcunque idoneus ſit, & meritis adjuvetur, quia ambitionis molimina non ſunt fovenda cap. cum in jure de elect. Attamen quotieſcumque præſentatur ab aliis Patronis, tunc præſentationi de ſe factæ poterit conſentire, non quidem æquè principaliter ſemetipſum præſentando (quod ambitionis nota non careret) ſed voto votis adhærendo, & aſſenſum præſtando Rota coram Buratt. dec. 316. num. 4. & coram Merlin. dec. 733. num. 5. Vel etiam ſi Patronus procedat per viam deprecationis, & ſupplicationis; tunc enim poſſet Ordinarius per viam gratificationis illum admittere, ut dicit, Add. ad dict. deciſ. 316. Buratt. num. 19. non tamen ex debito Rota deciſ. 151. num. 33. poſt Vivian. de jurepatr. Ciarlin. contr. for. cap. 69. num. 17. & ſeqq. & præſertim quando non eſt unicus, qui ſupplicet pro ſe ipſo; ſed adeſt Compatronus, qui alium præſentavit: nam tunc non intraret gratificatio in præjudicium Compatroni, & alterius præſentati, ut advertit Card. de Luc. de jurepatr. diſc. 31. num. 13.

12. Præſentatio quando competit vigore turni, non dicitur conſumpta in primo præſentato, ſi hic poſt acceptatam præſentationem renunciavit, vel alias inſtitutio effectum non habuit, ut reſpondit Sac. Congregat. Concilii in Bononien. 10. Aprilis 1680. ſeù 1683. Variatio autem in Patronis laicis admittitur cumulativè, ideſt unum, vel duos præſentando cap. quod autem de jurepatr. non tamen à primâ præſentatione recedendo: ſi enim recedunt nihil agunt, & non valet ſecunda præſentatio Ricc. dec. 109. num. 3. par. 3. Tondut. quæſt. benef. tom. 2. par. 3. cap. 172. num. 10. imò nec valent cumulativè præſentare poſt inſtitutionem Epiſcopi, quia res non eſt amplius integra Tondut. Addit. ad cap. 118. par. 1. num. 62. Patroni verò Eccleſiaſtici, nec cumulativè variare poſſunt, quia eorum præſentatio habet vim electionis, in qua non cadit variatio Vivian. de jurepatr. lib. 10. cap. 1. num. 3.

13. CLERICUM N. HABILEM, ET IDONEUM. Præſentandus debet eſſe Clericus, cum de laico præſentatio fieri non poſſit Ricc. in prax. reſol. reſol. 151. num. 1. par. 1. ubi dicit quod poſſit tantum nominari, dummodò antequam præſentetur efficiatur Clericus Garc. de benef. par. 7. cap. 1. num. 32. & 33. Barboſ. de offic. Epiſc. alleg. 72. num. 73. Et idem procedit in Clerico conjugato, qui cum ſit incapax Beneficii præſentari non valet Vivian. de Jurepatr. lib. 6. cap. 7. num. 19. nec non in Clerico illegitimo, qui non poterit præſentari ad Beneficium juriſpatronatus Patris Presbyteri, ut reſpondit Sac. Congreg. Concilii in Legionen. 28. Februarii 1673. lib. 18. fol. 483. Item debet eſſe idoneus Conc. Trident. ſeſſ. 7. cap. 3. & cap. 13. de Reformation. etſi Beneficium eſt Curatum ſpecialiter attenditur idoneitas ætas, mores, & doctrina prudentia &c. juxtà Concil. Trid. diſpoſitionem in cap. 18. ſeſſ. 24. de refor. Nam quælibet reſervatio quantumvis generalis, recipit interpretationem de habilibus: Unde ſi in fundatione Beneficii cautum ſit, quod conferri debeat Agnatis fundatoris, vel Civibus loci, debet intelligi quatenus ſint idonei Vivian. de Jurepatr. par. 1. lib. 2. cap. 8. num. 4. & ſeqq. Et ſi fundator dicat, quod poſſint præſentari ſimplices Clerici, non poſſunt præſentari, qui ſunt minores quatuordecim annis, quia poſt Concil. Trident. ad Beneficia non ſunt idonei cap. 6. ſeſſ. 23. de reform. Sac. Congregat. Concilii in Mutinen. 6. & 19. Junii 1682. Et ſi diſponeret, quod præſentandus examini ſubjacere non debeat, conditio hujuſmodi eſt intelligenda, quatenus Epiſcopo conſtet eſſe idoneum, ut reſpondit Sac. Congregat. Concilii in Sarſinaten. 27. Nov. 1649. lib. 19. pag. 9. Si autem Beneficium eſſet erectum ſub conditione, quod præſentandus non teneatur recitare Officium Divinum, ſed Officium B.M.V. ſeù illius Coronam, quod tunc poſſit conferri Clerico majori ſeptennio non obſtante Concilii diſpoſitione, tenet Mendo verb. Capellania, quem refert, & ſequitur P. Felix. poteſt. Panormit. in Exam. Eccleſiaſt. num. 1272. tom. 1.

14. Item ſi ageretur de Præbendâ Canonicali in Cathedrali non poſſet à Patrono præſentari Clericus 14. annorum, & ſi fieret præſentatio non ſuſtineretur, nec eſſet admittenda, nam ad illam in Cathedralibus, qui ad ſuſcipiendos ordines ſacros apti non ſunt propter defectum ætatis, idonei non reputantur ut declaravit S. Congr. Concilii in Groſſetana 31. Maii 1704. Sicuti in Concurſu non eſt admittendus, qui non habet ætatem præſcriptam à Concilio pro Presbyteratu, ideſt quod attingat vigeſimum quintum annum, neque laicus, ead. Congreg. 14. Martii 1676. in Foſſanen. lib. 18. pag. 1. Item ſi eſſet præſentandus Clericus de parentelâ, & præſentaretur extraneus; nam nulla eſſet præſentatio, & Clericus de agnatione

tione

tione poſſet petere ſibi conferri ab Ordinario, qui ſi conferret jure devoluto, teneretur legem fundatoris obſervare *Caren. reſol.* 156. *per tot.*

15. Quid ſi ex fundationis lege, præſentandi eſſent Clerici loci Cives? An inquam Cives omnes etiam Privilegiati, habiles cenſendi ſint, ut præſentari valeant? Et videbatur dicendum quod non; cum Civium appellatione propriè loquendo, veniant tantum Cives naturales, & originarii, non autem aſſumpti ex privilegio *Barboſ. appellat.* 48. *n.* 5. cum aliis allegatis *à Pignatell. conſult.* 1. *n.* 1. *tom.* 7. & quidem illi tantum, qui nati ſunt in Civitate, Suburbiis, vicis, & diſtrictu; non autem, qui ſunt ex Comitatu aut aliis locis unitis, vel de ſtatu *l. cives Cod. de incol. lib.* 10. *l. qui ex Vico ff. ad Municipal. Rot. coram Zarat. dec.* 22. *n.* 2. *&* 21 *& coram Caprara in Romana ſeù Senen. Dotium* 22. *Junii* 1703 §. *evidens*, confirmata 7. *Jan.* 1704. in qua Puellæ Status Senenſis prætendentes venire ſub nomine Civium Civitatis Senis pro habendis ſubſidiis dotalibus relictis Puellis = *Di Padre*, & *Madri Seneſi*, fuerunt excluſæ.

16. Veruntamen ad effectum obtinendi Beneficia eaque conferendi, appellatione Civium, veniunt etiam Cives ex privilegio, hinc eſt, quod ſi aliqua Civitas potiatur privilegio, ut non niſi Civibus conferantur beneficia Eccleſiaſtica ibidem erecta, & exiſtentia, non poterit illos excludere ex firmatis *à Rot. coram Cerro deciſ.* 73. *n.* 8. *&* 9. & in terminis præſentationis reſpondit *Sac. Congr. Concilii* 16. *Septembris* 1649. in qua dubium ſic fuit expoſitum = *Quæritur An Sacerdos N. ex privilegio effectus Civis, & Patritius Romanus cum expreſſione, quod in Senatum ire, Sententiam dicere Magiſtratum gerere, iiſque immunitatibus, honoribus, & privilegiis uti, & potiri poſſit, quibus Cives Nobiles Patriæque Romæ nati utuntur, præſentari, & admitti poſſit ad Cappellaniam Presbyteris Romanis ex diſpoſitione Fundatoris conferendam vigore Juriſpatronatus conſtituto in hujuſmodi Cappellaniis*, & dicta die prodiit reſcriptum = *præſentari, & admitti poſſe, lib.* 18. *pag.* 674.

17. Quid ſi Beneficium ſeù Cappellania ſit Sacerdotalis, an inquam poſſit præſentari & admitti ſimplex Clericus, qui ſit de proximo ordinandus? Reſponſio pendet à Teſtatorum diſpoſitione, & regula generalis conſtitui non poteſt. In una *Tiburtina*, in qua Teſtator mandabat, quod in Cappellâ erecta per eum, miſſæ celebrari deberent ab uno Sacerdote de familia, eoque non exiſtente celebrari deberent à Sacerdote deputando *Congr. Concilii ſub* 9. *Decembr.* 1690. declaravit *Capellaniam eſſe Clericalem*. In alia Juſtinopolitana in qua erigebatur Capellania cum hac lege *quod Miſſa quotidiana in puncto meridiei, conſtituto Sacerdote, aut Canonico bonæ vitæ celebrari committatur*: Et quærebatur an eſſet Sacerdotalis, *ſub die* 23. *Novemb.* 1697. *ead. Congr. reſpondit Negativè.* In Tuſculana, in qua Teſtator mandaverat erigi in Cathedrali Beneficiatum, cum onere inſerviendi Choro, & celebrandi unam Miſſam de requiem pro qualibet hebdomada: quia præſentatus Ordines Sacros infra annum non ſuſceperat juxtà Conſtitutiones illius Cathedralis, quibus reddebatur obnoxius, *ead. Congr. die* 4. *Septembr.* 1700. declaravit, *Beneficium eſſe Sacerdotale habitu, & non actu tempore præſentationis, ita tamen, ut infra annum deberet promoveri*.

18. Tondut. autẽ *qu. benef. tom.* 1. *cap.* 118 *n.* 26. dicit, quod quãdo qualitas Presbyteri in diſpoſitione hominis fuit adjecta ipſi præsẽtationi veluti ſi dicatur = *præſentetur Præsbyter* = *præſentetur Sacerdos*, tũc illa qualitas debeat adeſſe actu, & non ſufficiat quod inſit habitu; Et ita tenuit etiam *ead. Congregatio* 8. *Maii* 1677. *lib.* 39. *fol.* 417. & alios plures caſus refert, & diſtinguit *Barb. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 24. *num.* 37. *& plurib. ſeqq.* At in ultimo hoc caſu ſi præſentaretur Clericus non fieret devolutio, quando Patronus habuiſſet probabilem ignorantiam qualitatum à fundatore requiſitarum, vel à præſentatione recedendo, intra terminum quatuor menſium, Sacerdotem præſentaret *Rot. in Barchinonen. Beneficii* 20. *Junii* 1701. *coram Priolo*.

19. Quid tandem ſi præſentatus poſſideret alia Beneficia ſimplicia, an inquam ſit inſtituendus? Et dicendum, quod dummodò quodlibet Beneficium de per ſe non ſit ſufficiens ad congruam præſentati ſubſtentationem, poterit inſtitui, quia in hoc caſu Epiſcopus ſuper duobus Beneficiis diſſimilibus etiam ſub eodem tecto diſpenſat, ut ſæpè reſpondit Congreg. Concilii, & præſertim *in Neocaſtren.* 3. *Februarii* 1629. *& in Alexandrina* 17. *Junii* 1630. & in aliis adductis *tom.* 1. *tit.* 2. *annot. ad for.* 20. *num.* 1. *&* 2. Sufficientia autem intelligi debet detractis oneribus Miſſarum, Penſionum, Decimarum, & ſimilium, adhoc ut ſecundum Beneficium conferri ab Ordinario non poſſit, *eadem Congregat.* 19. *Martii* 1639. Si autem primum Beneficium pro honeſtâ ſubſtentatione eſſet ſufficiens, & adhuc ad aliud juriſpatronatus præſentaretur (quod fieri poteſt) & inſtitueretur, & præſentatus utrumque retineret abſque diſpenſatione, utrumque ipſo jure vacaret, prout deciſum refert *Garc. de benef. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 286. *&* 310. *Gallemart. ſupra Concil. Trident. cap.* 17. *ſeſſ.* 24. *de refor. num.* 2. *&* 3. quia pluralitas Beneficiorum impedit retentionem, non aſſecutionem.

20. Ulterius, quid ſi præſentatus ad Parochialem in examine non reperiatur idoneus ad confeſſiones audiendas, an ſit admittendus? Huic dubio reſponſum dedit *Congregat. Concilii in Panormitana*, in qua cum Senatus Civitatis præſentaſſet Archiepiſcopo N. ad Parochialem, & fuiſſet rejectus ob defectum idoneita-

idoneitatis ad Confeſſiones audiendas, & ab hujuſmodi rejectione appellaſſet, quæſitum fuit.

*I. An qualitas approbationis ad audiendas ſimpliciter confeſſiones, neceſſariò requiratur in præſentandis ad Parochiales?*

*II. An ſit neceſſe, quod obtenta fuerit ab Archiepiſcopo Panormitano, vel ſufficiat obtentam fuiſſe à quolibet Ordinario?*

*III. An examen d. N. fuerit nullum.*

*IV. An committendum ſit ipſi Archiepiſcopo, ut hucuſque geſta per ipſum N. prævio examine revalidet.*

*Et die* 15. *Jan.* 1684. deciſum fuit =

*Ad* 1. 2. *&* 3. *Affirmativè*

*Ad* 4. *Archiepiſcopus procedat prout de jure*, Et iterum repropoſitâ cauſâ *ſub die* 10. *Junii* ejuſdem anni, reſcriptum extitit =

*Ad* 1. *in deciſis*.

*Ad* 2. *Affirmativè quoad primam partem Negativè quoad ſecundam*: *quoad* 4. *Ad mentem*, & mens fuit poſſe Archiepiſcopum ſua auctoritate ordinariâ approbare Parochum ex integro, prævio legitimo examine.

21. Clericus verò minorum ordinum legitimæ ætatis, ad Parochialem approbatus, non poterit reprobari ad Ordines Sacros, & Presbyteratum quantum pertinet ad litteraturam, ut reſpondit *S. Congr. Concilii in Cuſentina* 6. *Decembr.* 1667. *lib.* 58. *pag.* 457. Si autem præſentaretur ad Præbendam Thelogalem, & ad Sacram Scripturam docendam, & exponendam non eſſet idoneus; tunc inſtitutio non eſſet danda, & niſi in tempore non præſentaretur idoneus, collatio ad Epiſcopum devolveretur At ſi ſpes acquirendæ idoneitatis in præſentato effulgeret, poſſet Epiſcopus indulgere ut ad tempus per ſubſtitutum oneri ſuppleret; Quia quando pro Theologali Præbenda non reperitur idoneus, collatio eſt ſuſpendenda, donec inveniatur idoneus cui conferri poſſit, & interim fructus tradendi ſunt Superiori Regulari alicujus Ordinis, qui curet ut aliquis Theologus ex ſuis Religioſis publicè in Eccleſia Cathedrali doceat Sac. Scripturam *Sac. Congr. Concilii in Oſtunen.* 10. *Decembr.* 1633. *ad* 2. *lib.* 14. *Dec. pag.* 19. & aliud Decretum refert *Gallemart. ſupra Conc. Trid. ſeſſ.* 5. *cap.* 1. *de refor. poſt n.* 2.

22. *IBIDEM PRÆSENTEM*. Præſentatio Clerici, qui debet inſtitui eſt facienda perſonaliter; quia ideò dicitur præſentatio, cum ille dicatur præſens, qui præbetur ſenſibus corporis ut dicit *Gloſ. in clem. dudum de ſepult. verb. præſentari*: Hæc autem præſentia requiritur, ut poſſit examinari an ſit idoneus, & habeat requiſita fundationis: ideoque Ordinarius præſentationem de abſente factam non tenetur admittere, cum ſit invalida: niſi præſentatus eſſet eidem adeò notus, ut non indigeret examine tunc enim ſi agatur de Beneficio ſimplici, & non Curato, præſentatio abſentis tenet, dummodò infra tempus datum ad præſentandum acceptet, & ratificet ſaltem per Procuratorem ſpecialem, ut communiter tradunt *Ricc. in prax. par.* 1. *reſol.* 152. *n.* 2. *&* 3. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 6. *n.* 37. *&* 38. *Vivian. de jur. pat. lib.* 6. *cap.* 8. *per tot. Card. de Luc. de jur. patr. diſc.* 64. *n.* 30. & dummodò Ordinarius præſentationem abſentis vel admiſſerit, vel non rejecerit, ut dixit *Rot. coram Peuting. dec.* 251. *n.* 16.

23. Et quanquam *Beltramin. ad Gregor. deciſ.* 34. *num.* 7. acriter huic concluſioni ſe opponat, & firmet, quod cum hodie ex diſpoſitione *Concil. Trident. ſeſſ.* 7. *cap.* 13. *de refor.* præſentati non poſſint inſtitui, nec in Beneficiis ſimplicibus, niſi prævio examine, præſentatio de abſente ſit nulla, quamvis præſentatus ſit notus inſtituere debenti: nihilominus *Barboſ. de offic. Epiſc. alleg.* 72. *& Add. ad Buratt. dec.* 481. *num.* 13. illam ſuſtinent, & veram aſſerunt, & hodierna praxis admittit in Beneficiis ſimplicibus.

24. *ADMITTI, INSTITUI, ET IMMITTI*. Inſtantia præſentantis ità concipitur, ad differentiam eligentium, ſeù poſtulantium quia in electione dicitur confirmari, in poſtulatione admitti. Eſt autem poſtulatio gratiæ petitio Superiori facta de promovendo aliquem ad Prælaturam, ad quam de jure communi propter defectum aliquem diſpenſabilem (non crimen) vel impedimentum eligi, ſeù promoveri non poteſt: Unde poſtulatio eſt perſonæ, quæ prohibetur eligi, non propter vitium, ſed propter defectum puta natalium, ætatis, Ordinis quatenus laicus eſt *Gloſſ. in cap. nullus in Epiſcoporum verb. in Sacris diſt.* 60. aut in minoribus, præſentatio. Convenit cum electione in hoc, quod ſit facta à majori parte Capituli: Verum ſi electio cum poſtulatione concurrat: videlicet ſi una pars ſuffragiorum Capituli poſtulet unam perſonam, & alia eligat aliam, tunc ut prævaleat poſtulatio, requiritur quod poſtulantes ſint duæ partes ex tribus: quod ſi poſtulantes non adequent duas tertias partes, ſed eligentes excedant unam tertiam partem, prævalet electio ex diſpoſitione *Text. in cap. ſcriptum de elect. ibique gloſſ. & DD.* Differt autem ab electione in hoc, quod per electionem acquiritur jus electo ante confirmationem, jus inquam Beneficii, & adminiſtrandi: nam electio dat Beneficium, confirmatio verò exercitium: per poſtulationem autem jus acquiritur poſtulato poſt poſtulationis præſentationem Superiori factam. Per nominationem verò jus acquiritur nominato poſt præſentationem: Sicque poſtulantes, aut nominantes ante præſentationem poſſunt à poſtulatione, aut nominatione recedere,

cedere, minimè poſt præſentationem. Verum ſicuti electus ſi adminiſtrat ante confirmationem ejus electio caſſatur *per text. in cap. jam dudum de præb.* ita ſi poſtulatus adminiſtret ante admiſſam poſtulationem, privatur jure poſtulationis *cap. bonæ memoriæ de poſtulat.* Et ſic pariter nominatus. Et adverte, quod licet Fundator Beneficii, poſſit de conſenſu Epiſcopi in limine fundationis apponere conditiones ſibi beneviſas etiam juri communi contrarias *cap. nobis de jurepatr.* hodie tamen jus inſtituendi præſentatum, Inferiori Epiſcopo reſervari non poteſt, attentâ prohibitione Concilii Trid. *cap.* 12. *ſeſs.* 14. *de refor. ubi Barboſ. num.* 18.

25. *CUM ONERIBUS*. Primum onus Beneficiati, eſt recitatio Divini Officii, quamvis Beneficium ſit exiguum, ideſt parvi redditus, ut de veriori, & communiori Sententia docent *Navar. de hor. Canonic. cap.* 7. *n.*27. ubi dicit ita ſemper conſuluiſſe, & tenuiſſe, & quod contra faciens mortaliter peccet *Graff. dec. aur. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 50. *num.* 18. *Garc. de benef. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 39. *&* 40. *Bonaccin. de hor. Canonic. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 4. *num.* 17. *Barboſ. in cap. dolentes num.* 4. *de celebr. Miſſar. Fagnan. in cap. conquerente num.* 8. *&* 9. *de Cleric. non reſid.* quorum Sententia non ſolum innititur in Sac. Canonum diſpoſitione, ſed etiam Conſtit. Leonis X. emanata in Concilio Lateranenſi impreſſa *in Bullar. tom.* 1. *la* 7. *& Pii V. tom* 2. *la* 135. in quibus injungitur quibuſcunque Beneficiatis hoc onus: nam in §. 38. primæ, habentur hæc verba = *Statuimus quoque, & ordinamus, ut quilibet habens Beneficium cum Cura, vel ſine Cura ſi poſt ſex menſes ab obtento Beneficio, Divinum Officium non dixerit, legitimo impedimento ceſſante, Beneficiorum ſuorum fructus ſuos non faciant, pro rata omiſſionis recitationis Officii, & temporis, ſed eos tanquam injuſtè perceptos, in Fabrica Beneficiorum, vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur.*

26. In ſecunda autem §. 1. poſt expreſſam confirmationem præfatæ Bullæ Concilii Lateranen. & declarationem factam de quantitate fructuum amittendorum ab iis qui quotidie Officium non recitant, ſic legitur = *Item ille qui primis ſex menſibus Officium non dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſaverit, grave peccatum intelligat admiſiſſe: declarantes præſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacunque Beneficia, etiam nullum omninò ſervitium obtinentes* (nota hæc verba) *cum prædictis pariter conveniri &c.*

27. Ex quibus clarè patet, quod non ſint audiendi nonnulli Theologi moderniores morales, qui docent Beneficiatum ad horas Canonicas recitandas non teneri, cujus Beneficii fructus non attingunt tertiam mediocris ſubſtentationis partem: quod nec Canones, nec Conſtitutiones prædictæ, nec in mente, nec in verbis dixerunt: Unde meritò à DD. ſupra allegatis reprobantur, quibus addo *Gavant. in rubr. Miſſal. par.* 2. *ſect.* 1 *cap.* 4. *num.* 3. *Corrad. prax. benefic. lib.* 4. *cap.*6. *num.* 14.

28. Secundum onus Beneficiati eſt reparatio Fabricæ Eccleſiæ, ad quam de jure cogi poteſt, nulla facta deductione Congruæ alimentariæ; quia tunc alimenta deducuntur, quando Beneficium eſt reſidentiale; vel Beneficiatus alimenta habere non poteſt aliunde, ut tradit *Sperell. dec.* 67. *num.* 6. quem ſequitur *Panimoll. deciſ.* 15. *annot.* 1. *num.* 21. ad quam reparationem tenentur etiam Cardinales ex vi citatæ *Bullæ* 7. *Leon. X.* §. 22. Et hinc eſt quod Epiſcopus in cujus Diœceſi Beneficia erecta, & reparatione indigentia reperiuntur, poteſt ſequeſtrare fructus eorundem Beneficiorum, etiamſi ſint Militum Hieroſolymitanorum, ut reſpondit *Sac. Congregat. Concilii in Hieracen.* 18. *Maii* 1590. *lib.* 7. *litter. pag.* 165. *& in Narnien.* 24. *Maii* 1657. in qua cum Epiſcopus expoſuiſſet Congregationi plures Eccleſias in ſua Diœceſi ferè reperiri collapſas, in quibus plura Beneficia reperiebantur erecta, & expoſtulaſſet reſponderi.

I. *An poſſet in actu Viſitationis eorum titulus ad Eccleſiam viciniorem transferre?*

II. *An poſſet eorumdem Beneficiorum poſſeſſores quacunque Dignitate fulgentes cogere ad reſarciendam Eccleſiam, in qua transferantur tituli, quatenus reſtauratione indigeret, & erigendum Altare in dictâ Eccleſiâ?*

III. *An eoſdem cogere ad celebrandum, ſeù celebrari faciendum in die feſtivitatis illius Sancti ſub cujus invocatione erectum eſt Beneficium?*

IV. *An ad effectum prædictum, & pro conficiendis ſuppellectilibus Sacris, poſſit ſequeſtrari facere fructus eorundem Beneficiorum?*

Sub dicta die prodiit reſolutio.

*Ad* 1. *Si Eccleſiæ, ut ſupponitur ſunt fere dirutæ, & collapſæ, Epiſcopum auditis quorum intereſt, poſſe uti Sedis Apoſtolicæ Delegatum transferre Beneficia ſimplicia ad Eccleſias viciniores.*

*Ad* 2. *Reſpondit dictos Rectores Beneficiorum etiam in quacunque Dignitate conſtitutos, teneri poſt tranſlationem ſequutam ad futuram reſtaurationem Eccleſiarum ad quas Beneficia fuerint tranſlata?*

*Ad* 3. *Reſpondit eoſdem Beneficiatos cogi poſſe ab Epiſcopo ad celebrandum, ſeù celebrari faciendum in die feſtivitatis illius Sancti, ſub cujus invocatione Beneficium eſt erectum, niſi aliud conſtet*

*ſtet in erectione ; ſeù fundatione?*

*Ad 4. Reſpondit poſſe ad effectum prædictæ reſtaurationis; nec non pro conficiendis Sacris ſupellectilibus, redditus eorundem Beneficiorum ſequeſtrare?*

Non tamen fructus alicujus Parochialis, Præbendis Canonicalibus unire prætextu depopulationis, & exinanitionis Parochiæ *ead. Congregat. in Theleſina 7. Julii 1703.* confirmata 9. *Auguſti* 1704. aut Eccleſiæ Parochialis deſtructionis *ead. Congr. in Averſana 6. Octobris 1703. Ricc. prax. for. Eccleſ. par. 2. reſol. 201. n. 2. verſ. ſecundo Parochiali vero, & collect. 2911. verſ. & nota.*

29. Tertium onus Beneficiati, eſt contributio pro procuratione Epiſcopi Viſitantis, *Sac. Congr. Concilii apud Criſpin. de Viſit. par. 1. §. 16. n. 10. & Sac. Congr. Epiſc. in Civitatis Caſtellanæ 28. Nov. 1687.* & alibi ſæpè. Quartum onus, eſt acceſſus ad Proceſſiones, ad quas Beneficiatus non accedendo, poteſt cogi, ut reſpondit *Sac. Congr. Concilii in Surrentina 6. Auguſti* 1689. quam declarationem obſervandam eſſe decrevit altera *Congr. Epiſcop. & Regul. 3. Julii* 1693. Cœtera verò onera regulanda, & adimplenda erunt juxtà legem præſcriptam in fundatione, quam Ordinarius alterare non poteſt, nec Beneficiato nova addere onera, etiamſi Patronus, ſive Exequutor Teſtamentarius conſenſum daret, ut pluries reſpondit prædicta *Congr. Concilii*, & præcipuè *in Ariminen. 23. Aprilis 1589. lib. 7. litter. pag. 38. in Comen. 25. Martii 1689. in Sarnen. 3. Julii 1690. & in Aſten. 14. Febr. 1699.* quæ concluſio procedit etiam in Collegiata Eccleſiâ, Canonicis cujus non poteſt Epiſcopus onera addere præter in erectione demandata *ead. Congr. Concil. 17. Aprilis 1603.*

30. *AC JURIBUS SOLITIS*. Si præſentatio fieret ad Beneficium Juriſpatronatus Curatum, præſentatus habet jus ad Congruam alimentariam, in qua taxanda, arbitrium Ordinarii ſic erit interponendum nempè ſi fructus Parochiæ non excedant ſummam ſcutorum ſeù Ducatorum Centum, Congrua erit ſcutorum ſeù Ducatorum monetæ loci Beneficii triginta: ſi verò excedant centum, tunc tertia pars fructum aſſignanda erit Vicario, ſive Curato, prout cenſuit *Congr. Concilii in Aquilana Terræ Paganiæ 13. Septembr. 1580. lib. 3. litter. pag. 216.* Vicario autem deputato in Eccleſiis Curatis Monaſteriis perpetuò unitis, Congrua non debet aſſignari major centum, nec minor quinquaginta ſcutorum ad præſcriptum Conſtit. Pii V. quæ incipit ad exequendum *Sac. Congr. Concilii in Coſtantien. 17. Nov. 1629. lib. 14. Decret. pag. 185.*

31. Item habet jus, quod Cura, ſive Vicaria ſibi conferatur abſque formâ examinis per concurſum, & per ſolam Epiſcopi approbationem *Sac. Congr. Concilii in Vaſionen. 22. Auguſti 1637. lib. 15. pag. 580.* Item, quod ſi Parochia cujus debet eſſet Vicarius reperiatur unita Monaſterio, præferatur pro ſua Congruâ alimentariâ Monachis Monaſterii *Leoncil. de privileg. paup. par. 2. priv. 115. n. 94.* cum aliis pluribus allegatis *à Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 100. n. 2.* quam Monachi tenentur ſolvere etiam de propriis bonis Monaſterii uſque ad ſummam ſcut. 50. donec evidenter probent Parochiam unitam nullos prorſus habuiſſe redditus, quando Monaſterio fuit unita, prout deciſum fuiſſe *à Congr. Concilii* refert *Gallemart. ſupra c. 7. de reform. poſt n. 7. verſ. ex fructibus.* Item quod ſi Congrua non ſit ſufficiens augeatur, ut cenſuit *Congr. Concilii in Eugubina 10. Januarii 1695. confirmata 5. Maji 1696.* Item, quod à Cura non amoveatur inconſulto Epiſcopo, ut probant auctoritates allegatæ *tom. 1. tit. X. annot. ad form. 18. n. 17.*

32. At pro hujus ultimi juris intelligentia eſt advertendum, quod propoſitio vera eſt, quoties jus præſentandi Vicarium amovibilem pertinet ad perſonas privatas, vel ad Societates, & Collegia laicorum, penes quas reſidere non poteſt cura habitualis, ſeù Rectoria, in quibus terminis loquitur *Card. de Luca de benef. diſc. 80. n. 20. & 21.* ibi à me allegatus: ſecus autem ſi nominatio, ſeù præſentatio Vicarii pertineret ad Capitulum, ſive Collegium Eccleſiaſticum, vel ad Monaſterium; nam tunc amovibilitas ſpectaret ad eum ad quem ſpectat nominatio, prout reſpondit *Congr. Concilii in Aſculana 13. Nov. 1655. lib. 19. fol. 534.* licet Vicarius etiam in iſto caſu poſſit arbitrio Epiſcopi removeri, quamvis ſit Regularis, abſque eo quod teneatur deducere cauſas remotionis, ut reſpondit ead. Congr. *in Cameriné. 18. Septem. 1627. lib. 13. pag. 337.*

33. An autem Ordinarius vigore *c. 7. ſeſſ. 7. de reformation. Concil. Trident.* poſſit curam, quæ exercetur in Eccleſiis Regularium per Vicarium amovibilem exigere in Vicariam perpetuam, reſpondetur quod ſi agatur de Eccleſiis Parochialibus ſimpliciter Monaſteriis unitis, utique ſi ſibi melius expedire videatur poterit, prout reſponſum fuit per Congreg. *in Tudertina 8. Auguſti 1693.* ſi verò ſermo ſit de Eccleſiis Curatis poſitis in loco Monaſteriorum, quibus imminet Cura Animarum ab ipſorum primævâ fundatione, & non poterit; quia hujuſmodi Eccleſiæ Curatæ dicuntur de Menſâ Monaſterii, non autem ſimpliciter unitæ, ut diſtinguunt *Gallemart. ſupra d. cap. 7. ſeſſ. 7. & Pignatell. conſult. 157. n. 1. & per tot. tom. 9.* Et pro his ſervanda *eſt diſpoſitio cap. 11. ſeſſ. 25. de regular. ubi Barb. n. 2. & 24.*

34. Quoties autem Epiſcopus in Eccleſiis Parochialibus Monaſteriis unitis procedat ad erectionem Vicariæ perpetuæ juxtà facultates ſibi tributas *in d. cap. 7. ſeſſ. 7. & à conſtit. Pii V.*

*la* 47. tunc omnia onera incumbentia Parochiali Eccleſiæ cenſentur tranſlata in Vicarium, cui in futurum incumberent non autem Monaſterio, ut pluries dictam Pii V. Bullam interpretando declaravit *Congr. Concilii*, & præciſè *in Averſana* 31. *Maii* 1607. *lib.* 11. *pag.* 8. *in Vaſionen.* 22. *Auguſti* 1637. *ad* 3. *lib.* 15. *pag.* 580. *& in Conimbricen. ſeu Lamacen.* 14. *Nov.* 1648. *ad* 2. *lib.* 18. *pag.* 530. *Gallemart. ſupra d. cap.* 7. *ſeſſ.* 7. *poſt n.* 7. ubi aliud Decretum affert.

## Appellationis coram honeſtis Viris.

### *FORMULA II.*

### SUMMARIUM.

1. *Appellatio quomodò, & quando interponatur coram honeſtis viris, oſtenditur.*
2. *Appellatio interpoſita coram honeſtis viris debet continere cauſam cur coram illis fuerit appellatum.*
3. *Appellatio coram honeſtis viris poteſt interponi voce, ſive ſcripto, latinè, vel linguâ vernaculâ infrà decem dies.*

*Tempus ad appellandum coram honeſtis viris currit à die ſcientiæ latæ ſententiæ ſi citatio executa fuit Domi, ſi verò perſonaliter, à die ſententiæ.*

*Appellatio interpoſita coram ſolo Notario non ſuffragatur extrà Urbem.*

4. *Epiſcopus ſi allegatur ſuſpectus, poteſt alteri cauſam delegare ſi non agatur de intereſſe proprio burſali.*
5. *Appellatio à denegatâ juſtitiâ non admittitur niſi tranſacto biennio & n. 6.*
7. *Appellatio non datur à comminatione declaratoriæ cenſuræ latæ a jure.*

*Appellatio ſuſpenſiva non admittitur à Decreto, quò Epiſcopus decrevit tertiam partem fructuum Præbendarum pro Diſtributionibus eſſe applicandam.*

*Appellatio non impedit, neque retardat Synodum Diœceſanam neque Viſitationem perſonalem.*

*Appellatio non datur à Decreto Epiſcopi, quò declarat reum gaudere debere immunitate Eccleſiæ.*

8. *Referuntur Decreta, quibus præſcribitur modus, & cauſa appellandi in foro Eccleſiaſtico.*
9. *Cauſa non dicitur deſerta donec Judex ſuper deſertione interloquatur.*
10. *Appellatio in cauſis criminalibus poteſt validè interponi per procuratorem ubi non agitur de delicto quod mereatur pœnam corporis afflictivam.*

*Pœna exilii non eſt corporis afflictiva, ſed æquiparatur confiſcationi bonorum.*

11. *Appellatio ab Epiſcopo ſuffraganeo interponitur ad Archiepiſcopum, qui eſt Judex appellationis Diœceſanorum, & etiam in cauſis civilibus Judex competens eorundem ſuffraganeorum.*

*Appellatio ab Epiſcopo Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecto datur ad Papam, ab Archiepiſcopo ad Patriarcham.*

12. *Epiſcopus ſive Judex non aſſumit officium partis,*

*Archiepiſcopus non poteſt univerſaliter in cauſis appellationum à Suffraganeo ſuſpectus allegari, & n.* 13.

14. *Clauſula,* appellatione remotâ, *non tollit jus dicendi de nullitate, neque recuſationem Judicis, neque beneficium iterum appellandi, ſi Judex gravat.*

*Fallit ſi cauſa reperiatur commiſſa Cardinali.*

*Solus Papa reſcribit cum clauſula,* recuſatione vel appellatione remota.

15. *Dictio,* etiam, *implicat caſum minus dubitabilem & exprimit magis dubitabilem.*

*Appellatio interpoſita coram honeſtis viris probatur ſine aliis teſtibus.*

*Teſtium præſentia includit viſum, & auditum.*

16. *Teſtes maſculi præferuntur fœminis.*

*Teſtes quatuor Clerici æquivalet teſtimonio ſex laicorum.*

*Teſtis unicus regulariter non probat, ſed admittitur ad probandum miraculum.*

17. *Teſtes compelli poſſunt in utroque foro ad deponendam veritatem.*

*Teſtis cui ſub ſigillo naturali fuit communicatum delictum, tenetur revelare, ſi vergat in damnum publici boni, etiamſi juraverit non revelare.*

18. *Teſtes examinati coram Judice incompetente nullum indicium faciunt.*

*Teſtes deponentes falſum in judicio nullo, tenentur pœna falſi.*

19. *Delegatus Principis non poteſt ſubdelegare, quando eſt electa induſtria perſonæ, & dantur exempla.*
20. *Appellantes ab irrationabili judicio Epiſcopi in concurſu Parochialium, debent docere de irrationabilitate.*
21. *Irrationabilitas judicii Epiſcopi in prælectione probatur conjecturis, & præſumptionibus hic relatis.*
22. *Sola litteratura appellationis, non probat in prælectione irrationabilitatem judicii Epiſcopi.*

*Appellatio in devolutivo datur etiam à reprobatione Examinatorum.*

Com-

COmpareo hodie . . . . . coram vobis N. & N. perſonaliter Ego N. pretenſus reus in cauſâ, & cauſis aſſertæ . . . . . . . . . ( & exprimatur cauſa proceſſus) & ſentiens me gravatum à Sententiâ contra me latâ in prædictâ cauſâ à D. N. Vicario Gen. N. ſub die . . . . . vel alio veriori tempore, prout in eâ: eo quia delictum d. prætenſæ . . . . non perpetravi, & indefenſus, ac nulliter damnatus fui, aliiſque de cauſis ſuis loco, & tempore deducendis: & non audens *juſto timore detentus* ( & exprimatur cau ſa metus, ſeù impedimenti) coram eodem Vicario Generali Judice à quo, appellare; *coram vobis honeſtis Viris appello* ad Sanctiſſimum D. N. Papam N. ejuſque Sanctam Sedem ( vel ad N. Metropolitanum ) & proteſtatione hac propoſitâ à vobis inſtanter peto mihi reſponderi de Apoſtolis teſtimonialibus omni &c.

Ego N. appello, & peto, ut ſupra.

EOdem die, & loco, nos infraſcripti Cives N. plenam, & indubitatam fidem facimus quibus ſpectat, & pro veritate requiſiti teſtamur, N. de N. ſupradictâ die, & loco perſonaliter coram nobis comparuiſſe, cauſaſque timoris, & impedimenti adeundi Judicem à quo allegaſſe, proteſtatum de gravamine, & appellaſſe, & poſtulaſſe, prout in Scripturâ manu ejuſdem exaratâ, & ſubſcriptâ, hic ſupra latins apparet: & hoc fecit *etiam præſentibus teſtibus* infraſcriptis; in quorum fidem hos teſtimoniales Apoſtolos, manu propriâ ſcriptos damus.

Ego N. manu propriâ
Ego N. manu propriâ
Ego N. Teſtis.
Ego N. Teſtis.

## ADNOTATIONES.

1. Contingit aliquando, quod reis tàm in Civilibus, quàm in Criminalibus præcludatur via coram Judice à gravaminibus appellandi, vel ob juſtum metum, vel quia Judicis non adeſt copia: ideòque juxtà diſpoſitionem juris communis *in cap. final. de appellat.* datur tunc remedium appellandi coram honeſtis Viris: Et quamvis non ſit neceſſe pro validitate, quod huic appellationi adſint Notarius, & alii teſtes ( quorum vices ſupplent ipſi Viri honeſti) nihilominus ſi datur commoditas illos adhibendi, ad cauthelam adhibeantur. Sufficit autem quod Viri coram quibus fit hæc proteſtatio ſint honeſti, ſive Clerici ſint, ſive laici, ſive divites, ſive pauperes, dummodò habeant qualitates teſtium idoneorum; & fiat intra tempus legitimum de jure conceſſum ad appellandum; & demum Judici à quo, & parti intimetur, nam alias non cauſaret attentata *Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 6. num. 31.*

2. *JUSTO TIMORE DETENTUS*. Vel alio juſto, & rationabili impedimento. Ut enim coram honeſtis Viris validè appellari poſſit, exigitur primo loco cauſa juſta quominus quis coram Judice appellare non potuit: putà quia Judex eſt ſibi infenſus, propalavit animum ſuum, vel eſt ſolitus indignari adverſus illos, qui à ſuis Decretis appellant. Si pars, ſeù Fiſco adhærens ſit ejus familiaris, Conſanguineus, vel Cancellarii. Si appellationem recipi prohibuit, vel copiam ſui non facit, & ſe abſentavit, & occultavit: vel demùm Cancellarium habet inimicum. Unâ igitur ex his cauſis ( vel alterâ ſimilis, quæ rationabilis, & juſta videatur ) concurrente, debet in proteſtatione, & appellatione exprimi, ut legitimè facta cenſeatur *Gratian. diſc. 10. num. 1. 2. & ſeqq. Ricc. collect. 1355. Barboſ. in dict. cap. finali de appellat. num. 20.* & undecunque timeat, ſive à Judice, ſive à parte, aut Conſanguineis illius, non tenetur coram Judice appellare *Paſſerin. mox citandus num. 42.*

3. *CORAM VOBIS HONESTIS VIRIS APPELLO*. Sive linguâ latinâ, ſive ſermone vernaculo, ſive ſcripto, ſive voce, dummodò actus fiat publicus, & in actis redigatur *Barboſ. ubi ſuprà n. 23. Paſſerin. ad tit. de appellat. quæſt. unic. n. 46. in 2. lib. Decret. in 6.* & infrà decem dies, quod eſt tempus præfixum à jure ad appellandum à die prolationis Sententiæ *l. 1. §. biduum ff. quand. appelland. ſit. c. quoad conſultationem de ſent. & re judic. Barb. ibi d. n. 23.* Tempus autem iſtud ſi ſententia lata fuit per contradictas, vel per citationem factam Domi dimiſſâ copiâ, currit à die ſcientiæ, non autem à die ſententiæ latæ, quia tunc reus dicitur fictus contumax *per text. in c. concertationi de appellat. in 6.* at ſi lata fuit contra verum con-

contumacem, qui nempè fuerit perſonaliter citatus, tunc tempus currit à die Sententiæ *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 13. n. 127. Ubert. de citat. cap. 10. n. 371. Rot. coram Buratt. dec. 59. n. 6. 7. & 17. & coram Manzaned. dec. 656. n. 4.* Et dicitur = *coram Vobis honeſtis Viris &c.* ad demonſtrandum, quod appellatio dum deficit copia Judicis, vel ex juſtâ causâ coram eo interponi non poteſt, non ſufficit quod interponatur coram Notario, ſed debet interponi coram honeſtis Viris *Rot. d. dec. 656. n. 5. coram Manzaned.* ubi habetur, quod appellatio interpoſita coram Notario, eſt ac ſi interpoſita non fuiſſet. Verum de ſtylo Curiæ Romanæ ſufficit, quod Cedula appellationis præſentetur Notario Cauſæ intrà legitimum tempus.

4. Et hic nota, quod ſi Epiſcopus allegaretur ſuſpectus in cognoſcendo, non diceretur ſuſpectus in delegando, quia ſuſpicio perſonam ſugillat, ſed non tollit juriſdictionem ut dicit *Tondut. de prævent. par. 2. cap., 2. poſt n. 48. Sac. Congr. Concilii 15. Septembr. 1607.* quod verum puto quoties agatur de intereſſe Eccleſiæ, in cujus cauſa Epiſcopus eſt Judex competens juxtà ſententiam *gloſsæ in cap. ſi quis 20. quæſt. 7.* ſecus autem ſi agatur de intereſſe burſali Epiſcopi, nam tunc non poſſet cognoſcere neque alteri cognitionem delegare, ut reſcripſit *Congr. Epiſc. in una Caſalen. 14. Decembr. 1696.* in quâ cum Epiſcopus eſſet creditor unius ex Canonicis Cathedralis, & eum pulſaſſet ad ſolvendum in ſuo Tribunali, & poſt propoſitam à Canonico cauſam ſuſpicionis alium Judicem delegaſſet, cauſa per recurſum ad Congregationem devoluta, ſub dictâ die reſponſum fuit = *Uni ex Vicinioribus prout de jure*, & hanc diſtinctionem videtur approbare *Fagnan. in c. noſti n. 18. de Elect.* quem ſequitur *Paſſerin. Tribunal. Regular. quæſt. 3. art. 6. n. 118.*

5. Si verò appellaretur à denegatâ juſtitiâ ob non expeditionem Cauſæ intra biennium faciendam juxtà Decretum Concilii *in c. cauſæ omnes ſeſſ. 24. de refor.* tunc ut poſſit cauſa avocari requiritur, quod præceſſerint judiciales inſtantiæ ter repetitæ pro expeditione Cauſæ cum proteſtatione appellationis à denegatâ juſtitiâ, cum moderato dierum intervallo inter unam, & alteram; & quod à die introductionis Cauſæ ſit lapſum biennium. Nam licet *Card. de Luc. de juriſd. diſc. 68. n. 9.* quem ſequitur *Reverendiſs. Zaul. obſer. ad ſtat. Favent. rubr. 7. lib. 3. n. 15.* dicat quod factis requiſitionibus prædictis, ſi Judex fiat contumax in expediendo, non conſtito de legitimo impedimento, ſit locus appellationi, & avocationi Cauſæ, etiam non expectato biennio: adhuc teneo, quod tempus à Concilio Statutum ſit expectandum, & quod opinio *Card. de Luca* opponatur de directo textui Concilii ibi = *infra biennium à die motæ litis terminentur, alioquin poſt id ſpatium, liberum ſit partibus, vel alteri illarum Judices Superiores adire &c.* & clarius ibi = *nec antea aliis committantur, nec avocentur, neque appellationes recipiantur.*

6. Et ita pluries declaravit Congreg. Concilii, nempè *in Aprutina 26. Aprilis 1592. lib. 8. litter. pag. 30. in Patavina 15. Novembr. 1600. lib. 87. pag. 844. & 26. Aprilis 1659. & in Albinganen. 28. Novembris 1693.* quibus Decretis firmatur, quod Cauſæ fori Eccleſiaſtici non poſſint per appellationem avocari niſi tranſacto biennio: quod, & deciſum fuiſſe reperio *à Sac. Congr. Epiſcop. in una Beneventana 15. Septembr. 1617. fol. 187.* in qua dubium ſic exponitur = *Cum Archiepiſcopus Beneventanus in poſſeſſione Cauſas, quæ coram ejus Suffraganeis in prima inſtantia tractantur, ad ejus Curiam etiam ante biennium avocandi exiſtere prætenderet; Sac Congr. poſſeſſionem præfatam, ut potè Concilio Tridentino Decretum irritans habenti de directo contrariam, ſuſtineri non poſſe cenſuit.* Et hoc, quia Concilium præfixit biennium inſtantiæ, & non Judici, cujus juriſdictio ſemper durat, durante biennio *Fagnan. in c. venerabilis n. 14. & 25. de judic.*

7. Item appellatio non datur à comminatione declaratoriæ tanquam à gravamine irreparabili; puta ſi quis citatur ad dicendum cauſam quare non debeat declarari incidiſſe in excommunicationem ob violatam immunitatem Eccleſiaſticam, vel alias cenſuras à jure latas; & ideò ſi monitus recurreret ad Metropolitanum, non eſſet audiendus, neque illius appellatio admittenda, ut declaravit *Congr. Concilii in Tropien. 16. Martii 1619. lib. 12. pag. 715. & in Neocaſtren. 22. Febr. 1620. lib. 12. poſit. pag. 698.* Sicuti nec admittitur appellatio ſuſpenſiva à Decreto Epiſcopi, quò mandat tertiam partem fructuum Præbendarum in Diſtributiones eſſe applicandas *Congr. Concilii in Elboren. 10. Auguſti 1591. lib. 7. pag. 261.* Et quocunque modo interponatur, non impedit, neque retardat Diœceſanam Synodum *eadem Congreg. in Oriolen. 27. Martii 1632. ad 17.* neque Viſitationem perſonalem, quam facere intendit Epiſcopus in Viſitatione generali ſuæ Diœceſis *ead. Congr. in Triventina 22. Julii 1686. lib. 36. fol. 257.* Non datur à Decreto Epiſcopi, quo declarat reum gaudere debere immunitate Eccleſiaſticâ, ut reſpondit *S. Congr. Immunit. in Nicien. 12. Jan. & in Vercellen. 3. Auguſti 1649. lib. 4. dec. fol. 69. à tergo & fol. 85. Ciarlin. contr. 10. n. 154.*

8. Alii plures ſunt caſus frequentiores in quibus appellationes admitti non debent, expreſſi in Decretis generalibus juſſu, & approbatione *Clem. VIII.* de *anno* 1600. emanatis à Sac. Congr. Epiſc. quæ per extenſum referunt *Quarant. in ſum. Bullar. verb. Archiepiſcopus poſt. n. 20. Piaſec. in prax. par. 2. cap. 4. art. 15. de appellat. n. 9. Donat. prax. rer. regular. tom. 1. par. 2. tract. 10. de appellat. quæſt. 18.* & quibus reſpondent moderniora Congr. Concilii, quæ

quæ prodierunt in Cauſa *Inſulæ ſeù Regni Sardiniæ* ad inſtantiam Epiſcoporum, & Metropolitani devoluta adverſus Judicem Delegatum Apoſtolicum ejuſdem Regni: nam propoſitis dubiis.

I. *An quando Ordinarii ad evitanda Scandala procedunt non citatâ parte, nec adhibita cauſæ cognitione in cauſis Viſitationis, aut correctionis morum, poſſit Judex Delegatus Apoſtolicus appellationem ſimpliciter admittere?*

II. *An ab interlocutoria, vel alio quocunque gravamine, quod tamen poteſt reparari per ſententiam diffinitivam, valeat appellationem admittere?*

III. *An quando appellatur à gravamine, quod per diffinitivam reparari nequit, ut carcerationis, torturæ, aut excommunicationis, poſſit appellationem admittere, aut inhibitionem, vel aliam inhibitionem concedere non viſis actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine?*

IV. *An Cenſuras Eccleſiaſticas in appellantem prolatas, valeat relaxare, aut nullas declarare, non auditis partibus, nec cognita cauſa?*

V. *An valeat abſolutiones ad cauthelam concedere non citatâ parte, nec viſis actis, nec præſtitâ cautione ab appellante de ſtando juri, & parendo mandatis Eccleſiæ?*

VI. *An ab Executione Decretorum Sac. Concilii Tridentini valeat appellationem admittere?*

VII. *An valeat cauſas in Curiis Ordinariorum, vel aliorum Judicum inferiorum pendentes ad ſe avocare, vel illorum curſum impedire ſub quolibet prætextu, præterquam per viam legitimæ appellationis fuerint ad ipſius Tribunal delatæ?*

VIII. *An valeat appellationem recipere, niſi per publica documenta (quæ realiter exhibeantur) prius conſtiterit appellationem à ſententia deffinitiva, vel habente vim deffinitivæ, aut à gravamine, quod per definitivam ſententiam reparari non poſſit in caſibus à jure non prohibitis per legitimam perſonam, & intra debita tempora fuiſſe interpoſitam, & proſecutam?*

IX. *An valeat inhibitionem concedere poſt receptam appellationem, abſque inſertione tenoris Sententiæ, aut Decreti deffinitivi, aut deffinitivi, vim habentis, etiamſi appellans aſſerat culpa Judicis à quo vel Actuarii exemplum habere non poſſe, non juſtificato impedimento, & an in caſu poſſint inhibitiones impunè ſperni?*

X. *An valeat appellationes in ſecundâ inſtantiâ recipere à Decretis, ſeù Sententiis Suffraganeorum, omiſſo medio Curiæ Metropolitanæ?*

XI. *An in cauſis de ſui natura appellabilibus, in quibus dictus Judex proceſſit, valeat appellationem quoad effectum ſuſpenſivum denegare?*

*Sac. Congregat. Die* 15. *Maii* 1700. *reſpondit.*

*Ad* 1. *Negativè quòad effectum ſuſpenſivum?*

*Ad* 2. *Negativè?*

*Ad* 3. *Negativè quoad cognitionem cauſæ in gradu appellationis tantum, & Affirmativè quoad brevem ſuperſeſſoriam?*

*Ad* 4. *Negativè?*

*Ad* 5. *Negativè præterquam in caſu abſolutionis ad breve tempus, & tunc cum obligatione de ſtando juri, & parendo mandatis Eccleſiæ?*

*Ad* 6. *Negativè?*

*Ad* 7. *Negativè?*

*Ad* 8. *Negativè?*

*Ad* 9. *Negativè?*

*Ad* 10. *Negativè?*

*Ad* 11. *Negativè.*

9. In cauſis igitur civilibus de ſui naturâ appellabilibus, ſi tempore debito, non fuit appellatum, & cauſa remanſit deſerta, juxtà diſpoſita *in Clem.* 3. *de appellat.* ut fieri poſſit Executio rei judicatæ, adverti debet, quod non ſufficit cauſam fuiſſe deſertam; ſed requiritur, quod Judex prius interloquàtur, & declaret ſuo Decreto ſer. ſer. cauſam eſſe deſertam, ut dixit *Rot. coram Ninot. deciſ.* 66. *num.* 7.

10. In cauſis verò criminalibus, in quibus non infligitur pœna corporalis, appellatio interponi poteſt, etiam per Procuratorem habentem ſpeciale mandatum. Etenim firmiſſima opinio eſt, quod in omnibus cauſis à relegatione infra, admittitur Procurator; cum ſatiſdatione de ſtando juri, *Guazzin. ad def. reor. def.* 12. *cap.* 1. *num.* 55. ubi contrariis plenè ſatiſfacit *Gaballin. in Gloſs. ad Conſtit. Ægidian. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 1. & 2. Et ſic in Criminibus, in quibus intrat pœna pecuniaria, Exilii, & etiam excommunicationis, reus abſens poterit ſe defendere per Procuratorem: Nam pœna Exilii non dicitur pœna corporis afflictiva, ſed medio collocatur inter corporalem, & pecuniariam *Antonell. de loc. legal. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 19. & 20. imò quod Exilium, & bonorum confiſcatio æquiparentur in jure ait *Sebaſt. Medic. de regul. jur. par.* 2. *regul.* 1. *ampliat.* 37. & eſt pœna Canonica *Text. eſt expreſſus in cap. accuſatoribus* 3. *quæſt.* 5. in delicto excommunicatione digno, quod audiatur Procurator, docet idem *Guazzin. dict. defenſ.* 12. *dict. cap.* 1. *d. n.* 58. *circa fin. ver. nec non.*

11. Ap-

11. Appellatio autem à Tribunali Epiſcopi Suffraganei, datur ad Archiepiſcopum, ſeù Metropolitanum cui ſubeſt, qui ſicuti eſt Judex Ordinarius appellationis Diœceſanorum juxtà diſpoſita *in cap. Romana §. debet autem de appellat. in* 6. ita etiam eſt Judex competens Cauſarum Civilium, quæ in primâ inſtantiâ moventur contra eoſdem Epiſcopos ſuffraganeos, ut pluries reſpondit *Congregatio Concilii*, & præcisè *in Indiarum anno* 1585. *ad* 13. *dubium*, *&* 10. *Novembris* 1618. & alia Decreta ejuſd. Congreg. refert *Nicol. lucubr. can. lib.* 2. *tit.* 2. *de for. comp. poſt. n.* 2. ubi poſt relatum Decretum Sac. Congr. Epiſcop. 31. *Maii* 1588. quod videbatur contrarium *ſic* concludit = *Sac. verò Congreg. Concilii cenſuit Metropolitanũ in cauſis civilibus Suffraganeorum poſſe cognoſcere, quando Epiſcopus agit contra Epiſcopum, & ubi Subditus Epiſcopo agit contra ipſum Epiſcopum: ceteroquin non poſſe niſi in caſibus jure expreſſis. S. Angeli Lombardorum, & Limana ſeù Civitatis Regum*: cum qua individualiter pertranſeunt *Zecch. de republ. Eccleſ. tit. de ſtat. Patriarch. & Archiep. poſt n.* 6. *verſ. unde ſi Epiſcopi ſubditus Ricc. in prax. par.* 4. *reſol.* 496. *Genuen. in prax. cap.* 86. *n.* 1. *Paſſerin. in c. Romana n.* 4. *de offic. ord. in* 6. *& in Tribunal. Regular. quæſt.* 3. *art.* 6. *n.* 118. *Pirhing. in jus can. lib.* 1. *tit.* 31. *n.* 14. Sicque in locis, & Provinciis in quibus non adeſt Nuncius Apoſtolicus, Archiepiſcopus eſt Iudex ſuorum Suffraganeorum in cauſis civilibus *Piaſec. in prax. par.* 2. *c.* 5. *art.* 2. *quæ benef. confer. poſſ. Epiſc. n.* 47. Quidquid igitur dicat *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 22. quem ſequitur *R. P. D. Petra in commentar. ad Bull.* 2. *Leonis* IX. *ſect.* 5. *n.* 15. *tom.* 1. ab hac ſententiâ non videtur recedendum, quia eſt caſus deciſus à jure *in c.* 1. *diſt.* 80. *& in c. Metropolitanum* 45. 2. *quæſt.* 7. hancque præter ſupra allegatos ſequitur *gloſ. in c. paſtoralis de offic. ordin. & in c. pervenit* 39. *verb. interponere* 11. *quæſt.* 1. Porrò ſi Epiſcopus, vel alius Prælatus ſit exemptus, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectus; tunc ab eo non ad Metropolitanum, ſed ad Papam etiam in cauſis temporalibus civilibus appellari debet; ab Archiepiſcopo verò ad Patriarcham ſeù Primatem appellandum eſt *Pirhing. in jus can. lib.* 2. *tit.* 28. *n.* 92.

12. Eſt quoque ſciendum, quod Suffraganeus poſtquam in Cauſis ſententiam tulit, non debet à revocatoriis Metropolitani appellare: quia ut bene reſpondit *Congreg. Epiſcopor. Vicario Gen. Lycien.* 2. *Auguſti* 1619. Judex non aſſumit officium partis; & propterea nec debet generaliter pro omnibus cauſis eum ſuſpectum habere, & allegare: Cum enim Epiſcopus Herbipolen. prætenderet, quod Metropolitanus Moguntiuus tanquam unus de Capitularibus Herbipolen. ratione Canonicatus, quem in dictâ Eccleſiâ retinebat, non poſſet uti ſibi legitimè ſuſpectus, cognoſcere cauſas appellationum frequenter à ſuis decretis interpoſitarum ab aliis Canonicis, & Capitularibus, & ideò inſtetiſſet in Congregatione Concilii pro deputatione Nuncii Apoſtolici Coloniæ reſidentis in locum d: Metropolitani, fuit hujuſmodi inſtantia ſub *die* 29. *Nov.* 1698. rejecta, & reſponſum, *providebitur in caſibus particularibus*.

13. Et prætendens Epiſcopus Inſulanus, quod Archiepiſcopus S. Severinæ (cujus eſt Suffraganeus), non poſſet cognoſcere in gradu appellationis legitimè interpoſitæ, de validitate Cenſurarum per affixionem Cedulonum ab eod. Epiſcopo contra Regulares latarum, ex quo eſſet ſibi ſuſpectus, & plures ſuſpicionis cauſas in Congreg. Epiſcopor. & Regular. proponeret, nempè. Primò, quod Archiepiſcopus in aliâ causâ reum à cenſuris abſoluiſſet non obſtante, quod eſſent in ſuo Decreto reſervatæ Sedi Apoſtolicæ. Secundò quod Interdicto ſuppoſuiſſet Eccleſiam quandam Regularium, eo quia Baldacchinum ibidem ſibi erexiſſent. Tertiò, quod in quadam causâ Menſæ ſententiam contrariam protuliſſet non viſis juribus. Quartò, quod pro minimis, levibuſque cauſis inhibitiones, & appellationes concederet, & admitteret l nihilominus proponente fel. rec. D. meo Card. Petruccio, *ſub die* 22. *Januarii* 1700. reſcriptum fuit = *Non conſtare de cauſis ſuſpicionis contra Archiepiſcopum, qui procedat prout de jure*.

14. Item notandum, quod ſi cauſa reperiretur commiſſa cum clauſulâ *appellatione remotâ*, hæc non tollit beneficium dicendi de nullitate *Novar. dec.* 41. *n.* 4. neque Judicis recuſationem *c. poſtremo de appellat. Fagnan. in c. ſuper eo il* 2. *n.* 15. *de appellat.* imò nec beneficium iterum appellandi, quia intelligitur ſublata appellatio frivola, & quando Judex non gravat *Rot. coram Gregor. dec.* 91. *n.* 10. *Guazzin. ad defenſ. animar. lib.* 2. *de Judic. defenſ.* 7. *cap.* 11. *addit.* 11. *n.* 38. *cum aliis apud Barb. de clauſul. clauſ.* 9. *n.* 15. nec afficit tertium, qui poteſt appellare *Marant. in prax. par.* 3. *n.* 76 niſi tamen cauſa reperiretur commiſſa alicui Cardinali; quia tunc intelligeretur remota quecunque appellatio, tàm legitima quam frivola, juſta vel injuſta, *Barb. d. clauſ.* 9. *n.* 17. *Zecch. de republ. Eccleſ. de Stat. Card. n.* 9. *privil.* 11. *circa fin.* & hoc ut Dignitas Cardinalitia aliquid operetur. Hæc autem clauſula non apponitur niſi in Commiſſionibus Papæ: quia nemo Judex inferior, etiamſi ſit de Latere Legatus poteſt reſcribere cum clauſulâ *recuſatione vel appellatione remota*. *Barb. ibid. n.* 3. *Paſſerin. Tribunal. Regular. quæſt.* 3. *art.* 2. *n.* 1. *&* 29. niſi in facultatibus clarè habeat *Marant. in prax. par.* 3. *d. n.* 76.

15. *ETIAM PRÆSENTIBUS TESTIBUS*. Hoc dicitur ad demonſtrandum quod alii teſtes adhibentur ad cauthelam: dictio enim, *etiam*, implicat caſum minus dubitabilem, & exprimit magis dubitabilem *Barb. dict.* 112. *n.* 1. cum

ut jam

ut jam ſuprà in principio dictum fuit ſufficiat, quod appellatio interponatur coram duobus honeſtis viris, qui teſtimonium reddant in judicio de appellatione, ut latè probat *Paſſerin. ad tit. de appellat. quæſt. unic. n. 46. & ſeqq. in 2. lib. 6. decretal. pag. 225.* Et dicitur hoc fuiſſe geſtum in præſentiâ teſtium, ad ſignificandum, quod præſentia includit viſum, & ſcientiam: unde bene ſequitur, fuit præſens, ergo vidit, & ſcivit, & qui teſtatur fuiſſe præſentem, dicit vidiſſe, & audiviſſe *Bertacchin. in repertor. verb. præſentia verſ. 2. & 3. pag. mihi 159. à tergo gloſ. in c. in primis verb. præſente 2. quæſt. 1. Barb. dict. 71. n. 2.*

16. Et hic nota, quod teſtes Maſculi præferuntur Mulieribus: vel melius dic, quod teſtimonium Virorum prævalet teſtimonio Mulierum *Gabr. commun. concl. lib. 1. de teſt. concl. 4. n. 38. & 42.* Secundò, quod tantum valet depoſitio quatuor Clericorum, quantum ſex laicorum *Gabr. ibid. n. 40. Bellett. diſq. cleric. par. 1. de cleric. teſt. §. 1. n. 3.* Tertiò, quod ad unius teſtimonium nullus eſt condemnandus *Num. 35. 30.* at ſufficit unus teſtis ubi agitur de declarandâ voluntate partium *Rot. coram Mantic. dec. 323. n. 1. dec. 600. n. 5. par. 3. & dec. 128. n. 6. par. 16. rec.* & ubi affertur ad probandum miraculum, ſi teſtis ſit qualificatus, & fide dignus: nam ſi ex naturâ miraculi illud non poteſt probari niſi per unicum teſtem, ut evenit in revelationibus, & apparitionibus illius de cujus canonizzatione agitur, vel quando deponit de miraculo in ſuâ perſonâ patrato, tunc ſatis probat, ut pluribus exemplis comprobat *Contilor. de canoniz. Sanctor. cap. 18. n. 17. & trib. ſeqq.* quem ſequitur *Pignatell. conſult. 54. n. 5. tom. 5.* quod amplia procedere in hac materiâ Proceſſus cauſarum Servorum Dei, etiamſi teſtis eſſet de novo repertus, poſt didicita teſtificata, & publicationem Proceſſus, nam adhuc eſſet admittendus non obſtante Decreto emanato ab Alexandro VII. anno 1658. quod refert *Matt. de canoniz. Sanct. par. 5. cap. 3. n. 11.* prout admiſit Congr. Rituum in una *Coſtantien. ſeù Curien. 27. Septembr. 1698.* cum hac tamen conditione = *jurato prius teſtem fuiſſe noviter repertum, & poni ad partes*.

17. Item nota, quod teſtes recuſantes deponere in judicio veritatem, compelluntur à Judice laico mulctis, & pignoribus, ab Eccleſiaſtico verò per excommunicationem etiam in cauſâ vertente coram Judice ſæculari; quia ſicuti is impendit auxilium Judici Eccleſiaſtico, ita è contra debet facere Eccleſiaſticus *Graff. conſil. lib. 2. de teſt. cogend. conſil. unic. n. 2. & 6.* Amplia ad detegendum delicta gravia contra publicum bonum in teſte, cui per conſultationem ſecretam, & ſub ſigillo naturali fuit communicatum delictum; nam licet non debeat revelare, quando ad ſolam delinquentis pœnam proceditur; tamen ubi agitur ad vitandum grave damnum tertii, vel Reipublicæ, quod aliter impediri, & evitari non poſſit, tenetur deponere, & revelare, quia tunc ſecretum naturale non eſt ſervandum, etiamſi eſſet juramento firmatum *D. Thom. 2. quæſt. 70. art. 1. ad 2. Lazzar. quæſt. canonic. ſect. 2. quæſt. 16. n. 5. & 6. Martin. de Rio diſq. magic. lib. 5. ſect. 5. n. 3. in fin.* ubi pro detegendis criminibus magiæ, & maleficorum.

18. Item, quod ſi teſtes examinati coram Judice incompetente, denuò examinentur coràm Judice competente, & deponant in hoc ſecundo examine contrarium à primo, non poterunt redargui de falſo, nec de contrarietate, quia primum examen eſt ac ſi factum non eſſet, & nullum indicium facit *Zuff. de legit. proceſſ. quæſt. 54. n. 26. Bertacchin. in ſuo repertor. verb. teſtis verſ. teſtis in alio judicio an probent poſt n. 10. fol. mihi 235. à tergo*; Secus ſi falſum deponant in judicio nullo; nam tunc tenerentur pœna falſi *Gonzal. ad regul. 8. gloſ. 57. n. 51. Barboſ. de offic. Epiſc. alleg. 51. n. 25.*

19. Judex autem (per modum exempli) diceretur incompetens ſi eſſet ſubdelegatus à Delegato Principis, qui facultatem non haberet ſubdelegandi: ut potè quia eſſet electa induſtria perſonæ, quæ regulariter cenſetur inducta per clauſulas = *perſonaliter cognoſcas: per te ipſum cognoſcas: arbitrio tuo determines: tu expedias, & non alius: oneramus conſcientiam tuam*: vel ſi committatur id quod Principi eſt reſervatum: vel negotium ſit arduum: aut factum variabile, ut notat *Paſſerin. Tribunal. Regular. quæſt. 2. art. 3. n. 18.* quæ prius tradidit *Ricc. deciſ. 88. par. 1. per tot.* ac etiam per alia per me adducta *tom. 1. tit. 1. annot. ad form. 1. num. 45.*

20. Tandem hic admonendi ſunt appellantes in concurſu Parochialium ab irrationabili judicio Epiſcopi in prælectione concurrentium vigore Bullæ Pii V. *la 33. Bullar. tom. 2.* quod debet docere de dolo, & irrationabilitate Judicis eligentis coram Judice appellationis (quod facile eis non erit) ut patet *in* §. 2. prohæmiali dictæ Bullæ ibi = *Perſonis minus idoneis, carnalitatis, aut alium humanæ paſſionis affectum, non rationis ſequentis*; ex quibus prohæmialibus verbis tota diſpoſitio regulatur *Rot. coram Coccin. dec. 1305. n. 57. & 58.* & in diſpoſitiva §. 7. ibi = *conſtito de prioris eligentis irrationabili judicio*.

21. Ad hoc autem docendum multum valent ſequentia. Primò, quod electus ſit familiaris, vel conſaguineus eligentis: quia tunc proviſio, & electio redditur ſuſpecta, & præſertim ſi electus ſit forenſis, & appellans ſit doctior, & Diœceſanus. Secundò ſi Epiſcopus noluit, quod Examinatores relationem in ſcriptis facerent, prout fieri ſolet, ſed juſſerit ſibi verbaliter referri quinam ex concurrentibus eſſent idonei: nam hoc feciſſe præſumi-

ſumitur, ut facilius reliqueretur locus gratificationi, & ideò electio redditur ſuſpecta, & ex his nullam declaratam fuiſſe à Rota teſtatur *Gonzal. ad regul. Cancellar. gloſ.* 4. *n.* 140. *&* 141. Tertiò ſi electus eſſet inviſus Populo: nam cum Rector Animarum gratus plebi præfici debeat, ut advertit *Vivian. de jur. patr. lib.*2. *cap.* 9. *n.* 18. *&* 19. *Bellett. diſq. Cler. tit. de diſcipl. Cleric.* §. 15. *num.* 19. tunc Epiſcopum talem eligendo, non rationis tramitem ſequutum fuiſſe ſed paſſionis affectum, ſuſpicandum venit. Quartò ſi Epiſcopus ante examen concurrentium animum ſuum propalaſſet velle gratificare electo, prout animadverſum fuit in Sac. Congr. Concilii in una *Cluſina Parochialis* 15. *Julii* 1697. in quâ licet appellatio non fuiſſet admiſſa, hoc evenit, quia Epiſcopi propalatio non erat probata. Quintò ſi electus eſſet de incontinentiâ diffamatus: nam qui de hoc crimine eſt ſuſpectus nunquam Curæ Animarum eſt præficiendus ut reſpondit *Sac. Congreg. Concilii in Forolivien.* 19. *Julii, &* 20. *Septembr.* 1692. *& Sac. Congr. Epiſc. & Regular. in Carpentoraten.* 2. *Septembr.* 1695. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 31. *n.* 145. *& dub. ſeqq.* Sextò ſi præelectus fuiſſet aliquando inquiſitus, & poſteà abſolutus etiam tanquam innocens: quia dicitur ex hoc minus dignus niſi conſtaret accuſationem fuiſſe datam per calumniam *Ventrigl. prax. par.* 2. *annot.* 5. §. 2. *n.*65.

22. Cœterum quoad litteraturam, ſi hæc ſola concurrat in rejecto, & appellante, non inde probatur judicium Epiſcopi irrationabile: quia approbatus quoad ſcientiam, poteſt probè reiici, & rationabiliter reprobari quoad mores; etiam ſi ex actibus concurſus appareret inter approbatos eum eſſe doctiorem *Garc. de benef. par.* 6. *c.* 2. *n.* 236. *& ſeqq. Nicol. lucubr. can. lib.* 3. *tit.* 5. *de præb. n.* 18. *verſ. pro limitatione, & bene Rot. coram Manzaned. dec.* 583. *per tot. Ricc. dec.* 96. *n.* 6. 7. 8. *& ſeqq. par.* 4. quem vide. Unum autem certum erit, quod quidquid ſit in foro exteriori, quoad juſtitiam appellationis, in interiori ſaltem Epiſcopus, minus bene eligens exactam rationem Deo reddet, apud quem nulla excuſatio valebit, cum arcanorum cognitor, & Judex ſit *c. erubeſcant in fin.* 32. *diſt. Navar. c. novit de judic. notab.* 1. eſt autem hic notandum quod Sac. Congr. Concilii ſæpius indiſtinctè tenuit, dari appellationem quoad effectum devolutivum, etiam ab examinatorum reprobatione, ut teſtatur *Nicol. lucubr. can. in addit. n.* 13. *pag. mihi* 356.

## Libelli compoſitionis Rei inquiſiti.

## *FORMULA III.*

### SUMMARIUM.

1. *Reus petens admitti ad compoſitionem, non debet fateri delictum, nè incurrat infamiam.*
2. *Simplicitas eſt multiplex, & enumerantur ſpecies ibi.*
3. *Dolus ex quibus excludatur, & ex quibus præſumatur oſtenditur, & n.* 4.
5. *Compoſitio à Fiſco non debet admitti, niſi obtenta remiſſione partis.*
6. *Compoſitiones à Fiſco admitti non debent ſine juſtâ cauſâ.*
7. *Cauſæ juſtæ admittendi reum ad compoſitionem referuntur.*
8. *Epiſcopi habent in eorum Diœceſibus merum, & mixtum imperium, & gratiam faciunt reis, illoſque ad compoſitionem admittunt.*

*Vicarius Generalis facultate ordinaria non poteſt reos ad compoſitionem admittere ibi.*

10. *Epiſcopi tenentur mulctas, & pœnas pecuniarias voluntarias applicare uſibus piis.*

*Reus non admittitur ad compoſitionem, niſi poſt completum proceſſum ibi.*

*Compoſitio non debet admitti in criminibus gravibus, vel in quibus Epiſcopus non poteſt de jure diſpenſare ibi.*

*Compoſitio etiam à reo ſpontè oblata non admittitur, ubi non conſtat ſaltem ex præſumptionibus de delicto ibi.*

14. *Epiſcopus carcerans indebitè, & ſine delicto Clericum, peccat mortaliter, & tenetur ad damna.*
15. *Epiſcopus in cauſis criminalibus Clericorum quomodò ſe gerere debeat præſcripſit S. Congr. Concilii in Decreto quod affertur.*
16. *Compoſitiones non debent admitti in delictis, quæ ſcandalum afferunt, prout eſt delictum celebrationis plurium miſſarum eadem die.*

*Sacerdos pluries celebrans in eadem die peccat graviter, & reiicitur Amen. ibi, & n.* 18. *&* 19.

20. *Sacerdos celebrans pluries in nocte Nativitatis D. N. Jeſu Chriſti poteſt puniri.*
21. *Sacerdos non poteſt celebrare in die Sabbati Sancti.*

EGO N. reperiens me proceſſatum, & carceratum in hac Curiâ Epiſcopali N. pro crimine aſſerto N. (& explicetur prætenſum crimen) licet innocens, & immunis ſim à tali delicto, & ſi fortè in aliquo erravi (*quod non credo, nec admitto* ignorans *cum ſimplicitate, & ſine dolo feci*: nihilominus conſiderans quod ſtatui meo non convenit lites fovere, & habere cum Fiſco: ideò ut âb expenſis, & vexationibus redimar, & ad omnem meliorem finem, & effectum ſuppliciter exoro Illuſtriſs. & Reverendiſs. D.N. Epiſcopum, ut velit ſupradicto Proceſſui finem, & Fiſco

& Fiſco ſilentium imponere, ſpontè, & totaliter me ſubmittens ad pœnam, & pœnitentiam quam dignabitur mihi imponere, & aſſignare, illamque pro gratiâ profiteor me recepturum, quam &c.

Ita ſupplico, & inſto Ego N.

*Recepto hoc libello, Epiſcopus reſcribat* = fiat de actis, & citetur pars. *exequuto reſcripto, & habita remiſſione partis (ſi adeſt), eaque exhibita, poterit Decretum compoſitionis extendi modo ſequenti, vel ſimili.*

## Form. Decreti Compoſitionis.

ATTENTIS *remiſſione Partis*, nec non qualitate Delicti, & delinquentis, *ac aliis juſtis de cauſis* animum noſtrum dignè moventibus, ſupradictum N. inquiſitum pro . . . . & causâ de quibus in Proceſſu, ad compoſitionem, quam Curiæ, & Fiſco ſpontè obtulit, & ad quam admitti poſtulavit, *admittimus*, & ſolutis per eum in manibus Depoſitarii pœnarum noſtræ Curiæ ſcutis . . . . ipſum abſoluimus, & totaliter liberamus, Fiſco ſilentium imponimus, & pro dictâ causâ amplius non moleſtari volumus, & mandamus omni &c.

N. Epiſcopus N.

*N. Cancellarius.*

*Emanato compoſitionis reſcripto, Reus illud acceptare debet, & in calce ejus ſe ſubſcribere dicendo.*

*Ego N. liberè, & ſpontè accepto ſupradictum Decretum compoſitionis cum gratiarum actione.*

Die . . . . acceptatum, & publicatum fuit ſupradictum compoſitionis Decretum præſentibus N. & N. Teſtibus.

*N. Cancellarius.*

Si Reus ſcribere neſciat, tunc Cancellarius cautè agendo, illius inſtantias in actis referat coram teſtibus rogatis: ſi verò reus ſit abſens non admittatur ad compoſitionem per Procuratorem ſine ſpeciali mandato, & datâ fidejuſſione compoſitionem ſolvendi.

## ADNOTATIONES.

1. *QUOD NON CREDO NEC ADMITTO.* Hoc dicitur in libello nè videatur reus fateri delictum: quia hoc eſſet incurrere infamiam facti: exprimitur autem cauſa cur petatur compoſitio, ideſt ad redimendam vexationem nè dicatur fieri ob timorem pœnæ juxtà admonitionem, & cauthelam traditam à *Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ. 34. cap. 1. n. 8. Gaballin. in gloſ. ad Conſt. Ægid. lib. 4. cap. 14. n. 5.*

2. *CUM SIMPLICITATE, ET SINE DOLO FECI.* Multiplex eſt ſimplicitas: alia eſt columbina, quam Chriſtus Salvator noſter docet dicendo = *eſtote prudentes ſicut Serpentes, & ſimplices ſicut Columbæ, Matt. 10.* ſic fuerunt Job, & Jacob: alia eſt ſimplicitas, quæ opponitur duplicitati, de qua loquitur Ecclеſ. 2. *vel duplici corde*, & hæc auget vitam, unde dicitur in *Proverb. 2.* = *qui recti ſunt habitabunt in terra, & ſimplices permanebunt in ea*, alia eſt ſimplicitas juris, quæ ſegnities ſeù inertia appellatur *l. tertia §. fin. de ſuſpect. tutor.* alia eſt ſimplicitas ſexus, ut in Mulieribus: alia eſt ſimplicitas erroris ſeù heretica ut in Ruſticis, & talibus ſimplicibus, modo abſit pertinacia parcendum eſt *Sebaſt. Medic. de leg. & Statut. in repetit. c. erit 4. diſt. n. 115. & ſeq. Graff. dec. aur. par. 1. lib. 2. cap. 8. n. 40.*

3. Dolus autem, & Fraus de jure non præſumitur *l. quoties §. qui dolo ff. de probat.* Dolus malus in jure definitur quod ſit omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallendum, & decipiendum alterum adhibita, ut *in l. 1. §. dolum ff. de dol.* & ad infligendam pœnam iſte dolus requiritur; non eorum ſufficit lata culpa *Raynald. obſer. crimin. tom. 1. cap. 4. §. 1. n. 21. verſ. ſecundo quia*, & ideò mitius punitur, qui fuit delinquens per culpam latam, quam qui fuit in dolo *Medic. loco citato n. 114.* & latè *Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ. 33. cap. 18. per tot.* Item doli, & fraudis ſuſpicio, ceſſat in homine nobili, probo, & divite *Gratian. diſcept. 625. n. 27. & 28.* & in aliis ubi non reſultat aliquod lucrum cui dolus imputatur

*Sperell. dec.* 50. *n.* 69. *Rot. coram Cavaler. dec.* 398. *n.* 6. & 7.

4. Præſumitur tamen ex aliis pluribus. Primò contra eum, qui non facit, quod facere tenetur *Panimoll. dec.* 54. *annot.* 3. *n.* 50. Secundò ex modicitate pretii. Tertiò ex ænormiſſimâ læſione. Quartò ex defectu ſolemnitatum non adhibitarum. Quintò ex fugâ debitoris. Sextò ex actu clandeſtino. Septimò in eo qui non tranſit per viam rectam. Octavò ex mendacio ad mentientis commodum tendente. Has, & plures alias doli præſumptiones refert *Sebaſt. Medic. de fortuit. caſib. par.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 19. Et quod in dolo præſumatur qui utitur cauthelis inſolitis dicunt *Menoch. de arbitr. caſ.* 225. *n.* 18. *Sperell. dec.* 5. *n.* 52. Et quod fraus arguatur ex novitate, quando quid teneatur contra jus *Gaballin. in gloſ. ad Conſt. Ægid. lib.* 4. *cap.* 4. *verb. novitate*, & ex celeritate, & vicinitate actus idem *Gaballin. ibid. lib.* 4. *cap.* 79. *ver. Conſilium*.

5. *ATTENTIS REMISSIONE PARTIS ETC.* Compoſitio rei admitti non debet, niſi prius concordata ſit pars; alias non tenet, delinquenti non ſuffragatur, & Judex peccaret mortaliter *Graff. conſil. lib.* 5. *de pœn. conſ.* 1. *n.* 13. *Guazzin. ad defenſ. reor. def.* 34. *cap.* 3. *n.* 1. *Ricc. in prax. par.* 4. *reſol.* 121. *n.* 1. Niſi tamen in caſu, quo offenſus non adeſſet, vel eſſet incognitus; vel demum requiſitus, obſtinatè recuſaret dare conſenſum: nam in iſtis circumſtantiis admittitur compoſitio, etiam non obtentâ remiſſione partis *Graff. d. conſil.* 1. *de pœn. n.* 24. & 25. *Guazzin. d. cap.* 3. *n.* 5. Verùm ſi pars offenſa renuat præſtare conſenſum remiſſioni propter intereſſe pecuniarum, vel æſtimationem damnorum paſſorum non liquidatorum; tunc concedenda erit, & admittenda compoſitio, præſtitâ fidejuſſione de ſtando juri, & judicatum ſolvendi.

6. *ET ALIIS JUSTIS DE CAUSIS*. Compoſitiones, ut licitè fieri poſſint, & admitti, exigitur juſta cauſa: non enim hæc commutatio pœnæ debet conferri in perſonas in quibus non ſit medicina correctionis, ſcilicet in illos, qui ſoliti ſunt delinquere, ſeditioſi, & malæ famæ, & propterea non niſi prudenter admittendæ ſunt ut reſpondit *S. Congr. Epiſc. in Montisfaliſci* 12. *Auguſti* 1650. *apud Nicol. in floſc. verb. compoſitio*: Nam ſi paſſim admitterentur, occaſionem maximam delinquendi præſtarent: unde dicit *text. in c. pauper.* 11. *quæſt.* 3. quod nullam reus pertimeſcit culpam quam redimere nummis exiſtimat.

7. Cauſæ autem juſtæ, & rationabiles poſſunt eſſe. Prima, quando pœna pecuniaria à reo magis timetur quam alia. Secunda, ſi reus ſit ſenex, vel ætate minor, nam iſtis facilius lex indulget. Tertia, temporis lapſus, qui pœnam minuit. Quarta, ubi crimen fuit commiſſum ſine dolo, & per ſimplicitatem. Quinta, quando reus eſt bonæ æſtimationis, & famæ nec eſt ſolitus delinquere; & aliæ ſimiles per cordatum Judicem dejudicandæ.

8. *ADMITTIMUS*. Cum Epiſcopi habeant in propriâ Diœceſi merum ac mixtum imperium, ac ad inſtar Principum poſſint gratiam facere de delictis, ſaltem de conſuetudine, ut communiter firmant *Ricc. in prax. par.* 1. *reſol.* 315. *n.* 4. & *reſol.* 203. *n.* 2. *par.* 2. *Genuen. in prax. cap.* 55. *n.* 3. *ſecund. impreſ. Neap.* 1602. *Guazzin. ad defenſ. reor. def.* 34. *cap.* 3. *n.* 6. *Sperell. dec.* 116. *n.* 78. & *dec.* 128. *n.* 56. *Conciol. reſol. criminal. verb. Epiſcopus reſol.* 1. *n.* 2. & cæteri ab eis allegati, & non ſolum reſpectu ad clericos, ſed etiam ad laicos in delictis mixti fori quoties prævenerint *Conciol. ibid. n.* 8. & non ſolum ante Sententiam, ſed etiam poſt latam ſententiam, etiamſi in ea non ſit reſervata facultas aggratiandi, ut de veriori tenet *Raynald. obſerv. criminal. ſupplem. ad cap.* 7. *ſuppl.* 7. *n.* 7. & 8. non ambigitur, quod validè, & licitè valeant reos ad compoſitiones admittere, ut ajunt omnes mox citati: Nam cum Eccleſia ſanguinem abhorreat, & ſemper mitius agat cum delinquente, compoſitio dicitur potius commutatio pœnæ, quam remiſſio, ut advertit *Guazzin. d. defenſ.* 34. *cap.* 1. *n.* 4. Eſt tamen verum, quod eſt unum de reſervatis Epiſcopo: adeò ut Vicarius Generalis ſola ſuâ poteſtate ordinariâ, non poteſt reos ad compoſitionem admittere, ut probat *Sperell. deciſ.* 116. *n.* 84. & *ſeqq.* ſed exigitur ſpecialis delegatio.

9. Has autem Compoſitiones non poſſunt Epiſcopi ſibi ipſis applicare, ſed in pauperes, & pios uſus erogare tenentur, ut probavi *tom.* 1. *tit.* 1. *annot. ad form.* 13. *per tot.* & eſt adeò verum, quod ſi non faciant, etiam poſt eorum mortem detrahantur ex ſpolio: Etenim propoſito olim dubio in Sac. Congregat. Concilii, An pœnæ pecuniariæ, quas Epiſcopus pro ſe retinuit poſt ejus obitum eſſent deducendæ ex Spolio, *ſub die* 7. *Aprilis* 1618. Congregat. declaravit: *Si Epiſcopus prædefunctus indiguerit potuiſſe pro eo retinere eas tantum pœnas, quæ à Sac. Canonibus, vel ſtatutis Synodalibus pro delictis fuerint definitæ, alias verò arbitrarias nequaquam: pœnas verò non reſidentium, Concubinariorum, ac mulctas pœcuniarias ſemper piis locis fuiſſe applicandas, ac proinde ſi Epiſcopus pœnas arbitrarias, aut quas Concilium jubet locis piis applicari in alios uſus inſumpſerit, item ſi alias, ut proponitur limitatas ſibi non indigenti retinuerit, his caſibus pœnas hujuſmodi eſſe prius deducendas ex Spolio Epiſcopi, & piis locis, vel uſibus applicandas*, *lib.* 155. *pag.* 18.

10. Item advertere debent Epiſcopi, quod Compoſitio non admittitur ante completum proceſſum informativum, ac datis defenſionibus *Sac. Congregat. Epiſc. apud Nicol. in Floſc. verb. Compoſitio num.* 2. *Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ.* 34. *cap.* 1. *num.* 2. & quod eo completo, tunc admittitur Compoſitio, ſi delictum

non

non eſt plenè, & concludenter probatum, & reus ex actis non poteſt in pœnam ordinariam condemnari, ut advertunt *Guazzin. loco mox citato, & Ricc. in prax. par. 4. reſol. 122. num. 1.* Item, quod non eſt admittenda in criminibus gravibus, quibus pœna de jure taxata reperitur, vel merentur depoſitionem, vel manifeſta ſunt, aut in quibus Epiſcopus de jure diſpenſare non poteſt, *Graff. dict. conſil. 1. de pœn. num. 5. Ricc. in prax. dict. reſol. 122. num. 2. & 3. par. 4.* Item, quod non eſt admittenda, neque acceptanda etiamſi ſponte à reo offeratur, quoties ex Proceſſu non appareat quid ſubſtantiale criminis, & non adſint ſaltem indicia, & præſumptiones, quæ accuſatum notabiliter gravent, aut fama vexet: Si enim Epiſcopus, vel alius Judex Ordinarius ſine causâ, & delicto componeret, graviter peccaret *Guazzin. dict. defenſ. 34. dict. cap. 1. num. 2. in fin.*

11. Quæ etiam advertenda erunt in Clericorum capturâ, & carceratione decernendâ: nàm ſi Epiſcopus ad illam deveniret abſque probatione, & exiſtentiâ, vel ſaltem vehementibus indiciis, & juridicis præſumptionibus delicti, non ſolum peccaret mortaliter, ut firmat in terminis *Guazzin. Jun. ad defenſ. animar. lib. 2. def. 2. cap. 19. num. 9.* Sed Cenſuram Canonis, *ſi quis ſuadente*, non evaderet *Genuen. in prax. cap. 33. num. 3. Piaſec. prax. par. 2. cap. 4. art. 14. de pœn. corp. num. 2.* imò teneretur, ad damna, & expenſas per Clericum carceratum paſſa, ut plurium DD. auctoritate probat *Guazzin. loco mox citato*, quorum ſententiam (quæ communis eſt apud *Farinac. de carcerib. & carcerat. quæſt. 27.*) amplexa eſt etiam Sac. Congregat. Concilii in una Comen. 9. Septembris 1702. in reſponſione ad ſecundum, confirmata (acriter Fiſco Epiſcopali, & parte informantibus) 1. Martii 1704. in qua Epiſcopum ob indebitam carcerationem Presbyteri, ad refectionem expenſarum, & damnorum per carceratum paſſorum teneri declaratum fuit.

12. Ideòque cum in hoc olim exceſſiſſe Archiepiſcopum Meſſanen. per viam recurſus Congregat. Concilii audiviſſet *ſub die 18. Januarii 1589.* eidem ſcribi mandavit, ut in criminalibus, ac pœnis exigendis obſervaret ſequentia.

I. *Duobus tantùm Aſſeſſoribus utatur.*

II. *Ex quavis levi cauſa Proceſſus non compilentur.*

III. *Carcerati habilitandi à Carceribus, eorum ſumptibus quanto magis fieri poteſt patiatur.*

IV. *Carcer pro Canonicis ſit in loco honeſto, & ſeparato.*

V. *Carcerati ad correctionem nihil omninò ſolvant, & pœnas imponat pro modo culpæ.*

VI. *Pœnas applicet locis piis, non autem Fabricæ, aut Sacriſtiæ Cathedralis.*

VII. *Negocia abſque ſupplicibus libellis audiat.*

VIII. *Pro litteris monitorialibus nihil prorſus partes ſolvere teneantur.*

IX. *Neque pro diſpenſationibus matrimonialibus.*

X. *Pro abſolutione ab excommunicatione, à juramento præſertim ad effectum agendi, nihil ſolvi permittat, preter decimam partem aurei pro Notario.*

XI. *Non prohibeat quin Parochus poſt denunciationes poſſit abſque aliâ licentiâ conjungere contrahentes.*

XII. *Eleemoſynas, & oblationes Eccleſiæ Cathedralis Capitulo relinquat ſi ejus eſſe conſueverint.*

XIII. *Candelæ diebus non feriatis quouſque durat Officium in Altari Majori accenſæ maneant juxtà rubricas Miſſalis.*

XIV. *Collocutorium Monialium ſeparatum ab Eccleſiâ curet edificari.*

XV. *Confeſſariis Monaſteriorum, aut aliis quibuſcumque licentiam ingrediendi Clauſuram non concedat, niſi in caſibus neceſſariis.*

XVI. *Nec Monaſteria Archiepiſcopus ingrediatur, niſi in caſibus permiſſis à Conſtitut. Gregor. XIII. quam ad unguem obſervet lib. 7. Epiſtolar. pag. 9. & 10.*

13. Rejicienda quoque eſt compoſitio in delictis, quæ licet de juris vigore gravia non reputentur, occaſionem tamen præbent ſcandali, prout eſt delictum celebrationis plurium miſſarum eodem die, quod hodie grave exiſtimatur, & graviter etiam plectitur, ut teſtantur *Genuen. prax. cap. 77. n. 2. Bonaccin. de Sacram. Euchar. diſp. 4. quæſt. ult. punct. 7. n. 10. verſ. verum Ricc. in prax. par. 1. reſol. 312. verſic. quare Pac. Jord. elucubr. tom. 1. lib. 4. tit. 1. num. 77.* Et Presbyterum quendam Ludovicum Congum de hoc crimine in Urbe convictum, Eminentiſſimus Card. Vicarius ad Ergaſtulum per triennium damnavit: pœnaque in carceribus exactâ, cum poſteà ad Sac. Congreg. Epiſcop. reus recurſum habuiſſet pro abſolutione ab irregularitate, quam incurriſſe timebat, *die 15. Decembr. 1684.* ſic reſcriptum fuit = *Sac. &c. cenſuit ſi Sanctiſſimo D. N. placuerit, ſupplicationem poſſe ſignari in formâ Commiſſariâ Eminentiſſimo Urbis Vicario directa, qui pro ſuo arbitrio, & prudentiâ Oratorem ſuper præmiſſis abſolvat, & ad ſuorum Ordinum exercitium, ac Beneficia rehabilitet, ac diſpenſet.* Eſt enim delictum commiſſum contra prohibitionem expreſſam Canonum *in cap. ſufficit 53. de conſecr. quæſt. 1. & cap. conſuluiſti de celebr. Miſſar.* quos non tantum conſulere, ſed præcipere, & prohibere, tenet Sententia communis Canoniſtarum, quam

quam docent *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ.* 407. *num.* 4. *Ricc. dict. reſol.* 312. *num.* 1. *par.* 1. *Pac. Jordan. dict. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 76. ubi dicit damnatam eſſe ſententiam illorum, qui tenent non eſſe de jure prohibitum pluries in die celebrare *Pignatell. conſult.* 1. *num.* 1. & 2. *tom.* 4. ubi dat concordantes, & contra facientes peccare mortaliter tenent expreſsè *Navar. in manual. cap.* 25. *num.* 87. *Barboſ. in dict. cap. ſufficit num.* 3. *de conſecr. diſt.* 1. *Pignatell. dict. num.* 1.

14. Cavendum propterea eſt ab opinione *P. Ameni in tract.* (quem edidit Venetiis anno 1700.) *de pœn. tit.* 8. §. 3. *num.* 29. ubi firmat quod DD. *Text. in cap. ſufficit, & cap. conſuluiſti* conſulant ſolummodò, & non præcipiant, & concludit ſic = *Cum igitur nec contra jus Divinum, nec contra præceptum Eccleſiæ ſit repetita celebratio, videre neſcio quomodo mortaliter peccet Sacerdos celebrans pluries in eadem die.* Et progrediens ulterius *num.* 32. addit ſequentia = *Adverto autem quod poteſt etiam dari neceſſitas ex parte Sacerdotis, ſi nempè pauper eſſet, ejus fundi patrimoniales periiſſent, & ſibi ſuſtentanda eſt Mater, aut Nepotes pauperes, & eleemoſyna unius Miſſæ, ut potè tenuis minimè ſufficeret ad manutentionem Sacerdotis, & familiæ ſuæ &c. ſequitur ex hoc, quod ex tali neceſſitate adactus Sacerdos, ſi omni diligentiâ adhibitâ ne ſequatur ſcandalum, bis celebret in die, non peccat* Et ſic dum voluit *Theſaur. de pœn. Eccleſ. par.* 2. *ver. Miſſa cap.* 5. contrarium, ſententiam ſequentem repræhendere, ænormiter lapſus eſt, ut mereatur ipſe repræhendi.

15. Quia opinio Authoris eſt contra communem ſenſum *DD.* & Eccleſiæ: nemoque, quem viderim (nec ipſe allegat) inter caſus, in quibus jure antiquo permittebatur eadem die Sacrum reiterandi, enumerat paupertatem Sacerdotis, ut videre eſt apud *Gloſs. in dict. cap. conſuluiſti verb. neceſſitati de celebrat. Miſſar. Nicol. lucubr. Can. lib.* 3. *tit.* 41. *num.* 2. & alios ſupra allegatos: Cum evidens ſit, quod neceſſitas, de qua loquitur *text. in d. cap. conſuluiſti*, reſpicit Populum, & Eccleſiam, non autem neceſſitatem privatam celebrantis, ut admonendo Epiſcopum Gerundenſem declaravit *Sac. Congr. Epiſc. de anno* 1588. *ad* 4. prout refert *Fagnan. in cap. in ordinando n.* 37. *de Simon.* cujus decreti tenor ibi relatus talis eſt = *Ad quartum ſuper licentiis bis celebrandi, ac pecuniis, quæ pro illorum expeditione, ut aſſeritur ſolvuntur, miratur Sac. Congregatio agi de his licentiis concedendis: nam id non niſi ex magnâ neceſſitate fieri debet, & magnâ cauthelâ, ut putâ in locis ubi perpauciſſimi ſunt Sacerdotes, vel adſint impedimenta Adverſariorum fidei, vel quid ſimile; quæ ceſſant eo in loco, ubi vix evenire poſſint alii caſus à jure permiſſi, nec concedi poteſt hæc licentia ab Epiſcopo generaliter, quaſi privilegium alicujus Sacerdotis, ſed tantum in aliquo caſu particulari neceſſitatis causa ab Epiſcopo examinanda.* Quibus benè perpenſis, doctrina hujus Authoris cenſuram Congregat. Indicis non valuit effugere, nam ejus liber damnatus fuit.

16. Punibilis quoque eſſet Presbyter, ſi pluries quam ſemel in nocte Sanctiſſimi Natalis Domini celebraret: Nàm, & ſi jure communi inſpecto *in cap. nocte* 48. *de conſecr. diſt.* 1. quilibet Sacerdos in hac ſolemnitate poſſit ter celebrare: tamen ſemel tantum hoc facere licet in nocte *Navar. conſ.* 1. *de celebr. Miſſar. Graff. dec. aur. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 3. *Bonaccin. de Sacr. Euch. diſp.* 4. *quæſt. ult. punct.* 9. *num.* 6. & ita ſervandum eſſe decrevit *Congreg. Rituum* 7. *Decembr.* 1641. quod per extenſum refert *Lantuſch. Theatr. Regular. verb. Miſſa num.* 5. Cum enim nonnulli Regulares aſſererent licere in Nocte Nativitatis Sacerdotibus plures Miſſas celebrare, & audiri ſuper hoc inſtetiſſent, d. Congreg. eorum rationibus auditis, nullo modo licere, ſed omninò prohibendum reſpondit. Et cum abuſus iterum tàm in Urbe, quam extrà reſurgeret: denuò obſervantia dictorum Decretorum à Sac. Congregat. Viſitationis Apoſtolicæ 7. *Decembr.* 1702. & Edicto Eminentiſsimi Card. Vicarii ſtrictè demandata fuit, ut patet ex ſequentibus proviſionibus.

## Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Signori.

IL Sacerdote Carlo Conſueti Oratore humiliſſimo dell'EE. VV. eſpone riverentemente eſſer introdotta tanto in Roma, come fuori in alcune Chieſe, la celebrazione delle trè meſſe baſſe nella mezza notte della Naſcita di Noſtro Signore il che è contro la forma della Rubrica del Meſſale *de hora celebrandi Miſſam Rubr.* 15. e contro i Decreti, & dichiarationi altre volte fatte da queſta Sac. Congregazione, de quali ſe ne dà qui ſotto copia.

Si ſupplicano per tanto l'EE. VV. d'altra promulgatione, e Decreto per togliere tal' abuſo. &c.

„CUM ſuperioribus diebus cõſultâ hac Sacrâ Rituũ Congregatione An eſſet permittendum celebrari in media nocte Nativitatis Domini poſt Miſſam decantatam, ſucceſſivè alias duas Miſſas, & in eis Sac. Communionem exhibere fidelibus illam depoſcentibus, & reſpondiſſe non eſſe permittendum, ſed omnibus utrunque prohibendum. Nihilominus nonnulli Regulares aſſerentes hoc licere, ſupplicarunt audiri, & Sacra Congregatio, ipſis auditis cum Procuratoribus, & Advocatis ad relationem Eminentiſſimi Pallotti, ſtetit in Decretis, & reſpondit: Iterum prohibendum, tam Sacerdotibus celebrare volentibus, quam

„con-

„ confluentibus in mediâ nocte ad Eccleſiam, „ & Communionem depoſcentibus. *Die* 7. „ *Decembris* 1641. Quorum Decretorum duplicata expedita fuerunt die 9. *Auguſti* 1653. „ In Regeſt. fol. 44.

Riferiti per extenſum come ſopra dal P. Ottavio Maria di S. Giuſeppe nel ſuo libro intitulato *Mille Interrogationes*, & *reſponſiones* ſtampate nel corrente anno 1702. fol. 290.

*Sacra Congregatio Viſitationis Apoſtolicæ attentis narratis, ſupplicem hunc libellum remiſit Eminentiſſimo Domino Cardinali de Carpineo SS. Dõini Noſtri in Vrbe Vicario pro obſervantiâ Decreti Sacræ Congregationis Rituum ſub pœnis Eminentiæ ſuæ benè viſis. Romæ* 7. *Decembris* 1702.

Loco ✠ Sigilli.

I. de Totis Secretarius.

# EDITTO

*GASPARO per la Miſericordia di Dio Veſcovo di Sabina della S. R. C. Card. di Carpegna della Santità di N. Sig. Vicario Generale &c.*

„ Eſſendoſi introdotto in alcune Chieſe „ di Roma, che nella Notte del S. Na„tale di Chriſto Signor Noſtro ſi ammini„ſtra il Santiſſimo Sagramento dell'Eucareſtia „ alli Fedeli, e doppo detta la prima Meſſa „ ſi celebrano anche l'altre due nell'iſteſſa „ Notte, il che eſſendo contro la Rubrica „ del Meſſale Romano *de hora celebrandi Miſ*„*ſam*, e contro i replicati Decreti della Sa„gra Congregazione de Riti emanati ſotto „ li 7. *Decembre* 1641. ſotto li 9. *Agoſto* 1653. „ ed in una *Piſauren.* 20. *Aprilis* 1664. e ſuc„ceſſivamente ingiunta l'eſſecuzione di detti „ Decreti dalla Sacra Congregazione della „ Viſita Apoſtolica ſotto li 7. del corrente „ meſe. Però ordiniamo che in tutte le Chie„ſe Patriarcali, Baſiliche, Collegiate, Pa„rocchiali, Nazionali, Regolari dell'vno, e „ l'altro ſeſſo, ed altre di queſt'Alma Città, „ in qualſivoglia modo privileggiate ſi oſſer„vino inviolabilmente li detti Decreti in mo„do che eccetto la prima meſſa da dirſi (dove „ però è ſolito) doppo la mezza notte, non „ ſi poſſano celebrare l'altre due ſe non nell' „ ora preſcritta dalla detta Rubrica, e dalli „ noſtri Editti. Di più non ſi permetta in „ conto alcuno, che li fedeli ſi communi„chino nell'iſteſſa notte, e ciò per evitar l' „ inconvenienti, potendo ſodisfare alla loro „ divozione nel giorno del S. Natale, ſotto „ pena in caſo di contravenzione di ciaſche„duna delle coſe ſudette di privazione dell' „ Ufficio alli Superiori, Officiali, e Miniſtri „ delle Chieſe, ed'altre à noſtro arbitrio, e „ li Sacerdoti, che celebraranno, ò che am„miniſtraranno il Santo Sagramento dell'Eu„careſtia ſaranno da Noi ſoſpeſi per venti „ giorni à Divinis, tutte volte ſi coſtarà la „ traſgreſſione. Dato in Roma dalla noſtra „ ſolita Reſidenza queſto dì 18. Decem„bre 1702.

G. Card. Vicario.

*N. A. Cuggiò Segr.*

17. Sicuti nec licitum eſt Miſſas privatas celebrare in die Sabbati Sancti in quibuſcunque Eccleſiis, & Oratoriis, non obſtante quacunque contrariâ conſuetudine, prout Papa approbante, ſuo Decreto Generali ſtatuit *ead. Congreg. Rit.* 11. *Martii* 1690.

## Edicti geſtationis Habitus Clericalis. & tonſuræ.

## *FORMULA IV.*

### SUMMARIUM.

1. *Epiſcopus debet publicare Edictum, ut Clerici deferant habitum, & tonſuram.*
2. *Clerici Minorum Ordinum non Beneficiati tenentur deferre habitum Clericalem cauſativè.*
   *Clerici Beneficiati, & alii in Sacris conſtituti non deferentes habitum Clericalem peccant, & Beneficiis ipſo jure abſque monitione privantur, ibi.*
   *Conſtitutiones Papales non indigent acceptatione Populorum, ſed obligant ſtatim ac ſunt publicatæ, ibi.*
3. *Habitus Clericorum qualis eſſe debeat.*
4. *Epiſcopus non poteſt mulctis, & pœnis cogere Clericos non Beneficiatos ad inſerviendum Eccleſiæ Cathedrali diebus feſtis.*
5. *Preſbyteri, an & quando poſſint cogi ad inſerviendum Eccleſiæ Cathedrali oſtenditur, & num.* 6.
7. *Exemptio Clericorum à tributis, & collectis eſt de jure Divino.*
   *Clerici, qui diſpoſitioni Sac. Canonum ſubjici renuunt, ſunt privandi privilegiis Clericalibus, ibi.*
8. *Clerici privari non poſſunt privilegiis Clericalibus, niſi præcedat trina monitio, & Decretum privationis.*
9. *Clerici ſi non ſunt privati ſer. ſer. gaudent privilegiis Clericalibus, etiamſi non incedant in habitu.*

10 *Cle-*

10. *Clerici non tenentur ad pœnam damni dati, ſed ſolum ad æſtimationem noxæ, & n. 12. ubi non adeſt Edictum Epiſcopi.*

11. *Coloni Clericorum tenentur ad penam damni dati, & ad onera Communitativa pro portione Colonica.*

13. *Clerici non tenentur ad onera impoſita pro communi utilitate contribuere, niſi concurrat eorum conſenſus, & Beneplacitum Apoſtolicum.*

14. *Clerici non ſubjacent Edictis Gubernii laicorum.*

15. *Clerici non tenentur ſolvere collectas pro fructibus in eorum bonis recollectis, nec fructuum emptores, dummodò onera non ſint realia, & invariabilia.*

16. *Clerici filii familias teſtari poſſunt, etiamſi non habeant requiſita cap. 6. ſeſs. 23. de reform.*

17. *Clerici non habentes requiſita Concilii privilegium fori amittunt abſque alia monitione, adhuc tamen poſſunt à Judice Eccleſiaſtico repeti, & puniri, ſi privilegiis Clericalibus privati non fuerunt.*

18. *Clericus reaſſumens habitum in fraudem, poteſt à Judice laico, coram quo fuit præventus, conſtringi, & condemnari quoad bona.*

19. *Epiſcopus poteſt procedere contra Clericum pro Delicto, de quo fuit à Curiâ laicâ abſolutus, quamvis Clericatui renunciaſſet.*

20. *Judex laicus delegatione Papæ fit competens in causâ Clerici.*

21. *Clerici deferentes arma contra prohibitionem Epiſcopi poſſunt puniri, etiamſi non capiantur infragranti, ſed per teſtes fuerint viſi.*

22. *Epiſcopus poteſt augere pœnam canonum, & ut proceſſus per inquiſitionem fiant, edicere.*

23. *Clerici, qui deferunt ſclopum venatorium rarò, & moderatione ſervata, & nunquam habitu Clericali dimiſſo, non ſunt proceſſandi.*

PRÆSENTI publico Edicto monentur, & requiruntur omnes Clerici hujus Civitatis, & Diœceſis, *qui nec in Sacris ſunt, vel aliquod Beneficium non obtinent*, ut juxtà diſpoſitionem Sac. Canonum, Sac. Conc. Trid. & Conſtitutionum Apoſtolicarum, ac Synodalium, Edictorumque deſuper emanatorum, *Habitum Clericalem decentem*, & tonſuram continuò deferre debeant, *& in Divinis deſervire*, præſertim diebus feſtivis, cum cottis ſeù ſuperpelliceis mundis in eorum Eccleſiis Parocchialibus, aliiſque quibus fuerunt adſcripti, & hoc ſub pœnâ tranſgreſſoribus *non fruendi immunitate* gabbellarum, aliorumve onerum laicalium, præter alias pœnas, in prædictis Edictis, Canonibus, & Decretis contentis, & citra præjudicium *non gaudendi fore privilegio* juxtà diſpoſitionem ejuſdem Sac. Concilii Trid. & ut prædicta omnia ſuum ſortiantur effectum, & contra tranſgreſſores procedere poſſimus, præcipimus, & mandamus eiſdem Clericis ſub eiſdem pœnis, ut in termino . . . . ad nos deferre debeant fidem cum juramento Parochi Parochialis, ſeù loci in quo habitant de delatione habitus, & tonſuræ, & de ſervitio in Divinis ut ſuprà præſtito: alias contra ipſos procedetur ad executionem, & declarationem prædictarum pœnarum. Quæ omnia teneantur etiam obſervare Clerici abſentes ab hac Civitate, & Diœceſi in Parochiâ loci ubi morantur.

Prætereà Parochi, & Rectores tam Civitatis, quam Diœceſis, ſub pœnâ ſuſpenſionis à Divinis latæ ſententiæ nobis reſervatæ infra . . . . & deinde . . . . in anno ad nos ttanſmittere teneantur notam veram, & realem propriis eorum manibus ſubſcriptam, de ſervitio in Divinis in eorum Parochialibus præſtito juxtà ſupra præſcriptam formam per Clericos infra ejuſdem Parochiæ fines degentes. Ne autem quis ignorantiæ clypeo circa prædicta ſe tueri poſſit, præſens Edictum Valvis Eccleſiæ Cathedralis, & in aliis locis publicis Civitatis, & Diœceſis affigi juſſimus, & vim habeat, & arctet omnes, ac ſi cuilibet fuiſſet perſonaliter notificatum. Datum &c.

N. Epiſcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

*N. Cancellarius.*

## ADNOTATIONES

1. Hoc Edictum, quod fuit deſumptum à formulâ extraditâ à Sac. Congr. Immunitatis uſque de anno 1626. Epiſcopo Averſano, hodie ad reprimendam multorum Clericorum procacem libertatem, videtur ubique neceſſarium. Redierunt etenim tempora deplorata à Concilio Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 6. in quibus tanta aliquorum inolevit temeritas, & Religionis contemptus, ut proprium honorem, & dignitatem parvipendentes, veſtes

publicè

publicè deferant laicales. Unde ut malum hoc, quod in dies (cum maximâ diſciplinæ Eccleſiaſticæ deformatione) augetur, ab Eccleſiâ (quantum poſſibile erit, depellatur) curabit Epiſcopus in principio regiminis ſuæ Eccleſiæ, ut publicetur, & exequatur.

2. *QUI NEC IN SACRIS SUNT, VEL ALIQUOD BENEFICIUM NON OBTINENT*. Et ſic Edictum loquitur de Clericis primæ Tonſuræ, & Minorum Ordinum non beneficiatis, qui cum de jure communi non cogantur deferre Habitum clericalem niſi cauſativè, quatenus velint gaudere privilegiis clericalibus, ut notant *Abb. & alii in c. fin. de cleric. Coniug. Ricc. deciſ. cur. Archiep. Neap.* 162. *n.* 2. *par.* 2. *Genuen. prax. cur. Archiep. Neap. cap.* 45. *n.* 1. *ſecund. impreſ. Neapolit.* 1602. *pag.* 280. monendi ſunt ut illum deferant, ut poſſint illis privati declarari quatenus non obediant. Cœteri enim Beneficiati, & in Ordinibus Sacris conſtituti, etiamſi habitum non deferant, adhuc gaudent privilegio clericali, licet peccent mortaliter, & plecti debeant, ut monet *Leo Theſaur. for. Eccleſ. par.* 3. *cap.* 7. *de excommun. n.* 152. *Graſſ. de effect. clericat. effect.* 1. *n.* 913. & Beneficiis privari: imò ipſo jure, & ipſo facto, abſque ulla monitione, citatione, aut Judicis Decreto privati dicuntur: adeò ut vigore *Conſtit.* 92. *Sixti V.* ipſa Beneficia vacent, & uti vacantia aliis liberè conferri valeant quoties clericalem habitum non deferant *Lotter. de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 26. *n.* 92. *Rot. coram Caccia dec.* 1290. *n.* 1. *& coram Molines in Barchinonen. Beneficiorum* 15. *Aprilis* 1704. §. *arctius*; in quibus deciſionibus firmatur, quod non juvet allegare non uſum dictæ Conſtitutionis Sixtinæ, quoniam *Garc. de benef. par.* 7. *cap.* 1. *n.* 23. *Barb. ſupra Concil. cap.* 6. *ſeſſ.* 14. *de refor. n.* 4. *in fin. Cortiad. dec.* 119. *n.* 53. id tenentes fuerunt reprobati, ex eo quia adverſus Conſtitutiones Papales non poteſt allegari non uſus, vel contrarius uſus; cum enim Pontifices habeant immediatam poteſtatem à Deo, abſque ullâ dependentiâ à Populo, illorum Conſtitutiones ſtatim ac editæ ſunt dicuntur effectuatæ, & obligant ſine ullâ ope acceptationis ſubditorum, juxtà communem Canoniſtarum, & Theologorum ſententiam *Rot. coram Merlin. dec.* 714. *n.* 4. *&* 5. *& dec.* 260. *n.* 15. *par.* 17. *rec.* & in individuo de dicta Conſtit. Sixti *d. dec.* 1290. *n.* 2. *coram Caccia, & in d. Barchinonen.* §. *cæterum*.

3. *HABITUM CLERICALEM DECENTEM*. Ideſt ordini congruentem ac ſtatui clericali: qui enim laicum in veſte vult emulare, & habitum Clericalem decentem non vult deferre poteſt puniri, ut de Clericis in minoribus ordinibus conſtitutis dicit *Genven. in d. c.* 45. *n.* 2. Clericalis igitur habitus eſt ille, qui præſcribitur ab Epiſcopo juxtà diſpoſitionem Concilii *cap.* 6. *ſeſs.* 14. Si verò ab Epiſcopo non præſcriberetur, debet eſſe talis, ut Clerici diſtinguantur à laicis, ita quæſito reſpondet *Petr. Paul. Guazzin. tract. ad defens. Anim lib.* 2. *def.* 1. *cap.* 13. *n.* 26. ibi = *Qualis autem debeat eſſe iſte habitus Clericalis &c. Tù dic, quod ille eſt habitus Clericalis, quo ſecundum loci conſuetudinem diſcernuntur Clerici à laicis, & Graſſ. de effect. Cleric. in prælud. n.* 277. correſpondet dicendo = *Clerici non debent uti veſtibus ſuperbis, & laicalibus, ſed congruentibus ſtatui, & ordini Clericali, prout fuit determinatum in* 6. *Concilio Conſtantinopolit. Can.* 27. *& in ſecundo Niceno Can.* 16. *&c.* hodie tamen attentâ Conſtitutione Sixti V. ſuperius recenſitâ, veſtis talaris eſt propriè habitus Clericorum: dicit enim ibi Pontifex = *habitum Clericalem veſtes ſcilicet talares*, quæ verba non ſunt ſtrictiſſimè, & nimis intelligenda, ſed moraliter, & cum æquitate.

4. *ET IN DIVINIS DESERVIRE*. Quamquã Epiſcopus non poſſit mulctis, & pœnis cogere Clericos, non beneficiatos, vel Beneficia perſonalem reſidentiam non requirentia poſſidentes ut Eccleſiæ Cathedrali ſaltem diebus Feſtis inſerviant, declaravit *Sac. Congr. Concilii in Amerina* 15. *Jan.* 1639. *lib.* 16. *dec. pag.* 137. ſic reſcribendo = *Ab Epiſcopo non potuiſſe Sacerdotes, & alios Clericos nulla, vel tantum ſimplicia beneficia obtinentes, etiam Diœceſanæ Synodi auctthoritate compelli ut Dominicis, & aliis diebus Feſtis ad Eccleſiam Cathedralem accederent, & Miſſis majoribus, & aliis Divinis Officiis interſint, ſed ſi aliquis adeſſet in ordinatione ſervitio dictæ Eccleſiæ Cathedralis adſcriptus, qui locum inconſulto Epiſcopo desereret, interdicendum erit tantummodò Sacrorum exercitium juxtà cap.* 16. *ſeſſ.* 23. *de reform.* poteſt tamen illos monere ut inſerviant, quatenus velint gaudere Privilegiis Clericalibus, quod eſt diverſum.

5. Et ſi ageretur non de ſimplicibus Clericis, ſed de Sacerdotibus pro neceſſitate, & utilitate Eccleſiæ Cathedralis ad titulum Patrimonii ordinati, qui de redditibus extraordinariis ejuſdem Eccleſiæ participarent in quibus unà ſimul cum Patrimonio eorum congrua ſuſtentatio conſiſteret, poſſent cogi ad inſerviendum juxtà aliud Decretum ejuſdem Congr. in Naxien. 22. Auguſti 1631. quod eſt ſequens = *Ad* 2. *reſpondit ſi hujuſmodi Sacerdotes ad ſervitium Eccleſiæ Cathedralis in ipſa ordinum ſuſceptione vigore Decreti prædefuncti Archiepiſcopi hactenus executioni demandati eidem Eccleſiæ ſervitium præſtare conſueverint; nec non Patrimonia ad quorum titulum ſunt ordinati, unà cum redditibus extraordinariis, qui ex ipsâ Eccleſiâ percipiuntur ad honeſtam ipſorum ſuſtentationem ſint ſufficientia, poſſe utique à ſuo Archiepiſcopo compelli ad præſtandum ſervitium, quod ejuſdem Eccleſiæ neceſſitas, & utilitas requirit lib.* 14. *decr. pag.* 491.

6. Si verò ob parvum numerum Canonicorum, & deficientiam Manſionariorum, ſervitium Eccleſiæ Cathedralis detrimentum

patereretur : tunc erit recurrendum ad Sac. Congr. Concilii, quæ ſolet indulgere, ut poſſint cogi Presbyteri, qui habent Beneficia, vel Cappellanias in Cathedrali ad inſerviendum Miſſis ſolemnibus pro Diacono, & Subdiacono, aſſignatâ illis aliquâ emolumentorum portione, prout indulſit Epiſcopo Civitatis Plebis *ſub die* 21. *Junii* 1631. tribuens eidem ſequentem facultatem = *Eminentiſs. PP. impartiti ſunt Epiſcopo facultatem, ut pro neceſſario ſervitio ſuæ Eccleſiæ cogere poſſit quolibet die Feſto duos ex obtinentibus Beneficia ſeu Cappellanias in eadem Eccleſiâ, ut dum Miſſa decantatur duo ex eis per turnum inſerviant, alter in officio Diaconi, alter in officio Subdiaconi, & pro eorum ſtipendio applicanda eſſe quolibet anno ſcuta decem monetæ ex mulctis, & pœnis Curiæ Epiſcopalis, quæ inter dictos Beneficiatos, habitâ ratione ſervitii præſtiti, in fine anni dividi debeant lib.*14. *decr.pag.* 459. Solâ enim poteſtate ordinariâ Epiſcopus hoc demandare, neque ſtatuere poteſt; nec minus mulctis Presbyteros ſimplices non de gremio Capituli, ſi non inſerviant gravare, ut ſæpè eadem Congr. declaravit, & nuper in terminis paucitatis numeri Manſionariorum *in Auximana* 19. *Auguſti* 1702. quam retuli *tom.* 1. *tit.* 2. *annot. ad form.* 4. *n.* 32. cum aliis decretis concordantibus, & *in Signina* 15. *Decembris* 1703. niſi adſit contraria conſuetudo *S.C.Conc.in Trojana* 20.*Septembr.*1704. & *in Bellicaſtren.Servitii* 15. *Nov.* 1670. & 21. *Auguſti* 1706.

7. *NON FRUENDI IMMUNITATE GABELLARUM*. Servientibus Templo tributum non indicitur, ut habetur *in lib.* 3. *Eſdr. cap.* 8. ibi = *Vobis autem dicitur, ut omnibus Sacerdotibus, & Levitis, & Sacris Cantoribus, & Servis Templi nullum tributum, neque ulla alia indictio irrogetur*, & concordant Divina oracula *Gen.* 47. *Num.* 8. & 18. *Matth.* 17. & *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 20. *de refor.* cum innumeris relatis *à Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 2. & *plurib. ſequent. Bellett. diſq. Cleric. par.* 1. *tit. de exempt. Cleric. & eorumdem bon.* §. 1. Verum quia fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in legem *c. in audientia & c. contigit il* 2. *de Senten. excommun.* ideò Clerici Minorum Ordinum, qui Statuta Sacrorum Canonum obſervare detrectant, privandi ſunt exemptionibus, & privilegiis Clericalibus, ut pluries reſcripſit *Sac. Congr. Immunit.* & præſertim *in Aquilana* 5. *Martii* 1641. in qua ſic reſpondit = *Epiſcopo, quod Clericis delinquentibus, & non incedentibus in habitu, & tonſura, non inſervientibus Eccleſiis, fiat præceptum cum termino competenti, ſub pœna privationis Privilegiorum Clericalium, quod ſi non parverint poterit procedere ad illorum privationem ſer. ſer. qua ſequuta gaudere non poterunt lib.* 3. *dec. Paul. fol.* 139.

Et in *Caſtren. die* 21. *Martii* 1645. = *Epiſcopum opportunè poſſe providere duobus ſuppoſitis inconvenientibus; quoad primum faciendo præceptum Clericis non inſervientibus Eccleſiis nec incedentibus in habitu, & tonſura clericali, & decenti, ut intra terminum competentem præfigendum inſerviant, & incedant ut ſupra ſub pœnâ privationis privilegiorum Clericalium, & ſi elapſo dicto termino non parverint ſer. ſer. illos declaret privatos. lib.* 3. *dec. Paul. fol.* 246. *à tergo*.

Et in *Anglonen.* 15. *Julii* 1654. = *Epiſcopus curet in promovendis concurrere requiſita Conc. Trid. in cap.* 4. 5. 6. & 16. *de refor. ſeſſ.* 23. & *ordinatos incedere in habitu, & tonſura Clericali, & inſervire Eccleſiis quibus fuerunt adſcripti. Recuſantes autem id adimplere cum præfixione termini competentis ſub pœnâ privationis privilegiorum, eo elapſo ſer. ſer. declaret non gaudere privilegio clericali, lib. dec. Rocci fol.* 565. *à tergo*.

8. Ex quibus reſolutionibus edocetur Epiſcopus, non ſolum quid agere debeat contra non deferentes habitum; ſed admonetur, quod procedendo ad privationem privilegiorum, debet ſervare ordinem juris, & quod non ſufficit Edictum generale quò monentur Clerici ad geſtandum habitum, & inſerviendum Eccleſiis: nam requiritur trina monitio (de qua paulo infrà) & Decretum privationis, ut reſpondit eadem Congr. in una *Biſignanen.* in qua *ſub die* 18. *Nov.* 1653. propoſito dubio = *An Clerici prævio præcepto incedendi in habitu, & tonſura, & inſerviendi Eccleſiæ, ſi contraveniant, gaudeant privilegiis clericalibus? Sac. &c.* reſpondit *declarandos eſſe ſer. ſer. privatos privilegiis clericalibus, lib.* 5. *dec. Paul. fol.* 24. *à tergo*.

9. Et quod ſi ita privati non fuerint, gaudeant privilegio exemptionis ab oneribus realibus, & perſonalibus, etiam ſi non incedant in habitu, & tonſurâ, & Concilii Trid. requiſita non habeant, pluries reſpondit ead. Congr. & præſertim in *Aprutina* 6. *Martii* 1635. in qua ſic habetur *Clericos gaudere exemptione ab oneribus perſonalibus nec non realibus, etiamſi non incedant in habitu, & tonſurâ, & Eccleſiæ non inſerviant lib.* 2. *dec. Paul. fol.* 218.

*In Florentina* 13. *Junii* 1640. = *requiſita Sac. Conc. Trid. cap.* 6. *ſeſſ.* 23. *de refor. non requiri niſi reſpectu privilegii fori ab ipſis Clericis allegati; ſecus verò reſpectu exemptionis à gabellis, pro qua ſufficit ſolus character clericalis, lib.*3. *dec. Paul. fol.* 119. *à tergo*.

Et *in Fanen.* 27. *Febr.* 1646. cenſuit *Oratores ex ſolo charactere clericali, etiamſi non habeant alia requiſita in c.* 6. *ſeſſ.* 23. *de refor. gaudere debere exemptione, & immunitate ab impoſitionibus laicalibus lib.* 3. *dec. Paul. fol.* 272.

10. Ex quibus reſolutionibus probè infertur, quod Clerici, niſi ſervatis ſervandis priventur, gaudeant etiam cæteris privilegiis clericalibus, quamvis non habeant requiſita Concilii, nempè. Primò, quod non teneantur ad pœnam damni dati ab eorum Colonis, ſeù Cuſtodibus Animalium; ſed tantum ad extimationem noxæ, quando damna non fiunt ſtudioſâ culpâ eorundem Cuſtodum juxtà declarationem ejuſdem Congreg. *in Firmana* 9. *Octobr. in Aſſiſien.* 13. *Nov. in Anagnina* 4. *Decembr.* 1629. *lib.* 2. *Paul. fol.* 8. 12. & 15

& 15. Niſi tamen adeſſet Edictum Epiſcopi, quò etiam Eccleſiaſtici pro damnis datis quamvis non ſtudioſis mulctarentur ad formam litterarum ejuſdem Congreg. circularium emanatarum 6. *Julii* 1680. quarum tenor talis eſt.

*La Santità di N. S. non intende che li Miniſtri e Lavoratori di perſone Eccleſiaſtiche ſiano convenuti altrove, che nel Tribunale Eccleſiaſtico per le pene de danni dati, ne che intorno à dette pene li medeſimi ſoggiacciano à Statuto laicale, ma perche la S. M. di Clem. VIII. concede gli emolumenti di tali pene alle Communità dello Stato Eccleſiaſtico per una certa riſpoſta annua, che le medeſime fanno alla R. Camera, affinche reſti proviſto all'indennità loro, hà S. B. comandato che V. S. per Editto publico dichiari le pene nelle quali devono incorrere i Miniſtri, e lavoratori di Perſone Eccleſiaſtiche, per li danni che fanno gli Animali delli medeſimi Eccleſiaſtici, e venendo il caſo del danno dato, proceda ſommariamente alle pene comminate per Editto, applicandole ſempre à beneficio di coteſta Communità, ò ſuo Affittuario, e regolandoſi al ſolito intorno alla quantità della pena, in modo che la Communità non riceva alcun pregiudizio, coſi eſeguiſca &c.*

11 Hoc tamen privilegium non ſuffragatur eorum Colonis, qui tenentur ad pœnas damni dati, & ad onera communitativa pro portione colonica *ut Sac. Congr. Boni Regiminis reſpondit Gubernatori Peruſiæ 21. Decemb. 1682.* etiamſi ſint Coloni Cardinalium ibi = *gli ordini che circolarmente ſi danno affinche ciaſchedun Colono indiſtintamente paghi le pene de danni dati, & i peſi communitativi, comprendono anche i Coloni dell' Abbadia di Saſſo vivo poſſeduta dal Sig. Cardinale Altieri Camerlengo.*

12. Eſt tamen advertendum, quod dicta Epiſtola quamvis ſit circularis, adhuc ſervanda, & exequenda erit in locis tantum, & Diœceſibus Status Eccleſiaſtici in quibus Communitates jus exigendi pœnas damni dati à Camerâ Apoſtolicâ obtinuerunt titulo onoroſo, & quæ effectivè eidem annuam præſtationem ſolvunt: in cœteris verò ejuſdem Status locis, quæ Indultum exigendi dictas pœnas, & onus ſolvendi præſtationem, reſpectivè non habent, vel aliud Statutum ſpecificè confirmatum ſimile non viget: non tenentur Epiſcopi, Edictum (de quo loquitur Epiſtola) publicare: ſed quoad Eccleſiaſticos (quorum Animalia damna inferunt) erit ſervanda juris diſpoſitio, juxtà declarationes Sac. Congr. Immunitatis ſupra allegatas: Quia cum talis proviſio emanaverit ad ſervandas Communitates indemnes ob onus præſtationis annuæ injunctum; non debet, nec poteſt compræhendere loca, quæ tale onus non habent: ceſſante enim qualitate à lege ſpecificatâ, ceſſat etiam diſpoſitio ipſius legis; vel ut alii dicunt, ubi non militat ratio, & finis legis, nec legis diſpoſitio militare debet *l. quod dictum eſt ff. de pact. Navar. conſ. 23. n. 5. de Sent. excom. Donat. prax. rer. regul. tom. 2. par. 2. tract. 4. quæſt. 39. n. 11. Zacch. de Salar. quæſt. 6. n. 17.* ubi dat concordantes. Ideòque eadem Sac. Congr. Immunit. Epiſcopo Piſaurenſi, qui poſt receptam Epiſtolam de hoc dubitaverat, reſpondit ut infrà.

*Illuſtre, è Molto Reverendo Signore come fratello. Nella Cauſa de danni dati, è ordine di N. S. che V. S. ſenza attender la lettera che queſta Sac. Congregazione le Scriſſe ſotto li 6. Luglio proſſimo paſſato laſci correre l'uſo inveterato in coteſta Città, il che à V. S. ſi ſignifica per ſuo governo, è Dio la contenti. Roma 18. Gennaro 1681.*

Di V. S.

Come Fratello.

G. Card. Carpegna.

*Monſ. Veſcovo di Peſaro.*

*Il Patriarca d'Antiochia Segr.*

13. Secundò ut non teneantur contribuere taxæ impoſitæ pro manutentione Phiſici, Chirurgi, & Ludimagiſti, quamvis utantur illarum opera *Sac. Congreg. Epiſcop. in Pennen. 2. Auguſti 1619. Sac. Congregat. Immun. in Ariminen. 4. Maii 1700.* ſive pro refectione Pontium, Fontium, & Murorum. Nac licet ad onera impoſita pro communi utilitate, & commoditate, quæ reſpicit æque principaliter laicos, & Clericos, ſi non vi coactivâ, ſaltem directivâ, contribuere teneantur, ut probant relati *à Graſs. de effect. clericat. eff. 3. num. 202. & 203. & à Zacch. de Salar. qu. 5. num. 9. & ſeqq.* Hoc tamen debet intelligi in aliquo caſu extraordinario, & ſubſidiario, idest quando burſa laicorum exhauſta eſt, & opera prædicta communia aliter manuteneri, & refici non poſſint, niſi per contributionem Clericorum; non autem, ut poſſint annuali taxâ, & præciſâ neceſſitate non urgente gravari, ut communiter tradunt *Graſſ. ubi ſupra à num. 206. ad 247. Quarant. in ſumm. Bullar. verb. vectigal. verſ. item Bulla Bellett. diſq. Cler. par. 1. tit. de exempt. cler. & eor. bon. à mun. pub. §. 2. per tot. Tondut. quæſt. benef. tom. 1. par. 1. cap. 30. num. 5. & 6. Ventrigl. prax. par. 1. annot. 14. num. 25.* cum aliis allegatis in famigeratâ *Brunduſina Gabellæ coram Pen.* quam per extenſum refert *Ricc. prax. rer. for. Eccleſ. par. 3. reſol. 141.* At concurrentibus requiſitis *c. non minus, & cap. adverſus de Immunit. Eccleſ.* recurrentibus laicis, ſolet à Sede Apoſtolicâ dari facultas Ordinario, ut Eccleſiaſticos omnes, tam Sæculares, quàm Regulares, accedente eorum conſenſu, pro ratâ commodi, & utilitatis proportionabiliter faciat pro dictis operibus contribuere. Non enim ſufficeret ſolus conſenſus Clericorum, & quod vellent ſpontè onus ſubire, & immunitati renunciare, ſed copulativè requiritur aſſen-

ſus Apoſtolicus, cum Clerici huic privilegio toto Ordini jure Divino, Cæſareo, & Canonico conceſſo, renunciare non valeant *Bellet. ubi ſupra Ricc. collect.* 165. *ampl.* 1. *Sperell. dec.* 37. *num.* 63. *&* 68. *Del Ben. de immunitat. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 14. *ſect.* 1. *per tot. & cap.* 5. *dub.* 13. *Nicol. lucubr. Canon. lib.* 5. *tit.* 39. *de ſent. excomm. num.* 120. *Sac. Congreg. Immunit. in Januen.* 19. *Februarii* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. fol.* 26. *à tergo* & cavetur expreſsè *in Bulla Leonis X. la* 7. §. 40.

14. Tertiò ut in manutentione Annonæ, traditione notulæ, extractione frumenti, ordinationibus ſervandis tempore peſtilentiæ, prohibitione tranſmittendi per feneſtras immunditias, non vendemiandi &c. non ſubiaceant Edictis Gubernatoris, ſeù Magiſtratus laicorum; ſed in his, & ſimilibus bonum publicum reſpicientibus, Epiſcopus ſuo Edicto debet ſe conformare proviſionibus laicalibus; ſic ſæpè declararunt, & fieri debere reſponderunt *Sac. Congr. Epiſcop. in Neapolitana Nuncio Apoſtolico* 3. *Septembr.* 1591. *&* 23. *Auguſti* 1593. *in Ferrarien.* 29. *Julii* 1592. *in Fulginaten.* 28. *Nov.* 1594. *in Parmen.* 14. *Octobr.* 1598. *& in Januen.* 30. *Junii* 1599. *Et Sac. Congr. Immunit. in Tar entina* 12. *Decembr.* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. fol.* 171. *& in Forolivien.* 14. *dec.* 1655. *lib.* 5. *fol.* 81. *à tergo*. Cum hac tamen advertentiâ, quod nunquam ſint relativa ad Edicta laicorum.

15. Quartò, ut non tantum ipſi Clerici ſi vendant (etiam minutatim); ſed neque ementes ab ipſis vinum, frumentum, legumina, & cœteros fructus recollectos in propriis bonis, teneantur gabellam ſolvere, ut reſpondit *Sac. Congr. Immunit. in Oritana* 24. *Julii* 1628. *lib.* 1. *Decr. Paul. fol.* 101. *Panormitana* 7. *Junii* 1633. *lib.* 2. *dec. fol.* 160. *Converſanen.* 4. *Januarii* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. fol.* 5. *à tergo, & in Ferrarien.* 24. *Martii* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. fol.* 36. Quamvis fructus prædicti provenirent ex bonis acquiſitis ex hæreditate, donatione, vel emptione: dummodò onera non ſint realia certa, & invariabilia ut firmatur in citatâ *Brunduſina gabellæ coram Pen.* pluries à Sac. Congr. Immunitatis laudatâ, & approbatâ, & præſertim *in Fanen.* 20. *Januarii* 1637. *lib.* 3. *decr. fol.* 22. *Montis Realis* 11. *Auguſti* 1638. *lib.* 3. *decr. fol.* 69. *& in Faventina* 2. *Julii* 1647. *lib.* 4. *decr. fol.* 15. Quod privilegium locum habet etiam in Statu Urbini non obſtante Bulla Pii IV. allegari ſolita à Gabbellariis, quæ videbatur obſtare; prout declaravit eadem Sac. Congr. Immunit. *Die* 29. *Jan.* 1636. in una *Piſauren.* in qua hæc habentur = *facta relatione de intentione Sanctiſs. D. N. ſuper obſervantiâ Bullæ Pii IV. Sac. Congregatio cenſuit ſervandam reſolutionem ab eadem Sac. Congregatione factam* 16. *Julii* 1627. *ſcilicet non eſſe obſervandam, cum non habeat locum niſi in oneribus merè realibus, certis, & invariabilibus, & eſſe perſonalem reſpectu Ducis, atque revocatam; ideò preter onera Cameralia noluit alia onera vigore dictæ Bullæ eſſe ſolvenda, lib.* 2. *decr. Paul. fol.* 242. *à tergo* Neque tenentur ad onera extraordinaria olim impoſita à Ducibus pro ſalariis Iudicum & Bartoncelli *Sac. Congr. Imm. in Urbinaten.* 18. *Auguſti* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 152. *à tergo*.

16. Quintò, ut etiam in patriâ poteſtate conſtituti licitè poſſint diſponere, & teſtari de bonis quolibet modo ad eorum dominium poſt Clericatum perventis, vel quæ ut Clerici ſuis laboribus, & induſtriâ acquiſiverunt, cum illa ad quaſi caſtrenſe peculium pertineant *ex text. in* §. *Presbyteros Auth. de Sanctiſ. Epiſc. c. quia nos de teſtam. c.* 1. *ibique gloſ. de ſucceſ. ab inteſt.* cun aliis juribus allegat. *à Piaſec. prax. Epiſc. par.* 2. *c.* 5. *ſive ult. de bon. menſ. n.* 53. *Bellett. diſq. cleric. par.* 1. *tit. de bon. cleric.* §. 6. *n.* 9. *&* §. 7. *n.* 5. *Pirhing. in jus can. lib.* 3. *tit.* 26. §. 4. *n.* 32.

Verùm quod hoc privilegio Clerici minorum ordinum non gaudeant, & de eo cenſeantur privati eo ipſo, quod non habeant requiſita Concilii *c.* 6. *ſeſſ.* 23. firmat *Rot. dec.* 304. *n.* 18. *& ſeqq. & dec.* 392. *n.* 10. *& per tot. par.* 17. *rec.* in quibus deciſ. recedit à Sententiâ quam prius tenuerat *in dec.* 533. *per tot. par.* 14. ſed huic ſecundæ Rotæ Sententiæ adhærendum non videtur, tanquam de directo oppoſitæ relatis Decretis, & aliis concordantibus Congr. Concilii, quæ affert *Pignatell. conſult.* 7. *n.* 81. *tom.* 3. ubi inter alia adeſt ſequens.

*Tudertina Achille Palamonio da Todi Chierico di prima Tonſura le ſupplica à fargli gratia di dichiarare ſe eſſo Oratore per non eſſere andato in habito, e tonſura, habbia perduto il privilegio conceſſo à Chierici di prima Tonſura dalla L. Sacroſanctæ Cod. de Epiſc. & Cleric. di poter teſtare, & acquiſtare etiam quoad uſumfructum vivente Patre, ò verò habbia perduto il privilegio del foro ſolamente del quale parla il Concil. Trid. ſeſsion.* 23. *cap.* 6.

*Die* 20. *Februarii* 1616. *Sac. Congregat. Concilii cenſuit Decretum ejuſdem Concilii cap.* 6. *ſeſs.* 23. *non adimiſſe Clericis non babentibus qualitates, quæ ibidem exprimuntur, niſi privilegium fori, cætera verò remanere, in diſpoſitione juris communis*. Unde declarationibus Sac. Congreg. (quas & ipſa Rota veneratur) ſtandum erit; Cùm de jure communi Servitium Eccleſiæ non exigatur, ut Clericus gaudeat privilegio *cap. odoardus de ſolut.* dummodò incedat habitu Clericali, ut pluries reſpondit *ead. Congregat. Concilii teſte eod. Pignatell. loco citato*, & noviſſimè declaravit *in Romana* 7. *Julii* 1703. certumque proinde fit, quod privilegio fori, non habentibus requiſitis *cap.* 6. ſublato, cætera quæ de jure competunt non cenſentur ablata, niſi in Canone reperiatur expreſſum, vel ab homine privati non fuerint *Gonzal. ad regul.* 8. *Gloſ.* 5. §. 5. *num.* 7. 8. *&* 9. & benè firma-

firmavit *deciſ.* 533. *par.* 14. & utraque Congregatio in præallegatis Decretis: cum ſatis ſit, quod deficientia requiſitorum Concilii operentur effectum ad quem fuerunt inducta: ſicuti de Clerico damnato ad perpetuum carcerem dicimus, quod non reddatur per hoc inhabilis ad teſtandum: niſi ex genere delicti propter quod damnatur inhabilitas inducatur, ut benè probat *Paſſerin. in cap. quamvis num.* 2. *de pæn. in* 6.

17. NON GAUDENDI FORI PRIVILEGIO. Clerici non habentes requiſita Concilii *cap.* 6. *ſeſs.* 23. *de reform.* fori privilegium amittunt abſque aliâ monitione *Gallemart. ibid. verſ. Si verò in fin. Sac. Congregat. Immunit. in Lycien.* 7. *Septembr.* 1624. ſi tamen delinquant (licet non poſſint allegare privilegium fori, neque teneatur Epiſcopus illos vindicare à Curia Sæculari) poſſunt tamen puniri ab Epiſcopo, & adhuc effectum repeti à Judicibus laicis, quatenùs prævenerint, & ſi adhuc Clerici permaneant: hoc eſt ſi à jure vel ab homine ſcr. ſcr. per declarationem factam privilegiis Clericalibus adhuc privati non ſint, ut reſpondit *Sac. Congreg. Concilii* 12. *Novembr.* 1630. quam refert *Pignatell. conſultat.* 46. *num.* 9. *tom.* 1. & probant aliæ authoritates quas cumulat idem Author *Conſult.* 20. *per tot. tom.* 3. & magis præcisè caſus ſubnexus.

*Clericus primæ Tonſuræ à Die quo fuit ordinatus per ſeptem annos continuos, non inceſſit in habitu, & Tonſura: imò intra dictum tempus exercuit Officium Judicis, commiſſo delicto, fuit à Judice laico inquiſitus, citatus, & domi ſiſtere juſſus, ſed arreptâ fugâ, reaſſumptoque habitu, cœpit Eccleſiæ inſervire. Pro ſua directione ſupplicat Epiſcopus Nicien. declarari.*

I. *An iſte Clericus gaudeat privilegio fori?*

II. *An Epiſcopus poſſit Judici laico fundanti ſuper notorietate à reaſſumptione habitus in fraudem, inhibere nè procedat nec quoad perſonam, nec quoad bona, donec ipſe cognoſcat an gaudere debeat?*

III. *An ſaltem id poſſit viſis litteris primæ tonſuræ?*

IV. *An contra Judicem laicum nihilominus non deſiſtentem poſſit procedere ad cenſuras?*

V. *An poſſit Epiſcopus hanc cauſam ſibi vindicare?*

VI. *An debeat?*

*Die* 30. *Maii* 1676. Sac. Congregat. Concilii reſpondit *ad omnia affirmativè*. Et concordant antiquiora Decreta emanata 10. *Decembris* 1599. *& in Papien.* 23. *Maii* 1626.

18. Quod ſi in reaſſumptione habitus adſit fraus (quam Judex Eccleſiaſticus inſpicere debet) tunc Judex laicus poterit proſequi cauſam, & Proceſſum, quoad bona, ſeu compoſitionem Clerici, non autem quoad perſonam *Sac. Congreg. Immunit. in Reatina* 10. *Septembr.* 1629. *lib.* 2. *Decr. Paul. fol.* 6. *à tergo, & in Civitatis Caſtellanæ* 18. *Febr.* 1631. *lib.* 2. *Decr. fol.* 96. *& Sac. Congregat. Concilii in dict. Papien.* & recenter in *Sabinen.* contra Clericum Conjugatum, in qua caſus ſic exponebatur = *Nicolaus Pedocchia Clericus Conjugatus non ſervans requiſita Concilii, ſed factus Miles, armiſtitiis, & aliis operibus Militaribus arma tractari ſolitus non tamen in bello, conventus fuit in Curia Sæculari pro emendatione damni dati ab ejus animalibus, mediante mandato contra ejus bona non verò contra perſonam: reus conventus poſt motum judicium habitum, & tonſuram reaſſumpſit, ac militiam dimiſit; unde contingit dubitari, an dictus Clericus, dimiſsâ militiâ, & reaſſumpto habitu gaudere debeat privilegio fori? Die* 30. *Martii* 1686. *Sac. Congregat. Concilii* reſpondit *Negativè in caſu de quo agitur*.

19. In caſu autem quod Clericus Clericatui renunciaſſet, & poſteà de delicto inquiſitus, eſſet per Curiam laicam abſolutus: adhuc contra illum Curia Epiſcopalis poſſet, & deberet procedere, ut reſpondit *Sac. Congregat. Concilii in una Salernitana* 19. *Septembr.* 1682. in qua expoſito, quod Raphael Azalonus, qui Clericatui ſolemniter renunciavit inquiſitus de quodam homicidio, fuerat à Curiâ Sæculari abſolutus: ſupplicabat mandari Epiſcopo, ut ſe à tali causâ abſtineret: *Sac. Congregat. cenſuit Epiſcopum debere in hac cauſa procedere lib.* 32. *decr. fol.* 458.

20. Animadvertendum prætereà eſt, quod privilegia Clericorum mox ſupra recenſita, & exemptiones, necnon Judicis Eccleſiaſtici in eos privativa juriſdictio, generaliter locum habent de jure communi ubique locorum: At ubi adeſt vel ſpecialis Papæ delegatio Principi Sæculari conceſſa, judicandi cauſas Clericorum Minorum Ordinum certi loci, & in certis delictis, prout in Criminalibus hanc facultatem habere Venetos ex Indulto Pauli II. & Clem. VII. aſſerunt *DD.* relati *à Graſs. de eff. Cler. eff.* 1. *num.* 27. *&* 28. & ſine dubitatione affirmant moderniores nempè *Fagnan. in cap. ad audientiam num.* 122. *de reſcript. Rainald. obſer. Crimin. tom.* 1. *cap.* 7. §. 1. *n.* 239. vel viget Conſuetudo immemorabilis (quæ habet vim privilegii) putà capiendi Clericos Minor. Ordin. portantes arma de nocte, & puniendi pœna civili, prout vigere in Gallia aſſerit *Navar. conſ. tom.* 2. *lib.* 5. *de ſenten. Excomm. conſ.* 28. *num.* 1. aut patrantes aliquod exemplare delictum: tunc non erit inſiſtendum in diſpoſitione juris, ſed legis particularis loci, cujus vigore Judex laicus, fit capax, & competens Judicium ferendi in dictos minores Clericos ex traditis *à Navar. loco citato, & à Graſs. dict. effect.* 1. *num.* 338. non quidem jure proprio, ſed de mandato

Supe-

Superioris Eccleſiaſtici , & ut Miniſter Eccleſiæ *Graff. deciſ. aur. par. 1. lib. 4. cap. 18. num. 152. verſ. Quintus.*

21. Si autem agendum eſſet contra Clericos tranſgreſſores Edicti circa delationem armorum , debent Epiſcopi advertere , quod licet plures DD. teneant, quod non poſſint pœnâ comminatâ in Edicto puniri , niſi cum armis fuerint depræhenſi , quos referunt , & ſequuntur *Ricc. deciſ. 257. num. 2. par. 2. Zuff. de legit. proceſs. annot. ad Conſtit. Barberin. num.* 104. nihilominus iſtorum opinione rejectâ , quando Edictum ſimpliciter prohibet delationem armorum : nè clypeo deficientiæ probationis corporis delicti per capturam infraganti, Clerici audaciores evadant , & ſine pœnæ timore delatione armorum abutantur , & occaſio delinquendi illis præbeatur , contra eos , qui per teſtes viſi fuerint arma portare , etiam per inquiſitionem ( reo citato ) procedere poterunt , vel ad pœnas ſpirituales juxtà diſpoſitionem *Text. in cap. quicunque 23. qu. 8. & cap. 2. de vit. & honeſt. Cleric.* vel pecuniarias , habito reſpectu ad qualitatem armorum : Cùm enim hodie de jure Canonico in quolibet delicto procedatur per inquiſitionem , & ex Officio *Raynald. obſerv. crimin. tom. 3. cap. 34. §. 10. num. 6.* prohibente Statuto ſive Edicto delationem armorum, Judex poteſt procedere contra illa portantem per inquiſitionem , etiamſi non ſit captus infraganti per Birruarios , ut rejectis contrariis tenet *Conciol. reſol. crimin. verb. arma reſol. 11. num. 1. & 5.* cum aliis ab eo allegatis.

22. Quæ concluſio ad praxim deduci poterit contra Clericos præſertim in Sacris Ordinatos , *qui frequenter* contra prohibitionem Epiſcopi utuntur , & deferunt Sclopum Venatorium : Nam Epiſcopus ex cauſa , & pro morum reformatione , ſicuti poteſt augere pœnam Canonum *cap. ult. de tranſact. cap. ſicut dignum de homic. Abb. in cap. licet num. 2. de Offic. Judic. Ord. Ricc. in prax. for. Eccleſ. par. 2. reſol. 206. num. 1. verſ. Secundò* : itaut abuſus tollatur ; ut proceſſus delationis dicti Sclopi ex Officio , & per inquiſitionem fiant indicere , & pœnas pecuniarias ( moderatas tamen ) exigere , *Vulpin. ſucc. Farinacc. par. 12. quæſt. 108. num. 13. Amen. de delict. & pœn. tit. 7. §. 1. num. 16.* attento maximè , quòd ſententia , quæ tenet , quod deferentes arma contra prohibitionem Statuti , ſive Edicti, non poſſunt puniri , niſi cum armis depræhendantur , procedit de æquitate , non autem de juris rigore , ut fatetur *Zuff. loco citato num. 105.*

23. Dixi *qui frequenter* Sclopo venatorio utuntur cohærendo Decreto Sacr. Congregationis de quo infra *in annot. ad form. ſequentem num. 2.* nam ſi bis , terque , quaterque in anno Clericus etiam in Sacris conſtitutus, moderatione, & modeſtia ſervata, *ac nunquam habitu Clericali dimiſſo*, in Saltu, vel agro ad necandos aves recreationis gratia Sclopo venatorio uteretur , non eſſet proceſſandus , nec puniendus , Sed cum eo connivendum , & diſſimulandum *Gloſs. in cap. 1. de Cleric. venat.* nunquã tamen *licentiâ explicita* diſpenſandũ per ea quæ dixi *par. 1. tit. 6. annot. ad form. 4. per tot. & in Appendic. annot. ad liter. Sac. Congreg. circa Offic. in dec. num. 25. pag. 360.* & tradit quoque *Conciol. reſol. crimin. verb. arma reſol. 24. num. 2. & 5.*

## Monitionis faciendæ contra Clericos non incedentes in habitu Clericali.

### *FORMVLA V.*

SUMMARIUM.

1. *Datur modus procedendi contra Clericos qui Edicto non parent.*
2. *Clerici incedentes perſonati poſſunt excomunicari.*
   *Clerici recitantes in Comediis prophanis poſſunt coerceri pœna excommunicationis ferendæ Sententiæ, ibi.*
   *Clericis poteſt prohiberi ab Epiſcopo delatio Sclopi ſub pœna ſuſpenſionis à Divinis ipſo facto incurrenda dummodo ſint in Sacris, ibi.*
3. *Clerici non poſſunt privilegiis Clericalibus privari niſi trina monitio præceſſerit.*
   *Vnica monitio habet vim trium, quando hoc diſponit Statutum à Sede Apoſtolicâ approbatum, vel eſſet facta in Synodo ibi.*

N. Epiſcopus N.

CITETVR, ET MONEATVR. Clericus N. ad incedendum aſſiduè in habitu, & tonſurâ Clericali decenti; nec non abſtinendũ à ludis, negotiis, & Officiis Clericis *de jure prohibitis.* inſerviendũ que ſaltẽ diebus Feſtivis Eccleſiæ N. cui fuit adſcriptus cũ cottâ, ſeù ſuperpelliceo, juxtà formam, & diſpoſitionẽ Conſtitutionum Synodaliũ, Edictorum emanatorum, & Sac. Concilii Tridentini Decretorum : ac incedere, abſtinere, & inſervire reſpectivè docendum infra terminum dierum . . . . . . . . . alias termino elapſo, & ſe parviſſe in actis Curiæ non docto, videndum per Illu-

Illuſtriſs D. Epiſcopum ſivè illius D. Vicarium Generalem declarari, ipſum non gaudere Privilegiis Clericalibus, imò facto proprio illis eſſe privatum. *Et hoc primo, & pro prima monitione* Inſtante N. Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis N.

*N. Cancellarius.*

## ADNOTATIONES.

1. *CITETVR, ET MONEATVR.* Factâ publicatione Edicti generalis ſuper delatione habitus Clericalis, de quò in præcedenti Formulâ, ſi unus, vel plures Clerici illud ſpernant, & adhuc more laicorum ſe gerant, & Epiſcopus judicet expedire ut priventur privilegiis Clericalibus: captâ prius ad inſtantiam Promotoris Fiſcalis per examen teſtium informatione, de non geſtatione habitus, & Edicti transgreſſione, eodem Promotore inſtante decernat fieri contra eoſdem monitiones, prout in formulâ: quibus perſonaliter exequutis (ſi fieri poteſt, ſin minus Clericis latitantibus, Domi dimiſsâ copiâ in manibus domeſticorum,) primâ, ſecundâ, & tertiâ vice, cum aliqua inter eas dierum interpolatione, accuſatâque ſingulis vicibus in actis contumaciâ; ſi moniti non compareant, neque alio modo doceant de paritione: tunc reproductis monitionibus legitimè exequutis, ac repetitis juribus, & proceſſu, Promotor inſtabit pro declaratoriâ privationis Privilegiorum: quam Epiſcopus, vel ejus Vicarius Generalis ad id facultatem habens, poterit concedere juxtà formulam inferius ſubiiciendam.

2. *DE JVRE PROHIBITIS.* Præter alias occupationes indecentes Clericis à jure prohibitas, quas alibi *tom.* 1. enumeravi, ſubjacent cenſuræ etiam ſequentes, nempè, Si tempore Baccanalium incedant perſonati: nam per Epiſcopum contra illos hæc agentes pœnam excomunicationis inponi potuiſſe declaravit *Congr. Concilii in Mantuana* 10. *Aprilis* 1645. niſi hoc facerent in domibus Conſaguineorum, vel Clerici eſſent forenſes *lib.* 17. *Dec. pag.* 469. Item ſi recitent in Comediis; nam quoad prophanas poſſe pariter Epiſcopum ſtatuere contra Clericos ſivè Presbyteros recitantes pœnam excommunicationis ferendæ ſententiæ, declaravit eadem Congr. *in Sulmonen.* 22. *Auguſti* 1665. *lib. Dec.* 24. *fol.* 584. Item eadem Congr. damnando delationem armorum *in Sarſinaten* 12. *Auguſti* 1045. reſponſum dedit Epiſcopo, ipſum potuiſſe Edicto publico imponere Clericis *in Sacris conſtitutis* pœnam ſuſpenſionis à Divinis ipſo facto incurrendam deferentibus Archibuſium: ita ut illum deferentes abſque licentia dictam pœnâm ipſo facto incurrent, & ſi incurſi celebraſſent irregulares evaſiſſent *lib.* 17. *Dec. pag.* 499. Cœteris enim Clericis Minorum Ordinum, cum poſſint ad Sæcularia redire, & habitum exuere, talis pœna non convenit; quia non peccant ita graviter *Navar. Manual. Confeſ. par.* 2. *cap.* 25. *n.* 110. *verſ. quia alius*, ſed poſſunt aliis pœnis puniri.

3. *ET HOC PRIMO, ET PRO PRIMA MONITIONE.* Monitio debet eſſe trina, neque ſufficit una pro tribus, etiam cum longiſſimi temporis ſpatio, prout ſunt text. expreſſi in *c. in audientia & c. contingit il* 2. *de ſent. excom. clem. Diœceſanis ubi gloſ. de vit. & hon. cler.* & in terminis noſtris docent *Graſſ. de effect. cleric. eff.* 1. *n.*896. *cum duobus ſeqq. Fagn. in d. cap. contingit. n.* 8. & ratio ſecundum *Graſſ.* cur requiratur trina, & non ſufficiat unica eſt; quia is, qui eſt plùries monitus, ſi non deſiſtit, dicitur contemnere, & ideò propter contemptum exuitur Privilegio Clericali. Sufficeret tamen unica in duobus caſibus. Primò in locis in quibus ex diſpoſitione ſtatuti à Sede Apoſtolicâ approbati, unica monitio, (quando quis monendus eſt) ſufficit, prout adeſſe in Regnis Hiſpaniarum refert *Graſſ. loco citato n.* 899. Secundò quando monitio jam facta eſſet in Synodo, nam tunc generalis monitio, etiam quod ſit unica tantum ſub pœna privationis Privilegiis clericalis habetur loco trinæ monitionis, ita ut ex contraventione, ipſo jure amittatur privilegium Clericale, ut per doctrinam *Hoſt. Jo. Andr. Anchar. Card. & Butr. in c.* 2. *ne cler. vel Monac. tenet Graſſ. ubi ſupra n.* 900. & generaliter quod Conſtitutio Synodalis habeat vim triplicis monitionis tradunt communiter *Gratian. diſcept.* 721. *n.* 30. *&* 31. *Genuen. in prax. cap.* 36. *n.* 1. *ſecund. impreſ. Neap.* 1602. *Bellett. diſq. cler. par.* 1. *de favor. perſ.* §. 8. *n.* 4.

His præcognitis, ſi Epiſcopus vult ad Decretum privationis procedere, uti poterit formulâ ſequenti.

## Declaratoriæ privationis privileg. Clericalium.

### FORMVLA VI.

### SUMMARIUM.

1. *Ad privandum Clericum privilegiis clericalibus ſufficit quod non incedat in habitu clericali.*

VISIS

VISIS actis ex quibus conſtat Clericum N. loco N. noſtræ Diœceſis poſt publicationem noſtri Edicti, non inceſſiſſe, neque modo incedere in habitu, & tonſurâ Clericali decenti, neque ulli Eccleſiæ inſervire; ſed more laicorum ſe gerere ludis negociiſque, & officiis Clericis per Sac. Canones prohibitis ſeſe immiſcere, & implicare, viſis monitionibus ter repetitis, & contra eundem exequutis, & reproductis: attentâ illius contumaciâ, & contemptu, Chriſti nomine invocato, auctoritate nobis tàm à jure, quam à Decretis Sac. Congr. Immunitatis de Urbe conceſsâ, dicimus, & pronunciamus præfatum (ſeù præfatos) Clericum N. (ſeù N. & N.) monitis noſtris, imò verius ſacrorum Canonum parere recuſantem, non eſſe dignum privilegiis clericalibus, ſed facto proprio illis eſſe privatum, & gaudere non debere, nec poſſe volumus, & declaramus omni &c.

N. Epiſcopus N.

*N. Cancellarius.*

ADNOTATIO.

1. Si verò facienda ſit declaratio contra Clericum, qui in fraudem habitum clericalem reaſſumpſit, & pronunciandum non gaudere fori Eccleſiaſtici privilegio; tunc Epiſcopus probè penſatis, tûm moribus Clerici reaſſumentis, tùm loci temporis, & facti circumſtantiis fraudem arguentibus: ſi ita pro aliorum exemplo, & juſtitiæ complemento, ſibi expedire videatur poterit (parte tamen inſtante) ad ſequentem declarationem devenire. Animadvertendo, quod ut Clerici non incedentes in habitu clericali privilegiis clericalibus priventur non requiritur, quod ſimul, & ſemel ſe immiſceant negociis à Sac. Canonibus vetitis, ſed ſufficit ſi non incedant: nam expreſſio negociorum prohibitorum, quæ fit in monitione, & declaratoria, ponitur ſuperabundanter.

Declaratoriæ privationis privilegii Fori.

FORMULA VII.

SUMMARIUM.

1. *Clerici reaſſumentes habitum in fraudem, Judex Eccleſiaſticus debet declarare eos non gaudere privilegio fori.*
*Clerici reaſſumere poſſunt habitum clericalem quandocunque, & ſtatim eximuntur à foro laico, niſi adſit fraus, quam Judex Eccleſiaſticus cognoſcit, ibi.*
2. *Clerici qui per octo menſes jugiter inceſſerunt ſine habitu clericali dicuntur eſtorres.*
*Clerici qui non deferunt coronam Clericalem dicuntur comam nutrire, & non gaudent privilegio ibi.*
3. *Clerici qui reaſſumunt habitum, poſtquam Epiſcopus illos privavit privilegiis, nihil proficiunt.*
4. *Clerici, qui ſer. ſer. fuerunt privilegiis Clericalibus privati, poſſunt à Judicibus laicis puniri etiam in Criminalibus, & redditur ratio.*
5. *Epiſcopi in privandis Clericis privilegiis clericalibus moderatè procedere debent, & illos qui ſe emendant (ſi privati ſunt) redintegrare.*
6. *Canones, qui externa ordinant per conſuetudinem abrogantur, non autem hi qui mores, & diſciplinam informant, qui ſunt immutabiles.*
7. *Qui non poteſt citari perſonaliter, citatur Domi, & qui non habet Domum citatur ad Valvas.*

IN Cauſa N. inter N. & N. Clericum aſs. loci N. hujus noſtræ Diœceſis, niſi juribus hinc inde deductis, dicimus dictum N. Clericum qui per . . . . . menſes (ſeù annos) ſine habitu, & tonſurâ clericali inceſſit, & requiſita *Sac. Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 6. non habuit, & pro laico ſe geſſit, & reputatus fuit; Habitum Clericalem, quem dimiſerat, & nunc defert, in fraudem Judicis contra eum moti in foro Sæculari N. reaſſumpſiſſe, & propterea in dicta Cauſâ fori noſtri Privilegio, quod allegavit, non gaudere declaramus: Judicemque laicum contra eundem quoad bona tantum, & compoſitionem civilem procedere, & proceſſum terminare uſque ad executionem excluſivè, poſſe decernimus omni &c.

N. Epiſcopus N.

*N. Cancellarius.*

ADNO-

## ADNOTATIONES.

1. Quæ praxis ſervanda erit etiam in aliis caſibus in quibus Clericus uti laicus incedens delinquit, & poſtea ad effugiendam pœnam fori laici habitum Clericalem reaſſumit; tunc enim ſi de mandato Judicis laici, vel alias de facto capiatur à lictoribus fori ſæcularis, & Judex Eccleſiaſticus illum ad ſe remitti requirat, remittatur, vel in carceribus laicis ſuo nomine retineri declaretur, debet pariter citato Fiſco laicali declarari an foro Eccleſiaſtico gaudeat nec ne; ut ſi contingat pronunciari non gaudere, conſtet, & appareat judicialiter Iudices laicos non propriâ auctoritate Clericos diſtringere, ſed Eccleſiæ: Nã licet Clerici non habentes requiſita Concilii Trid. fori privilegium allegare non valeant: nihilominus, quoties non fuerint, ut ſupra privilegiis clericalibus privati, poſſunt quandocunque habitum clericalem dimiſſum reaſſumere, & reaſſumendo, ſtatim remanent exempti à juriſdictione Judicis laici ſaltem quoad perſonam, qui non poterit proceſſum proſequi, niſi fraus adſit, quam Judex Eccleſiaſticus debet recognoſcere, ut declaravit *Sac. Congr. Immunitatis in Cuſentina* 16. *Septembris* 1630. in qua ſic reſpondit = *De jure Clericos quandocunque poſſe reaſſumere habitum, illoſque poſt reaſſumptionem exemptos eſſe à juriſdictione laicali; ſed ſi fraus ſubſit, quam Judex Eccleſiaſticus inſpicere debet, poſſe Judicem laicum Proceſſui finem imponere, & contra illos realiter quoad bona procedere lib. 2. dec. Paul. fol. 88. & in Reatina, & Civitatis Caſtellanæ* quas retuli ſupra *annot.* ad *Form. Edicti geſt. habit.*

2. Tunc autem Clerici primæ Tonſuræ, & Minorum Ordinum reputandi erunt extorter, ut ab Eccleſiâ non mereantur defendi, ſi per octo menſes ſinè habitu Clericali jugites inceſſiſſe compertum erit: ſicuti enim in Gallia, qui per quatuor ex reſcripto Leonis X. de quo meminit *Piaſec. prax. Epiſcop. par. 2. c. 4. art. 3. de perſon. rei n.* 12. poſſunt à Judicibus laicis capi, & incacerari; ita in Italia qui per octo habitum non deferant, deſertores dicendi erunt *Guazzin. jun. ad defenſ. anim. lib. 2. defenſ. 7. addit. ultim. n.* 2. qui verò tonſuram, ſivè coronam deferre erubeſcunt, comam nutrire exiſtimantur *c. duo ſunt genera* 12. *quæſt.* 1. *clem.* 2. *junct. gloſ. de vit. & honeſt. cleric.* & notat *Graff. dec. aur. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 2. his verbis = *Tonſura eſt illa quæ vulgò dicitur la Chierica. Et hanc tonſuram quam dicimus clericam inquit ibi gloſ. quod altiorem, & majorem debet habere Monachus, quam Clericus, Et qui hanc non portat in capite ad modum ſpheræ dicitur nutrire comam, ita notatur in c. prohibete diſt.* 23. Et per conſequens qui utrunque non defert Privilegio non gaudet *Graff. loco citato n.* 2. *Bellet. diſq. cler. par.* 1. *tit. de favor. perſon.* §. 8. *n.* 8. *Ricc. dec. cur. Arch. Neap. par.* 4. *dec.* 154. *n.* 8. & 9.

3. Hinc igitur eſt, quod ſi moniti ad incedendum in habitu, & tonſurâ obedire detrectent, & vellent reaſſumere poſt declarationem factam ab Epiſcopo, quâ illos Privilegiis clericalibus exuit modo ſupra notato, nihil proficerent, quia ſequutâ declaratione remanent de foro ſæculari, & poſſunt à Judicibus laicis conveniri, & oneribus perſonalibus, & realibus gravari, ut advertit *Fagn. in c. contingit il* 2. *n.* 5. *de ſent. excommunic.* & notat etiam *gloſ. in c.* 1. *de Apoſtat. verb. liberari* ibi = *Si verò tertiò eſſent admoniti, & ſe non correxerunt, nullo Privilegio poſtea gauderent & in c. perpendimus verb. cogantur de. ſent. excommun.* ibi = *Dic quod manendo Clericus non poteſt renunciare ſed apoſtatando ab habitu ſuo, poſt trinam admonitionem Privilegium amittit, ipſo enim facto ſe privat*, & concordant *Barb. de offic. & poteſt Epiſc: alleg.* 12. *n.* 31. *Sperell. dec.* 125. *n.* 10. *circa fin. Panimoll. dec.* 14. *n.* 10. 30. & 54.

4. Quæ fortius hodie vigent adverſus hujuſmodi Clericos, quoad privilegium fori, attentâ diſpoſitione Concilii Tridentini, quod jus commune correxit: nam factâ declaratione per Judicem Eccleſiaſticum non habere requiſita Concilii, poterunt tam in Civilibus, quam in Criminalibus à Judicibus laicis judicari, & puniri, ut probant mox allegatæ auctoritates: & juſtè hoc factum fuit, quia hi Clerici, qui moribus corruptis Clericatum deturpant, & ut liberius vitiis vacent, & legum pœnas effugiant ſub Canonum protectione fraudolenter confugere ſtuduerunt, ſunt ab Eccleſiâ eliminandi, non protegendi, nè qui ſunt nequam, fiant nequiores *Clem.* 1. *de offic. Ordin.* & quia Reipublicæ magis conſulitur, & minus periculum eſt, ut delicta remaneant impunita, & fraus in fraudulentis caput retorquetur, ut in terminis noſtris advertit *Fagnan. in cap. ſi quis num.* 75. *verſ. neque obſtat de for. comp.*

5. Verum tamen eſt, quod Epiſcopi, aliivè Judices Ordinarii Eccleſiaſtici, devenire non debent ad ſupradictas declarationes privationis privilegiorum, & fori in caſu, quo à prædictis Clericis delinquentibus reaſſumatur habitus, niſi in cauſis merè civilibus, vel criminalibus levibus, mulcta pecuniaria, aut Exilio regulariter redimi ſolitis: ac ubi agitur contra Clericos fraudolentos, vitiis deditos, & immorigeros zelo tamen juſtitiæ, & non amore vindictæ, ſcilicet non ut odium exerceatur, ſed ut pravitas corrigatur *Gloſ. in cap. mali* 54. 23. *quæſt.* 4. Cœterum in Delictis gravibus pœnam ordinariam, aut corporis afflictivam merentibus cautius eſt, ut nihil agant, niſi conſultâ Romanâ Sede. Eos autem: qui ad bonam frugem redire volunt amplectantur, & facto experimento emendationem eſſe veram, redintegrent, quia privatio ob requiſitorum defectum non eſt

perpetua, & reſpicit poſſeſſionem ſolumque durat, requiſitorum deficientiâ durante ad *text. in cap. ult. ibique Gloſs. verb. ſuis facultatib. de vit. & hon. Cler. & in clem. 1. verb. quamdiu tit. eod. Zecch. de republ. Eccleſ. tit. de Cleric. num. 6. verſ. Tertiò Clericus in minorib. conſtitutus*, & Decreto *Sac. Congregat. Epiſcop.* citato *in Orien. 31. Julii* 1590. tenet in puncto *Paſſerin. in cap. 1. num. 30. de Cleric. conjug. in 6.* & ſic diſciplinam Cleri foveant, & tueantur, neglecto dicterio, quod Canones ſint antiquati.

6. Etenim Spiritus Eccleſiæ, quì per omnes temporum ætates, regit & informat, eſt ſemper idem, & non minus hodie, quam olim: optat modeſtos, caſtos, & Sanctos Clericos, & Sacerdotes: non minus hodie quam olim avaritiam, ambitionem, illicitas negociationes, aliaque vitiorum monſtra in ſuis deteſtatur Miniſtris: Canones autem, alii ſunt rituales, qui externa ordinant: alii mores informant, & diſciplinam: primi facile per conſuetudinem, & temporum ſpatia variantur: *quia moribus immutatis Sacros quoque ritus variare conſequens fuit, id exigente temporum conditione, quæ priſtinæ conſuetudinis diſtrictionem ſemper in eodem ſtatu manere non patitur* (ſunt verba *Cardinal. Bonæ in tract. rer. liturgic. lib. 1. cap. 18. §. 1.*) & de his intelligitur illud vulgatum: Canones per Conſuetudinem abrogari: aliud plane de ſecundis, quibus morum diſciplina exprimitur: nam quod Canonibus iſtis ſtatuitur, aut vetatur, jure naturali, ac divino præſcriptum quoque, ac vetitum ſit, rationem quaſi perpetuam habere cenſentur, vel adjunctam habere ſolent, tanquam ab intrinſeco bonam, vel malam, & ſic immutabiles, & invariabiles; & his applicatur illud *Sancti Thomæ 2. 2. quæſt. 97. art. 3. ad 2. ſi maneat ratio eadem propter quam prima lex utilis erat, non conſuetudo legem, ſed lex conſuetudinem vincit.* Et propterea quantum temporum difficultates patiuntur, & neceſſitas, & loca permittunt, Patrum diſciplina ſervanda erit.

7. Advertendo, quod ſi monitiones exequi non poſſunt perſonaliter, quia reus non invenitur, vel latitat, ut in principio notavi: tunc citatur Domi ſolitæ habitationis, & ſi non habet Domum in certo loco, citatur ad valuas, ex regula, quod impediens nè citetur, habetur pro citato *cap. quoniam frequenter §. porrò, ut lit. non conteſt. ibique Gloſs. Rot. coram Seraph. dec.* 1094. *num. 3. Paſſerin. de elect. cap. 11. quæſt. 6. num. 48.*

## Monitionis pro remiſſione Clerici carcerati à Curiâ laicâ ad Tribunal Eccleſiaſticum.

### *FORMULA VIII.*

### SUMMARIUM.

1. *Judex Eccleſiaſticus requirit Judicem laicum ut remittat Clericum captum, dum conſtat de clericatu.*
   *Clericatus quomodo probetur oſtenditur ibi.*
2. *Clericus captus à Curiâ laicâ, debet remitti Judici Eccleſiaſtico quamvis non habeat requiſita Concilii.*
3. *Clericus captus à Curiâ laicâ ſi non docet de clericatu poteſt ab eadem retineri, donec Judex Eccleſiaſticus pronunciet ipſum gaudere privilegio fori.*
4. *Epiſcopus ubi adeſt abuſus frequenter delinquendi, poteſt facultatem tribuere Miniſtris laicis clericos capiendi.*
5. *Clericus eſt remittendus ad ſuum Judicem cum decentia, alias Judex laicus poſſet puniri.*
6. *Judex laicus renuens remittere Clericum ad ſuum Judicem excommunicationem incurrit eo ipſo.*
7. *Epiſcopi qui omittunt immunitatem Clericorum & juriſdictionem Eccleſiæ defendere, peccant graviter, & poſſunt ab officio deponi.*
8. *Proceſſus conſtructus contra Clericum coram Judice laico, quam probationem faciat oſtenditur.*

## N. N. Vic. Generalis.

NOveritis vos infraſcripti, ad noſtram notitiam perveniſſe, per lictores Curiæ veſtræ laicæ captum fuiſſe Clericum N. loci N. *de cujus Clericatu nobis conſtat* modoque in Carceribus laicalibus N. detineri: Cumque prædictus Clericus, non niſi à nobis privativè proceſſari, noſtrâque familiâ armatâ, *aut ſaltem de mandato noſtro* carcerari poſſit juxtà Canonicas Sanctiones, ideò illum à vobis inſtanter repoſcimus, ut ſtatim visâ præſenti noſtrâ requiſitione, non ſolum à proſecutione proceſſus, abſtinere debeatis, ſed ad nos, & Curiam noſtram quamprimum *decenter*, & tutè unà cum Proceſſu captum remittatis; offerentes nos paratos juſtitiam adminiſtrare, & illum (quatenus reus ſit) prout juris erit punire. Sin minus ſi proceſſum proſequi, & captum retinere audeatis, & ad nos ſtatim remittere renuatis (quod non credimus) nunc pro tunc citamus, & monemus vos per præſentes, ad videndum ad primam diem poſt executionem præſentium tanquam turbatores, & uſurpatores noſtræ Eccleſiaſti-

cæ ju-

cæ juriſdictionis, ac in Clericum violentiæ illatores, *declarari incurſos* in Excommunicationem majorem abſque alia monitione. Inſtante N. Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis N.

N. Vic. Generalis N. ſive Epiſcopus N.

*N. Cancellarius.*

*Nomina monendorum.*

N. Judex Ordinarius loci N.
N. Promotor Fiſcalis N.
N. Actuarius Curiæ N.

SOLET aliquando in hujuſmodi caſibus addi in monitione poſt verba illa = *prout juris erit punire* hæc clauſula = *ſin minus quatenus proceſſum proſequi, & captum retinere audeatis, & ad nos illum remittere, (vel ſaltem declarationem ſcripto dandam facere, eum nomine noſtro, & ad noſtram diſpoſitionem retinere) renuatis &c.* Nam Epiſcopus viam mitiorem eligendo, nè eveniant majora ſcandala ſi tactis diligentiis poteſt hoc remedio uti (quoties illa timeantur) & certiorata Sac. Congreg. Immunitatis eſſe contentus recipere à Curiâ laicâ declarationem, quod Clericus captus retinetur nomine Eccleſiæ, & ad diſpoſitionem ſui Superioris Eccleſiaſtici, & interim more illius Miniſtros de cenſuris incurſis, & ab eis Proceſſum requirere, & informationes de delicto capere, ut poſſit reum condemnare, vel abſolvere prout juris erit.

Quod ſi Curia laicalis requiſitionem hanc ſperneret: vel proceſſum contra Clericum captum proſequeretur, aut publicaret: tunc erit ſcripto in actis d. Curiæ proteſtandum de nullitate totius proceſſus, & de incurſu pœnarum Sac. Canonum, & Cenſurarum *Bullæ Cœnæ cap.* 19. ad quarum publicationem per affixionem Cedulonum moneant in eadem proteſtatione, ſe omninò proceſſurum, quatenus non deſiſtat: prout deveniendum erit, contra Officiales, ſi parere, & deſiſtere contemnantur quoties non agatur de Clericis certi loci, aut aliquibus certis delictis in quibus privilegio Papæ competat facultas Judicibus laicis illos judicandis prout animadverſum fuit ſupra *Annot. ad form. Edict. geſt. habit. Cleric.* §. *fin.* vel demum non agatur de aliquo delicto gravi, & qualificato, ſuper quo prudentialiter ſit requirendum conſilium Sedis Apoſtolicæ: nam in hoc ultimo caſu erit ſuperſedendum in publicatione cenſurarum, donec habeatur reſponſio,

## ADNOTATIONES

1. *DE CUJUS CLERICATU NOBIS CONSTAT.* Antequam Judex Eccleſiaſticus monitorium cum inhibitione contra Judicem, & Curiam Sæcularem pro Clerici remiſſione expediat, & relaxat, debet eidem ſummariè conſtare de clericatu, vel per litteras teſtimoniales collatoris ordinum, quæ de per ſe ſolæ probant *Ciarlin. contr. tom.* 1. *cap.* 20. *n.* 47. *Sperell. dec.* 17. *n.* 21. *& dec.* 132. *n.* 49. 50. *& ſeqq. Panimoll. dec.* 36. *n.* 22. vel per poſſeſſionem Beneficii Eccleſiaſtici, vel per famam, & communem æſtimationem (ſi non ſit illegitimus, cujus Clericatus non probatur per publicam vocem, & famam niſi concurrant alia adminicula *Rot. coram Seraph. dec.* 1292. *n.* 1.), vel per quaſi poſſeſſionem Clericatus ob diuturnam habitus delationem, vel demum per Eccleſiæ ſervitium uti Clericum; de quibus probationibus præſumptivis agit *Ricc. prax. rer. for. Eccleſ. par.* 4. *reſolut.* 644. *per. tot.*

2. Habitâ autem de Clericatu informatione ſi Epiſcopus volverit (prout ab aliquibus fieri ſolet) poterit mediante perſonâ Promotoris Fiſcalis, vel Cancellarii, requirere cum urbanitate, & extrajudicialiter Judicem laicum pro remiſſione Clerici carcerati, oſtendendo eidem (ad animi dumtaxat inſtructionem) litteras Clericatus, vel alias probationes ejus &c. quibus ſi non acquieſcat, & remittere illum recuſet, tunc judicialiter ut in formulâ monendus erit, etiam parte non citatâ, ad hoc ut pareat: Nec poterit remiſſionem retardare ſub prætextu, quod captus requiſita Concilii Trid. non habeat, & proinde fori Eccleſiaſtici Privilegio non gaudeat: quia quoties ſufficienter conſtat de Clericatu, Judex laicus non debet, nec poteſt de requiſitis cognoſcere; ſed factâ proteſtatione illum vendicandi, ſi conſtiterit non gaudere, tenetur captum remittere, & expectare quod Judex Eccleſiaſticus (ad quem pertinet, pronunciet) eodem Judice, ſeù Promotore laico in proceſſu cognitionis citato)

requiſita non habere, & fori Privilegio eſſe privatum, & interim in proceſſu ſuperſedere,& nihil penitus innovare ut per *tex. in c. ſi Judex laicus de ſent. excom. in 6.* late, & nervoſe docent, & probant *Ciarlin. d. cap. 20. n. 59. & 60. & per tot. Sperell. d. dec. 17. n. 31. & pariter per tot. Panimol. dec. 17. annot. 3. n. 31. Pignatell. conſult. 27. n. 16. tom. 9.*

3. Si verò de titulo Clericatus non conſtat, & captus ante capturam pro laico ſe gerebat, & pro tali publicè habebatur: tunc, quia Clericatus non præſumitur, ut dicit *Ricc. prax. rer. for. Eccleſ. par. 4. reſol. 644. n. 1.* non obſtante allegatione, & oppoſitione Clericatus, poterit Judex laicus captum retinere, donec iſte coram Judice Eccleſiaſtico doceat fori Privilegio gaudere, ut declaravit *Sac. Con. gr. Concilii de anno* 1625. quam declarationem per extenſum refert *Pignatell. conſult. 20. n. 17. tom. 1.*

4. *AUT SALTEM DE MANDATO NOSTRO*. Hæc clauſula ponitur in formulâ ad oſtendendum, quod Epiſcopus in locis in quibus Clerici frequenter delinquunt, vel abuſus aliter removeri non poſſunt, & ipſe careat familiâ armatâ, poteſt concedere facultatem Miniſtris Curiæ laicæ eoſdem Clericos capiendi modificatione tamen contentâ in Decreto emanato *ſub 3. febr. 1635. in Turritana*, quod eſt ſequentis tenoris = *In locis ubi adeſt abuſus inter Clericos deferendi arma, & Epiſcopus non habet familiam armatam, debet publicare Edictum, nè Clerici Sæculares, vel Regulares arma deferant, & ſi parere detrectent, & ubi neceſſitas expoſcit, Miniſtris Curiæ Sæcularis facultatem tribuere, Clericos contra prohibitionem arma deferentes capiendi, etiam quoad Regulares, ſi hi ita notoriè deferant, & delinquant extra Clauſtra, ut Populo ſcandolo ſint, ac in aliis caſibus in jure, & Conſtitutionibus Apoſtolicis expreſſis, ita tamen, ut ea qua decet decentia capiantur, & recto tramite ad Carceres Curiæ Eccleſiaſticæ ducantur. lib. 15. Dec. pag.* 162. juxtà diſpoſitiònem Concilii *cap 3. ſeſſ. 25. de refor.*

5. *DECENTER*. Remiſſio Clerici ad ſuum Judicem debet fieri cum decentiâ, & honeſtate, & ſine ignominiâ, alias Judex laicus poſſet puniri *Ricc. prax. rer. for. Eccleſ. par. 4. reſol. 603. n. 16. & reſol. 609. n. 2. Sperell. d. dec. 17. n. 28. & d. 132. n. 6. Bellett. diſqu. cleric. par. 1. de diſcipl. cleric. §. 2. n. 30.* & quando Judex Eccleſiaſticus non eſt in loco Judicis remittentis: tunc admittitur fidejuſſor idoneus, qui promittat talem Clericum præſentare coram eo, & conſtituitur Procurator ad recipiendum carceratum, cui Judex laicus conſignat, receptâ, & dimiſsâ in actis procurâ, ut de tali praxi teſtatur *Ricc. d. reſol. 609. n. 1. verſ. practica verò.*

6. *DECLARARI INCURSOS*. Cum enim Judex laicus, qui renuit remiſſionem facere (conſtito de Clericatu), dicatur vim inferre, & juriſdictionem Eccleſiaſticam uſurpare, & inde excommunicationem à jure, & in Bullâ Cœnæ latam incurrere: eo ipſo, ut tradunt DD. ſupra citati nempè *Sperell. d. dec. 17. n. 48. & 49. Ciarlin. d. contr. 20. n. 61. Bellett. diſq. cleric. de favor. cleric. perſon. §. 12. n. 2. Panimoll. dec. 36. n. 14.* quibus addo *Fagn. in c. ſi quis n. 58. de for. comp. Petr. Paul. Guazzin. ad defenſ. animar. lib. 2. def. 1. cap. 13. n. 90.* idcircò hic in formulâ non comminatur cenſura ab homine ferenda, ſed declaratoria cenſuræ jam incurſæ: ad quam non feſtinanter, ſed cum maturitate, ſecundum caſuum circumſtantias, & gravitate deveniendum erit.

7. Advertant Epiſcopi, quod hujuſmodi requiſitio, cum monitionibus gradatim, & modo, vel ſimili quo ſupra faciendis, non debet omitti quotieſcumque Judices, & Principes ſæculares quicumque ſint, de facto procedunt ad carceratione̅ Eccleſiaſticorum: nam ſi potentiam Creaturæ mortalis pertimeſcendo, captum Clericum ab his non requirerent, & immunitatem ac juriſdictionem Eccleſiæ non defenderent culpam gravem mortalem incurrerent, & poſſent puniri uſque ad depoſitionem ut tradunt ſupra allegati, & plenè *Ricc. prax rer. for. Eccleſ. par. 2. reſol. 475. per tot. ſecundum Venet. impreſ. 1674. Pac. Jord. lucubr. tom. 3. lib. 13. tit. 8. n. 31.* etiam ſi requirendo non proficerent, ut Prælatos monendo docet *Petr. Vecchia de Eccleſ. milit. lib. 1. cap. 9. n. 63. circa fin.*

8. Item quod proceſſus à Judice laico contra Clericum conſtructus non probat, niſi ad inſtructionem animi, & teſtes erunt pro legitimatione proceſſus tantum repetendi citato reo *Zuff. de legit. proceſ. quæſt. 96. n. 16. & 17.* Si verò teſtes repeti non poſſent, ut quia ſunt abſentes, vel mortui, tunc proceſſus factus coram Judice ſæculari probabit contra Clericum juxtà limitationem quam affert *Graſſ. de effect. cleric. eff. 1. n. 239.* quam veram puto, quando proceſſus eſſet formatus contra Clericum, qui dimiſerat habitum, & tonſuram, & uti laicus reputabatur, & Judex neſciebat an eſſet Clericus, ut per doctrinam *Bald. in l. eos §. ſuper his c. de appellat.* innuit. *Zuff. ubi ſupra quæſt. 176. n. 19. & 20.* Et quod ex dictis actis ex ſtylo Curiæ Archiepiſcop. Neap. Clericus remiſſus conſtituatur reus, & factâ repetitione, ſeù declaratione velle habere pro repetitis, procedatur ad ulteriora, tradit *Genuen. prax. cap. 6. n. 1. & ſeqq.* ubi contrariis reſpondet *ſecundum impreſ. Neap.* 1602. de quo tame̅ dubitat *Guazzin. ad defenſ. reor. def. 1. cap. 5. n. 8. & def. 20. cap. 9. ubi firmat. n. 3.* quod geſta per laicum Judicem ſint ipſo jure nulla. Verum tu teneas quod teſtes examinati per Judicem laicum contra Clericum à ſe non cognitum, ſint validè examinati, & repeti poſſint abſ-

que

que novo examine coram Epiſcopo, qui per repetitionem, ſeù declarationem, dicuntur denuò examinati coram Judice competenti *Zuff. d. quæſt.* 176. *d. n.* 20. & videtur hanc diſtinctionem admittere *Lauret. de franc. contr. int. Epiſc. & Regul. part.* 1. *n.* 183. *circa finem*, licet ipſe conſulat recurrendum eſſe ad *Sac. Congr. Epiſc. & Regular.* neque turbat opinio *Paſqualig.* ibidem contraria, quia *text. in c. at ſi clerici de judic.* in quo ſe fundat loquitur de coſeſſione Clerici emiſſa coram Judice laico, ex qua non poſſit condemnari, quod ultro admittimus: ſed poterit ſuper ea à Judice Eccleſiaſtico interrogari: imò, & torqueri, ut bene textum prædictum declarando, probat *Barb. ſupra eod. n.* 13. & 14.

Implorationis Brachii Sæcularis.

## *FORMULA IX.*

SUMMARIUM.

1. *Imploratio brachii ſeù auxilii eſt remedium juridicum.*
2. *Imploratio brachii eſt remedium ordinarium, & n.* 3.
4. *Remedia Concilii præcedunt Brachii implorationem.*
5. *Judex laicus requiſitus debet exequi ſententiam Judicis Eccleſiaſtici abſque judicati cognitione, præſertim in delictis Eccleſiaſticis, & n.* 6.
7. *Judex laicus ſi requiſitus brachium denegat, poteſt remedio excommunicationis compelli.*
8. *Imploratio brachii eſt ſcripto facienda cum urbanitate abſque cenſurarum comminatione.*

N. N. Judici Sæculari Ordinario loci N. nec non Fiſcali, Actuario, aliiſque Officialibus d. Curiæ.

NOTUM facimus, & ſignificamus, qualiter N. N. fuit in noſtro Tribunali de crimine concubinatus accuſatus, & legitimis probationibus de eo convictus, & culpabilis repertus, & quia canonicè monitus N. Concubinam ejicere recuſavit, & renuit, fuit deinde per nos publicè cum Cedulonum affixione excommunicatus. Verum quia adhuc poſt . . . . cenſuras ſuſtinet, & indu rato corde in luxuriæ cœno fœdè demerſus reſipiſcere contemnit, & obedire detrectat; nè tam graviſſimi peccati ſcandalum offendiculum fidelibus præſtet: ideo *veſtrum auxilium, & brachium* per præſentes imploramus: *ut ſtatim* receptis præſentibus, & poſtquam per Promotorem noſtrum Fiſcalem fueritis requiſiti, d. N. Concubinarium omnibus juris, & facti remediis, cogatis, & compellatis ad ejiciendam d. Concubinam, ab eaque, & prava conſuetudine ſejungendum, & mandatis noſtris; imò verius Eccleſiæ parendum dictam verò Concubinam extra Civitatem, & diſtrictum ejiciatis, quod vos promptè exequi debere volumus, & ſperamus: quia bonum publicum ita exigit. Sin minus, quatenus brachium veſtrum, & auxilium præſtare ad id renuatis (quod non credimus) *juris remediis* ad illud præſtandum utemur. Datum . . .

N. Vicarius Gen. N.

*N. Cancellarius.*

## Alia.

N. N. Judici &c.

NOTUM facimus, & ſignificamus, qualiter in noſtro Tribunali accuſatus, proceſſatus, & ſer. ſer. convictus fuit de crimine uſurpationis bonorum . . . . . . Eccleſiæ N. N. laicus loci N. qui monitus ad relaxandum d. bona uſurpata abſque ullo titulo, renuit obedire: Unde cum eſſet excommunicatione Papæ reſervatâ ligatus: fuit per nos Cedulonibus publicè denunciatus, & deinde parere detrectans aggravatus, & reaggravatus. Verum quia cenſuris neglectis, in illis . . . . . . ab hinc menſibus cum magno populi ſcandalo inſordeſcit, ideò veſtrum auxilium, & brachium imploramus; ut ſtatim receptis præſentibus, & poſtquam pro parte Promotoris noſtri Fiſcalis fueritis requiſiti, illum omnibus juris, & facti remediis

diis

diis cogatis, & compellatis ad dimittendum fructibus; quod vos exequi promptè debere favore d. Eccleſiæ ſupradicta bona unà cum volumus, & ſperamus &c. (ut ſupra).

N. Vic. Gen.

*N. Cancellarius*.

## Alia.

N. Judici Sæculari Ordinario &c.

NOVERITIS, quod conſtructo Proceſſu in noſtro Tribunali ad inſtantiam Officialium Montis Pietatis N. contra N. pro redditione rationis adminiſtrationis d. Montis, fuit dictus N. repertus, & per ſententiam condemnatus debitor in ſummâ ſcutorum . . . & cum à ſententiâ non appellaſſet, cauſam remanſiſſe deſertam, & in judicatum tranſactam pronunciatum fuiſſet, expeditum fuit contra eundem mandatum executivum pro dictâ ſummâ, quod attentâ Debitoris verſutiâ, & latitatione, nunquam exequi adhuc potuit: ideòque ne locus Pius majora damna ſentiat, veſtrum auxilium, & brachium imploramus; ut ſtatim receptis præſentibus, & pro parte Officialium Montis fueritis requiſiti, prædictum mandatum, per perſonæ, & pignorum captionem exequi omninò curetis, & faciatis &c. (ut ſupra).

Vic. Gen. N.

*N. Cancellarius*.

### ADNOTATIONES.

1. *VESTRUM AUXILIUM, ET BRACHIUM IMPLORAMUS*. Imploratio auxilii, quod brachium vocant ſæculare, eſt remedium juridicum, quo utraque poteſtas Eccleſiaſtica, & ſæcularis, ſe invicem adiuvare debent *c. nec licuit 4. diſt. 17. c. petimus 19. 11. quæſt. 1. c. 1. de offic. Ordin. c. periculoſo §. fin. de ſtat. regular. in 6. Concil. Trid. c. 8. ſeſſ. 24. de refor. & c. 5. ſeſſ. 25. de regular.*

2. Olim hoc remedium fuit ſubſidiarium quod non adhibebatur, niſi prius contra reum, ſeu victum inflictis cenſuris, illiſque contemptis: at hodie quia ab executione reali, & perſonali eſt inchoandum ut mandat *Concil. Trid. c. 3. ſeſſ. 25. de refor.* effectum fuit remedium ordinarium quoties Judex Eccleſiaſticus per ſuos Miniſtros exequi non poteſt ſuas ſententias, cum ad excommunicationem procedere non poſſit niſi in ſubſidium, ut plene probat *Fagnan. in cap. pervenit n. 31. & ſeqq. de offic. Ordin.*

3. Et quamvis non deſint plures *DD.* qui tenent, quod etiam hodie ſit remedium ultimum, & ſubſidiarium, & quod Judex Eccleſiaſticus eo uti non debeat, niſi prius adhibitis cenſuris, prout ſunt *Ricc. in prax. par. 1. reſol. 292. Barboſ. in dict. cap. 1. num. 8. de offic. Ord. Pignatell. conſult. 5. num. 66. tom. 5.* & alii plures ab eis allegati nihilominus verior, & in praxi communior ſententia eſt, quod poſſit implorari, quoties Judex Eccleſiaſticus prudenter àgnoſcit pro executione ſuæ ſententiæ illo indigere, abſque eo quod contra reum præceſſerint Cenſuræ *Fagnan. in dict. cap. pervenit de adulter. num. 32. & in cap. licet de pœn. num. 27. Guazzin. Jun. ad defenſ. anim. lib. 2. defenſ. 1. cap. 12. num. 63. Pignatell.* ſibi contrarius *conſult. 174. num. 6. tom. 1. & conſult. 32. num. 21. tom. 7.* ubi firmat, invocationem brachii Sæcularis eſſe Epiſcopis arbitrariam, & hanc Sententiam tanquam conſonam diſpoſitioni Concilii tenendam eſſe monet *Romaguer. in Gloſs. ad Synod. Gerund. lib. 5. tit. 10. cap. 9. num. 21.* ubi plures cumulat.

4. Nihilque refert quod hic in primis duabus datis formulis præcedant Cenſuræ: quia cum delicta in illis expreſſa, & exemplificata Cenſuris feriantur, opus fuit oſtendere remedium Concilii præceſſiſſe brachii implorationem. In tertiâ autem formulâ, in qua caſus indifferens enunciatur, brachium imploratur cum ſola cauſæ impulſivæ expreſſione.

5. *UT STATIM*. Judex laicus requiſitus pro executione ſententiæ Judicis Eccleſiaſtici, èxequi tenetur, nec de viribus Sententiæ cognoſcere poteſt; quia eſt merus Exequutor, ut dicit *Sperell. dec. 8. num. 52. Bellett. diſq. Cler. tit. de fau. Cleric. real. §. 5. n. 57.* quoties tamen Judex Eccleſiaſticus in imploratione brachii fidem facit (prout in formulis) de formâ judiciali ſervatâ, & de Viribus ſententiæ: ut benè diſtinguit *Innoc. in cap.*

*cap. 1. de offic. jud. Ordin. num. 2.* ibi = *Item in aliis Epiſcopis ſi unus Epiſcopus ferat ſententiam, alius non exequatur ſi ſcit eam injuſtam, quia in bono tantum debet ſuum auxilium impendere: & intelligitur hoc, quando ſine judicio petit aliquem lædi per Regem, & injuſtè; nam ſi judicio condemnatum petat caſtigari per Regem, facere debet hoc, & eſt excommunicandus, niſi faciat*, & concordat *Guazzin. ubi ſupra dict. cap. 12. num. 63. Vulpin. ſucc. Farinacc. par. 10. quæſt. 97. num. 13.* ubi hæc habet = *Quinimò Judex Sæcularis exequi tenetur, niſi videat notoriè injuſtam ſententiam, & in totum nullam, & de nullitate appareret in promptu, veluti ſi eſſet lata ſine juriſdictione, juris ordine non ſervato, ſeù pendente appellatione, quamvis rationabilius ſit, & verius, quod quandocunque fuerit requiſitus impartiri debeat*.

6. Quæ præſertim veriſſima ſunt in delictis, & cauſis Eccleſiaſticis contra Clericos, & Regulares; vel quando Iudices requirentes, & requiſiti ſunt ſub eodem Principe, ut advertit *Ricc. collect. 1990. verſ. ſecunda, Guazzin. ad defenſ. reor. def. 1. cap. 16. num. 9.* & magis certa in cauſis fidei, in quibus Judex laicus requiſitus, brachium impartiri debet, etiamſi ſibi conſtaret ſententiam injuſtam eſſe, ut monet *Guazzin. ibid. defenſ. 38. cap. 4. num. 2.* quia ſub quocunque prætextu etiam violentiæ nunquam cognoſcit de pertinentibus ad forum Sancti Officii *Caren. de Offic. inquiſ. par. 2. tit. 2. de Hæret. pœnit. §. Sexto num. 44. Genuen. prax. cap. 43. num. 2. in fin. Vulpin. ſucc. Farinacc. par. 19. quæſt. 186. §. 9. Pirhing. in jus Can. lib. 5. tit. 7. num. 127. & ſeqq.* & eſt communis opinio.

7. *JURIS REMEDIIS*. Judex laicus, qui requiſitus auxilium, ſeù Brachium Judici Eccleſiaſtico denegaret, poſſet de jure remedio Excommunicationis compelli per *text. in cap. Principes, & cap. adminiſtratores 23. quæſt. 5. cap. 2. de maledic. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 452. num. 4. Barboſ. de Offic. Epiſc. alleg. 107. num. 25. Guazzin. loco ſupra allegat. ad defenſ. anim. dict. cap. 12. dict. num. 63. Gallemart. collect. in Concil. Trid. ad cap. 8. ſeſs. 24. de reformat. remiſs. verſ. ultimo, Gloſs. fin. in cap. 2. de Cleric. excommunic. depoſit. Pirhing. in jus Can. lib. 5. tit. 27. num. 2. in fin.* & paſſim alibi apud alios quos congerunt *Bellett. diſq. Cleric. tit. de favor. real. Cleric. §. 5. num. 51. Panimoll. dec. 12. annot. 3. num. 50.*

8. Verum Cenſuræ non ſunt Judici laico in ipſa brachii imploratione comminandæ: quia eſt requirendus cum urbanitate, & ideò dicitur *imploratio*; Si enim actus requiſitionis talem comminationem contineret expreſſam, potius illum offenderet, quam rogaret; cum contumaciam in eum præſumptam induceret, antequam veram per denegationem incurrerit. Unde formulam implorationis Brachii Sæcularis, quam affert *Pellegrin. in prax. Vicarior.* & alias hujuſmodi, quæ Cenſurarum comminationem habent, in praxi adhibendas non eſſe cenſeo, tanquam juri non conſonas: niſi brachium imploraretur adverſus hæreticos, vel in alio caſu graviſſimo, qui reſpiceret bonum Univerſitatis, & niſi citò reus caperetur, bonum Univerſitatis periret. Cœterum in aliis cauſis, tàm Civilibus, quàm Criminalibus venit Judex laicus priùs cum urbanitate, ut dixi requirendus, & advertit etiam *Romaguer.* loco ſupra citato (ſcripto tamen, & judicialiter, ut poſſit de illius contumaciâ, & denegatione apparere, & quatenus exequi ſententiam denegget, & per actum ſeparatum monendus erit ad dicendum cauſam quare non debeat excommunicari, cum præfixione termini.

## Litterarum Subſidialium, ſeú requiſitoriarum.

## FORMULA X.

### SUMMARIUM.

1. *Litteræ requiſitoriæ ſeù Subſidiales ſunt adhibendæ quoties executio judicati committitur extra territorium judicantis, & n. 2.*

*Judex laicus non poteſt prohibere, quod Epiſcopus in ſuâ Diœceſi, non poſſit uti familiâ armatâ fori Sæcularis, ſine ſuâ licentiâ ibi.*

3. *Archiepiſcopus in actibus fori contentioſi non exercet juriſdictionem in Subditos ſuffraganei ſine requiſitione.*

*Epiſcopus ſuffraganeus renuens exequi contra Subditos mandata Archiepiſcopi, poteſt cenſuris compelli ibi.*

4. *Archiepiſcopus in cauſis appellationum exequitur mandata in Diœceſi ſuffraganei abſque ullâ requiſitione.*

5. *Delegatus Papæ non habet limitatum territorium, & ideò exercet juriſdictionem contra impedientos ubique abſque requiſitione Diœceſani.*

## N. N. Judici Ordinario loci N.

CUM nuper in hac Curiâ Epiſcopali N. contra N. de crimine . . . . . . . . proceſſatum, & judiciis gravatum, ad inſtantiam Promotoris Fiſcalis, & inſtigatoris, à nobis relaxatum fuerit mandatum de capiendo, & exequi non potuerit ex quo fugam arripuit, & modò, ut audivimus in juriſdictionis veſtræ locis (ubi ſe tutum reddere exiſtimat) reperiatur, nè delicta remaneant impunita, *in ſubſidium juſtitiæ* per præſentes Dominationem veſtram hortamur, & deprecamur, ut mandatum prædictum ad inſtantiam Procuratoris noſtri Fiſcalis ſeù &c. per lictores veſtros contra dictum N. perſonaliter exequi permittatis, imò mandato veſtro familiam armatam accommodando faciatis, & in fortiis noſtræ Curiæ captum reducere committatis: certificantes, quod ad juriſdictionem, & Curiam veſtram in ſimilibus coadjuvandam ſemper parati erimus &c. Datum &c.

N. Epiſcopus N. (ſive Vic. Gen.)

*N. Cancellarius.*

### ADNOTATIONES.

1. *IN SUBSIDIUM JUSTITIÆ*. Litteræ requiſitoriæ, ſeù ſubſidiales appellantur eæ, quibus Judices Domicilii, vel rei ſitæ requiruntur ad præſtandam aucthoritatem pro executione Citationum, vel Mandatorum: & tunc Judex dicitur præſtare aſſiſtentiam, & auxilium facti, ad differentiam imploratione Brachii, quæ dicitur juris, prout de ſtylo univerſali ſervatum quotidie eſſe teſtatur *Card. de Luca de juriſdict. diſc. 98. n. 16. & in Miſcellan. diſc. 22. num. 13. Antonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 3. n. 347. Ricc. in prax. par. 1. reſol. 297. n. 1. Pignatell. conſult. 174. n. 5. tom. 1. Romaguier. in gloſ. ad Synod. Gerund. lib. 5. tit. 10. cap. 9. n. 28.*

2. Hæ autem litteræ ſubſidiales adhibendæ ſunt quoties executio judicati; vel affixio Cedulonum contra Cenſuratum facienda eſt extra limites proprii territorii: cum enim ſit actus juriſdictionalis, ſine licentiâ proprii Judicis exerceri non poteſt: Cœterum in ſuâ Diœceſi Epiſcopus utitur familiâ armatâ, ſeù brachio militari Tribunalis laici abſque Judicis licentiâ, quia lictores requiruntur tanquam perſonæ privatæ materialiter, ut velint nomine ſuo, (à quo recipiunt aucthoritatem) exequi ejus mandata, quod Judex laicus nullo modo poteſt prohibere *cap. fin. de Immunit. in 6. Pignatell. conſult. 174. tom. 1.* & pluries declaravit *Sac. Congregat. Immunit.* & præfertim *in Narnien. 23. Junii 1648. lib. 4. Decr. Paul. fol. 53. à tergo, & in Maceraten. 2. Septembr.* 1664. in quâ injunctum fuit extradi duplicatum Decreti alias æditi *ſub die 30. Junii 1632. in Cauſa Vercellen.* tenoris ſequentis = *Judices, & Miniſtros laicos non poſſe probibere Executoribus Curiæ laicalis quo minus exequantur monitoria, & mandata Curiæ Eccleſiaſticæ, etiam nullâ ab eis petitâ licentiâ, vel aſſenſu lib. Dec. Rocci fol. 578.*

3. Archiepiſcopi autem tenentur etiam ipſi extra propriam Diœceſim adhibere has litteras, quamvis etenim Superioritatem exerceant in Provinciâ in pluribus caſibus, quos enumerant *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Archiepiſcopus, Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 49. §. unico per tot.* nihilominus juriſdictionem fori contentioſi in ſubditos Suffraganeorum non exercent, niſi in caſibus in jure expreſſis: ideòque pro exequutione debent requirere Epiſcopos Suffraganeos, qui obedire tenentur, quoties proviſiones Archiepiſcoporum, non ſint notoriè injuſtæ, ut obſervat *Quarant. ubi ſupra aucthorit. 26. 27. & 33.* nam cum Archiepiſcopus ſit Iudex Ordinarius ſuorum Suffraganeorum, & Superior in cauſis Civilibus *Genuenſ. in prax. cap. 91. n. 1. ſecund. impreſs. Neapolit.* 1602. poſſet illos compellere, quatenus renuerent, etiam cenſuris, *Genuen. ibi num. 3. Quarant. num. 8. & 13. verſ. declaratur*, quos ſequitur *Pignatell. conſult. 22. num. 3. tom. 8.* Quæ fortiùs procedunt in cauſis læſionis immunitatis Eccleſiaſticæ, in quibus Epiſcopus debet præſtare Officia alteri Epiſcopo abſque ullâ cognitione judiciali cauſæ *Sac. Congreg. Immunit. 19. Januarii 1677. lib. 2. decr. Altov. pag. 1332.*

4. Et hic nota, quod licet Archiepiſcopus, ſive Metropolitanus, quod idem ſunt, (nam Metropolitanus trahit nomen, à Metros quod eſt menſura, & polis Civitas, & ſic trahit nomen ab Eccleſiis, & earum numero; ſed Archiepiſcopus à perſonis ab Archos, quod eſt Princeps Epiſcoporum *cap. Cleros diſt. 21.*) non poſſit in Diœceſi Suffraganei exercere ea, quæ ſunt juriſdictionis contentioſæ: ſine licentiâ Epiſcopi, hoc tamen fallit in Cauſis appellationum, in quibus mandata Archiepiſcopi exequi poſſunt in Diœceſi Suffraganeâ ſine alia licentiâ Epiſcopi Suffraganei, per ſubditos ipſius Archiepiſcopi *per Text. in cap. Romana de offic. Ordin. in 6. Nicol. in Floſcul. verb. Ar-*

chie-

*chiepiſcopus numer. 7. ubi Decretum allegat.*

5. Sicuti ſi incumberet correctioni, & Viſitationi Exemptorum tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus: nam tunc poſſet contra impedientes procedere etiamſi commorarent extra Diœceſim *per text. in cap. 1. de Offic. deleg. ubi Innoc. Abb. & Felin.* notant, quod Delegatus Papæ contra omnes juriſdictionem ſuam impedientes procedit, etiamſi ſint extrà juriſdictionem ſuam, quia non eſt limitata ad terminos territorii, ſed ſufficit, quod ſint de juriſdictione Papæ, & ita reſpondit quoque *Congreg. Concilii 16. Martii 1589.*

## Sententiæ Degradationis.

## FORMULA XI.

### SUMMARIUM.

1. *Clerici minorum ordinum de ſtylo non degradantur ſolemniter.*
2. *Clericus pro homicidio proditorio traditur Curiæ ſæculari.*
3. *Delicta pro quibus Clerici traduntur Curiæ ſeù brachio ſæculari enumerantur, & n. 4.*
5. *Notorium quod ſit explicatur, & n. 6.*
7. *Degradatio eſt facienda juxtà formam præſcriptam in Pontificali.*
8. *Judex Eccleſiaſticus debet intercedere pro degradato coram Judice laico, nè illum morti tradat.*
9. *Degradatio eſt duplex, verbalis ſcilicet, & actualis, & utraque explicatur, & num. 10. & 11.*

*Clericus in Sacris Conſtitutus non poteſt ad mortem damnari, niſi prius ſequatur degradatio, ibi.*

12. *Clericus degradatus conſignandus eſt Judici laico unà cum Proceſſu.*

*Judex laicus poteſt cognoſcere de relevantiâ Proceſſus contra Clericum degradatum per Curiam Eccleſiaſticam conſtructi, ibi, & n. 13.*

14. *Judex laicus, qui ex privatâ ſcientiâ noſcit Clericum degradatum innocentem, licet ex Proceſſu plenè convictum, non debet illum morti tradere.*
15. *Prælati, & aliæ perſonæ in dignitate conſtitutæ, quæ aſſiſtere debent degradationi, aſſiſtunt tanquam Aſſeſſores, non tanquam Judices.*
16. *Epiſcopus tenetur eligere Adiunctos quando vult procedere contra Canonicos Capituli exempti, & n. 17.*
18. *Degradatio debet fieri in Eccleſiâ vel Oratorio.*

NOS N. Epiſcopus N. Attendentes, quod tu N. *in Sacris*, & Presbyteratus Ordinibus conſtitutus, *ut proditor homicida* (*gravitate, & notorietate* criminis ſic ſuadente), Curiæ ſæculari, non ſine animi noſtri merore tradendus es, & ideò coram Nobis perſonaliter conſtitutus, & veſtibus Sacerdotalibus indutus, *juxtà præſcriptam Pontificalis Romani formam*, Veſte Sacerdotali, & ſingulis aliis in tuis Ordinibus receptis, ac habitu, ordine, Dignitate, & privilegio Clericali, ac Beneficiis, perpetuò à Nobis exutus, ſpoliatus, depoſitus, degradatus, & exauthorizzatus nuper fuiſti: nunc dictam depoſitionem, & degradationem complentes, authoritate Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ac noſtrâ, te ſic depoſitum, & degradatum ab Eccleſiaſticâ Militiâ ſeparamus, amovemus, ſegregamus, rejicimus, & Clericali conſortio, & privilegio, penitus privatum, & ſub Eccleſiæ protectione amplius non permanere declaramus, & Judici N. præſenti tradimus, ut in ſuum forum te recipiat, *eum tamen enixè deprecantes* ut in te capitalem pœnam non exerceat.

Ita pronunciavi Ego N. Epiſc. N.

*Qui D. Judex Sæcularis N. traditionem, & conſignationem* d. Presbyteri N. Degradati. *acceptavit & illum* unà cum Proceſſu *in ſuum forum recepit, offerens ſe jus, & juſtitiam adminiſtraturum*, præſentibus, & aſſiſtentibus.

Reverendiſs. D. Abbate N. uſum Mitræ, & Baculi haben.
Reverendiſs. D. Abbate N. uſum Mitræ, & Baculi haben.
Reverendiſs. D. I. V. D. Archidiacono Cathedralis N.
Reverendiſs. D. I. V. D. Decano Cathedralis N.
Reverendiſs. D. Sac. Theologiæ Profeſſore, & I. V. D. Præpoſito Collegiatæ N.
Reverendiſs. D. Sac. Theolog. & Philoſop. Profeſſor Priore Collegiatæ Eccleſiæ N. omnibus in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ætate gravibus, ac juris Scientia commendabilibus, qui commodè intereſſe potuerunt. Nec non præſentibus DD. Canonicis, & Capitulo Cathedralis, ac aliis Viris Eccleſiaſticis Doctrina, & virute præditis.

Geſta, acta, & publicata fuerunt hæc in *Oratorio publico*, (ſive Eccleſiâ ſive Sacrario) N. Die . . . menſis . . . anni præſentibus ſupradictis Adſeſſoribus, & N. N. & N. N. pro teſtibus adhibitis, & rogatis.

Ita eſt N. Cancellarius, & Actuarius Curiæ Epiſc. N.

## ADNOTATIONES.

1. *IN SACRIS*. Quamvis in Pontificali Romano detur forma degradationis Clerici etiam primæ Tonſuræ (ex qua *Fagnan. in c. cum contingat n.* 65. *de ætat. & qualita.* deſumit Clericalem Tonſuram Ordinem eſſe) nihilominus in praxi, degradatio actualis, & ſolemnis fieri non ſolet, niſi de Clericis ordinatis in Sacris, prout teſtantur *Paſſerin. in c. quoniam n.* 47. *de hæret. in* 6. cujus verba ſunt hæc = *Clerici verò ordinati in Minoribus etiam ſi tradantur brachio ſæculari, non degradantur actualiter, & ſolemniter, ſed ſolum verbaliter, Raynal. obſeru. crimin. ſupplem. ad cap.* 3. *ſuppl.* 2. *n.* 22. ubi aſſerit nunquam vidiſſe practicatum contrarium *Biſſ. hjerurg. litt. D. verb. degradatio n.* 78. §. 6. *in fin.* & licet *Barb. de offic. Epiſc. alleg.* 110. *n.* 8. & alii quos refert citatus *Raynald. tom.* 1. *cap.* 7. §. 1. *nu.* 308. teneant degradationem etiam in Clericis Minorum Ordinum eſſe neceſſariam: adhuc prior ſententia videtur tuta, quia, & ſi Clerici Minorum Ordinum recipiant characterem; eorum tamen officium non eſt gradus per quem miniſtrent Altari, & ſic cum in illorum ordinatione nulla adhibeatur Sacra unctio, & degradatio nihil aliud ſit quam perpetua ſeparatio ab altari, ut docet *Paſſerin. loco allegato n.* 50. inde ſequitur, quod actualis, & ſolemnis degradatio iſtorum neceſſaria non ſit; hocque etiam clarè evincitur *ex textu in c.* 1. *de hæretic. in.* 6. ubi habetur, quod Clerici in Sacris conſtituti degradentur, & avertit quoque *Pirhing. in jus can. lib.* 5. *tit.* 7. *n.* 89. Melius tamen erit ſervare ritum in Pontificali Romano à Summis Pontificibus Greg. XIII. & Clem. VIII. præſcriptum.

2. *UT PRODITOR HOMICIDA*. Quamquam in jure non ſit cautum, quod Clericus pro homicidio etiam qualificato debeat tradi brachio ſæculari, *DD.* velint, quod cum homicidio concurrat incorrigibilitas, ut latè probat *Fagn. in c. cum non ab homine de judic. per tot.* nihilominus hodie ex conſuetudine receptâ, pro homicidio proditoriè, & per inſidias patrato, notorio, & ſcandoloſo non expectatâ incorrigibilitate ſolet degradari, & Judici laico tradi, ut admittunt omnes moderniores nempè *Guazzin. ad defenſ. reor. def.* 39. *c.* 1. *n.* 6. *Sayr. de cenſur. lib.* 5. *cap.* 22. *n.* 24. *Bellett. diſq. cleric. par-* 1. *de fau. cler. perſon.* §. 10. *n.* 6. *Fagn. in d. c. cum non ab homine n.* 104. *Pirhing. in jus can. lib.* 5. *tit.* 37. *n.* 19. *verſ. notandum tertio in fin. & alii apud Raynald. obſer. crim. tom.* 1. *cap.* 7. *n.* 216. Verum eſt tamen, quod Ordinarius pro tali delicto, & aliis qualificatis quantumvis gravibus in jure non expreſſis, ad degradationem actualem Clerici delinquentis devenire non debet, niſi prius conſultâ Sede Apoſtolicâ, ut monent *Sperell. dec.* 86. *n.* 23. & 24. *Raynald. obſer. crim. ſupplem. ad cap.* 6. *ſupplem.* 3. *n.* 15. & 16. & alii mox citati.

3. Delicta verò pro quibus de jure Clericus meretur degradari, & brachio ſæculari tradi, ſunt ſequentia. Primum hæreſis *c. ad abolendam* §. *præſente de hæret. & c.* 1. *& c. ſuper eod. de hæret. in.* 6. Secundum, falſificatio litterarum Apoſtolicarum *c. ad falſariorum de crim. falſ.* Tertium inſidiæ, & conſpiratio contra proprium Epiſcopum *c. ſi quis Sacerdotum* 11. *quæſt.* 1. Quartum incorrigibilitas *c. cum non ab homine de judic.* Quintum Aſſaſinium *c.* 1. *de homic. in* 6. Intellige tamen quoad delictum hæreſis, dummodò ſit relapſus: quoad coſpirationem, dummodò nolit ſe corrigere, & quoad Aſſaſinium, dummodò præceſſerit ſententia Epiſcopi, qua declaret eſſe Aſſaſinium, ut communiter tradunt *Graſſ. de effect. cler. eff.* 1. *n.* 837. *& trib. ſeqq. Fagn. in d. c. cum non ab homine n.* 74. *de judic.*, *& in c. contingit il* 2. *n.* 23. *de ſent. excom. Sayr. de cenſ. lib.* 5. *cap.* 22. *n.* 16. *& ſeqq. Raynal. obſer. criminal. tom.* 1. *cap.* 7. §. 1. *n.* 195. *& ſeqq.*

4. Jure autem noviſſimo delicta pro quibus Clerici in Sacris degradari poſſunt, & debent etiam ordinariâ auctoritate Epiſcopi, ſunt. Sodomia frequentata *Pius V. Conſt.* 5. *Bullar. tom.* 2. Celebratio Miſſæ aut auditio Confeſſionum, & abſolutio Sacramentalis illius, qui non eſt Sacerdos *Clem. VIII. Conſtit.* 81. *Bullar. tom.* 3. Sollicitatio mulierum ad turpia in Confeſſione gravitate eceeſſivâ *Greg. XV. conſt.* 34. *Bullar. tom* 4. Adulteratio, & Falſificatio monetæ *Urban. VIII. Conſt.* 75. *Bullar. tom.* 4. Aſtrologia judiciaria ſtatum Reipublicæ Chriſtianæ, vitam Pontificis, & conſaguineorum ejus definiens *Urban. VIII. conſt.* 144. *Bullar. tom.* 5. Crimen tamen ſecundum, & tertium in praxi degradationem regulariter non admittunt.

5. *ET NOTORIETATE*. Notorium triplex eſt, ſcilicet juris, facti, & præſumptionis. Notorium juris oritur ex confeſſione irretractabili emiſſâ, vel probatione facta in judicio, & ex Sententiâ Judicis, qua completur notorium, nam res judicata pro veritate accipitur *c. veſtra de cohab. cleric.* Notorium facti oritur ex crimine, cujus teſtis eſt populus, ſive major pars Viciniæ, vel Collegii, vel Monaſterii,

naſterii, vel Parochiæ, dummodò tamen ſaltem decem perſonæ inveniantur, vel etiam ex famosâ declamatione facti, quod nullo velamine occultari poteſt: quia patet omnibus. Notoriũ præſumptionis ſeù facti præſumpti, oritur ex Paternitate, & filiatione, & conſaguinitate, ut docet *gloſ. in. c. manifeſta, ibique Turrecrem. n. 12. & ſeqq. 2. quæſt. 1.*

6. Verum quia in declaratione Notorii *DD.* diſcrepant *Paſſerin. à Sextula, Tribunal. Regular. quæſt. 10. art. 1.* pro vera illius intelligentiâ hæc notavit = *quidam voluerunt, quod ad notorium publicitas loci ſit neceſſaria ut ſcilicet, quod ſit factum in loco publico, & ita quod factum in Domo particulari non poſſit dici notorium, licet ſit factum coram pluribus perſonis, Jo: Andr. Cald. & Butr. in cap. veſtra de cohab. cleric. & alii quos ſequitur Farinac. quæſt. 21. n. 55. Quod tamen rationi non congruit: certitudo enim notorii conſiſtit in certitudine facti, quæ extat in populo, vel majori parte illius, quæ certitudo habetur ex præſentiâ, & ſenſu eorum, qui factum vident, ubicunque illud fiat, & videatur. Alii verò amplius exiſtimant requiri qualitatem temporis, ut notorium dici non poſſit, quod eſt factum de nocte, niſi factum de nocte ſit tale (ut ſonus Campanæ) quod etiam de nocte poſſit eſſe notorium, Maſcard. concluſ. 101. n. 2. & alii quos ſequitur Farinac. n. 57. ſed hoc quoque reiicitur. Nam factum de nocte poteſt eſſe tale, quod ſit notum per ſenſum majoris partis populi, & ſic ſit certum & notorium.* Et hæc Paſſerini adnotatio inſervit pro declaratione adnotationis *ad form. 20. n. 25. tom. 1. tit. 6.*

7. *JUXTA PRÆSCRIPTAM PONTIFICALIS ROMANI FORMULAM.* Cùm enim ibi detur forma degradationis, illa præcisè ſervanda eſt, & in ablatione veſtium Sacerdotalium, aut alterius Ordinis Sacri, proferenda ſunt verba in eod. Pontificali relata; quæ cum non congruant Sententiæ ferendæ ab Epiſcopo, neceſſe eſt (ut aptè ſingula ſingulis referantur) quod in formulâ ponantur verba, quæ ſupponant actualem degradationem ad formam Pontificalis jam præceſſiſſe, de qua Cancellarius debet ſe rogare coram teſtibus, & actum publicum ſeparatum ab hac Sententiâ in Proceſſu inſerere.

8. *EUM TAMEN ENIXE DEPRECANTES.* Quia ſequuta actuali degradatione, Clericus non eſt amplius de foro Eccleſiæ: Ideò Epiſcopus efficaciter debet pro degradato intercedere apud Judicem ſæcularem, ut mortis ſententiam moderetur, ſicuti expreſſum habetur *in c. novimus de verb. ſignif. ibique Barboſ.* & tradunt *Graſſ. de effect. clericat. eff. 1. n. 826. Bellett. diſq. cleric. par. 1. de favor. cleric. perſon. §. 10. n. 2. Sayr. de cenſur. lib. 5. d. cap. 22. n. 13. Sperell. dec. 86. n. 23. Guazzin. Jun. ad defenſ. animar. lib. 2. def. 6. cap. 44. n. 8.* Cum enim per ſententiam degradationis, & traditionem Judici laico factam, non dicatur per hoc Epiſcopum eum ad mortem condemnaſſe: ſed ſolum à foro Eccleſiæ projeciſſe, & Privilegio Clericali exutum, & privatum demonſtraſſe, rectè, & propriè poteſt, & debet pro eo intercedere ut advertunt *Innoc. in d. cap. novimus de verb. ſignif. Graſſ. loco citato n. 819. & ſeqq. Sayr. d. cap. 22. n. 14.*

9. *DICTI PRESBYTERI N. DEGRADATI.* Degradatio eſt duplex verbalis ſcilicet, & actualis: Verbalis dicitur illa quâ Clericus criminoſus etiam abſens, per ſententiam Judicis, vel Canonis ab Officio, Beneficio, & Ordinum miniſterio, & executione privatur & hæc magis propriè depoſitio appellatur. de qua ſunt text. *in cap. apoſtolicus 12. quæſt. 2. cap. de hoc autem de Simon. cap. Presbyter diſt. 81. cap. ſi quis Epiſcopus, & ibi gloſ. cap. Virginibus & cap. ſi quis rapuerit 27. quæſt. 1. cap. 1. diſt. 35. cap. nulli diſt. 44. & cap. 1. & 2. diſt. 47.* & fuſius agunt *Sayr. de cenſur. lib. 5. cap. 21. à n. 7. ad 37. Barb. de offic. Epiſc. alleg. 110. n. 10.*

10. Hæc autem verbalis depoſitionis pœna regulariter infligitur pro Adulterio, Concubinatu, Simonia, Stupro, Inceſtu, Furto, Homicidio ſimplici, & aliis criminibus, quæ irregularitatem inducunt *Barb. loco mox citato,* cum quo concordat *Pirbing. in jus can. lib. 5. tit. 37. n. 19. verſ. notandum tertio*: quæ exequi poteſt commiſſione Epiſcopi per Vicarium Generalem juxtà litteralem Concil. Trid. diſpoſitionem *in cap. 4. ſeſſ. 13. de refor.* depoſitum tamen non privat privilegio canonis, & fori *Menoch. ad arbitr. lib. 2. caſ. 415. num. 6. Guazzin. Jun. ad defenſ. animar. dict. cap. 44. n. 2.* ſed remanet ſubjectus foro Eccleſiaſtico *Raynald. obſer. crimin. ſupplem. ad cap. 3. ſupplem. 3. num. 6. 7. & 8.*

11. Alia eſt degradatio actualis, & ſolemnis, de qua hic eſt ſermo, & eſt illa quà Clericus præſens, & perſonaliter exiſtens coram Judice exuitur, & ſpoliatur non tantum veſtibus, ſed Ordinibus Eccleſiaſticis, & omni Clericali privilegio, juxtà formam traditam in Pontificali, quæ à ſolo Epiſcopo conſecrato expleri poteſt: quia eſt actus Ordinis Epiſcopalis: Unde per illa verba in formulâ expreſſa ibi = *traditionem, & conſignationem dicti Degradati acceptavit, & in ſuum forum recepit,* datur intelligi, quod Clericus reus criminis non efficitur de foro Sæculari, nec Judex laicus habet in eum Juriſdictionem, niſi poſtquam ab Epiſcopo fuerit actualiter degradatus, & pronunciatum non eſſe amplius de foro Eccleſiæ, etiamſi pro delicto quantumvis gravi, eſſet verbaliter depoſitus; ut enim Clericus in Sacris conſtitutus ad mortem damnari valeat exigitur perneceſſe Epiſcopi actualis degradatio, ut firmant *Graſs, de effect. Clericat. eff. 1. num. 822. & ſeq. Guazzin. ad defenſ. reor. def. 39. cap. 1. num. 10. Fagnan. in dict. cap. novimus num. 3. de verb. ſignific.* & cœteri concordantes apud *Raynald. obſerv. crimin. tom. 1. cap. 7. §. 1. n. 199. & quatuor ſeq.*

12. *VNA CVM PROCESSV*. Degradatus debet conſignari Judici laico unâ cum Proceſſu, non tamen originali, ſed publica, & integra illius copia: cum Sæcularis Judex, non poſſit reum mori facere, niſi ex Proceſſu formato per Judicem Eccleſiaſticum *Ricc. dec.* 329. *num.* 7. *par.* 3. quem ſequitur *Sperell. dec.* 86. *num.* 24. An autem Judex laicus poſſit cognoſcere de viribus ſententiæ Tribunalis Eccleſiaſtici, & de relevantiâ probationum in eodem Proceſſu deductarum; *Raynald. obſer. criminal. tom.* 1. *cap.* 7. §. 1. *num.* 231. dubium movet, ſed non reſolvit, & remiſſivè ſe habet *ad Cortiad. deciſ.* 34. *Graſs.* verò *de effect. Clericat. effect.* 1. *num.* 829. ſic reſpondet = *Aliqui pro concordandis contrariis opinionibus diſtinctione iſta uſi ſunt; aut ſcilicet Clericus ſit traditus Curiæ Sæculari pro crimine mero Eccleſiaſtico, ut eſt hæreſis, & tunc Judex Sæcularis nihil ultra gerere, vel videre, vel cognoſcere debet, ſed ſtatim exequi ſententiam, quia ipſe eſt incapax talis cognitionis, & jurisdictionis; aut verò de alio crimine Sæculari tractatur, ut eſt homicidium, vel etiam mixtum, ut eſt Sacrilegium, cujus cognitionis eſt capax, ex quo in eis poteſt habere juriſdictionem, & iſto caſu opinio Bartoli eſt veriſſima (tenet enim Bartol. quod tunc poſſit cognoſcere) &c. & num.* 831. proſequendo dicit = *At Decian. dict. cap.* 4. *n.* 123. *dicit cum Judex Eccleſiaſticus Clericum tradiderit Judici Sæculari, ut ipſe circa pœnam ſanguinis judicet ſequitur quod Judex laicus, non tenetur illum mori facere, niſi ex Proceſſu formato per ipſum Judicem Eccleſiaſticum liquidè appareat tali pœnâ eſſe dignum, etſi hoc Judici laico non videbitur, poterit melius inquirere, & proceſſum impinguare, & ratio eſt, quia iſte ita traditus, non eſt à Judice Eccleſiaſtico condemnatus ad mortem, ideò laicus Judex non poterit dici merus exequutor Judicis Eccleſtiaſtici: quia ille dicitur Exequutor merus, qui alterius, vel ſuam ſententiam exequitur, à qua ei non licet recedere &c.*

13. Hanc eandem diſtinctionem affert *Vulpin. ſucc. Farinacc. par.* 20. *quæſt.* 97. *num.* 14. per hæc verba = *Sed in Criminalibus quando ſumus in crimine Sæculari, vel mixti fori, in quo Judex Sæcularis juriſdictionem habet hoc caſu non exequitur, niſi ſibi exhibito proceſſu, & niſi ſententiam viderit juſtam: quia cum traditus Curiæ Sæculari fiat ejus ſubditus, illum, ut ſubditum judicare debet, cognitâ ſcilicet validitate Sententiæ: Si verò crimina eſſent merè Eccleſiaſtica, tunc tenebitur exequi, abſque alia cognitione, & ita firma*; Et idem ferè per eadem verba tenet *Zuff. de legit. proceſs. lib.* 2. *quæſt.* 96. *num.* 18. & 19. & ſequuntur quoque *Ricc. in prax. par.* 2. *reſol.* 89. *num.* 1. *verſ. amplia ſecundo Bellett. diſq. Cleric. par.* 1. *de favor. Cleric. perſ.* §. 13. *Sperell. dict. dec.* 86. *num.* 24.

14. Quid autem dicendum ſi Judex laicus ex privatâ ſcientiâ Clericum degradatum noſceret innocentem? per teſtes tamen in Proceſſu de crimine plenè convictum, an inquam deberet eum morti tradere? Quæſtio iſta celebris eſt inter Theologos, & DD. & adhuc ſub Judice lis eſt: cum tàm pro affirmativâ, quam pro negativâ adſint validæ rationes: Ego autem negativam ſequor: Nam quamvis verum ſit, quod Judex agit perſonam publicam, & ſic judicare debeat ſecundum notitiam publicam, quæ habetur per allegata, & probata in proceſſu, ut aſſerunt fautores affirmativæ ſententiæ inter quos adeſt *D. Thom. in ſum. quæſt.* 64. *art.* 6. & *quæſt.* 67. *art.* 2. *Barboſ. in cap. pernicioſa num.* 9. *de offic. judic. Ordin. & axiom.* 131. *n.* 2. *Piaſec. in prax. par.* 2. *cap.* 4. *tit. de perſon. Judic. num.* 30. *Paſſerin. Tribunal. Regular. qu.* 29. *art.* 2. *num.* 44. & 45. & alii in magno numero ab eis allegati; Verum eſt etiam quod occiſio directa innocentis eſt ab intrinſeco mala, & proinde jure naturæ, & Divino repugnans, unde dicitur *in Exod. cap.* 23. = *inſontem, & juſtum non occides*: lex verò obligans ad judicandum ſecundum allegata, & probata, eſt poſitiva humana: ideòque quod Judex, qui privatam notitiam habet innocentiæ damnati, non debeat illum morti tradere, ſed judicare ſecundum ſuam conſcientiam tenent *P. Felix Poteſt. Panormit. in Examin. Eccleſ. num.* 118. & 19. *tom.* 1. *Barb. dict. axiom.* 131. *num.* 3. *limit.* 3. *Pat. Jordan. elucubr. tom.* 3. *lib.* 13. *tit.* 5. *num.* 26. qui hæc habet = *Limita in criminalibus, quia tunc debet imitari conſcientiam Innoc. &c. ſed quia limitatio non procedit ſine contradictione, neque ſimpliciter, Leſſius dict. dubio* 10. *reſtringit quando ageretur de vita hominis, vel membris ejus; tunc enim ſi Judex certo ſciat innocentem, ut privatus, non poterit condemnare ex allegatis in contrarium, prout ex multis rationibus, & DD. auctthoritatibus ipſe probat, contrariam nihilominus ſententiam fatetur eſſe probabilem. Pirhing. in jus canon. lib.* 1. *tit.* 32. qui poſt longum examen tandem huic Negativæ Sententiæ adheret *num.* 10. & 14.

15. *PRÆSENTIBUS, ET ASSISTENTIBUS*. An Prælati, & aliæ perſonæ in Dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutæ, quæ Degradationi intereſſe debent juxtà Concilii Decretum, debeant aſſiſtere tanquam conjudices, vel potius adhibeantur pro actus ſolemnitate, altera eſt quæſtio: *Nam Barb. allegat.* 110. *num.* 26. quem ſequuntur *Guazzin. Jun. ad defenſ. animar. lib.* 2. *defenſ.* 6. *cap.* 44. *num.* 41. *Biſs. hierurg. litter. D. verbo degradatio num.* 78. §. 10. tenet illos aſſiſtere debere tanquam conjudices, & ſuffragium dare debere. *At Fagnan. in cap. aqua num.* 32. *de conſecr. Eccleſ. vel Altar.* dicit eos non debere intereſſe examinationi cauſæ, vel Proceſſui, ſed actuali Degradationi aſſiſtere, ut ſimplices Aſſeſſores: huic Fagnani Sententiæ ſe ſubſcribit *Paſſerin. in cap. quoniam num.* 24. & *ſeqq. de hæret. in* 6. ubi ex Decreto Congreg. Conci-

Concilii, quod etiam refert *Gallemart. ſupra cap. 4. ſeſſ. 13. de refor.* probat perſonas huiuſmodi intervenire pro actus ſolemnitate, & hæc eſt veritas. Quid quid enim dicendum eſſet inſpecto jure antiquo; hodiè attentâ Concilii Trident. ſanctione *cap. 4. ſeſſ. 13. de refor.* quâ Canones antiqui hac in parte innovati ſunt, perſonæ in Dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutæ nil aliud agere debent, quam præſtare præſentiam, & aſſiſtentiam: quia nullum verbum legitur ex quò ſignificetur, ac inferatur has perſonas convocandas eſſe tanquam Conjudices: quod certè Concilium expreſſiſſet ſi voluiſſet, à pluribus Judicibus degradandos; judicandos eſſe: imò cum Epiſcopus poſſit convocare Capitulum, & alias perſonas etiam laicas extra Diœceſim, ut communiter rradunt *Fagnan. & Paſſerin. locis ſupra citatis, & Pirhing. in jus Can. lib. 5. tit. 7. de hæret. num. 89. verſ. notandum ſecundo*, fit evidens, quod non debent eſſe Judices.

16. Tunc enim ſolum in Criminalibus Epiſcopus utitur Conjudicibus, quando procedit contra Capitulares; quia Adjuncti ad formam Concilii deputandi *ſeſſ. 25. cap. 6.* habent votum deciſivum; & tenetur obſervare ſequentia. Notarium ipſe ſolus eligit, & deputat. Fiſcalem quem maluerit aſſumit. Locus ab eo eligitur, ubi conveniri debeat dummodò non eligatur Eccleſia. Adjunctos Deputatos à Capitulo eſſe Conjudices, & nihil per ſe poſſe ſtatuere. Decreta omnia facienda ſunt ab Epiſcopo cum interventu Adjunctorum, exprimendo Epiſcopum ita decreviſſe etiam de conſilio, & aſſenſu N.N. Adjunctorum. Omnia exequenda communi nomine, & mandata relaxanda. Ita fuit reſponſum *à Sac. Congregat. Concilii Cardinali de Caſtro Archiep. Hiſpalen. 1. Septembris 1589. lib. 7. litter. pag. 72.*

17. Notandum tamen eſt quod Concilii diſpoſitio non habet locum, niſi in Capitulo exempto, ut patet ex declarationibus relatis *à Gallemart. ſupra dict. cap. 6.* & re examinata auditis partibus reſpondit quoque *Sac. Congreg. Epiſcop. in una Giennen. 5. Februarii 1700.* in qua cum Epiſcopus inſtaret pro revocatione Decreti à Capitulo (ipſo Epiſcopo inaudito obtento) quò injungebatur eidem, quod procederet cum Adjunctis, & Capitulum exemptionem prætenſam non probaret, ad relationem Eminentiſſimi Card. Tanaræ reſolutum fuit = *prævio receſſu à deciſis Epiſcopum poſſe procedere ſine Adjunctis.*

18. *IN ORATORIO PUBLICO*. Degradatio debet fieri in aliquo Oratorio publico, vel Eccleſiâ: quamvis locus Sacer non ſit de ſubſtantiâ actus: Nam ſicuti Clericus in Eccleſia Ordines ſuſcepit, ita convenit, ut illorum in ea exercitio, & exequutione privetur, ut ab oppoſito probat *text. in cap. Epiſcopus 65. 11. quæſt. 3. Bonaccin. de degradat. punct. unico num. 16. Guazzin. Jun. ad defenſ. Animar. lib. 2. dict. def. 6. dict. cap. 44. num. 45.*

## Modo di fulminare la Scommunica dopo fatte le trè publiche monizioni, e ricevuto il publicetur del Tribunale.

### *FORMULA XII.*

### SUMMARIUM.

1. *Excommunicatio debet publicari modo præſcripto à Sac. Canonibus.*
2. *Monitorium Papæ in forma Significavit non poteſt alterari, ſed debet publicari prout jacet.*
3. *Excommunicatio non debet fulminari modo inſolito.*
4. *Excommunicatio ſeparat fidelem à conſortio fidelium, & eſt æternæ mortis damnatio.*

D'Ordine di Monſignor Illuſtriſs. e Reverendiſs. N. Veſcovo d' N. (ò d'altro legitimo Superiore Eccleſiaſtico, c'haverà conceduta la Scommunica), ſi fulmina *la preſente Scommunica* ad inſtanza di N. N. contro quelli c'hanno notizia e ſcienza delle coſe contenute nel preſente *publicato Monitorio*, e che non le hanno rivelate, ò che occupano, e ritengono le coſe ſpettanti al detto inſtante; cioè *con queſta fulminazione* di Scommunica, che ſi publica coll'autorità data da Gieſu Criſto à i ſuoi Miniſtri, *ſi dichiarano eſcluſi, e ſeparati dalla communione de Fedeli*, indegni, & incapaci d'ogni bene Spirituale, che ſi fà nella Santa Chieſa, *e ſi condannano alla morte eterna dell'Inferno.*

### ADNOTATIONES.

*LA PRESENTE SCOMMUNICA*. Cum in præcedenti formulâ actum fuerit de degraditione Clericorum, & de modo illos excludendi ob delictum à protectione Eccleſiæ: non videtur in congruum, quod hic ponatur forma excommuuicationis, qua ob inobedientiam, & contumaciam præſtitam mandatis Eccleſiæ, etiam laici ſegregantur à conſortio fidelium.

1. Por-

1. Porrò Rector Eccleſiæ, ſive alius Sacerdos, dum actualiter fulminat ab Altari die feſto poſt lectum Evangelium (non tamen in feſtis ſolemnioribus) ſupradictam excommunicationem, debet teneri candelam acceſſam manu dexterâ, & in ſiniſtrâ Cedulam excommunicationis, & prolatis iſtius ultimis verbis, Cedulam comburere, & unà cum candelâ ardentem in terram cum contemptu projicere, pedibuſque conculcare, & extinguere coram Populo, juxtà modum traditum, tùm à Canone in *c. debent* 106. 11. *quæſt.* 3. tùm à Bonifacio VIII. *in extravag. commun. de decim. c. unico in fin.* tùm à Joanne XXII. *eod. loco in extravag. unica de furt. circa medium*, tùm demum in hoc meo *Formular. par.* 1. *annot. ad form.* 17. *tit.* 6. *n.* 1. *&* 2. & ita ſervatur in Alma Urbe: Candela autem non retinetur ad aliquem uſum, ſed foras proiicitur, ut monet *gloſ. in d. c. debent*.

2. *PUBLICATO MONITORIO*. Quod ſcilicet expeditum fuit auchoritate ordinaria juxtà formã à me traditam *par.* 1. *tit.* 6. *Formula XVI*. Si enim monitorium eſſet impetratum à ſummo Pontifice in forma *Significavit*: parſ ad cujus inſtantiam fuit expeditum, non poſſet formare, & publicare alia capita ultra expreſſa in ipſo monitoriali reſcripto; ſed eſſet publicandum ad verbum, non alterando ſenſum, ſermonem, nec verba (licet poſſit publicari maternâ liguâ), alias excommunicatio eſſet nulla, tanquam lata à Delegato, non ſervatâ formâ reſcripti: niſi fortè adeſſet clauſula = *Latius arbitrio tuo, vel ſignificantis*, quæ tamen raro apponitur, ut advertit *Genuenſ. in prax. cap.* 1. *notab.* 12. quem ſequitur *Lazar. quæſt. canonic. ſect.* 1. *quæſt.* 18. *n.* 17. *&* 18. & notat etiam *Gavant. manual. Epiſc. verb. excommunicatio n.* 20.

3. *CON QUESTA FULMINAZIONE*. Fulminatio excommunicationis, non debet fieri modo inſolito, & à Sacris Canonibus, & ab Eccleſiâ non recepto, nec probato, nec minus verbis imprecatoriis, aut alio modo actionem tàm ſeriam vileſcentibus *Gavant. loco citato n.* 39. ſed gravitate, & proprietate Eccleſiaſticâ, modo, aut ſimili quò ſupra: ut docet in terminis *Lazar. quæſt. canonic. ſect.* 1. *quæſt.* 19. *n.* 6.

4. *SI DICHIARANO ESCLUSI ETC. E SI CONDANNANO ETC.* Ponuntur in Formulâ hæc verba, ut Populus edoceatur de effectibus excommunicationis, & magis illam incurrere pertimeſcat: excommunicatio enim excludit, & ſeparat fidelem à communione fidelium, & eſt æternæ mortis damnatio, ut explicat *gloſ. in c. præſenti verb. declaramus circa fin. de ſenten. excom. in* 6. *& in clem. unica verſ. excommunicationis de exception.* Cætera quæ ad hanc rem pertinent vide in 1. *par. annot. ad Form. XV. d. tit.* 6.

## Monitionis contra Confugas, recedendi à loco immuni.

## *FORMULA XIII.*

### SUMMARIUM.

1. *Confugientes ad loca immunia non ſunt extrahendi ſine causâ juſtâ.*
2. *Confugientes ad loca immunia quibus de cauſis extrahantur, & n.* 3.
4. *Confugientes ad Eccleſias debent ſuſcipi, & qui illos exturbat meretur reprehendi.*
5. *Confugientes ad Monaſteria Regularium non poſſunt à Regularibus expelli quoties diſciplinam regularem non perturbent, quamvis eſſent cenſuris ligati, vel Infideles, ut Hebrei, Turcæ.*
6. *Confugæ extractio à loco immuni non fit ſine proceſſu.*

MONEATUR de ordine Sac. Congr. Immunitatis N. ad diſcedendum ab Eccleſiâ N. (ſive loco immuni N.) ad quam (ſeù quem) confugit, & in quâ (ſeù quo) modo moram trahit: quoniam *juſtis de cauſis*, terminum peremptorium ad parendum trium dierum ab executione præſentium ei præfigimus ſub pœnâ abſtractionis per vim, & referatur omni &c.

N. Epiſcopus N. (ſive Vic. Gen.)

*Die . . . Detulit mihi Cancellario infraſcripto, Cajus Nuncius publicus hujus Tribunalis medio ejus juramento, ſe perſonaliter monuiſſe ſupradictum N. confugam in Eccleſia N. (ſeù loco immuni N.) ad diſcedendum ab ea (vel eo) & in propriis manibus copiam integram ſuprainſertæ monitionis reliquiſſe, & ita retulit &c.*

*Ita eſt N. Cancellarius Curiæ Epiſcop. N.*

ADNO-

## ADNOTATIONES

1. *JUSTIS DE CAUSIS*. Quia immunitas Eccleſiis conceſsa, tribuere non debet, delinquentibus impunitatem: ideò Sac. Congr. Immunitatis, ſolet præcipere Ordinariis locorum, ut homines perditos, & facinoroſos, ad illas confugientes, juris remediis, ac etiam per abſtractionem propellant, & non ſolum ab Eccleſiis, & locis immunibus ipſis ſubjectis, ſed etiam exemptorum. Verum quia non pauci cortici verborum Epiſtolæ encíclicæ inhærentes, & deſervientes, ſæpè privilegium debenti auferunt, & indirectè vulnerant contra mentem Congregationis, & monitum *text. in cap. quanto de privileg.* ideò hic in formulâ ponuntur verba notata, ad demonſtrandum, quod confugientes ad loca immunia, non ſint expellendi, niſi præcedant cauſæ juſtæ, ut potè quia Confugio abutantur.

2. Hocque mirificè probat Conſtitutio excerpta ex Concilio Epheſino, per extenſum relata *à Petro Pithæo in notis ad Cod. lib. 1. tit. 12. poſt. l. pateant de his qui ad Eccleſ. confug.* quam ipſe vocat Edictum Regium, in quà inter cætera hæc habentur = *Pateant proinde trepidis Magni Dei Templa, ſupplices fugientes communis ſuſcipiat ara; nec ulla veluti ſuperior comminatio divinum auxilium, quod omnibus ex æquo ſeſe offert, ab ejus ædibus audeat propulſare. Qualis enim Naufragorum in ſuis calamitatibus miſericordia reliqua erit, ſi littus præcludas, & fontem ſiti laborantibus perturbas, aut quænam humanis calamitatibus medicina ſupererit, ſi calamitatis Deus ipſe denegetur! Noſtris igitur temporibus non ſolum Sacroſancta Altaria, & quadratum Populi Oratorium murorum ambitu curcumſeptum, confugientium ſecuritati conferre ſancimus: ſed quidquid præterea inde eſt loci uſque ad Eccleſiæ fores extremas, per quas preces facturi primum ingrediuntur, hoc totum confugientibus miſericordiæ aram eſſe definimus, & conſtituimus.*

Et infra = *Ita tamen ut nemini confugientium in Dei Templo, aut apud ſacras aras manere, aut cibum ſumere, aut dormire, aut etiam pernoctare liceat; idque non modo Clericis propter religionem fieri prohibentibus, ſed ipſis quoque confugientibus facere pietatis cauſa detrectantibus: nè & qui confugiunt, dum uſus proprios ſacris rebus admiſcent, impuro animo confugere videantur, & qui hujuſmodi turpitudinem à ſacris ædibus arcere poſſunt, pietatem cui deſerviunt, violare videantur.*

Et inferius = *Ferrea autem, vel alterius generis arma ad defenſionem comparata, ne confugientes habeant, neve intra Sanctam Eccleſiam inferant omnimodo prohibemus &c. Quamobrem qui ſine armis ad Sanctum Dei Templum, vel ad Sanctum Altare in quacunque illi gente, vel in hac Civitate confugerint, in Templo dormire, aut etiam in Altari, vel in ipſis locis cibum ſumere, citra ullam injuriam à Clericis prohiberi debent. Et ita res hæc erga eos gerenda eſt, ut non à prohibente injuria inferri, ſed religionis ratio rem, quæ geritur exigere videatur Proinde illos paventes de Sanctitate ac puritate loci commoneant; religioni cum humanis neceſſitatibus nihil commune eſſe doceant &c. intelligant religionem humanis ſordibus, naturaliſque neceſſitatis injuria contaminandam, aut profanandam non eſſe ei, qui per eam ipſam religionem tueri ſe ab injuria velit. Quod ſi quiſpiam nihil his omnibus annuerit, aut aſſenſus fuerit, tum demum religio manſuetudini anteferatur, & ex Divinis locis ad ea, quæ ſuperius dicta ſunt, eum propulſet audacia.*

Et paulò poſt = *Quod ſi quiſquam furiis actus aliquod iſtorum noſtrorum Decretorum in quocunque Eccleſiaſtico loco violaverit, ſive id fiat extra templum, ſive intra templum, ſive etiam circa templum; jubemus, ut confeſtim Epiſcopi auctoritate à ſolis Clericis arma deponere compellatur, & ſeverius etiam pro ſua ſalute, ſpe illi datâ atque fiduciâ, quod Religione ac pietate ſecurius munietur, quam armorum præſidio. Quod ſi legis noſtræ auctoritate, voceque Eccleſiaſticâ commonefacti in veſaniâ ſua perſeverent, neque arma, quæ preter fas, non ſalutis, ſed tyrrannidis, & Sacrilegii audacia cœperant, reliquerint: ſciant quod tot tantiſque Denunciationibus, ac præceptis placatâ Religione, & à noſtra ſerenitate, & ab Epiſcopis excuſatione facti Deo redditâ, pro ſui ſceleris ratione, etiam per armatorum ingredientium vim abſtrahentur, & omnium calamitatum generi ſubjicientur &c.*

3. Hinc inquam edocentur Epiſcopi, quod licet eis injungatur ab Urbe expulſio à locis immunibus malorum hominum delinquentium, non de omnibus, neque de miſeris intelligendum venit, ſed de illis delinquentibus, qui vel loca Sacra prophanis operibus fœdant, vel in ipſis actu, vel habitu delinquere non verentur: tunc enim quia indignos ſe reddunt protectione Eccleſiæ, ut dicit *Gloſs. in cap. fin. de Immunit. Eccleſ.* meritò expelli debent, prout jubet Sanctio mox ſupra relata, *& Sac. Congregat.*

4. Cæterum in aliis caſibus, & præſertim non exceptis, non debent expelli, ſed ſuſcipi, quia habent jus confugiendi, & qui vellet expellere, illos jure confugii privaret, & graviter peccaret contra juſtitiam per text. expreſſum *in l. præſenti Cod. de his qui ad Eccleſ. confug.* ibi = *Præſenti lege decernimus nullos pœnitus cujuſcunque conditionis ſint de Sacroſanctis Eccleſiis, orthodoxæ fidei expelli.* Et infra = *ex his ergo locis eorunque finibus nullos expelli, aut ejici aliquando patimur: nec in ipſis Eccleſiis reverendis, ita quemquam detineri, atque conſtringi, ut ei aliquid victualium rerum, aut veſtis negetur, aut requies. Guazzin. Jun. ad defenſ. anim. lib. 2. defenſ. 1. cap. 14. num. 7.* non obſtante quod poſſent in alium locum immunem ſe recipere, quia habent electionem confugiendi ad omnem locum immunem, & propterea, qui eos exturbat, meretur acriter ab eadem Sac. Congregat. repræhendi, tanquam immutatis violator *Sac. Congregat. Immun. in Neapolitana 21. Auguſti 1694. lib. 1. decr. Vallem. pag. 140.*

5. Et

5. Et quod dico de Eccleſiis, & locis immunibus Ordinario ſubjectis, intelligi etiam procedere in Eccleſiis, & Domibus Regularium, qui quoties confugientes ad illorum Monaſteria modeſtè ſe gerant, quietem, diſciplinam Regularem non turbent, neque moribus inficiant, non debent, nec poſſunt illos expellere *Thom. del Bene de immunit. par. 2. cap. 16. dubit. 48. per tot.* quem refert, & ſequitur *Sabell. ſum. div. tract. §. immunitas num. 26.* imò ſi confugiens ſit pauper, quod teneantur illi dare alimenta, inquit *Guazzin. loco citato num. 4.* quamvis eſſent Excommunicati, ſuſpenſi, aut ab ingreſſu Eccleſiæ interdicti; quia Cenſuræ non inducunt privationem privilegii, nec privant hominem ab ingreſſu Eccleſiæ materialis, ſed formalis, videlicet ab ingreſsu in Ordine ad audienda Divina Officia *Dian. par. 6. tract. 1. reſol. 26. Sebaſt. Medic. in Sum. peccat. capit. de cenſur. Eccleſ. cap. 9. quæſt. 9. Sayr. de cenſur. lib. 2. cap. 10. num. 19. & lib. 4. cap. 7. num. 12. & ſeqq. & lib. 5. cap. 9. num. 26. P. Fælix Poteſt. in examin. Eccleſ. num. 678. tom. 1.* imò quamvis eſſent infideles, ut Hæbrei, Turcæ, *Sac. Congregat. Immunit. in Sarzanen. 26. Septembr. 1651. lib. 4. Dec. Paul. fol. 160. à tergo, & Cathacen. 18. Febr. 1631. lib. 2. Decr. Paul. fol. 95. à tergò.* Quidquid ſit de illis Regularibus, qui juxtà proprii inſtituti Statuta ab Apoſtolicâ Sede approbata, Bannitos, fures, alioſque ſimiles delinquentes in Monaſteriis receptare non poſſunt, prout habere Auguſtinianos, refert *Lantuſch. in Theatr. regular. par. 2. verb. inquiſiti num. 1.*

5. Porrò dum confuga monitioni non paret, & Epiſcopus facultate ſibi à Sac. Congat. tributa vult uti, & à loco immuni illum vi extrahi facere, & ad carceres deduci, conſtare debebit in actis de abuſu confugii, ideſt de cauſis propter quas reus meruerit inde abſtrahi, & poſteà Proceſſum transmittere ad eandem Congregationem, quam ulterius reddet inſtructam de delicto, ſeù delictis, de quo ſeù quibus ipſe confuga reperitur inquiſitus, gravatus, vel condemnatus, & illius oraculum expectare. Mandatum autem de carcerando, ſeù extrahendo poterit concipi ſequenti, vel ſimili modo.

## Mandati de extrahendo Confugam à loco immunì.

## *FORMULA XIV.*

### SUMMARIUM.

1. *Licentia extrahendi Confugam à loco immuni in caſibus non exceptis, non poteſt ab Epiſcopo concedi, niſi jure delegato Sac. Congregationis.*
2. *Qui delinquit in Eccleſiâ non ex propoſito, ſed accidentaliter, vel provocatus, vel infert vulnera, & membra non mutilat, gaudet immunitate, ſed debet ab Eccleſiâ depelli, & num. 3.*
4. *De immunitate, & pertinentiâ ad illam remiſſivè.*
5. *Eccleſia in quibus caſibus per effuſionem ſanguinis polluatur, vel non, referuntur plures caſus.*

TIBI N. Baroncello noſtræ Curiæ, vigore facultatis Nobis à Sac. Congregatione Immunit. de Urbe conceſſæ, committimus, & mandamus, ut accedas cum tuis Lictoribus ad Eccleſiam N. (ſive Domum immunem N.) ubi reperitur N. Confuga, & eum cum aſſiſtentia R. Presbyteri N. capias, & captum inde extrahas, & extractum ſub tutâ cuſtodiâ ad Carceres noſtros perducas, ibi retinendum ad liberam diſpoſitionem ejuſdem Sac. Congreg. Te admonentes, ut captura, & extractio dicti N. ſequatur cum omni decentiâ, & reverentiâ loco immuni debitâ: quoniam &c.

N. Epiſcopus N. Delegatus.

*Ego infraſcriptus teſtor, & cunctis indubiam fidem facio, qualiter die . . . . . . hora . . . . . . in Eccleſiâ N. (ſive Domo immuni N.) à Baroncello N. ejuſque Birruariis, vigore mandati Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Epiſcopi fuit captus, & extractus à dictâ Eccleſiâ N. confuga, cum aſſiſtentiâ R. D. Presbyteri N. deputati, & cum omni decentiâ, & reverentiâ loco immuni debitâ, præſentibus, & videntibus N. & N. Teſtibus ad id ſpecialiter adhibitis, atque rogatis. In quorum &c.*

*Ita eſt N. Cancellarius Epiſcopalis Curiæ N.*

ADNO-

ADNOTATIONES.

1. Licentia iſta valdè diſcrepat ab aliâ quam dedi *tom.* 1. *tit.* 6. *form.* 8. Nam illa conceditur ex juſtitiâ, & auctoritate Ordinariâ pro extrahendis delinquentibus in caſibus à Gregorianâ exceptis ad requiſitionem Curiæ Sæcularis: hæc autem permittitur jure delegato, ad repellendas abominationes à loco Sancto, nè vel improbis profana eſſe videantur ea, quæ Divina ſunt, neque in, Sacratis Deoque dicatis locis liceat ea facere, quæ nè in aliis quidem paſſim impunè fieri permittendum eſt.

2. Qui autem delinquit in Eccleſiâ non ex propoſito, vel inſidioſè, ſed ex impetu, aut caſu fortuitu, vel accidentaliter, non dicitur Eccleſiam violare, & ideò gaudet immunitate *Hoſt. in cap. fin. de immunit. Eccleſ. Innoc. in cap. inter alia eod. tit. Sac. Congregat. Epiſc. in Bononien.* 13. *Septembr.* 1619. Gaudet quoque immunitate, qui in Eccleſiâ delinquit provocatus *Sac. Congregat. Immunit. in Algaren.* 24. *Martii* 1637. *lib.* 3. *fol.* 27. Item gaudet ille, qui non occidit, nec mutilat membrum in Eccleſiâ, ſed infert vulnera, ſeù sfriſia *Sac. Congregat. Epiſcop. in Januen.* 16. *Novembr.* 1618. & *Sac. Congreg. Immunit. in Ceſenaten.* 6. *Maii* 1653. *lib.* 5. *Decr. Paul. fol.* 13. *Conciol. reſol. criminal. ver. immunitas reſol.* 3. *n.* 13. ubi dat concordantes. Membrum autem dicitur quis mutilare, ſi abſcindatur pes, oculus, manus, naſus, lingua, digitus autem, dens, barba, cartilago aurium, non dicuntur membra, ſed adjutoria membrorum *Conciol. ibid. num.* 14.

3. Verum etſi hæc, & ſimilia delicta non excepta, confugam immunitate non privent: nihilominus, quia regulariter ſine ſcandalo evenire, & non niſi à ſolitis delinquere, patrari, illum gravant, ut mereatur juxtà ſupra deducta, & formam traditam, ab Eccleſiis, & locis immunibus legitimâ auctoritate depelli, prout ſunt etiam fraudolenti Debitores *Guazzin. ad defenſ. anim. lib.* 2. *def.* 7. *addit. ult. num.* 8. ſemper tamen adhibitâ cauthelâ, ut neque indirectè incidat in manus Curiæ Sæcularis.

4. Cœtera ad immunitatem pertinentia vide *in tom.* 1. *tit.* 6. *annot. ad form.* 8. & *in Appendic. annot. ad Bullam Greg. XIV. pag.* 286. & *in annot. ad litter. Congreg. Immunit. pag.* 331. & iis, quæ de Eccleſiæ pollutione dixi *in annot. ad form.* 10. *num.* 27. *tit.* 6. adde ſequentia.

5. Non polluit Eccleſiam effuſio Sanguinis facta ad propriam defenſionem. Secundò facta caſualiter, aut ab infante, vel inſano. Tertiò ſi vulnus fuit factum extrà Eccleſiam, & percuſſus ingrediatur intus, & ibi effundatur ſanguis, aut moriatur: ſecus ſi vulnus inferatur intus, & percuſſus ſit egreſſus extrâ, & ibi ſanguis effuſus, vel ductus ad Domum poſt paucas horas moriatur, nam tali caſu injuria fit Eccleſiæ, quia data fuit in ea cauſa phyſica effuſionis. Quartò ſi ſecetur vena violenter, dummodò non ſequatur mors: quia vena naturaliter eſt copioſi ſanguinis emiſſiva. Quintò, ſi quis fortè cum aliquo contendens pugno eum percutiat in naribus, & flueret ſanguis in magnâ quantitate. Sextò ex vulnere, & effuſione Sanguinis hominis mortui, putà cum quis vulneravit Cadaver inimici. Polluit è contra reciſio digiti, ratione notabilis effuſionis. Secundò, occiſio fidelis facta in Eccleſiâ ab Hæretico ob fidem. Tertiò, occiſio unius ex errore facta pro alio in Eccleſiâ. Quartò, verberatio alicujus facta in Eccleſiâ ſi ſequatur intrà breve tempus mors, licet non ſit effuſus ſanguis, *P. Fælix Poteſt. Panormitan. in Examin. Eccleſiaſtico num.* 576. & 577. *tom.* 1. & plenius *Sayr. de cenſur. lib.* 5. *cap.* 16. *per tot. Nicol. lucubr. Can. lib.* 5. *tit.* 39. *de ſent. excomm. num.* 252.

## Edicti prohibitionis acceſſus ad Monaſteria Monialium.

## FORMULA XV.

SUMMARIUM.

1. *Votum Religionis eſt Sacrificium Deo gratiſſimum.*
2. *Officium Epiſcopi quale ſit oſtenditur.*
3. *Epiſcopus concedit licentias ingreſſus in Clauſuram Monialium quantumvis exemptarum.*
4. *Moniales tempore baccanalium aut recreationis non utuntur veſte virili, neque armis ſe accingunt.*
5. *Epiſcopus circa ea, quæ pertinent ad Clauſuram poteſt proceſſus conſtruere, & Moniales exemptas examinare inconſultis Superioribus earumdem.*
6. *Moniales exemptæ confiteri non poſſunt Confeſſario ab Epiſcopo Diœceſano non approbato.*
7. *Superior Regularis Monialium non poteſt confeſſiones earumdem audire, niſi præcedat approbatio Epiſcopi.*
8. *Epiſcopus in caſu negligentiæ Superiorum Regularium, & ex aliâ legitimâ cauſâ, poteſt deputare Confeſſarium extraordinarium Monialibus Regularibus ſubjectis, & n.* 9. *&* 10. *afferuntur cauſæ.*
11. *Moniales non debent alloqui cum exteris ad feneſtellam communionis.*
12. *Hæbrei non debent accedere ad collocutoria Monialium.*

13. *Hæbreì quibus de cauſis tolerentur ab Eccleſiâ demonſtratur.*

14. *Licentia ingreſſus in Clauſuram Monialium à nemine dari poteſt ſine approbatione Epiſcopi, non obſtante privilegio, ſeù Conſuetudine.*

*Ingreſſus in Monaſterii clauſuram neque Magiſtro Cæremoniarum, neque Conſanguineis Monialium occaſione conſecrationis ipſarum permittitur, ibi.*

15. *Licentia egreſſus à Clauſurâ concedi non poteſt Monialibus ab Ordinariis, niſi in caſibus in Bullâ Pii V. contentis.*

16. *Epiſcopus ad cuſtodiendam Clauſuram Monialium, etiam exemptarum poteſt uti Cenſuris.*

17. *Regulares alloquentes cum ſolâ Abbatiſsâ incurrunt pœnas quibus afficiuntur ii, qui cum Monialibus alloquuntur r*

*Subcollectores accedentes ad colloquendum cum Monialibus incurrunt eaſdem pœnas, ibi.*

*Judex non poteſt accedere ad Collocutorium Monialium ad interponendum Decretum in Contractu Puellæ Sæcularis ſine licentiâ.*

*Clerici frequentantes Collocutoria Monialium ſunt ſuſpendendi, ibi.*

18. *Epiſcopus poteſt etiam ſemotâ negligentiâ Superiorum Regularium, viſitare Clauſuram per ſe ipſum, vel per ſuum Vic. Generalem.*

ESendo lo ſcopo, e'l fine dello Stato Religioſo, la perfezzione della vita Chriſtiana, à cui per giungere ſi tolgono con eſſo gli oſtacoli, che l'impediſcono; e con i trè tenaci legami d'una perpetuà Povertà, Caſtità, & Ubbidienza, ſi rinunzia al ſecolo, e'l Religioſo, e Religioſa ſi conſacra tutta ſenza riſerva alcuna al ſervizio di Dio, al quale non ſolamente fà profeſſione d'ubbidire in tutte le coſe, ma anche al Superiore che è in ſuo luogo, giudicando *col Sagrificio gratiſſimo*, c'affatto à S. D. M. della propria volontà, che tutto quello, che comanda il Superiore ſia giuſto, giovevole, è ragionevole, purche non ſia contrario alla legge di Dio, & alla regola profeſſata. Quindi è che deſiderando, e volendo noi *per quanto è dal canto noſtro*, che le Vergine conſegrate à Gieſu Chriſto cò Voti ſolenni di Religione, non ſiano diſtolte, e ritirate da queſto Santiſsimo fine.

1. Commandiamo e proibiamo à tutte le Monache de i Monaſteri di queſta Città, e Dioceſi, ancorche foſſero ſoggette alla giuriſdizione de Superiori Regolari, ò in altra maniera eſenti, che non poſſano parlare con ſecolari dell'uno, e l'altro ſeſſo, nè con Regolari, di qualſivoglia ſtato, grado, preminenza, e Religione, ſenza noſtra licenza in ſcritto, ancorche foſſe per breve ſpazio di tempo, e per motivo di conferire coſe ſpirituali, *ò di confeſſarſi*: eccettuati il Padre, Madre, Sorelle, e Fratelli carnali ſecolari, ò affini in primo grado; i quali fuori del tempo dell'Avvento, Quareſima, e de giorni nè quali le Monache haverando fatta la communione, potranno parlare ſenza licenza, quando ciò non venga proibito dalla Regola, ò Conſtituzioni dell'Ordine.

2. Che ottenendo da noi la licenza, debbano preſentarla in mano della Madre Abbateſſa, e non vadano alla grata, ſe prima non habbiano da eſſa impetrata con la licenza la benedizzione, e non vi ſiano le Aſcoltatrici: procurando di ſchivare diſcorſi otioſi, & inutili, e di sbrigarſi con brevità dall'affare per cui ſi ſarà ottenuta la licenza.

3. Che non vadano à parlare alle grate, che corriſpondono in Chieſa, e molto meno *al fineſtrino della Communione*, ma ſolamente à quelle del publico Parlatorio in hore congrue.

4. Che in occaſione di fiere, ò mercati, nè in qualunque altro tempo, non ammettano, nel Parlatorio Mercanti, ò altri venditori di merci *maſſime Hebrei*, ſenza noſtra eſpreſſa licenza, la quale concederemo ſecondo, che conoſceremo eſſer conveniente, e ragionevole.

5. Che i Superiori Regolari, ò d'altri Monaſteri eſenti, non ardiſcano di dar licenza à neſſuna perſona, ancorche foſſe per coſa neceſſaria d'entrare nella Clauſura, ſenza la noſtra approvazione in ſcritto *non oſtante qualſiſia ſtatuto, Privilegio, ò conſuetudine* contraria, ſotto pena delle Cenſure.

7. Ammoniamo tanto i Regolari, quanto i Secolari dell'uno e'l altro ſeſſo laici, & Eccleſiaſtici ad aſtenerſi dell'acceſſo de parlatorii di detti Monaſterii, e d'altri luoghi della Clauſura de medeſimi per parlare con Monache quando non habbiamo la noſtra licenza: poiche contravenendo alla noſtra ammonizione, e proibizione, procederemo contro di loro alle pene dovute *ed'anche delle Cenſure* ſecondo la minore, ò maggior gravezza della tranſgreſſione.

7. Ricordiamo finalmente à tutte le Religioſe à conſiderare l'utile, e'l merito, che proverrà loro dall'oſſervanza del preſente noſtro Editto: giache per mezzo dell'ubbidienza, tutte le opere divengono migliori, e le azzioni, che per ſe ſteſſe non hanno merito, ſi fanno meritorie e grate à Dio: e che all'incontro moſtrandoſi nell'eſecuzione de noſtri

ſtri

ſtri ordini diſſubidienti, & inoſſervanti (non potendo più diſporre delle proprie volontà) offenderanno gravemente quel Signore, a cui già l'hanno conſegrate, non eſequendoli, e diſprezzando i mezzi, che conducono al fine nel principio accennato. Et il preſente affiſſo, che ſarà &c. vogliamo &c. Dato &c.

N. Veſcovo.

*N. Cancelliere.*

## ADNOTATIONES.

1. *COL SAGRIFICIO GRATISSIMO*. Votum enim ſolemne Religionis offert Deo totum, quod habet homo, ſic gratiſſimum ei eſt holocauſtum. Habet homo triplex bonum. Primum bona externa, quæ ſecum affert Religioſus Deo per votum voluntariæ paupertatis. Secundum, bona proprii corporis, quæ offert per votum continentiæ, quò abrenunciat delectationi corporis. Tertium bona Animæ, quæ offert Deo totaliter per obedientiam, per quam quis offert Deo propriam voluntatem, quod eſt maximum Sacrificium, *Donat. prax. rer. regul. tom. 4. tract. 1. de ſtat. Relig. quæſt. 5. n. 9. & ſeqq.*

2. *PER QUANTO E' DAL CANTO NOSTRO*. Officia Epiſcopi ſunt; impedire malam doctrinam, ſupplicare Deum, & orare pro Populo, ut ira Dei ab eo avertatur: ordinare Miniſtros Eccleſiæ cum cauthelà: prebere bonum exemplum, juſtitiam diſtributivam ſervare: officium predicandi adimplere, & fructum expectare, patienter ſuſtinendo, ut omnes erudiat, & ad ſalutem dirigat: ſic docuit *D. Paulus* ſcribendo ad Timotheum in prima, & ſecunda Epiſtola, & ad Titum *c. 1. & 2.*

3. Item jure novo Eccleſiaſtico, tenetur invigilare ad Cuſtodiam Clauſuræ Sancti monialium, quarum cura eidem præcipuè commiſſa eſt *cap. unico §. fin. de ſtat. regular. in 6.* quod *Conc. Trid. innovavit ſeſſ. 25. de regul. cap. 5.* ideòque prohibet acceſſum, & ingreſſum in Clauſuram abſque ſuâ licentiâ, etiam in Monaſteriis exemptis, vigore facultatis tributæ in Decreto generali à Sac. Congr. Concilii Papa approbante emanato de anno 1610. & iterum renovato anno 1630. *in Bellunen.* in qua dicitur = *Lecto in Sac. Congr. Decreto circa ingredientes ſepta monaſteriorum, omnes cenſuerunt illud eſſe edendum, & eſt tenoris ſequentis = Tametſi alias Sac. Congr. Concilii declaraverit licentiam ingrediendi ſepta Monaſteriorum Monialium exemptarum, & Regularibus ſubjectarum ex vera tantum neceſſitate, quæ Moniales reſpiciat conceden.; ſeù acceden. ad loquendum cum Monialibus pertinere ad ipſos tantum Superiores Regulares: Nihilominus ſub die 13. Nov. 1610. quo magis Clauſuræ obſervationi conſuleretur, facultate ſibi à SS. D. N. tributâ ſtatuit, & decrevit, ut deinceps intra hujuſmodi ſepta ingredi nemini liceat, niſi licentiæ in caſibus neceſſariis conceden. ne dum à Superioribus Regularibus dd. Monaſteriorum, ſed etiam à locorum Ordinariis obtentæ fuerint, non obſtan. quibuſcumque legibus, ſtatutis, & Conſuetudinibus etiam immemorabilibus. Poſtremò autem ad removendam omnem dubietatem, quæ ex hujuſmodi Decreto forſan oriri poteſt, negocio iterum in Sac. Congr. propoſito, atque SS. D. N. relato.*

*Die 21. Maii 1630. Sanctitas ſua declaravit hjuſmodi licentias à Superioribus Regularibus non eſſe petendas in illis locis in quibus adeſt conſuetudo ut iſtæ ab Epiſcopo tantum concedantur, hoc enim caſu ſtatuit, & decrevit, talem conſuetudinem eſſe ſervandam, & ipſorum Epiſcoporum tamtummodò licentias ſufficere etiam privativè quo ad ipſos Regulares lib. 4. decr. pag. 30.* Et concordant alia Decreta *Congr. Epiſc. & Regul.* quæ retuli *tom. 1. annot. ad form. 19. tit. 11. n. 7.*

4. Item in eiſdem Monaſteriis exemptis nō ſolum poteſt, imò debet prohibere nè Moniales tempore Baccanali, aut aliis temporibus recreationis, utantur habitu virili, neque arma cujuſuis ſpeciei tractent, ut mandavit olim *S. Congr. Epiſc. in Ferrarien. 27. Aprilis* 1604. ſic reſcribendo = *Prohibeant Ordinarii nè Moniales Monaſteriorum tam eis, quam Superioribus Regularibus ſubjectorum in Baccanalibus, vel aliis temporibus recreationi utantur habitu virorum, neque cujuſuis ſpeciei armis ſe accingat. Eſt enim hoc odibile Deo, ut habetur in Deuteronimi. 22* ibi = *Non induetur Mulier veſte virili, nec vir utetur veſte fæminea, abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hæc.*

5. Et non tantum hujuſmodi Edicta proponere, promulgare; ſed ad effeum probandi delicta circa clauſuram, & circa adminiſtrationem eorum bonorum, nec non acceſſum ad Monaſteria, & colloquia cum Monialibus, examinare poteſt etiam ex officio ipſas Moniales, & alias perſonas intra ſepta degentes & quomodolibet exemptas, ut declaravit *Sac. Congr. Concilii in Nullius 14. Auguſti, 1632. lib. 14. Decr. pag. 651.* Superioribus Regularibus inconſultis, & irrequiſitis, qui ſi obſtare tentaverint, poterit Epiſcopus illos cenſuris coercere *ead. Sac. Congr. in Colinbricen. 26. Maii 1640.*

6. *O' DI CONFESSARSI*. Moniales Regularibus ſubjectæ, confiteri non poſſunt Confeſſario ab Epiſcopo non approbato, non obſtante contrariâ conſuetudine *ex Conſt.*

*Conſtit. Greg. XV.* quæ incipit *Inſcrutabili*, & reſpōdit *Sac.Congr.Concilii in Cadurcen.* 12.*Julii* 1658. in qua ad inſtantiam Monialium S. Claræ propoſitis dubiis,

*I. An habere poſſint Confeſſarium extraordinarium ab Epiſcopo Diœceſano, non obſtante contradictione Superiorum Regularium, quibus ædem Moniales ſubiiciuntur.*

*II. An Confeſſarius eiſdem Monialibus deputatus à ſuis Superioribus Regularibus debeat neceſſariò approbari ab eodem Epiſcopo Diœceſano non obſtante Conſuetudine, ut prætenditur immemorabili?* Et prodiit reſolutio,

*Ad 1. habere poſſe Confeſſarium Extraordinarium ab Epiſcopo Diœceſano in caſu negligentiæ Superiorum Regularium?*

*Ad 2. Confeſſarios, etiam Extraordinarios Monialium, etiam Regularibus ſubjectarum poſt Conſtitutionem Gregor. XV. hac de re æditam, nullatenus poſſe earum Confeſſiones audire, niſi prius ab Epiſcopo Diœceſano idonei judicentur, & approbentur, non obſtante quacunque contrariâ conſuetudine lib. 19. Decr. pag. 60.*

Et propoſito etiam dubio pro parte Abbatis Generalis Vallumbroſanorum: *An ipſe poſſet audire Confeſſiones Monialium ſibi ſubditarum abſque præcedenti approbatione Epiſcopi Diœceſani ead. Congregat. ſub die* 13.*Novemb.*1637. reſpondit *non poſſe*.

7. Et ulterius non ſolum poteſt Epiſcopus deputare Confeſſarium Extraordinarium Monialibus Regularibus ſubjectis in caſu negligentiæ eorum Superiorum, ut cenſuit Congregatio in reſolutione primi dubii in dicta Causâ *Cadurcen.* ſed etiam ex alia legitimâ causâ, & alterius Ordinis, vel Sacerdotem Sæcularem idoneum, ut eadem Sac. Congr. reſpondit *in Cameracen.*20.*Decembr.* 1631. *lib.* 14. *Decr. pag.* 553. ſuper qua tamen causâ, oneratam voluit conſcientiam deputantis.

9. Una autem ex legitimis cauſis intercederet, ſi Superior Regularis petentibus Monialibus bis, vel ter in anno dare recuſaret Confeſsarium Extraordinarium, vel Ordinarium finito triennio nollet removere; Nam nec primum denegare poteſt, (imò tenetur offerre) nec ſecundum confirmare, proût declaravit *dict. Congregat. Concilii in Salutiarum*, in qua proponentibus Monialibus.

*I. An Archipresbyter Cathedralis, cui imminet cura animarum poſſit eſſe Confeſſarius Ordinarius Monialium?*

*II. An Epiſcopus poſſit denegare Monialibus petentibus Confeſſarium Extraordinarium bis, vel ter in anno?*

*III. An Confeſſarii Ordinarii poſſint ultra triennium durare, & maximè per longum tempus?*

*IV. An Confeſſionalia Monialium poſſint eſſe in Sacriſtiis, vel Domibus, quas inhabitant Confeſſarii?*

*Sac. Congregat. die* 20. *Septembr.* 1642. reſpondit.

*Ad 1. Non poſſe, ſed poſſe indulgeri?*

*Ad 2. Non poſſe, imò teneri offerre?*

*Ad 3. Singulis triennis mutari debere?*

*Ad 4. Non poſſe, ſed extare debere in Eccleſiis Monaſteriorum Salutiarum lib. 17. Decr. pag. 103.*

10. Item legitima quoque cauſa talis deputationis adeſſet, ſi Superior Regularis Monialis graviter infirmæ Confeſſarium extraordinarium denegaſſet: quoniã Monialibus in articulo mortis conſtitutis, Confeſſariũ extraordinariũ petentibus, eſſe omninò concedendum, etiamſi bis, & ter in anno habuiſſent, declaravit *ead. Sac. Congr. in Nullius* 6. *Aprilis* 1647. *lib.* 18. *decr. pag.* 323.

11. *AL FINESRTINO DELLA COMMUNIONE*. Nunquam eſt permittendum, quod loco uſui tàm Sacro deſtinato Moniales abutantur ad colloquendum cum exteris; ſed ſtrictè prohibendum, prout ſtrictiſſimè id prohibet *Synod. Farfen. in tit. de Monial.* §. 10. *Criſpin. de viſit. par.* 2. §. 42. *n.* 61.

12. *MAXIME HÆBREI*. Quia antiqua Judæorum improbitas tanto execratione conſiſtit in filiis, quanto ipſi ad cumulandam Patruum ſuorum menſuram in Dei filio repudiando gravius deliquerunt (ſunt verba prohæmialia *Bullæ Greg. XIII.* 70. ad reprimenda illorum flagitia emanatæ), ideò alias Sac. Congr. Epiſcop. vetuit acceſsum hæbreorũ ad Monaſteria Monialium in *Ravennaten.* 28. *Nov.* 1594. quod decretum referunt etiam *Gavant. manual. Epiſcop. verſi. Hæbrei n.* 22. *Nicol. in Floſc. verb. Judei n.* 10. licet hodie in multis locis non ſervetur, & propterea deberet interum innovari.

13. Nam quamvis non ignorem, quod Eccleſiâ juſtis de cauſis illos toleret nempè. Primò, quia plures ex illis diem convertuntur. Secundò propter honorem Patriarcharum, & Prophetarum, ex quibus Populus iſte proceſſit. Tertiò propter reverentiam Chriſti, & Apoſtolorum, qui ex eodem Populo ſecundum carnem fuerunt geniti. Quartò propter noſtræ fidei confirmationem, quia nobis utiles ſunt. Habent enim penes ſe libros veteris teſtamenti, ex quibus teſtimonium proferimus de Chriſto *Iſ.* 7. & morte ipſius

*Jer.*

*Jer.* 11. *Iſ.* 53 Quintò ut ipſi ſint nobis memoriale Dominicæ paſſionis, quam cauſam adducit *Jul. III. in ſua Conſt.* 24. §. 2. unde dicitur *in pſal.* 58. *nè occidas eos ne quando obliviſcantur Populi mei*. Sextò quia in fine Mundi debent converti, undè dicitur in *pſal.* 58. *convertentur ad veſperam in Jer.* 23. *in diebus illis ſalvabitur Juda*. Nihilominus quia Chriſti plebi fuerunt, & ſunt infenſiſſimi hoſtes, ideò à commercio, & colloquiis Sacrarum Virginum, quantum poſſibile eſt arcendi ſunt: *Generatio enim perverſa eſt, & infideles filii Deut.* 39.

14. *NON OSTANTE QUALSISIA STATUTO, PRIVILEGIO O' CONSUETUDINE*. Clauſuræ Monialium cuſtodia principaliter Epiſcopo commiſſa reperitur, neque alteri jus competit dare licentias ingreſſus privativè, non obſtante privilegio, ſive conſuetudine contrariâ, prout diſponunt *Concil. Trid. & Conſtit. B. Pii V. Greg. XV.* & aliorum Pontificum, & nuper declaravit *Sac. Congregat. Concilii in Bononien.* 17. *Maii* 1704. neque licentias dare pro allocutione abſque participatione Epiſcopi ibidem in reſponſione *ad quartum*: quia Decretis Conciliaribus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis clauſuram præcipientibus, contraria Conſuetudo non obſtat, ut eadem Congregat. declaravit *in Sabinen.* 3. *Julii* 1632. in qua propoſitis ad inſtantiam Card. Epiſcopi ſequentibus dubiis nempè.

I. *An violantes Clauſuram Monialium ad malum finem, non tamen prætextu licentiarum, incidant in Excommunicationem ſolo Summo Pontifici reſervatam?*

II. *An admittentes hujuſmodi violantes in Clauſuram ſint excommunicationi obnoxii?*

III. *An Decretis Conciliaribus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis Clauſuram præcipientibus obſtet contraria Conſuetudo, etiam poſt Concilium introducta?*

IV. *An in Conſecratione Monialium poſſint Moniales egredi Clauſuram in ipſo actu Conſecrationis?*

V. *An occaſione hujuſmodi Conſecrationis poſſint Magiſter Cæremoniarum, & Conſanguinei, ſeù affines ipſarum conſecrandarum ſaltem ex permiſſione Epiſcopi Clauſuram impunè ingredi?*

Sac. &c. reſpondit.

*Ad* 1. *Eſſe reſervatam Summo Pontifici?*

*Ad* 2. *Superiores admittentes hujuſmodi violatores in Clauſuram eſſe excommunicationi obnoxios?*

*Ad* 3. *Decretis Conciliaribus, & Conſtit. Apoſtolicis Clauſuram præcipientibus nullam Conſuetudinem obſtare?*

*Ad* 4. *In Conſecratione Monialium ſervandum eſſe Pontificale Romanum?*

*Ad* 5. *Ingreſſum in Monaſterii Clauſuram, neque Magiſtro Cæremoniarum, neque Conſanguineis ipſarum Monialium eſſe permiſſum lib.* 14. *Decr. pag.* 637.

5. Et non tantum ingreſſum, ſed neque egreſſum valent Ordinarii Monialibus permittere in aliis caſibus quantumvis gravibus in Conſtitutione Pii V. non contentis, ideſt niſi in caſu lepræ, magni incendii, & Epidemiæ, ut preter *Fagnan. allegatum tom.* 1. *tit.* 7. *annot. ad form.* 1. *num.* 4. declaravit quoque *Sac. Congregat. Epiſc.* litteris ſcriptis Nuncio Hiſpaniarum 8. *Novembr.* 1594. in quibus nomine Epidemiæ, quemcunque morbum Populare contagioſum intelligi debere reſpondit.

16. *ED' ANCHE ALLE CENSURE*. *Sac. Congregat. Concilii in Auximana* 26. *Jan.* 1658. declaravit Epiſcopum ad Clauſuram Monialium cuſtodiendam, etiam in Monaſteriis ſubjectis Regularibus, uti poſſe cenſuris, eaſque ligare, nè dum Regulares accedentes, ſed etiam Moniales facta de illis mentione, & Regulares non poſſe abſolvere incurſos. *Et Sac. Congregat. Epiſc. in Anconitana* 8. *Novembr.* 1585. quod poſſet acceſſum prohibere etiam ſub pœnâ corporis afflictivâ.

17. Cenſuris autem affici poſſunt Regulares non ſolum ſi alloquantur cum Monialibus, ſed etiam cum Abbatiſsâ, juxtà declarationem *Sac. Congregat. Concilii* datam dubio propoſito per Commiſſarium Generalem Ord. Min. S. Franciſci *de anno* 1654. Quærenti enim ille = *An Regulares ad dicta Monaſteria accedentes, & cum Abbatiſsâ alloquentes, incurrerent pœnas in eiſdem Decretis inflictas, quas incurrunt Regulares, qui accedunt, & loquuntur cum aliis Monialibus?* Congregat. reſpondit = *Regulares alloquentes cum Abbatiſsâ incurrere eaſdem pœnas lib.* 19. *Decr. pag.* 425. Item Subcollectores, qui accedunt ad collocutoria ſine licentiâ *Sac. Congregat. Conc. in Taurinen.* 13. *Maii* 1628.; Judices verò laici, qui accederent ſine Epiſcopi veniâ pro interponendo Decreto in Contractu Virginis Sæcularis exiſtentis in Monaſterio, pœnâ pecuniariâ mulctandi eſſent: quibus tamen per Epiſcopum, niſi ex legitimâ causâ renuat, deneganda non erit *Sac. Congregat. Concil. in Anconitana* 18. *Novemb.* 1645. *lib.* 17. *Decr. pag.* 525. Clerici autem, qui Collocutoria frequentant, ſunt ſuſpendendi *cap. Monaſteria de vit. & honeſt. Cleric.*

18. Ut igitur Clauſura Monialium ubique tuta reddatur, poteſt Epiſcopus illam viſitare, etiam remotâ quacunque Superiorum Regularium negligentiâ, aut ſuſpicione vio-

ne violationis, illiſque irrequiſitis, & inconſultis, non ſolum per ſe ipſum, ſed etiam per ſuum Vicarium Generalem ad hoc ſpeciale mandatum habentem, & in caſu reſiſtentiæ, poterit contra renuentes, & contradictores, ad pœnas etiam cenſurarum procedere, prout declaravit *Congregat. Concilii in Limana* 12. *Auguſti* 1628. *lib.* 13. *Dec. pag.* 512. *& in Auguſtana* 12. *Januarii* 1630. *lib.* 14. *dec. pag.* 171. *& in Rhegien.* 9. *Novem.* 1630. *dict. lib.* 14. *pag.* 340. *& in Colimbricen.* 26. *Maii* 1640. *& in Neapolitana* 14. *Novembr.* 1648. *lib.* 18. *dec. pag.* 529.

Cœtera, quæ ad hanc rem pertinent, vide *tom.* 1. *tit.* 11. *per tot. & in Appendic. ad Decr. Urban. VIII. ſuper acceſs. Regular. ad Monaſt. Monial. pag.* 309. *& ſeqq.*

## Decreti publicationis Teſtamenti Parochi.

### *FORMULA XVI.*

### SUMMARIUM.

1. *Teſtamenta Parochorum manu conſcripta debent publicari, nè voluntates Teſtatorum pereant.*
2. *Teſtamenti Parochi manu conſcripti publicatio fieri poteſt coram quocunque Judice Ordinario, & num.* 3.
4. *Teſtes Examinati ad perpetuam, non probant, niſi fuerint examinati coram Judice.*
   *Teſtes examinati coram Judice incompetente, nihil probant, imò nec indicium faciunt, ibi.*
   *Teſtes nulliter examinati coram Judice competente faciunt indicium, & adminiculum ibi.*
   *Teſtes examinati ad perpetuam ſi repeti non poſſunt, quia mortui, vel abſentes ſunt, probant ibi.*
   *Teſtes examinati à Notario ſine expreſsâ Judicis commiſſione, nihil probant, ibi.*
   *Teſtium examen in Criminalibus Notario committi non poteſt, ibi.*
5. *Teſtes concordantes cum Parocho in ſubſtantiâ diſpoſitionis non dicuntur contrarii, licet in aliquo diſcordent.*
6. *Teſtis retractans in ſecundo examine primam depoſitionem coram Judice factam, ſtandum eſt primo dicto.*
7. *Fallit regula in pluribus caſibus, & num.* 8. *&* 9.
10. *Publicatio Teſtamenti à Parocho conſcripti fieri debet citatis intereſſe habentibus.*
11. *Teſtator, qui non habet hæredes neceſſarios, non tenetur in foro conſcientiæ bona relinquere Conſanguineis, quando non ſunt in extremâ neceſſitate, vel adeſt qui eos alere poteſt.*
12. *Camera Apoſtolica habet intereſſe in bonis Religioſi Apoſtatæ decedentis extrà Religionem.*
13. *Religioſi Domus S. Spiritus in Saxia dè Urbe non poſſunt Teſtamenta condere.*

VISIS COMPARITIONE, ET INSTANTIA N. coram nobis factis, & ſuper publicatione Teſtamenti quondam N. loci N. manu Parochi N. conſcripti, & exhibiti: viſaque ejuſdem Teſtamenti ſcripturâ, & ſuper veritate diſpoſitionis hujuſmodi d. Parocho, ſpontè ſe examini ſubjiciente audito, ac ejus juramento recepto: *Examinatiſque coram Nobis teſtibus*, in eo per eundem Parochum adhibitis, eoſque ſuper toto tenore dicti Teſtamenti, cum depoſitione, & ſcriptura Parochi *concordare reperto*: citatiſque etiam *per proclama intereſſe habentibus*, præfatum Teſtamentum dicti quondam N. publicavimus, & publicamus, & pro publicato, ſcripturaque publica haberi volumus, & pronunciamus, ac Inſtrumentum publicum, quatenus requiratur deſuper confici, & extradi mandamus omni &c. Datum &c.

N. Vic. Generalis N.

( Sive N. Judex Ordinarius loci N. )

*N. Cancellarius.*

### ADNOTATIONES.

1. *VISIS COMPARITIONE, ET INSTANTIA.* Licèt regulariter publicatio teſtamenti Parochi, fiat ad inſtantiam hæredis ſcripti, aut aliorum intereſſe habentium: nihilominus, ſi iſti per incuriam, illam non peterent, vel nollent, poteſt, imò debet fieri ad petitionem ejuſdem Parochi, vel Promotoris legatorum piorum Curiæ Epiſcopalis ex officio; nè propter ignorantiam plebis reputantis Scripturam Parochi, abſque alia publica-

blicatione validam, & probantem eſſe; Teſtatorum voluntates pereant, ut jam monui *tom. 1. annot. ad Form. 19. tit. 10. num.* 57. Ubi *num.* 24. & ſi de praxi ſervanda verba fecerim: quia tamen Formulam Decreti publicationis hujuſmodi invitus dare neglexi: modò hic illam reponere, & praxim ibi traditam auctoritate firmare curavi.

2. Nam preter *Tuſch.* quem allegavi *littera T. concl.* 109. eamdem tradit, & approbat *Oinot. ſuper Inſtit. tit.* 10. *de Teſtam. ordin.* §. *fin.* ſic inquiens: *Sine ſcripturâ fit Teſtamentum nuncupativum, quando Teſtator non adhibito Notario, ſimpliciter exprimit ſuam voluntatem coram teſtibus &c. Et quando hæres nominatus in tali Teſtamento vult, ut illud perpetuò probet, poteſt adire Magiſtratum illius loci, & petere, ut teſtes coram quibus ſic eſt nuncupatus hæres, cum aliis, qui intereſſe prætendere velint citentur, in quorum præſentiâ producat hæres memoriale à privato quodam ſcriptum* (ecce Parochus) *voluntatem Teſtatoris continens, ac petat teſtes examinari, ut deponant, an hæc fuerit ultima voluntas Teſtatoris, vel ſi nulla fuerit ſcriptura ab hærede producta, teſtes nihilominus examinentur, & eorum depoſitiones deponantur ad acta Judicis, vel conficiatur ſuper his publicum Inſtrumentum per quod ſemper ultima voluntas Teſtatoris probari poſſit.*

3. Et ſic vides ex hac doctrinâ, quod propoſitio per me firmata *in annot. ad dict. form. 19. tit.* 10. *num.* 45. *& ſeqq.* nempè, quod proceſſus iſtius publicationis fieri poſſit coram quocunque Judice Ordinario, vera eſt: Etenim cum appellatione Magiſtratus veniant Judices Ordinarii, ut probat *Marant. in ſua prax. par.* 4. *in* 5. *diſt. judic. num.* 49. ſequitur quod etiam Judex Eccleſiaſticus, & non tantum laicus, (ut aſſerunt contrarii) ſit competens: ſicuti enim inſinuatio Donationis poteſt fieri coram quocunque Judice, etiam, ſi Donator, & res donata non ſubſit illius juriſdictioni, ut dicit *Fenz. ad Stat. Urb. cap.* 150. *num.* 15. *& ſeqq.* ita, & publicatio teſtamenti privati, quæ inſinuationi æquiparatur.

4. *EXAMINATISQUE CORAM NOBIS ETC.* Ponitur in Decreto hæc clauſula ad demonſtrandum, quod teſtes recepti, fuerunt legitime examinati: Nam examinati ad perpetuam rei memoriam non probant, niſi ſint examinati coram Judice, ut dixit *Rota coram Duran. dec.* 363. *num.* 7. *& ſeqq.* Si verò Judex, qui illos examinavit non erat competens, non ſolum non probarent, ſed nec indicium facerent *Gratian. diſcept.* 674. *num.* 16. *Zuff. de legit. proc. qu.* 54. *num.* 26. Si autem nulliter eſſent examinati, dummodò Judex ſit competens, faciunt indicium, & adminiculum *Nicol. lucubr. Can. lib.* 2. *tit.* 20. *n.* 8. Teſtes verò Examinati ad perpetuam, ſi repeti non poſſunt, quia ſunt mortui, illorum examen probat, & ſubſtinetur *Gonzal. ad regul.* 8. *Gloſs.* 9. *annot. contr. nullit. num.* 76. *Add. ad Greg. deciſ.* 434. *num.* 18. *Paſſerin. Tribun. Regul. quæſt.* 11. *art.* 2. *num.* 29. Teſtes demum examinati à Notario ſine expreſsâ Judicis commiſſione nihil probant *Rot. coram Coccin. dec.* 182. *num.* 6. imò in criminalibus quod Examen teſtium Notario committi non poſſit, tenet expreſsè *Gaballin. in Gloſs. ad Conſtit. Ægid. lib.* 4. *cap.* 21. *num.* 3.

5. *CONCORDARE REPERTO.* Hoc eſt in ſubſtantialibus: nam ſi teſtes, & Parochus in aliquibus circumſtantiis eſſent diſcordes, & in ſubſtantiâ diſpoſitionis teſtamentariæ convenirent, optimè corcordarent, ad tradita *per Rot. dec.* 53. *num.* 13. *& dec.* 173. *n.* 8. *par.* 13. *rec.* Teſtium enim depoſitiones, ut reducantur ad concordiam, (ne actus deſtruatur) ſemper facienda eſt omnis poſſibilis interpretatio *Rot. coram Pen. dec.* 194. *num.* ... *& dec.* 270. *num.* 22. *par.* 7. *rec.* & præſertim in hac materiâ, in qua Judex procedit extrajudicialiter, ſummariè, & ſolâ veritate Scripturæ recognitâ.

6. Si autem aliquis teſtium, poſt depoſitionem coram Judice factam, illam in alio examine retractaret, ſtandum eſſet primæ, & non ſecundæ depoſitioni *Gloſs. in cap. per tuas verb. informare de prob. cap. cum in tua verb. in hoc caſu verſ. tamen ſi teſtes de teſt. & in cap. veniens il* 2. *verb. voluerunt eod. tit. & in cap. præterea verb. incontinenti, ubi Hoſt. & Innoc. de teſt. cog. Rot. dec.* 346. *num.* 2. *par.* 1. *div. & in rec. par.* 4. *dec.* 605. *num.* 3. Et ratio eſt, quia quando teſtis jurat in ſecundo examine, eo ipſo jam declarat ſe periurum, qui prius falſum juravit. Secundò quia per primam depoſitionem jam jus quæſitum fuit parti, vel Fiſco, quod idem teſtis non poteſt amplius auferre. Tertiò denique, quia poſterior depoſitio, ſemper laborat ſuſpicione ſubornationis. Et hæc concluſio vera eſt, etiamſi teſtis retractaret ſuam depoſitionem in articulo mortis, quia tertio cui fuerat per primam depoſirionem jus quæſitum, non poteſt præjuditare *Cæſar. de Graſ. dec.* 1. *tit. de reſt. in integr. Barboſ. Vot.* 16. *num.* 82. *lib.* 2. *Graff. conſ. lib.* 5. *de adult. & ſtup. conſ.* 1. *num.* 25.

7. Excipitur tamen primò, niſi teſtis incontinenti dictũ ſuũ corrigat, quia ſi corrigat ex intervallo ſubornatus præſumitur *Farinacc. qu.* 66. *num.* 127. vel niſi poſteà ex intervallo probabiliſſimam rationem afferat ſui erroris, aut tam integræ fidei perſona ſit, ut ipſi credi debeat aſſerenti fuiſſe deceptum, aut facti oblitum, modò correctio fiat ante publicationem teſtium.

8. Excipitur etiam ſecundò, niſi prior depoſitio extrà torturam ſpontè facta ſit: poſterior verò in torturâ, tunc enim poſterior depoſitio præfertur: ſi ſimus in perſonis, quibus ſine torturâ, fides non adhibetur,

tur, quales ſunt viles, criminoſi, infames; alii enim indebitè torquerentur.

9. Excipitur tertiò, niſi poſterius dictum teſtis, manifeſtis conjecturis, & præſumptionibus ſit adminiculatum, & conjunctum, adeòut non levitate, aut odio, non prece, aut pretio, ſed juxtà omninò ex cauſà, teſtimonium correxiſſe appareat; tunc enim illi præfertur, ſic limitant *Pirhing. in jus Can. lib. 2. tit. 20. ſect. 3. §. 5. num. 159. & ſeqq. & Paſſerin. Trib. Regul. quæſt. 14. art. 4. per tot.* ubi alias limitationes affert.

10. *ETIAM PER PROCLAMA*. In publicatione faciendâ Teſtamenti privati de quo agimus, intereſſe habentes ſi certi ſunt, legitimo modo citari debent, cœteri verò incerti per proclama ut docet *Marant. in prax. par. 6. de citat. n.* 109. At non ſunt citandi neque vocandi tanquam pars, ſeù tanquam rei pro introductione judicii, aut conteſtatione litis, ſed ſolummodò citatione generali, *ut compareant quatenus ſua putaverint intereſſe*, & ſi compareant, tunc comparent tanquam actores, & eorum comparitio dicitur voluntaria, & non neceſſaria, ut per doctrinam *Baldi in l. teſtamenta omnia Cod. de teſtam.* tenet idem *Marant. d. prax. par. 4. diſt. 7. n. 62. Tondut. de prævent. par. 1. cap. 20. n. 15.* Ideòque ſi opponerent, aut exciperent contra publicationem faciendam, eorum exceptiones eſſent reiiciendæ, & reſervandæ ad judicium ordinarium coram ſuo Judice: neque á pronuncia publicationis daretur appellatio, *Marant. d. prax. par. 6. de appellat. n.* 322.

11. *INTERESSE HABENTIBUS*. Regulariter loquendo, intereſſe habentes, ſunt Parentes, & liberi, qui dicuntur hæredes neceſſarii, & his deficientibus, cœteri conſanguinei Teſtatoris in gradu ab inteſtato ſucceſſibiles, qui jus habere poſſunt in hæreditate defuncti. His autem, An Teſtator, (ſi pauperes ſunt) teneatur in foro conſcientiæ hæreditatem relinquere? *Navar. in manual. confeſ. cap. 26. n. 36. circa finem*, dubio ſic reſpondet: *Quod verò aliqui dicunt Teſtatorem qui nec Parentes, nec liberos, qui ſunt neceſſarii hæredes, habet, teneri ad relinquenda bona Cognatis pauperibus, niſi mali, & indigni ſint, limitandum eſt, ut intelligatur de Cognatis extremè egentibus, quibus nullus alius proximior Cognatus eſt, qui eos alere poſſit, & velit; quia nulla lex naturalis, Divina, vel humana ad plus de præcepto obligat &c.* Et ratio eſt quia ubi non eſt debitum legale, non eſt, quod reſtituatur, & cui nihil juris eſt, nihil juris aufertur, quia privatio præſupponit habitum: eſt enim fortè debitum morale, & antidorale; maximè quando perſonæ propinquæ non ſunt multum conjunctæ, quarum cura ſpecialis nobis non immineat, & ſi magnam neceſſitatem non patiantur *D. Tho. 2. 2. par. 1. quæſt. 32. art. 9. in reſp. ad 1.*

12. Haberet quoque intereſſe Cameræ Apoſtolica, ſi ageretur de Teſtamento Religioſi Apoſtatæ, & extra Clauſtra vagantis: quia bona omnia acquiſita per Apoſtatas ſive per illicitam negociationem, ſive per aliud exercitium, aut alio jure ipſis delata, pertinent ad Spolia favore dictæ Cameræ, vigore Conſtit. Gregor. XIII. la 43. *Bullar. tom. 2.* dummodò tamen extrà Religionem decedant ſi enim ad illam reverterentur, cum ſint verè Religioſi, bona acquiſita bonis Religionis incorporari deberent, ut tradit *Paſqualig. addit. ad contr. Lauret. de franc. par. 1. n.* 1095.

13. Item haberent intereſſe Hoſpitale ſive Domus Oſpitalarium Sancti Spiritus in Saxia Urbis, & cœtera Noſocomia hujus inſtituti, ſi ageretur de Teſtamento alicujus Profeſſi ejuſdem Ordinis: quia licet hujuſmodi Religioſi ſint capaces retinendi, adminiſtrandi, & etiam per actus inter vivos in pios, & religioſos uſus convertendi fructus Beneficiorum Ordinis, ipſis collatorum, ut oſtendi *tom. 1. in Appendic. annot. ad Conſt. Urb. VIII. 267. n. 12. 13. & 14. pag.* 292. nihilominus per actum ultimæ voluntatis de illis, ac aliis bonis, nec diſponere, nec Teſtamentum condere poſſunt, quamvis licentia Præceptoris, ſeù Commendatoris Domus intercederet, prout expreſsè prohibuit *Sac. Congr. Viſitationis Apoſtolicæ ſub die 19. Jan. 1696. Decreto 5.* & approbavit *Congreg. Particularis quinque Cardinalium in* d. cauſa ſuper eorum votis deputator. *d ie 25. Julii ejuſd. anni*

## Teſtamenti Epiſcopi pro Animâ defuncti ab inteſtato.

## *FORMULA XVII.*

### SUMMARIUM.

1. *Qui habet Indultum te ſtandi* omiſsâ omni ſolemnitate, *poteſt teſtare per ſimplicem ſchedulam abſque teſtibus.*
2. *Infirmi Hoſpitalium poſſunt liberè diſponere de rebus ſuis.*
3. *Conſuetudo condendi Teſtamentum per Epiſcopum pro animâ defuncti ab inteſtato, eſt ſervanda cum conditionibus præſcriptis à Sac. Congregat. & affertur Decretum num. 5.*
6. *Terminus ad exequendam Epiſcopi diſpoſitionem pro animâ defuncti debet eſſe congruus.*
7. *Commiſſarii Fabricæ S. Petri de Urbe non poſſunt ſe ingerere in executione legatorum piorum, ubi Epiſcopus prævenit, vel eſt executor ſpecialiter deputatus, & num. 8.*
9. *Teſtes de obitu alicujus poſſunt recipi, & examinari per Judicem ex officio.*
10. *Confeſſio facta in articulo mortis, an & quando probet oſtenditur.*
11. *Clericus decedens ab inteſtato, ſine hærede, Epiſcopus erit hæres, non autem Fiſcus laicalis.*

Haven-

HAvendoci riferito N. Paroco della Chieſa N. di queſta Città d'N. che ſotto li . . . . . del corente Meſe ſia morto N. *ſenza haver fatto Teſtamento*, ò altra diſpoſizione à prò, & in ſuffraggio della propria Anima, e volendo Noi *ſecondo il lodevole coſtume, e conſuetudine* di queſla noſtra Dioceſi ſupplire à queſta mancanza, affinche l'Anima di detto defonto venga ſuffragata, & havendo ben conſiderato la qualità della perſona, il valore dell'Eredità, ſentito il di lui Erede ab inteſtato: invocato il nome del Signore Dio, diſponiamo in nome di lui nel modo ſequente.

Che N. Erede ab inteſtato, oltre le ſpeſe del funerale, ſia tenuto, & obligato, ſi come Noi l'obligamo erogare degl'effetti di detta Eredità ſcudi cento moneta nelle ſequenti opere pie per ſuffragio dell'Anima di detto N. *nel termine di giorni*———

Per Meſſe baſſe da celebrarſi coll'elemoſina manuale nelle Chieſe da eleggerſi da detto Erede———

Per elemoſine di pane al Convento de PP. N.———

Per un Calice, Patena, e Pianeta di diverſi colori alla Chieſa di N.———

Per provedimento di biancherie all'Oſpidale N.———

E queſto diciamo, e vogliamo, che ſia il Teſtamento di d. N. defonto à favore di pia cauſa c'habbia il ſuo pieno effetto, ed'eſecuzione *come s'egli ſteſſo* di ſua propria bocca; *haveſſe coſi ordinato*, e diſpoſto in ogni modo migliore.

N. Veſcovo N.

*Præſens Teſtamentum fuit publicatum die . . . . Menſis . . . . anni . . . . præſentibus N. N. & N. N. teſtibus, & die . . . . fuit intimatum N. Hæredi ab inteſtato relictâ in ejus manibus copiâ, ut ex relatione Curſoris de quà in actis.*

*Ita eſt N. Cancellarius Curiæ Epiſcop. N.*

## ADNOTATIONES.

1. *SENZA HAVER FATTO TESTAMENTO*. Qui habet indultum teſtandi à Papa cum clauſulâ *omiſsâ omni ſolemnitate*, ſi diſponat per ſimplicem Schedulam abſque teſtibus, non dicitur deceſſiſſe ſine Teſtamento: nam Schedula hujuſmodi ſtaret loco validi teſtamenti etiam ſine teſtibus, quia teſtes de jure gentium requiruntur pro formâ probatoriâ, & ſic cum cœteræ ſolemnitates requirantur de jure civili poſitivo, bene potuit Pontifex diſpenſare reducendo rem ad terminos juris naturæ: adeò ut ſola veritatis naturalis probatio ſufficiat: prout contingit in Indultis Cardinalium de quibus *Card. de Luc. de teſtament. diſc.7.& 8.* ſecus ſi Indultum talem clauſulã ſeù diſpenſationẽ nõ haberet: quia tunc facultas teſtandi remaneret ſub diſpoſitione juris, & teſtes omnino adhibendi eſſent, ut diſtinguit *Altogr. cõſult.15.n.4.10.& 27.* vel Teſtamentũ eſſet conditum ante obtentam licentiam, quia tunc eſſet invalidum *Ricc. in prax. par. 3. reſol. 302. n. 5.*

2. Si autem defunctus inteſtatus obiiſſet in aliquo Hoſpitali ſivè ſæcularium, ſivè Regularium, puta PP. S. Jo. Dei adhuc Epiſcopus poſset pro illius Anima teſtamentum condere: quia infirmi, qui ibidem detinentur, liberè diſponere valent de rebus ſuis, & quatenus non diſponant, hæreditas tranſit ad conjunctos, niſi conſtaret de contrariâ Conſuetudine legitimè præſcriptâ, ut reſpondit *Sac. Congr. Concilii in Praghen. 8. Maii 1682. lib. 32. fol. 133.*

3. *SECONDO IL LODEVOLE COSTUME, E CONSUETUDINE*. Conſuetudinem vigentem in aliquibus Regni Neapo litani Provinciis, condendi Teſtamentum ab Epiſcopis pro Animabus defunctorum ab inteſtato, fuiſſe olim, & uſque *ſub die 7. Junii* 1594. in una *Nucerina Paganorum à* Sac. Congr. Epiſc. approbatam, jam conſtat, ſequentibus tamen modificationibus *Primo che ſi faccia con paterna diſcrezione conſiderando la qualità della perſona, facoltà, famiglia, & eſercizio. Secondo, che gli Heredi medeſimi eſeguiſchono la diſpoſitione predetta, non uſando la forza, ſe la mora non ſarà colpevole. Terzo l'applicazione ſi facci à quei luoghi, & uſi pii, à quali veriſimilmente il Defonto haveſſe maggior inclinazione, e divozione. Quarto, che il Veſcovo, ò ſuoi Offiziali in qualunque modo non ricevano alcuna coſa per tali diſpoſizioni nè meno per ragione di quarta.*

4. Verum quia lapſu temporis in conficiendis hujuſmodi teſtamentis, abuſus irrepſerant, & Epiſcopi illarum partium, præfatis conditionibus non ſervatis cum gravamine ſubditorum, facultate abutebantur, ad tollendos recurſus, eadem Sac. Cengregatio Papâ jubente, Decreto generali omnibus Epiſcopis illius Regni (per Nuncium Apoſtolicum tranſmiſso) conditiones per antiqua Decreta præſcriptas (ſub pœnis in eo contentis) in hunc qui ſequitur modum, iterum ſervandas eſse mandavit.

5. *Die 19. Auguſti* 1678. Napoli al Nun-
„ zio Apoſtolico Circa li Teſtamenti, ancor-

„ che da queſta Congregazione de Veſcovi „ e Regolari ſia ſtata più volte ammeſſa „ l'antica, e pia conſuetudine introdotta „ in alcune Dioceſi di fare il teſtamento ad „ pias cauſas, volgarmente chiamato il Te- „ ſtamento dell'Anima per quelli, che muo- „ jono inteſtati, hà però ſempre la medeſi- „ ma in occaſione d'eccesſività preſcritte agl' „ Ordinarii diverſe forme, e condizioni: ma „ ſentendoſi di continuo nuove doglianze per „ diverſi abuſi, che ſequono in tal materia, „ la Santità di N. S. in congiuntura di ri- „ corſo fatto alla medema per la Dioceſi „ di Frigento, hà reſcritto à queſta Sac. Con- „ gregazione, che con particolare applica- „ zione proveda ſi in queſta Dioceſi, come „ nell'altre, onde à relazione del Signor Card. „ Caſanatte per rimediare ad ogni abuſo, „ queſti Eminentiſſimi Signori Cardinali miei „ Colleghi reaſſumendo gli ordini altre vol- „ te dati, e le condizioni appoſte in materia „ di detti Teſtamenti ad pias cauſas, & aggiun- „ gendovi le infraſcritte pene per l'oſſervan- „ za più eſatta di dette condizioni, mi han- „ no comandato di ſcrivere à V. S. che tran- „ ſmetta copia autentica di queſta lettera „ à tutti gl'Ordinarii ſogetti à coteſta Nun- „ ziatura, eſſendo anche tale la mente di S. „ Beat. con la approvazione della quale ſi è ve- „ nuto alle riſoluzioni ſeguenti.

„ E primieramente, per cauſa del pagamen- „ to di dette pie diſpoſizioni, ò Teſtamen- „ to dell'Anima, non ſi ritardi dagl'Ordina- „ rii, ò Parochi la ſepoltura de Cadaveri, „ ancorche gl'Eredi del morto inteſtato eſpreſ- „ ſamente contradiceſſero, ma prontamen- „ te detti Cadaveri ſi ſepeliſcano, ſenza aſpet- „ tarſi nè il pagamento, nè la promeſſa, ò „ ſicurtà di pagare, e ciò ſotto pena della „ ſoſpenſione à Divinis da incorrerſi ipſo fa- „ cto, riſervata à queſta Sac. Congregazio- „ ne l'aſſoluzione, ſenz'altra ſentenza ò De- „ creto.

Secondo, che ſotto la medema pena di „ ſoſpenſione come ſopra gli Ordinarii non „ prendono minima parte di dette pie di- „ ſpoſizioni ò Teſtamenti dell'Anima, „ nè per ſe, nè per le loro Curie, & Of- „ ficiali, ancorche le pretendeſſero ſotto ti- „ tolo di Quarta Canonica, ò della fabrica „ della Chieſa, ma tutto ſi ſpenda intieramen- „ te per ſuffragio dell'Anima del morto in- „ teſtato in tante Meſse, & opere pie in con- „ formità della divozione, che hà moſtrato „ in vita l'iſteſso defonto inteſtato. Anzi ne „ anco prendono emolumento alcuno, per „ la ſentenza ò Decreto condannatoria, ò „ aſsolutoria degl'Eredi, tanto per l'Eredità „ de i morti inteſtati, quanti de i morti te- „ ſtati.

Terzo, che nel far detti Teſtamenti ad „ pias cauſas, ſi habbia riguardo dagl'Ordi- „ narii con paterna diſcrezzione à diſporre „ di poca quantità, che non ecceda la vigeſi- „ ma parte del valore di tutta l'Eredità, de- „ tratti tutti i debiti Ereditarii; anzi non ec- „ ceda mai la ſomma di cento Scudi, ò du- „ cati, ancorche l'Eredità arrivaſse al valore „ di ventimila ſcudi.

Quarto, che tutto ſi faccia col conſeglio „ degl'Eredi caritativamente, e con eſpreſſio- „ ne di tante Meſse, e tali opere pie.

Quinto, che per gl'inteſtabili, che muojo- „ no ſenza Patrimonio, non ſi eſigga coſa „ veruna.

Seſto, che s'intendono gl'Ordnarii eſser „ quelli nella Dioceſi de quali muojono „ gl'inteſtati, non dove ſono gli beni „ Ereditarii, ò ſono nati, ò habitano gl' „ Eredi.

Settimo, che doveranno li medeſimi Or. „ dinarii dar tutte queſte notizie à loro Pa- „ rochi, accioche non ſia mai luogo à ſcu- „ ſa d'ignoranza, e reſti puntualmente adem- „ pita la Santa mente di N. S. e delle EE. „ loro. Tanto dunque eſequiſca &c.

6. *NEL TERMINE DI GIORNI*... Tempus præſcribendum Hæredi ad exequendas Epiſcopi teſtantis ordinationes, debet correſpondere qualitati, & naturæ operum piorum injunctorum, quò commodè, & diſcretè adimpleri poſſint; ac indè etiam dignoſci, an mora in exequendo ſit culpabilis nec nè, ad hoc ut Epiſcopus vi illum compellere valeat, juxtà unam ex conditionibus antiqui Decreti mox ſupra relati: Unde non tantum dies aliquot; ſed, & plures menſes aſſignandi erunt pro exequutione, ſi opus pium injunctum id exigat, & requirat.

7. Neque de horum piorum operum implemento cognoſcunt Commiſſarii fabricæ S. Petri de Urbe: tùm quia in cauſis in quibus Epiſcopi eos præveniunt, non poſſunt Officiales iſti illas præripere, per ea quæ dixi *in Appendic. tom. 1. annot. ad Conſt. Urb. VIII. de largit. muner. n. 19. & ſeqq. pag. 293.* & ſentire reſpondit Sac. Congr. Concilii, in qua propoſitis Dubiis,

I. *An Commiſſarius R. Fabricæ S. Petri poſſit recognoſcere an ſint adimplenda legata poſt viſitationem Epiſcopi, cognito per eum fuiſſe executioni demandata?*

II. *An exhibitâ quietantiâ per eos, qui gravati ſunt ſolvere legata pia, ſeù alia ſcriptura per quam probetur ſatisfactio coram Commiſſario Fabricæ, teneatur aliquid ſolvere pro exhibitione, ſeù Decreto quod Commiſſarius de ſua voluntate vult interponere, ne amplius d. exhibens moleſtetur, nullâ factâ inſtantia per exhibitorem?*

III *An iidem Subditi teneantur pluries in anno, quoties requiſiti ſint, ſubmittere ſe juriſdictio-*

*dictioni prædictorum Commiſſariorum, vel ſemel in anno? Die 22. Junii 1624. prodiit reſolutio ſequens.*

Congreg. Concilii quo

*Ad 1. viſa eſt ſentire, quotieſcunque Commiſſario legitimè conſtiterit Epiſcopum exigiſſe rationes piorum legatorum, ac pronunciaſſe onera fuiſſe adimpleta, nequaquam licere Commiſſario; ſed nec pendente cognitione coram Ordinario, qui in cauſa prævenit, præripere, ac ſibi vindicare.*

*Ad 2. idem viſa eſt ſentire pro hujuſmodi Decreto abſolutionis, ac liberationis, nihil prorſus eſſe Commiſſario perſolvendum.*

*Ad 3. inclinavit pluries in anno, quando opus fuerit licere rationes exigere.*

*Verum de his cenſuit nihil eſſe decernendum niſi auditâ Congregatione Fabricæ lib. 44. decr. ſeù poſit. pag. 320.*

8. Tum quia cum hic Epiſcopus non ſolum ſit Executor à jure datus, verum etiam à conſuetudine Diœceſis, (quæ vim legis municipali habet) ſpecialiter ad hoc electus reperiatur, ſilere debet officium Commiſſariorum, niſi daretur ſupina negligentia, aut malitia ejuſdem Epiſcopi ad tradita per *Pignatell. conſ. 69. n. 1. tom. 6.* quo caſu nihil prorſus pro ſe, nihilque pro Fabricâ retinere minimè poſſent, ſed totum in ſuffragium Animæ Defuncti, ad formam diſpoſitionis factæ ab Epiſcopo, applicare tenerentur, juxtà præſcripta in relato Decreto à Papa approbato.

9. *DEL DETTO N. DEFONTO.* Si defunctus extra locum domicilii deceſſiſſet, & de obitu per fidem Parochi non conſtaret; nemoque alius de obitu Epiſcopo notitiam deferret, tunc orta fama, deberet ad inſtantiam Promotoris fiſcalis, informationem capi mandare: quia teſtes ſuper obitu alicujus, poſſunt recipi à Judice ex officio, etiam parte non auditâ, nec citatâ *Felin. in cap. 1. ut lit. conteſt. §. porrò* quem refert, & ſequitur *Marant. in repetit. text. in l. is poteſt ff. de acquir. hæred. n. 182.*

10. *COME S'EGLI STESSO HAVESSE COSI ORDINATO.* Quid ſi defunctus, qui non condidit Teſtamentum, feciſſet in articulo mortis aliquam confeſſionem pro exoneratione conſcientiæ? an inquam probaret, & eſſet attendenda? Et videtur diſtinguendum: aut Defunctus faſſus fuit depoſitum, pignus, debitum pro malè ablatis, vel contractum læſivum, aut uſurarium, & tunc confeſſionem de æquitate probare, habere privilegium piæ cauſæ, & obligare hæredem, etiamſi alia non concurrant adminicula tenent *Tondut. quæſt. benefic. tom. 1. cap. 108. n. 19. Rot. coram Coccin. dec. 2242. n. 19.* ubi quod talis confeſſio æquiparetur diſpoſitioni factæ ad favorem Animæ, & cauſæ piæ: aut faſſus fuit falſum in aliquo examine depoſuiſſe, vel tanquam denunciator rei occultæ, ſeù impedimenti teſtificetur, & tunc contra tertium, ſi confeſſio aliundè non probetur nihil afficit, quia non cuilibet aſſerenti (licet agat in extremis) eſt fides præſtanda, cum non omnis moriens juſtus credatur *Graff: lib. 5. conſil. tit. de adulter. & ſtup. conſ. 1. n. 23. 24. & 25. & deciſ. aur. par. 1. lib. 2. cap. 132. n. 34.* niſi concurrerent aliæ urgentes coniecturæ ex quibus Judex inducatur ad ſic credendum *Vulpin. ſucc. Farinac. par. 5. quæſt. 46. n. 2. & trib. ſeqq.*

11. Si autem aliquis Presbyter abſque Teſtamento, & abſque hærede decederet, tunc Epiſcopus eſſet hæres, non autem Fiſcus laicalis, ad effectum tamen diſponendi juxtà regulas canonicas, ut reſpondit Sac. Congreg. Immunit. in Burgi S. Donnini 26. *Auguſti 1669. lib. 1. dec. Altov. pag. 390.* ideſt juxtà præſcriptum *Canon. Epiſcopus 23. præcipimus 24. & c. res Eccleſiæ 26. 12. quæſt. 1.* Nam licet Epiſcopi habeant Fiſcum *Bellett. diſq. cleric. par. 1. de bon. cleric. §. 14. n. 8.* non tamen ut ſibi bona confiſcata appropriént, ſed ut in uſum Eccleſiæ, & pauperum diſtribuant *Bellett. ibi n. 2.* ubi concordantes.

## Inſtructio Proceſſus ſuper cultu, fama Sanctitatis, & miraculorum Servi Dei coram Ordinario conſtruendi.

## *FORMULA XVIII.*

### SUMMARIUM.

1. *Epiſcopi in eorum Diœceſi auctoritate ordinariâ conficere poſſunt Proceſſus ſuper virtutibus, & miraculis Servorum Dei.*
2. *Datur inſtructio pro compilatione proceſſus uſque ad num. 20.*
3. *Referuntur Decreta ſervanda in fabricatione Proceſſuum Servorum Dei, uſque ad n. 42.*
42. *Chriſtus habuit teſtes de vera humanitate, vera Divinitate, vera paſſione, vera reſurrectione.*

1. Archiepiſcopi, & Epiſcopi in eorum Diœceſibus poſſunt auctoritate propriâ ordinariâ conficere Proceſſus ſuper Vitâ, & miraculis illius de cujus Beatificatione, & Sanctificatione agitur, vel alteri committere vices ſuas, ſervatis tamen (adhoc ut ſint relevantes) quæ præſcribuntur in Decretis gene-

ralibus Urbani VIII. ac aliis Sac. Congregat. Rituum inferius dandis *Coutelor. de Canoniz. Sanctor. cap. 25. n. 1. & per tot.* Undè poterit dirigi Proceſſus hoc modo videlicet.

2. Compareat in primis coram Epiſcopo Procurator legitimus, habens adhunc effectum ſpeciale Mandatum Procuræ illius, qui Poſtulatoris figuram facit, ac mediante ſupplici libello iſtet ad conſtructionem Proceſſus deveniri: Epiſcopus valens de per ſe negocium peragere, prout exoptant litteræ circulares in dictis Decretis generalibus inſertæ ſub pag 58. annuere poterit inſtantiæ, & proptereà deputare Promotorem Fiſcalem, qui ſemper in qualibet actu citari debet; eliget Notarium Apoſtolicum, qui acta conſcribat, & Curſorem, ſeù Curſores, qui Citationes, intimationes, aut monitoria exequantur: deſtinabit locum Sacrũ locũ loci pro Teſtiũ juramentis, & depoſitionibus recipiẽdis, ac pro aliis peragẽdis, reſervatâ facultate variandi; deſtinabit dies, & horas Audientiarum, & tandem mandabit pro die, & hora ſibi bene viſa, citari dictum Promotorem Fiſcalem, ad dicendum contra hujuſmodi ſuum reſcriptum, ſeù Decretum, & ad videndum per ipſum Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum, & alios ut ſupra deputatos, juramentum præſtari, nec non ad illud ſimili modo præſtandum juxtà formam Decretorum noviſſimorum: Et de hoc primo actu prorſus extrajudiciali celebrabitur Inſtrumentum per aliquem Notarium eidem Epiſcopo beneviſum, qui deinde illum prout infra conſignare debebit Notario Deputato.

3. Si verò Epiſcopus fuerit impeditus, Proceſſum committere poterit ejus Vicario Generali, ſive alteri Perſonæ idoneæ in Eccleſiaſticâ Dignitate conſtitutæ adjungendo illi duos alios Conjudices ad formam prædictarum litterarum circularium.

4. Adveniente verò die, & horâ ſupradictæ citationis, & omnibus in loco deſtinato comparentibus, Procurator citationem reproducendo, Decretum, ſive reſcriptum producet, ac inſtabit pro dicti proceſſus Conſtructione. Tunc primo loco Epiſcopus iterum ſe offerendo promptum ad ulteriora procedere, jurabit de fideliter ſuo munere complendo, ac de ſecretum ſervando juxtà formulam traditam *tom. 1. tit. 7. for. XI.* ſubindeque mandabit ſimili modo jurari per Promotorem, & Notarium Deputatum, nec non etiam per Curſores (, & quo ad iſtos dumtaxat de fideliter exercendo eorum munus) & unuſquiſque tale Juramentum præſtabit.

5. Poſtmodum Promotor proteſtabitur adverſus inſtantiam Procuratoris nihil fieri, niſi eo in quolibet actu citato, jurato de calumnia, ſervatiſque tùm de Jure, tùm juxtà diſpoſitionem Decretorum generalium, & noviſſimorum Sac. Congr. Rit. ſervandis. Et illicò Epiſcopus declarabit ſe Judicem compt entem, mandabit ad ulteriora procedi, & injunget Procuratori ut juret de calumnia (qui ſtatim jurabit), & mandabit antedicto primo Notario, quod aliud Inſtrumentũ publicum de hoc etiam ſecundo actu faciat, ac utrunque deinde conſignet Notario deputato, & de conſignatione ipſa ſtatim facienda fides apparebit. Et tali methodo procedi quoque poterit mutatis mutandis, etiam in caſu delegationis ut ſupra.

6. Fiet deinde pro alio die, & hora citatio ad dicendum contra jura, & in illius termino fiet reproductio duorum præcedentium actorum, nec non productio mandati Procuræ, litterarumque patentium, ſive Privilegiorum Promotoratus D. Promotoris deputati, & reſpectivè Notariatus Apoſtolici Electi (At ſi procedatur per viam delegationis ut ſupra, litterarum quaque Patentium, & Privilegiorum probantium qualitates tùm Judicis Delegati, tùm Adjunctorum) Promotor autem faciet ſuam conſuetam proteſtationem, quæ nunquam prætermitti debet in quolibet actu, & per Judicem ſeù Judices, fiet conſuetum Decretum admiſſionis.

7. Pro altera verò die, & hora cum ſolita citatione, Promotoriſque proteſtatione fiat productio Articulorum, ſuper quibus erunt examinandi Teſtes, ac eorundem Teſtium inductio: Advertendo quod in proteſtatione Promotoris addatur, quod ad examen non deveniatur, niſi dato ſibi congruo termino ad conficiendum Interrogatoria, & niſi cum interventu ſui: Atque Judex, ſeù Judices Articulos admittet, ſeù admittent, mandabit ſivè mandabunt citari Teſtes ad jurandum, & præfiget, ſeù præfigent terminum ad dandum Interrogatoria.

8. Articulabitur primo loco Sanctitas Vitæ d. N. ſucceſſivè fama Sanctitatis, Virutum, & miraculorum; Populorum devotio, & cultus per tempus antiquum, diſtinguendo unam ſpeciem ab altera, per diſtinctos Articulos.

9. Pro altera die citabitur Promotor ad videndum jurare Teſtes, & ad illos ſucceſſivè videndum examinari pro diebus, & horis intimandis, ac inſimul citabuntur ipſi Teſtes inducti ad ſe ſubiiciendum examini: Et adveniente die Procurator inſtabit pro delatione juramenti, Promotor faciet ſuam ſolitam proteſtationem, ac D. Judex, ſeù Judices decernet, ſeù decernent Teſtibus juramentum deferri, & eos examinari ut ſupra; Et in executionem hujus Decreti, Teſtes unus poſt alium jurabunt juxtà formam datam *tom. 1. tit. 7. form. XII.*

10. Poſt hæc deveniendum erit ad eorundem Teſtium examen, præviâ ſemper intimatione Promotoris, & cum illius interventu ac præſentiâ, ſub diebus, & horis, ac in loco

loco, & loco loci deſtinatis. Promotor autem ante primam ſeſſionem producet Interrogatoria clauſa, & ſigillata cum proteſtatione, quod non aperiantur, niſi in actu examinis, & quod in fine cujuſlibet ſeſſionis unà cum depoſitionibus receptis claudantur, & ita practicabitur uſque ad finem examinis Teſtium inducendorum, ita ut ſemper intercedat intimatio Promotoris, ejus proteſtatio, & præſentia, in qualibet ſeſſione appareat de aperitione Interrogatoriorum, & proceſſus: iteretur Teſti juramentum: quilibet examinetur prius ſuper Interrogatoriis, & deinde ſuper Articulis. In fine cujuſlibet ſeſſionis Teſtis ſe ſubſcribat, ac poſt eum Iudex, ſeù Judices, Promotor, & Notarius, ita continuabitur uſque ad finem.

11. Concluſo autem examine Teſtium pro parte Procuratoris Cauſæ inductorum. examinabuntur ex Officio ſaltem alii duo Teſtes, juxtà præſcriptum in Decretis noviſſimis Sac. Congr. Ritum de quibus infra, eiſdem methodo, & ordine præmiſſis recipiendis.

12. Poſt concluſionem Proceſſus examinis Teſtium, deveniri poterit ad compulſionem, & extractionem ſcripturarum, librorum, inſcriptionum, Hiſtoriarum, & partitarum ad cauſam facientium, prout monui in *annot. ad Form. Edicti de Imagin. & ſac. rer. vener. n.* 6. obſervando quod hujuſmodi compulſiones, & extractiones fiant sẽper præviis citationibus, Decretis, & monitoriis contra Archiviſtas, & cœteros Scripturas compulſandas cuſtodientes horis deſtinatis, cum acceſſu formali Judicum, & interventu Promotoris, cum diligenti deſcriprione Archivii, loci, & libri, ex quibus facienda eſt extractio, & compulſatio,

13. Et quatenus ſcripturæ, documenta, libri, Imagines, characteres ſint antiqua, adhibeantur etiam in eodem actu extractionis Periti, qui præviis debitis citationibus, Decretis, juramentis, aliiſque ſolemnitatibus, juxtà eorum peritiam recognoſcant, deſcribant, & referant: de quorum Peritorum qualitate, debet in Proceſſu apparere juſtificatio, vel per teſtes, vel per aliud opportunum documentum.

14. Erit deinde præviis citationibus, & Decretis, ac cum interventu ſupradictorum facienda viſitatio Sepulchri in quo conditum eſt Corpus Beatificandi: ac Imagines illius fortè in aliquo loco expoſitæ, vel adſunt ejus Reliquiæ, vel Tabellæ, & diligenter omnia exactè deſcribentur, adhibitis prout qualitas negocii, & rei exegerit Teſtibus, vel Peritis, & in Proceſſu redigantur.

15. His peractis, ſi videbitur ex Proceſſu jam conſtructo reſultare probationem cultus immemorabilis plenam, tunc ſervatis terminis ſubſtantialibus, & facta omnium actorum reproductione, poterit à D. Judice, ſivè Judicibus ad Sententiæ prolationem deveniri in, qua declarandum erit conſtare de culto ab immemorabili præſtito Beato N. & caſu excepto in Decretis SS. Inquiſitioni, ac propterea eis non fuiſſe contraventum.

16. Si verò agatur de aliquo ſervo Dei recenter defuncto, qui cultum publicum non habeat; ſed de ejus vitæ Sanctitatæ, virtutibus, & Miraculis inquiratur juxtà formam præſcriptam in litteris circularibus (de quibus infra), tunc completo Proceſſu, conſtruendus erit alius proceſſus ſejunctim ſuper non cultu Servi Dei: examinatiſque teſtibus ſer. ſer. ut ſupra, & facta per Judicem, ſeù Judices Viſitatióne Sepulchri præviâ intimatione Promotoris, ac in faciem loci examinatis aliis Teſtibus tùm à Poſtulatore induct is, tùm ex Officio receptis, conſtitoque ad illius Sepulchrum, non adfuiſſe, neque adeſſe Tabellas, ſeù Imagines, ſive ex quavis materia fictas, neque lampades, ſivè alia quæcunque lumina, neque alibi ejus Imagines cum Diademate, laureolis, aliiſque ſignis cultum, & venerationem præſeferentibus: tunc ſer. ſer. ut ſupra pronunciandum erit à Judice, ſeù Judicicibus, non fuiſſe nec eſſe contraventum dd. Decretis, imò paritum, & ſatisfactum.

17. Lata Setentia Procurator Cauſæ inſtabit pro tranſumptatione Proceſſus, petendo ut adhunc effectum eligatur Scriptor, qui illum ſeù illos tranſcribat, & præmiſſa citatione Promotoris, Judex, ſeù Judices decernet, ſeù decernent tranſumptari, & poſtea eligent Scriptorem, qui antequam ei conſignetur Proceſſus ad tranſcribendum, citato, & præſente Promotore jurare debebit, tàm de fideliter explendo munere ſuo, quam etiam de ſervando ſecretum: poſteà citato pariter Promotore, & prævio Decreto eidem Scriptori conſignabitur, ſeù conſignabuntur proceſſus ad tranſcribendum.

18. Transũptatione verò finitâ, prævia iti. dẽ citatione Promotoris, decernẽda erit ejuſdẽ tranſumpti collatio, & auſcultatio cum originali. Ad hunc effectum citato iterum Promotore per Decretum erit deputandus alius Notarius, qui cum Notario Cauſæ collationem, & auſcultationem faciat, & decernendus erit locus, dies, & hora pro ea peragenda, & deinde exacto prius modo quo ſupra etiam ab iſto Notario juramento de fideliter explendo munere ſuo, & ſecretum ſervando, dicto Promotore citato, & aſſiſtente, coram ipſis Judice ſeù Judicibus in loco diebus, & horis deſtinatis fiet, & perficietur collatio, & auſcultatio: quâ perfectâ, citato denuò Promotore, Judex ſeù Judices Decreto declarabunt ritè, & rectè factam, & hoc etiã teſtabutur in eodem proceſſu iidẽ Notarii.

19. Ulti-

19. Ultimo loco Procurator Cauſæ inſtabit deſtinari Portitorem, qui proceſſum ipſum ſeù Proceſſus ſic tranſumptatū ſeù tranſumptatos ad Urbem, & ad Sac. Congreg. clauſum, & ſigillatum ſeù ſigillatos deferat, & prævià citatione Promotoris deſtinato, recipietur ab eodem Juramento de fideliter explendo munus ſuum, & deinde ſubſcripto Proceſſu à Judice ſivè Judicibus, Promotore, & Notario, eoque debitâ legalitate munito, claudatur, & obſignetur ſigillis eorundem ac Portitoris per actum publicum deſuper involucro celebrandum, & conſignetur, ut ad Sac. Congreg. deferatur. Quo mediante Proceſſu introducetur cauſa, & ſucceſſivè examinabitur in ead. Congregatione validitas, & juſtitia ſententiæ Ordinarii ſuper cultu immemorabili: vel ſuper relevantiâ probationum famæ Sanctitatis Servi Dei.

20. Hæc accipe pro regulâ, & Inſtructione generica: ſi autem cupias magis ſpecificam illam habere, conſulas *Matt. de canoniz. ſanctor. par. 5. cap. 5. per tot.* ubi invenies formulas citationum, Articulorum, viſitationum locorum, deſcriptionem Sepulchri, & Sententiarum per extenſum: ego enim hic Amanuenſis perſonam non aſſumo.

# DECRETA

## Sanctiſſimæ Inquiſitionis edita ſub die 13. Martii, & 2. Octobris 1625. pag. 2. 3. 4. 5. & 6.

21. CUM Sanctiſs. D. N. D. Urbanus Divinâ Providentiâ Papa VIII. die 13. Martii 1625. Decretum ediderit infraſcripti tenoris, videlicet.

„Sanctiſs. D. N. ſollicitè animadvertens „abuſus, qui irrepſerunt, & quotidie irrepere nonceſſant in co lendis quibuſdam „cum Sanctitatis, aut Martyrii famâ, vel „opinione defunctis, qui etſi neque Canonizzationis, neque Beatificationis honore „inſigniti ſint ab Apoſtolicâ Sede, eorum „tamen Imagines in Oratoriis atque Eccleſiis aliiſque locis publicis, ac etiam privatis, cum laureolis, aut radiis, ſeù ſplendoribus, proponuntur miracula, & revelationes aliaque beneficia à Deo per eorum interceſſiones accepta, in libris rerum „ab ipſis geſtarum enarrantur, & ad illorum Sepulchra, Tabellæ, Imagines, & „res aliæ ad beneficia accepta teſtificanda, „& lampades, & alia lumina apponuntur. „Volenſque proinde hujuſmodi abuſi bus pro „debito Officii paſtoralis occurrere, re etiam „cum Illuſtriſs. & Reverendiſs. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem in „Universâ Republicâ Chriſtianà Generalibus Inquiſitoribus, communicatâ, & maturè conſideratâ, ac diſcuſsâ, declaravit, „ſtatuit, & decrevit, ne quorumvis hominum cum Sanctitatis, ſeù Martyrii fama (Quantuncumque illa ſit) defunctorum „Imagines, aliaque prædicta, & quodcumque aliud, venerationem, & cultum præſeferens, & indicans, in Oratoriis, aut locis publicis, ſeù privatis, vel Eccleſiis tam „Sæcularibus, quam Regularibus cujuſcumque Religionis, Ordinis, Inſtituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, „antequam ab Apoſtolicâ Sede canonizzentur, aut Beati declarentur, & (ſi quæ appoſitæ ſunt) amoveantur, prout eas ſtatim amoveri mandavit.

22. Ac pariter imprimi de cœtero inhibuit libros, eorundem hominum, qui Sanctitatis, ſive Martyrii famâ, vel opinione (ut præfertur) celebres, & vita migraverint, geſta, miracula, vel revelationes, ſeù quæcunque beneficia, tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione; atque approbatione Ordinarii, qui in iis recognoſcendis, Theologos, alioſque pios, ac doctos Viros in conſilium adhibeat, & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid novum, ac inordinatum in re tàm gravi committatur, negotium inſtructum ad Sedem Apoſtolicam tranſmittat, ejuſque reſponſum expectet. Revelationes verò, & miracula, aliaque beneficia ſupradicta, quæ in libris horum hominum vita, & geſta continentibus, hactenus ſine recognitione, atque approbatione hujuſmodi impreſſa ſunt, nullo modo approbata cenſeri vult, mandatque ſua Sanctitas.

23. Ad horum hominum Sepulchra vetuit etiam, ac inhibuit, tabellas, atque Imagines ex cera, aut argento, ſeù ex alia quacunque materia, tàm pictas, quam fictas, atque exculptas appendi ſeù affigi, & lampades, ſive alia quæcunque lumina accendi ſine recognitione ab Ordinario omninò prout ſupra facienda, Sedique Apoſtolicæ referenda, àc probanda.

24. Declarans quod per ſupraſcripta præjudicare in aliquo non vult, neque intendit iis, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarii coluntur.

25. Ut autem præmiſſa diligentius obſerventur. Univerſis, & ſingulis, tam Ordinariis, quam hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus diſtrictè præcipit, ut in ſua quiſque Diœceſi, vel Provinciâ ſedulò pervigilet, nè ſine approbationibus prædictis, Imagines cum memoratis ſignis exponantur, aut miracula revela-

velationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliave contra ſuperius diſpoſita fiant. Tranſgreſſores verò, ſi Regulares fuerint privationis ſuorum Officiorum, ac vocis activæ & paſſivæ, nec non, & ſuſpenſionis à Divinis: Si verò Clerici Sæculares, privationis pariter ſuorum Officiorum, ſuſpenſionis à Divinis, & ab adminiſtratione Sacramentorum, executioneque ſuorum Ordinum reſpectivè, aliiſque arbitrio prædictorum Ordinariorum, ſeù Inquiſitorum pro modo culpæ infligendis plectendo. Qui autem libros impreſſerint, aut Imagines pinxerint, ſculpſerint, ſeù quo quomodo effinxerint, vel formaverint, cœterique Artifices circa præmiſſa qualitercunque delinquentes prædicta omnia amittant, & inſuper pecuniariis, aliiſque etiam corporalibus pœnis, juxtà criminis gravitatem, eorundem Ordinariorum, ſeù Inquiſitorum arbitrio afficiantur. Contrariis quibuſcumque non obſtantibus &c.

26. Poſtmodum verò idem Sanctiſs. D.N. à quibuſdam revocari in dubium accepit, an Tabellas, & Imagines, quas in poſterum offerri contigerit recipere, & antea oblatas conſervare liceret, Sanctitas ſua, quæ tantummodò voluit occurrendo abuſibus, qui irrepere videbantur, certiorem parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum Sanctimoniam Divinæ Clementiæ placuerit admirandis operibus illuſtrare; re prius cum Illuſtriſs. & Reverendiſs. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus communicatâ præſenti Decreto declaravit. Quod ſicut nunquam prohibuit, nec ſuæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionemque Tabellarum, & Imaginum hujuſmodi, itaut nulli deinceps hæſitationi locus relinquatur, ſtatuit in præſentiarum, & decernit, ut quoties ad aliquam Eccleſiam, aut Oratorium, locumvè alium publicum Sæcularem, ſeù Regularem Tabellas, & Imagines, aliudvè ſimile quiſpiam detulerit, ac interceſſione hominum inter Sanctos, vel Beatos non aſcriptorum, quamvis cum Martyrii, vel Sanctitatis famâ demortuorum, optata ſe impetraviſſe dixerit, liceat Eccleſiaſticis perſonis Eccleſiarum, locorumvè prædictorum Curæ Præpoſitis, Tabellas, & Imagines, ſivè pictas, ſivè ex quavis materia fictas, atque alia quacunque collatæ gratiæ fidem facientia ſimul cum deferentis, aliorumque, qui conſcii fuerint atteſtationibus recipere, atque approbantibus Ordinariis ad quos referre ſtatim omnia teneantur, in ſecreto aliquo, ſeorſim ab Eccleſiâ loco cuſtodire, ibidemque jam amota collocare, & aſſervare, ut ſi quando Dominus talium Virorum merita Beatificationis, ſeù Canònizzationis honore in terris decorare voluerit: extent hujuſmodi Sanctitatis qualeſcumque probationes, Apoſtolicæ Sedis judicio tunc examinandæ. Contrariis quibuſcunque non obſtantibus. (Et ſequitur publicatio)

## Alia.

# DECRETA

Expedita per Breve 5. Julii 1634. pag. 7. 8. 9. & 10.

27. Urbanus Papa VIII. &c. Cæleſtis Hieruſalem Cives &c. (& factâ narratione, & inſertione ſupradictorum præcedentium Decretorum, in diſpoſitiva dicitur) Demum verò, ut ejuſmodi Decreta obſerventur indubiè, ac omnimodam ſortiantur executionem, cum eiſdem Cardinalibus re pariter communicatâ, deque eorundem conſilio premiſſis addidimus, ſtatuimus, decrevimus, atque declaravimus, nè ex tunc deinceps quiſpiam Ordinariorum, aut ab Apoſtolicâ Sede adhoc ſpecialiter delegatorum ſuper alicujus utriuſque Sexus cum Sanctitatis, aut Martyrii famâ, vel opinione defuncti miraculis, revelationibus, aliiſvè ejuſmodi Sanctitatem redolen. ex integro informationes quoquomodo reciperet, aut proceſſum inſtrueret, vel hucuſque receptas informationes, inſtructumvè proceſſum ulterius proſequeretur, niſi poſtulator prius per legitimas juridicè ſuſceptas probationes circa perſonam ejus de cujus miraculis, revelationibus, aliiſvè rebus geſtis Sanctitatem præſeferentibus ageretur, præſcriptam in præfato noſtro Decreto formam omninò ſervatam extitiſse docuerit, & niſi poſteà ſucceſſivè idem Ordinarius, aut ab Apoſtolicâ Sede ad hoc ſpecialiter delegatus diligenti præhabitâ diſquiſitione circa eamdem perſonam *Supracitato Decreto nullatenus contraventum eſſe, ritè pronunciaverit*, utque id inviolabiliter obſervetur, ſtatuimus inſuper, ac decrevimus nè tranſmiſſi ad Urbem undecunque hujuſmodi proceſſus à Congregationis Sac. Rituum Secretario, minuſvè à Sanctæ Fidei Promotore quomodolibet aperiantur, niſi prius in ipſa Sacrorum Rituum Congregatione, alio ſejunctim oblato authentico proceſſu, ex eo Ordinarium, aut ab Apoſtolicâ Sede ſpecialiter delegatum, ritè ac rectè, ut præmittitur cognoviſſe, ac pronunciaſſe prælibato Decreto nequaquam contrarium eſſe plenè conſtiterit, ac deinde à nobis judicialiter aperiendi eos proceſſus facultas indulta fuiſſet. Inſuper longiſſimum tempus, illiuſque immemorabilem curſum de quo in prædicto Decreto,

creto , intelligi declaravimus : *eſſe tempus centum annorum metam excedens*, deque his, atque infraſcriptis omnibus, quæ in his Decretis diſpoſita, & ordinata ſunt aliqua ſuboriente difficultate, Ordinariis locorum, & Delegatis Apoſtolicis quibuslibet, omnem omninò interprætandi facultatem ademimus, ut qua Sedem Apoſtolicam deſuper conſulerent, ab eaque reſponſum expectarent, mandavimus eiſdem, & alias prout in Decretis deſuper editis plenius continetur. Quare &c. motu proprio, & ex certa ſcientiâ, ac mera deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Decreta prædicta, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus ( Et ſequuntur Decreta roborantia, & derogationes )

## Alia.

# DECRETA

### pag. 17. 18. 19. 20. & 21.

28. Imagines eorum, qui cum Sanctitatis, ſeù Martyrii famâ obierunt, non apponantur in Altari publico, vel privato, & multò minus cum Diademate, laureolis, aut radiis, ſeù ſplendoribus, vel alio quocunque modo venerationem, & cultum præſeferente, & indicante. Hæ enim prohibentur apponi non ſolum in Altaribus prædictis, ſed etiam in Oratoriis, vel Eccleſiis, aut locis publicis, ſeù privatis quibuſcunque, antequam à Sede Apoſtolicâ Canonizzentur, vel Beati declarentur.

29. Reſponſum, quod à Sede Apoſtolicâ in vim prædictorum Decretorum expectare debent Ordinarii locorum, ut imprimi poſſint libri continentes geſta, miracula, ſeù revelationes eorum, qui cum prædictâ famâ Sanctitatis, ſeù Martyrii deceſſerunt, non detur, niſi cum infraſcriptis proteſtationibus, in dictis libris, & hiſtoriis inſerendis. Declarando etiam expreſsè, quod tales libri, ſeù hiſtoriæ, licet ab Ordinariis reviſæ, & poſt Sedis Apoſtolicæ reſponſum approbatæ, non faciant majorem gradum probationis in ordine ad Canonizzationem, ſeù Beatificationem, quam quæ alias abſque tali approbatione de jure feciſſent, non obſtante quocunque longiſſimi temporis curſu.

### Proteſtatio Auctoris in principio libri imprimenda.

30. „ CUM San. Mem. Urbanus VIII.
„ die 13. Martii 1625. in Sac.
„ Congregat. S. Rit. & Univerſalis Inquiſi-
„ tionis Decretum ediderit, idemque con-
„ firmaverit 5. Julii anno 1634. quo inhibuit
„ imprimi libros hominum, qui Sanctitate,
„ ſeù Martyrii famâ celebres è vitâ migra-
„ verunt, geſta, miracula, vel revelationes,
„ ſeù quæcunque Beneficia, tanquam eorum
„ interceſſionibus à Deo accepta continentes
„ ſine recognitione, atque approbatione Or-
„ dinarii, & quæ hactenus ſine ea impreſſa
„ ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata.
„ idem autem Sanctis, die 5. Junii 1631. ita
„ explicaverit, ut nimirum non admittan-
„ tur Elogia Sancti vel Beati abſolutè, &
„ quæ cadunt ſuper perſona, bene tamen
„ ea, quæ cadunt ſupra mores, & opinio-
„ nem, cum proteſtatione in principio, quod
„ iis nulla adſit authoritas ab Eccleſiâ Ro-
„ manâ, ſed fides ſit tantum penes Aucto-
„ rem. Huic Decreto ejuſque confirmationi,
„ & declarationi obſervantia, & reverentia,
„ qua par eſt, inſiſtendo profiteor me haud
„ alio ſenſu quicquid in hoc libro refero,
„ accipere, aut accipi ab ullo velle quam
„ quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat au-
„ thoritate, non autem Divina Catholicæ
„ Romanæ Eccleſiæ, aut Sanctæ Sedis Apo-
„ ſtolicæ nituntur, iis tantummodò exceptis
„ quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beato-
„ rum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

### Sequens verò in fine Libri.

31. LECTOR adverte in Elogiis Virorum Illuſtrium, quos hoc libro complexus ſum nonnulla me obiter attingere, quæ Sanctitatem ipſis videantur adſcribere: perſtringo, nonnunquam aliqua ab iis geſta, quæ cum vires humanas ſuperent, miracula videri poſſunt: præſagia futurorum, Arcanorum manifeſtationes, revelationes, illuſtrationes, & ſi quæ ſunt alia hujuſmodi: beneficia item in miſeros mortales eorum interceſſione divinitus; demum nonnullis Sanctimoniæ, vel martyrii videor appellatione tribuere. Verùm hæc omnia ita meis lectoribus propono, ut nolim ab illis accipi tanquam ab Apoſtolicâ Sede examinata, atque approbata, ſed tanquam quæ à ſola ſuorum Authorum fide pondus obtineant, atque adeò non aliter, quàm humanam hiſtoriam. Proinde Apoſtolicum Sac. Congregationis S. R. & Univerſalis Inquiſitionis Decretum anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integrè, atque inviolatè,

latè, juxtà declarationem ejuſdem Decreti à S. M. Urbano VIII. anno 1631. factam ſervari à me omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam per has meas narrationes ulli arrogare, vel famam, & opinionem Sanctitatis, aut Marytii inducere, ſeù augere, nec quicquam ejus exiſtimationi adjungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando ullius Beatificationem, vel Canonizzationem, aut miraculi comprobationem, ſed omnia in eo ſtatu à me relinqui, quem ſeclusâ hac meâ lucubratione obtinerent, non obſtante quocunque longiſſimi temporis curſu hoc tam ſanctè profiteor, quam docet eum, qui Sanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientiſſimus haberi filius cupit & ab ea in omni ſua inſcriptione, & actione dirigi.

Ego N. N.

32. Particularis Proceſſus cum ſubſequenti pronunciatione Ordinarii, ſeù Apoſtolicæ Sedis Delegati, ſicut præcedere debet ex forma prædictorum Decretorum ſuper cultu non adhibito, ita etiam præcedere debet, & ab eiſdem reſpectivè faciendus eſt, quando aliquis Poſtulator allegaret ſe verſari in uno ex caſibus exceptuatis; nempè quod cultus fuerit adhibitus ex Indulto Summorum Pontificum, vel permiſſionis Sacræ Congregationis, vel communem Eccleſiæ conſenſum, vel per immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientiâ, atque tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarii, ut ſemper appareat in primis fuiſſe ſatisfactum ſupradictis Decretis.

33. Votivæ Tabellæ, Imagines, & res aliæ ad beneficia accepta teſtificanda, quæ in ſecreto retineri mandantur, etiam in Sacrario cuſtodiri permittuntur, ſecretò tamen, & eo modo, quo cultum, & venerationem non præſeferant.

## ALIUD DECRETUM

Pag. 57.

34. CUm in tota Eccleſiæ gubernatione nihil majus, nihil ſit auguſtius Bea-
„ tificatione, & Canonizzatione Sanctorum, ut
„ potè homines jam demortuos, etiam cum
„ fama ſanctitatis, ac miraculorum declara-
„ re pro Sanctis, eoſque uti tales colendos,
„ & venerandos decernere.

35. „ Sac. Rituum Congreg. ut hæc res
„ planè ampliſſima, atque graviſſima ritè,
„ ſanctèque conficiatur, prohibet omnibus,
„ & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis tam Sæcu-
„ laribus, quam Regularibus, etiam Sancti
„ Joannis Hieroſolymitani, Societatis Jeſu,
„ vel aliorum quantumvis nota dignorum,
„ ne audeant ipſi per ſe, aut per alios capere
„ informationes ſuper Sanctitate, aut mira-
„ culis alicujus Defuncti, neque ullo modo
„ exquirere aut obtinere, ad hunc effectum
„ extrajudiciales teſtificationes, aut ſubſcrip-
„ tiones ſub pœnis arbitrio Sac. Congreg. in-
„ fligen. Quod ſi Superiori, Sacriſtæ, ſeù al-
„ teri officiali illius Eccleſiæ, in qua requieſcit
„ corpus ipſiuſmet Defuncti, vel alterius
„ etiam Eccleſiæ, fuerint revelata aliqua mi-
„ racula, ſeù Prophetiæ dona, poſſint ea re-
„ cipere ſub ſigillo ſecreti ab ipſis tantum
„ relatoribus, in quorum gratiam contigiſſe
„ narrabitur; teneantur tamen quamprimum
„ commodè poterunt, eadem deferre, vel ob-
„ ſignata tranſmittere Epiſcopo loci cum ex-
„ preſsâ declaratione, quod revelationes ſic
„ ut ſupra receptæ non faciant aliquem pro-
„ bationis gradum, etiam cujuſvis longiſſimi
„ temporis curſu.

## LITTERÆ

Pro Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis pag. 58.

36. ADMODUM Illuſtris, & Reverendiſſime Domine. Cum quotidie magis notum fiat quanta ſinceritate mentis, & maturitate cognitionis incipere, & proſequi deceat eorum cauſas, qui diem ultimum obiere, non ſine aliquâ populis relicta opinione Sanctitatis, & quam accuratè fideliterque in rè tanti momenti adhiberi teſtes, & in examen vocari conveniat, Sac. Rituum Congreg. (facto prius verbo cum Sanctiſſimo) ne aliquis ſubrepat abuſus, juſſit amplitudinem tuam hac peculiari Epiſtolâ fieri certiorem de iis, quæ in adjuncto Decreto continentur, nempè ut curet ne in poſterum ulla ex parte adverſus illud à quopiam in tua Diœceſi aliquid committatur, ſed ab omnibus omninò inviolabiliter obſervetur, & quando apud amplitudinem tuam ab aliquo petitum fuerit, ut velit inquirere in ſanctitatem vitæ, & miracula alicujus, qui cum prædictâ famâ obiiſſe dicatur. Quoniam nimia plerunque proclivitas, atque celeritas occaſionem errori præbet, non prius generaliter ſuper vitæ Sanctitate inquiri permittat, quam particulariter de alicujus virtutis eminenti gradu, aut peculiari aliquo miraculo, præcedat famæ comprobatio, prout prudentiæ tuæ magis expedire videbitur: Quod per te ipſum exequi Sac. Congr. ſummoperè exoptat; ſed ſi ob invalitudinem, ſive ob legitimum aliud impedimentum id conficere non valebis, ſuper quo conſcientiam tuam

onerat eadem Congregatio, poterit Amplitudo tua delegare Vicarium tuum Generalem, vel alium in Dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutum, qui delegatus, ſive ille ſit Vicarius ſive cujuſcunque dignitatis, cum aliis ad minus duobus doctis viris, altero ſcilicet Magiſtro in Theologiâ, altero verò graduato, vel licentiato in jure Canonico, rem totam ita peragere debeant, ut omnes ſua nomina ſubnotent poſt ſubſcriptionem cujuſcunque teſtis, antequam diſcedant à loco ipſius examinis. Curabit inſuper Amplitudo tua, ut teſtes omnes quæcunque habent, explanatè, & per extenſum deponant, nec ſe referant ad atteſtationes redditas, neque eis recitentur, quæ alias ipſi depoſuerunt, poſtquam verò fuerint per Amplitudinem tuam, vel per alios à te ex cauſis ſupra narratis ſubrogatos acta completa ſecretò retineantur, præſtito etiam juramento à Notariis, & teſtibus ſe nemini promulgaturos, quidquid ipſi ſcripſerint, & reſpectivè depoſuerint, vel de quibus interrogati fuerint. De his autem actis per te aut juſſu tuo confectis certiorem ſtatim reddere debebit Amplitudo tua Summum Pontificem, eaque quanto citius poterit authenticè tranſcripta, ac ſigillo obſignata ad Sac. Rituum Congregationem tranſmittere. Originalia verò eodem modo conſignata, & in capsâ clausâ pluribus clavibus, quæ diverſis ad arbitrium tuum cuſtodiendæ tradantur, in Archivio Patriarcali conſerventur. Notum tamen ſit Amplitudini tuæ neque per hanc Epiſtolam, neque per aliquid in ea propoſitum voluiſſe Summum Pontificem neque Sacram Rituum Congregationem tribuere, aut augere juriſdictionem, ſeù facultatem, quæ alias Epiſcopis competere poſſet. Atque ut hæ litteræ nulla inpoſterum oblivione deleantur, ſed ſemper in recordatione vigeant, & tua, & tuorum deinceps Succeſſorum, dabit operam Amplitudo tua, ut illæ quanto citius tam in Curiâ tua Patriarchali, quam in Archivio Capitulari ad perpetuam rei memoriam aſſerventur Vale. Datum Romæ 12. martii 1631.

*Amplitudinis tuæ uti Frater &c.*

# DECRETA

## Noviſſima 9. Julii & 6. Auguſti 1678. emanata pag. 3.

37. PRIMO' Animadvertens eadem Sac. Congregat. quod neceſſarium ſit, ut Proceſſus authoritate Ordinariâ fabricandi conficiantur cum maximâ diligentiâ, cenſuit mandari Ordinariis locorum, ut ultra teſtes inductos à Poſtulatoribus, teneantur ipſi quoque inquirere, ac examinare alios teſtes bene inſtructos ſuper vita, & moribus ſervi Dei, & ſi aliquid repererint in contrarium, quod ipſis videatur relevans, ſuperſedeant in ulteriori inquiſitione, donec Sac. Congregatio ab eis certiorata per litteras mandet quid agendum ſit.

38. Secundò. Hujuſmodi diligentias ſervari vult etiam in Proceſſibus authoritate Apoſtolicâ faciendis à Judicibus Delegatis, quibus per litteras particulares Sac. Congregat. enixè commendari debeat, & idem faciat Promotor fidei in litteris ſcribendis Subpromotoribus.

39. Tertiò. Et pro majori cauthela præſcribi debeat in litteris remiſſorialibus, quod non ſolum Interrogatoria retineantur ſemper clauſa, & ſigillata cum ſigillis eorundem Iudicum, non aperienda niſi in actu examinis, & claudenda in fine, ſeù ulterius depoſitiones ipſæ antequam Proceſſus ſit abſolutus, in fine cujuslibet ſeſſionis claudi, & ſignari debeant cum Sigillis Judicum, nec poſſint aperiri, niſi in præſentiâ ipſorum in principio cujuslibet examinis, & ſeſsionis, ac hujuſmodi diligentiæ fieri debeant etiam in Proceſsibus fabricandis, in Curiâ. Iidemque Judices prout etiam ſubpromotores, & Notarii, tam in partibus, quam in Curiâ, ac T[illegible]es, & in Curiâ Prothonotarius, debeant ante inchoationem Proceſſ[illegible]um præſtare juramentum de ſervando Secretum religiosè ſub pœnâ Excommunicationis ipſo facto in caſum contraventionis incurrendæ, juxtà formulam ejuſdem juramenti imprimendam in fine Decretorum, & pro omnimodâ obſervantiâ tranſmittendam Judicibus Delegatis &c. (& omiſſis aliis, quæ ad Ordinarios non pertinent)

40. Nonò. Cum in Decreto approbato à felic. rec. Urbano VIII. die 12. Martii 1631. impreſſo in libello pag. 57. Sac. Congregatio, cognoſcens, quod in hac re, utpotè graviſſima, ritè, Sanctèque procedendum eſt, prohibuerit omnibus, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, tàm Sæcularibus, quam Regularibus, quamvis ſpeciali nota dignis, ne audeant per ſe, vel per alios capere informationes ſuper ſanctitate, aut miraculis alicujus, nec ullo modo exquirere, aut obtinere, ad hunc effectum extrajudiciales teſtificationes, aut ſubſcriptiones ſub pœnis arbitrio ipſius Congregationis infligendis, illud confirmando juſsit, quod hujuſmodi extrajudiciales atteſtationes non ſolum exquiri, aut obtineri non valeant, ſed rurſus quod hactenus obtentæ, ſivè in futurum obtinendæ, non faciant aliquem gradum probationis, nec inſeri poſsint in Proceſsibus, tám Ordinariâ, quam Apoſtolicâ authoritate fabricandis.

41. Cœtera alia Decreta fuerunt prætermiſſa

miſſa: quia non pertinent ad inſtructionem Ordinarii : qui quoties in hac Proceſſuum Conſtructione, non procedat jure Ordinario, ſed Delegato Sac. Congregationis; tunc ſervare debebit litteras remiſſoriales, & Commiſsionem, in quibus plena datur forma, qua debeat ſe continere, & à quà nec latum unguem diſcedere poterit.

42. Cœterum nil mirum ſi in fulciendâ Virorum Sanctitate, tàm nervoſus vigor, & exacta forma probationum exigatur, dum & de Chriſti oportuit teſtimonium perhiberi, nempè, quod fuerit in eo vera humanitas, vera Divinitas, vera paſsio, & vera reſurrectio: Teſtis enim de ſua vera Humanitate fuit *Sanctus Matthæus*, qui in principio ſui Evangelii Chriſti genealogiam texuit, & ideò in figurâ hominis ponitur: Teſtis Divinitatis fuit *Sanctus Joannes*, qui elevans ſe ſuper Cœlos, nativitatem ejus inenarrabilem mirabiliter in Evangelio deſcripſit, & ideò in ſpecie Aquilæ figuratur: Teſtis de ejus paſſione fuit *Sanctus Lucas*, qui ejus narratione in Sanguinis copioſa in Horto effuſſione nobis præceteris Evangeliſtis manifeſtavit acerbiorem, & ideò in figurâ Vituli, qui Deo in Sacrificium offerebatur deſignatur. Teſtis de Reſurrectione fuit *Sanctus Marcus*, qui ipſam eleganter conſcripſit, & ideò in figurâ Leonis figuratur: ſicuti enim Leo ad ſui clamorem poſt tertium diem Leuncolos ferè mortuos ſuſcitat ( ut ajunt qui de animalibus ſcripſerunt) ſic Pater in Divinis filium ſuum poſt tertium diem ſuſcitavit: Et quia S. Marcus de hac ſuſcitatione apertius agit, ideò ejus Evangelium in die Reſurrectionis Chriſti in tota Eccleſiâ recitatur, prout obſervat *Jo. Herolt. vulgò Diſcipulus ſerm. de Sanctis ſerm. 16.*

# FORMULARIUM LEGALE PRACTICUM FORI ECCLESIASTICI

## *TITULUS XVI.*

## De Litteris Paſtoralibus, & Proviſionalibus.

Ven. Fratribus Dignitatibus,
Canonicis, Capitulo, &
Clero Civitatis N.

### *FORMULA I.*

### SUMMARIUM.

1. *Epiſcopus pœnâ temporali terret, hortatione fovet Clericos.*
2. *Epiſcopi in impoſitione manuum debent eſſe circumſpecti.*
3. *Clericorum veſtis debet eſſe decens, & à veſte laicorum diſtincta.*
4. *Accedentes ad ſuſcipiendos ordines debent habere intentionem rectam inſerviendi Deo.*
5. *Presbyter abſque rationabili causâ celebrans non recitato matutino cum laudibus peccat mortaliter, & n. 6.*
7. *Septies in die pſallunt Clerici ad rememorandam paſſionem Chriſti.*
8. *Horæ Canonicæ extrà Chorum quando ſint recitandæ.*
9. *Officium Divinum eſt injunctum per modum Orationis vocalis, & quare.*
10. *Officium Divinum quà attentione, & corporis compoſitione ſit recitandum, oſtenditur.*
11. *Celebrans indignè quot pœnis Spiritualibus ſe ſubiiciat, demonſtratur.*
12. *Clerici debent incūbere lectioni Sacrorū librorū.*
13. *Clerici non poſſunt redditus Eccleſiaſticos donare conſaguineis, niſi ſint pauperes, & n. 14 & 15.*
16. *Clerici poſſunt liberè diſponere de bonis propriis Patrimonialibus, & vivere de proventibus Eccleſiæ.*
17. *Bullâ Pii V. quæ prohibet Clericis, nè poſſint diſponere favore illegitimorum, non compræhendit bonâ Patrimonialia.*
18. *Clerici Incolæ Urbis diſponere poſſunt de redditibus Eccleſiaſticis favore etiam extraneorum.*
19. *Clericus ſi non habeat bonâ Patrimonialia poteſt ex redditibus Eccleſiæ alere, & dotare filias ſpurias, ſi non habeant aliùnde.*
20. *Fornicatio eſt probibita jure Divino tàm in veteri, quam in novo Teſtamento.*
21. *Clerici fugere debent avaritiam.*
22. *Clerici non debent exercere officium Procuratoris, niſi in aliquibus caſibus hic expreſſis & n. 23.*
24. *Clerici debent eſſe contenti victu frugali, & pretioſa fercula non querere.*
25. *Clerici ante prandium, & Cœnam debet benedicere menſam, & poſt menſam gratias agere*

*Jac. 1.* DEus, qui eſt Pater luminum, & cujus providentia in ſui diſpoſitio-
*Dom. 7. poſt. Pentec.* ne non fallitur: poſuit me Rectorem Eccleſiæ veſtræ, ut gaudio
implear, recordationem accipiens fidei, quæ eſt in vobis non ficta
*2. Tim. 1.* propter quam admoneo vos, ut reſuſcitetis gratiam Dei, quæ
*2. Cor. 2.* eſt in vobis *per impoſitionem manuum mearum.*

*Matt. 5.* Mementote, quod Salvator noſter (cujus bonus odor ſumus, & qui vos lux mundi vocavit) docet, & jubet, quod luceat lux veſtra coram homi-

hominibus, videant bona facta veſtra, & glorificent Deum, qui eſt benedictus
*2. Cor. 11.* in ſæcula. Vos inquam fratres dilectiſſimi genus electum, & qui in Sanctuario
*1. Petr. 2.* deſervitis, tenemini proximorum ſcandalizzationem vitare, eoſque ædificare
*Levit. 20.* memores ejus, quod ſcriptum eſt = *Sancti eſtote, quia ego Sanctus ſum*: Nulli dan-
*2. Cor. 6.* tes (juxtà Apoſtoli vocem) oſtenſionem, ut non vituperetur miniſterium ve-
*Ezech. 22.* ſtrum: ſed in omnibus exhibeatis vos ſicuti Dei Miniſtros, nè illud Prophetæ dictum
*Sophon. 3.* impleatur in vobis = *Sacerdotes Dei contaminant Sancta, & reprobant legem* Qua enim libertate
laicos corripere poteritis cũ tacitè vobis ipſis reſpõdeatis, eadẽ admiſiſſe, quę corripitis?
*Conc. Trid. ſeſſ. 14. de ref. in procm.* Decet omninò vitam, moreſque veſtros componere, ut *habitu*, geſtu inceſſu-
ſermone, & converſatione nil, niſi grave, moderatum, ac religione plenum,
præſeferatis; nè Santificatio veſtra, nomenque Santum Dei polluatur: adhæ-
*Conc. Trid. ſeſſ. 22. de ref. c. 1.* rentes ei *corde puro*, timore Sancto, ſpe non fluctuante: quoniam cognitor cor-
dis ipſe eſt: cavete igitur, ne Chriſtus increpans dicat = *Væ vobis qui mundatis, quod
foris eſt calicis, & paropſydis, quod autem intus eſt veſtrum plenum eſt rapinâ, & immun-
*Ezech. 28.* ditiâ*. Conſiderate vos invicem in provocationem charitatis, & bonorum ope-
*1. Tim. 1.* rum, tenentes ſpei veſtræ confeſſionem indeclinabilem (fidelis enim eſt, qui
*Eccleſ. 7.* repromiſit) Verbum Chriſti, qui vocavit vos vocatione. Tua Sancta habitet in
*Matth. 23.* vobis abundanter. Si ſpallitis, *pſallite Sapienter*: *pſallite ore, pſallite mente*: offerentes Jeſu
*Hebr. 10.* cum Apoſtolis, fauum mellis. Et quid eſt fauus niſi mel in cera? Et quid eſt
*Col. 3.* mel in cera, niſi devotio in littera? Orationi inſtate omni tempore, ut digni
*2. Tim. 1.* ambuletis coram Deo, & plaga non ſit in Populo, vigilantes in ea in gratia-
*pſal. 46.* rum actione: orantes ſimul, & pro me, ut Deus aperiat os meum ad mani-
feſtanda plebi myſteria Chriſti, ſicut oportet me loqui: Nam ſi evangelizza-
*1. Cor. 14.* vero non erit mihi gloria: neceſſitas enim mihi incumbit.
*Luc. 24.* Oblatio juſti impiguat Altare, & odor ſuavitatis eſt in coſpectu Altiſſimi:
*Petr. Bleſ. ſer. 12.* bono ergo animo gloriam reddite Deo, cujus Unigenitum offerentes cavete, nè
illum offendatis, & Aræ veſtræ quas Populus multiplicavit, factæ ſint in deli-
*Epheſ. 6.* ctum? unde Salvator dum à vobis traditur dicat *ecce manus tradentis me, mecum eſt
*1. Theſ. 3.* in menſa*: gravius enim (ut inquit Auguſtinus) peccant offerentes indignè Chri-
*Numer. 8.* ſtumo regnantem in Cœlis, quam qui eum crucifixerunt ambulantem in Ter-
*Coloſ. 4.* ris, & ſic gravius peccant indigni Sacerdotes ſacrificantes, quam Judei crucifi-
*1. Cor. 9.* gentes. Sanctus enim, & innocens impollutus, & excelſior Cœli eſt factus: ſi
*Eccleſ. 35.* immundè ad Altare acceditis, non cibum ſalutis; ſed æternæ damnationis judicium
*Oſeæ. 8.* accipitis, & quod aliis eſt interceſſio ſalutaris ad veniam, erit vobis reatus ad
*Luc. 22.* pœnam.
*Auguſt. in. pſal. 68.* *Litterarum Studia* diligenter colite, ne contra eum qui illas aſpernatur dicat
*Hebr. 7.* Dominus = *Quia tu Scientiam repuliſti, & ego repellam te, nè Sacerdotio fungaris mihi*:
*1. Cor. 11.* *lectio enim Sacrorum librorum* vobis neceſſaria eſt: ipſa eſt menſa Tabernaculi, quæ
*Oſeæ 4.* ad Aquilonem unde panditur omne malum poſita eſt, quod Pſalmiſta inſinu-
*Petr. Bleſ. Ep. 15. ad Nep.* ans dicit = *Paraſti in conſpectu meò menſam*. De menſa hac, & Spiritualibus armis
loquitus Iſajas. Pone (inquit) *menſam, contemplare in ſpecula, ſurgite Principes* (ideſt
Sacerdotes) *& arripite Clypeum*. Sacra lectio cibus eſt, quia teſte veritate, non
*Pſal. 22.* in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei; per
*Iſa. 21.* hunc cibum ſpiramus, & vivimus; *Verba* (inquit Dominus), *quæ ego loquor,
*Matt. 4.* *ſpiritus, & vita ſunt*.
*Jo. 6.* Eccleſiarum redditus, quos percipitis in uſus pravos inſumere non debetis:
*C. ſicut. diſt. 47.* quoniam fidelium vota, pretia peccatorum, & pauperum patrimonium ſunt:
*Conc. Trid. ſeſſ. 25. de ref. c. 1.* ideòque ne illis conſanguineos, & familiares veſtros augere ſtudeatis ſanctione
canonica *donare prohibemini*, & ſuperfluos ad honeſtam vitæ ſuſtentationem, in
eleemoſinas diſtribuere, & uſus pios convertere juſſi eſtis: intendite igitur ſuper
*Pſal. 40.* egenos, & pauperes, & non conteratis eos in porta, quia judicabit Dominus
*Prov. 22.* cauſam illorum oſtenſionem, propterea, quæ eſt charitatis veſtræ in ipſos, oſten-
*2. Cor. 8.* dite in faciem Eccleſiæ
*Oſeæ 4.* Nolite ingredi *in Galgala, & in Bethaven.* ne aſcendatis. Sæcularia ſæcularibus
*1. Jo. 2.* relinquite: quia nemo militans Deo *implicat ſe illis*. Mundi illecebras, & volup-
*Rom. 14.* tates, vileſque conſolationes carnales deſpicite, neque ea quæ in Mundo ſunt
*1. Tim. 2.* bona diligatis: quia citò tranſit concupiſcentia ejus. Nolite propter eſcam de-
*C. Tr. Trid. ibi.* ſtruere opus Dei; ſed menſa *victuque frugali cum gratiarum actione* ſupellectilique
*Gal. 5.* modeſtâ contenti ſitis, ut qui ex adverſo eſt vereatur, nihil habens malum di-
*Petr. Bleſ. Epiſt. 13.* cere de vobis: imò frugalitatis, modeſtiæ, continentiæ, & humilitatis exem-
*1. Cor. 6.* pla petere poſſit: Qui enim Chriſti ſunt carnem ſuamcrucifixerunt cum vitiis,
*Rom. 14.* & concupiſcentiis, & qui ſpiritu Dei aguntur facta carnis mortificant, quorum
membra Templum ſunt Spiritus Sancti.

Ad

2. Cor. 5. Ad Patriam fœlicitatis æternæ totis propterea præcordiis, mente cogitantes,
Jer. 32. quod omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque prout geſſit ſive bonum ſive malum, & quod reddat unicuique ſecundum vias ſuas. Operamini igitur opus veſtrum ante tempus, & dabit vobis mercedem veſtram in tempore ſuo. Dominus det vobis vincere ſerpentem antiquum, qui ſeducit Univerſum, deſcendens ad vos, habens iram magnam, & Deus pacis conterat illum ſub pedibus veſtris. Soli Deo noſtro per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum gloria, & magnificentia, imperium, & poteſtas ante omne ſæculum, & nunc, & in omnia ſæcula Amen.

Eccleſ. 51. Apoc. 12. Rom. 12. Jud. Epiſt. can.

## ADNOTATIONES.

1. *PER IMPOSITIONEM MANUUM MEARUM*. In hac primâ literæ Paſtoralis formulâ Epiſcopus ad conſervandam, augendamque diſciplinam in Clero, fulcro Divinarum ſcripturarum demonſtrat virtutes, quas habere, & exercere debeant viri Eccleſiaſtici: Et ſicuti in præcedenti titulo V. de Edictis Form. IX. à vitiis eos ceſſare terruit formidine pœnæ temporalis: ita hic paternaliter illos inſtruendo, in vocatione hortatur permanere, ut virtutis amore peccata odiendo evadant æternam.

2. Et Primò inſinuare intendit, quod hi, qui accedunt ad Epiſcopum pro recipiendis Ordinibus, habeant rectam intentionem, & ſinceram fidem inſerviendi Deo, ut gaudere poſſit Eccleſia de illorum promotione: quod frequentius, quam accidit eveniret ſi Epiſcopi quantum in ſe eſt procurarent admittere tantum illos, quod Spiritus rectus replevit vocatione; ſcientes, quod cœteri, qui non intrant per Oſtium in Sanctuarium, ſed aliunde, tanquam fures, & latrones, oneris, & luctus ſunt Eccleſiæ, & non gaudii. Et fortè magis cauti, & ſobrii eſſent in impoſitione manuum, ſi memoriæ mandarent factum Sancti Pontificis Leonis Magni, cui oranti (prout narrat Hiſtoria) ad Sepulchrum Apoſtolorum Petri, & Pauli pro remiſſione ſuorum peccatorum, datum fuit reſponſum, remiſſa, & condonata fuiſſe *præter peccatum impoſitionis manuum* (ideſt quoad pœnam) Et quod dicitur hic obſervandum ab Epiſcopis in admittendis Clericis Sæcularibus, fortiùs congruit Superioribus Regularibus in recipiendis Clericis ad profeſſionem; à quorum omnium vita, & exemplo præcipuè pendet ſalus, & perditio fidelium populorum.

3. *UT HABITU*. Secundò, quod eorum habitus, debet eſſe modeſtus; & Religioſus, à veſte laicorum penitus diſtinctus: Nàm ut inquit *Eccleſiaſticus 19. amictus corporis, & inceſſus hominis, annunciant de eo*: Adeo ut ſi Epiſcopus (cujus eſt judicare, & præſcribere de forma, & qualitate habitus Clericorum juxta Concil. Trid. ſanctionem *in cap. 6. ſeſs. 14. de refor.*) inſpectâ qualitate loci, occaſione temporis, conditione, & facultate Cleri, & perſonarum, veſtem itinerariam toleret: hæc debet eſſe decens, uſque ad genua incluſivè protracta, non ſciſſa, non aſſuta, aut vanis ornamentis fucata: quia ſi extrâ functiones Eccleſiaſticas continuò veſtem talarem Clericus juſtis de cauſis ex Canonis, & Epiſcopi permiſſione non defert: breviorem tamen quam induit, oportet decentem eſſe, prout idem Concilium præcipit *in cap. 12. ſeſs. 24. de reform.* ibi = *veſtitu inſuper decenti tam in Eccleſia, quam extra aſſiduè utantur*. Qui ergo, nec veſte, nec tonſura à laicis non vult diſtingui, notam temeritatis videtur incurrere, propriam dignitatem, & honorem parvipendere, & Religionem contemnere.

4. *CORDE PURO*. Tertiò quod accedentes ad ſervitutem Dei, habeant intentionem immaculatam illi inſerviendi, ipſumque ore, & corde laudandi; non autem quod ſe promoveri faciant propter finem lucrandi, ne in die judicii mercede vacui reperiantur, & à Chriſto Domino (qui eſt diſcretor cogitationum cordis) mereantur redargui cum Turbis, quæ eum ſequebantur, quibus ille ajebat = *quærebatis me non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis, & ſaturati eſtis Jo. 6.* Debent quidem Clerici Eccleſiis inſervientes vivere de Altari; ſed Altare, ad terrenum lucrum captandum, non debet inordinatâ cupiditate converti: Eſt enim maledictus, *qui facit opus Dei fraudulenter Jer. 48.* qui autem diligit cordis munditiam *habebit amicum Regem Prov. 22.*

5. *PSALLITE SAPIENTER*. Quartò, quod in recitatione horarum canonicarum ſint ſapientes, hoc eſt ſapidè onus, & obligationem adimplentes, non tantum voce, & mente, quam tempore debito: Nam qui in Divino Officio perſolvendo, etiam extrà Chorum abſque rationabili, & juſtâ causâ, tempus, & ordinem ab Eccleſiâ præſcriptum non ſervat, ſed coacervat, & pervenerit, culpa non vacat: quia offendit rubricam in re gravi, & præſertim Sacerdos ſi celebret, matutinis, laudibus non recitatis, ut tenet *Michael Timot. de ſacrif. miſſ. tract. 1. quæſt. 2.* ſic inquiens = *Secundum communem Doctorum opinionem, ſi quis omiſſis matutinis celebraret, mortaliter peccaret, eo quod videtur contemptor Eccleſiaſticæ conſuetudinis. Hoc autem refert Biel in libello*

*ſuo de*

*ſuo de expoſitione miſſæ*. *Hoc idem tenet Alberic. de. Roſate in ſuo Dictionario in verb. miſſa, qui allegat ad hoc quodlibetum S. Thom. Aquinat. Noviſſimo loco hoc idem affirmat Lactantius Ranfoldus in tract. ſuo de expoſit. miſſæ, videlicet quod preter caſum neceſſitatis, mortaliter ageret Sacerdos, celebrans non abſoluto matutino*. Cùm aliis pluribus, quos pro hac communiori ſententia refert *Gallemar. ſupra Concil. Trid. ſeſſ. 22. in Decret. de Sacrific. Miſs. remiſſion. verſ. non eſſe peccatum*: nàm hæc rubrica præceptiva eſt *Gavant. par. 3. tit. 11. num. 5.*

6. Veritas hujus ſententiæ comprobatur ex facto, quem refert *Bzovius ad annum Chriſti* 1062. de Beato Pelegrino Archiepiſcopo Colonienſi, qui poſt mortem cuidam Clerico illius Eccleſiæ apparens, dataque manu, tactu tantus eam ardor abſorbuit, ut undique carnes ejus reſolutæ diſluerent, & oſſa nuda vix hærentibus articulis remanerent. Ad quem Clericus = *cur te peſtilens vorago coſtringit*? reſpondit = *nihil in me remanſit ultione plectendum preter hoc tantum; quia dum in Aula Regia conſtitutus, imperialibus conſiliis me vehementer applicari, canonicæ Synaxis officia per diſtincta horarum ſpacia non perſolvi. Mane quippe omnia coacervans, ſimul tota die negociis ingruentibus ſæculari libertate vacabam, ob hanc itaque negligentiam, ardoris hujus fero ſupplicium*. (hoc eſt in purgatorio) Si ergo in Viro Sancto (qui ex cauſa, quam quiſque homo cordatus rationabilem judicaſſet, occupationes neceſſarias præveniendo, recitationem officii Divini anticipabat) Deus invenit quam plecteret pravitatem: dicendum erit, quod hi, qui non ut negocia neceſſaria ſibi commiſſa adimpleant; ſed ut voluptatibus ſæculi, ludis, & venationibus vacent, Matutinum cum laudibus tempore debito non perſolvunt, piaculum grave committant, cui opinioni ſe ſubſcribit *Graff. dec. aur. par. 1. lib. 2. cap. 40. n. 5.* & iterum *Gavant. comment. in rubr. miſſ. par. 2. tit. 1. lit. B.* ubi Sanctum Antonium, & S. Raimundum pro hac ſententia refert, & poſtea inquit = *quid facies pie lector in re tam dubia, in qua totidem ſunt hinc inde auctores, pro affirmativa ſanctiores; præterea verò duo Summi Pontifices Innoc. IV. & Pius V. qui collocavit hunc inter defectus graviores? Ego certè tutiorem, quæ in Rubrica eſt ſequor ſententiam*.

7. Septies autem in die pſallimus, ad rememorandam Chriſti paſſionem, & reſurrectionem. Etenim 1. diluculo celebrat Eccleſia laudes Matutinas, quia tunc notificata reſurrectione per Angelos, reddita eſt Diſcipulis ad matutinum letitia, & erecti ſunt, qui titubaverant. Unde, & in cantu matutinali dicitur, *& erexit cornu ſalutis nobis in Domo David pueri ſui*. Hora 2. Prima pſallit Eccleſia, quia tunc Dominus Jeſus traditus eſt vinctus Pilato. Eadem etiam hora poſt reſurrectionem apparuit ſeptem diſcipulis piſcantibus, ſtans in littore, & dicens: *pueri numquid pulmentarium habetis*. Hora 3. Tertia pſallimus quia tunc linguis Judeorum crucifixus, & Dominus, ſecundum illud; *dentes eorum arma, & ſangittæ, & lingua eorum gladius acutus*. Eadem etiam hora die Pentecoſtes in Cænaculo Syon ſuper centum viginti viros, Spiritus Sanctus in igneis linguis deſcendit. Hora 4. Sexta pſallimus, quia tunc ſuper lignum extenſus eſt Dominus, & aceto potatus, & tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram. Hora 5. Nona pſallimus, quia tunc Dominus Jeſus inclinato capite tradidit Spiritum, & lancea perforatus, duo Sacramenta ſalutis noſtræ, nobis propinavit velum Templi ſciſſum eſt, terra mota eſt, petræ ſciſſæ ſunt, monumenta aperta ſunt. Hora 6. Veſpertina pſallimus, quia tunc Dominus in cæna corpus ſuum, & ſanguinem, ſub forma panis, & vini diſcipulis tradidit, & in memoriam ſui, ſic deinceps faciendum inſtituit. Eadem quoque hora ſepultus eſt, & eadem hora, in fractione panis agnitus eſt à diſcipulis. In 7. crepuſculo pſallimus, quia tunc Dominus in agonia prolixius oravit in Horto, & factus eſt ſudor ejus tanquam guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Eadem quoque hora vallatus eſt Cuſtodibus, & eadem hora clauſis januis ſtetit in medio diſcipulorum ſuorum, & ait *Pax vobis*; ut latius explicat *Petr. Bleſſenſ. de vit. mor. & offic. Præſul. & Cleric. ſerm. 3.* Et hæc adde pro ſupplemento ad jam dicta in primo *tom. annot. ad litter. S. C. de doctrin. Chriſt. docend.*

8. At quia pigritia, & infirmitas noſtra, laudes cum iſta intercapedine Domino ſolvere non patitur: ſaltem exemplo David *pſal.* 54. mane, meridie, & Veſpere narremus mirabilia ejus, ſcilicet mane, laudes matutinas: prope meridiem Hora Veſpere, Veſperas Cum Completorio ſolvamus: quia non ſolum debemus facere, quod convenit; ſed eo modo, quo convenit.

9. *PSALLITE ORE*. Quintò, quod extrà Chorum Divinum Officium debeat recitare voce tam clarâ, ut ſe ipſos audiant; quia eſt iniunctum per modum orationis vocalis. Primò pro excitandâ internâ devotione, unde pſaltes dixit, *ad ipſum ore meo clamavi, & exaltavi ſub lingua mea pſal.* 65. & alibi, *lætatum eſt cor meum, & exultavit lingua mea pſal.* 15: Secundò pro aliorum exemplo, & inſtructione: *luceat lux veſtra &c. Matt. 5. audiant manſueti, & letentur pſal. 33. magnificate Dominum mecum*. Tertiò pro linguæ obſequio, ut quod lingua peccavimus, lingua ſatisfaciamus, juxtà Prophetæ effatum, *& reddemus vitulos labiorum noſtrorum Oſeæ* 14. Quartò pro rei petendæ commemoratione, unde Chriſtus dixit *petite, & accipietis Jo.* 16.

10. *PSALLITE MENTE*. Sextò, quod verba proferant integrè, & cum attentione, corporis compoſitione honeſtâ, locoque à diſtra-

diſtractionibus ſeparato, ut præveniant Principes (ideſt Angeli) coniuncti pſallentibus: quia ut ait Gregor. (quem refert *Cartuſian. in Epiſt. Jac.* 1. *art.* 7.), *Dum vox pſalmodiæ per intentionem cordis agitur, tunc aut prophetica myſteria revelantur, aut compunctionis gratia inſpiratur*: Si autem per accidiam, quæ eſt torpor, & meror de exercitio virtuoſo, ſeù de Dei obſequio, & voluntariâ mentis vagatione officium Divinum perſolvatur, erunt ſimiles illis de quibus Dominus per Iſaias dixit *Populus iſte labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me* 29. *Marc.* 7.

11. *REATUS AD POENAM*. Septimò, quod Sacerdotes celebraturi, ità demum ſe præparare debent, ut omninò ſe ipſos non cognoſcant ad hanc Chriſti corporis manducationem indignos ſaltem ex læthali culpâ indigna quandoquidem communicatio, Sacerdotem 1. peccatis illaqueat, 2. damnationem præparat, 3. proximum ſcandalizzat, 4. mentem excecat, 5. tentationi ſubjugat, 6. Deum irritat, 7. vitam temporalem breviat, 8. gratuitis demum donis ſpoliat. Et hoc eſt quod dicit Pſaltes 68. = *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum*, ecce primum, *& in retributionem* ecce ſecundum, *& in ſcandalum*, ecce tertium: *obſcurentur oculi eorum ne videant*, ecce quartum, *& dorſum eorum ſemper incurva*, ecce quintum: *effunde ſuper eos iram tuam*, ecce ſextum: *fiat habitatio eorum deſerta*, ecce ſeptimum: *in Tabernaculis eorum non ſit, qui inhabitet*, ecce octavum. Ne igitur tanti reatus pœnam ſubeant, ſi vitiis ſunt maculati, Sacrificium non offerant *cap. Sacerdotes* 50. *diſt.*

12. *LECTIO SACRORUM LIBRORUM*. Octavò, quod Sacrorum librorum lectio, & doctrina, eſt viris Eccleſiaſticis neceſſaria, ut poſſint ſe ipſos, & eos, qui illos audiunt ſalvos facere; ut Paulus ſcribendo ad Timotheum, & Eccleſiam ſuis monitis inſtruendo docuit: Lecturam proinde veteris, & novi teſtamenti, in qua teſtimonio Concilii Tridentini Cœleſtis theſaurus continetur, non negligant: rubricas, & Cœremonias Eccleſiæ calleant: Doctrinam de Sacramentis, & de præceptis Decalogi, in Cathechiſmo Romano traditam, & à Viris doctis, & pietate præſtantibus enucleatam poſſideant: Opuſcula Sanctorum PP. aliorumvè piorum hominum de virtutibus tractantia, ſæpè præ manibus habeant: & tandem ſtudiis rerum Eccleſiaſticarum, quæ mores, & diſciplinam guberniùmque Eccleſiæ informant, intellectumque erudiunt, vacent. Hæc enim eſt Exercitatio noſtra, quam ſi repulimus, Chriſtum, qui eſt pars noſtra ignorabimus *cap. ſi laicis diſt.* 38. recedemus è via in qua ingreſsi ſumus, ſcandalizzabimus plurimos, & erimus contemptibiles Populo *Malach.* 2. immolabimus hoſtias, & Dominus non ſuſcipiet eas; quia ſcientiam in nobis voluit pluſquam holocauſta *Oſeæ* 6. *&* 8.

13. *DONARE PROHIBEMINI*. Nonò, quod Clerici debent redditus quos ex Præbendis, Beneficiis, Penſionibus, & aliis bonis, & titulis Eccleſiaſticis percipiunt, demptâ eorum congruâ ſubſtentatione, juxtâ decentiam ſtatus, pauperibus erogare, non autem conſanguineis (niſi pauperes ſint) donare, & diſtribuere, vel familiares augere: hocque definitum legimus *in Concil. Trid. cap.* 1. *de reform. ſeſs.* 25. ubi Decretum eſt ita = *Omninò verò eis interdicit, nè ex redditibus Eccleſiæ Conſanguineos, familiareſve ſuos, augere ſtudeant, cum, & Apoſtolorum Canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, Conſanguineis donent; ſed ſi pauperes ſint, ut pauperibus diſtribuant: eas autem non diſtrahant, nec diſſipent illorum causâ*.

14. Et quamquam Decretum hoc loquatur principaliter de Epiſcopis: Cœteros etiam Eccleſiaſticos compræhendit per continuatam Orationem ſequentibus verbis = *Quæ verò de Epiſcopis dicta ſunt eadem non ſolum in quibuſcunque Beneficia Eccleſiaſtica, tam Sæcularia, quam Regularia obtinentibus pro gradus ſui conditione obſervari, ſed & ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales pertinere decernit*. Hæc igitur Decreti diſpoſitio, cum ſit repetitiva ejuſdem formæ ſervandæ ab Epiſcopis, certum eſt, quod omnes Beneficia, & res Eccleſiaſticas poſſidentes, ligantur Decreto, quod cum ſit præceptivum cum dictione abſolutâ *Omninò*, inducit præciſam neceſſitatem, & obligat ad mortale, nec nullam interpretationem contrariam admittit *Sperell. dec.* 81. *num.* 84. *&* 85. *& dec.* 181. *num.* 83. Adeòut contrafacientes dicantur raptores: ita illos vocat *Jo. Herolt. vulgò Diſcipulus Serm. de tempore* 3. ubi quæſtioni ſic reſpondet = *Item quæritur Clerici, qui expendunt Patrimonium Crucifixi cum Meretricibus, utrum teneantur ad reſtitutionem? Reſpondetur, quod Clerici, qui res, ſive bona Eccleſiæ, donant meretricibus, hyſtrionibus, vel etiam ſuis Conſanguineis, non ad ſubſtentationem naturæ, ſed ut poſſint eos ditare de patrimonio Crucifixi, raptores ſunt, & tenentur ad reſtitutionem. Quæritur ulterius de quibus rebus debent reſtituere? Reſpondeo, ſi habent Patrimonium Sæculare, vel aliquid de artificio, vel de labore manuali, de iſtis poſſunt reſtituere; ſed de rebus Eccleſiæ non ſufficit reſtituere, quia quicquid eis ſupereſt, preter victum & amictum, hoc debent dare pauperibus. Unde dicitur in Decreto, bonâ Sacerdotum ſunt bonâ pauperum &c. niſi ſibi ſubtraherent de neceſſariis, vel niſi res, quas habuerunt de Patrimonio, vel de artificio expendiſſent in uſu Eccleſiæ*.

15. Et eſt etiam doctrina *D. Thom. in ſum.* 2.2. *vol.* 5. *quæſt.* 185. *art.* 7. *ad.* 2. ubi hæc habet = *Et ideò ſi quod uſu de eo Epiſcopi, vel alicujus Clerici eſt deputatum, velit aliquid ſibi ſubtrahere & Conſaguineis, vel aliis dare, non peccat, dummodo illud faciat moderatè; ideſt ut non indigeant. non autem ut ditiores indè fiant: undè Ambroſius dicit in lib.* 1. *de offic. c.* 30. *Hæc eſt approbanda li-*

da liberalitas, ut proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas; non tamen ut illos ditiores fieri velis ex eo, quod tu potes conferre inopibus. Ratio autem præcipua hujus propoſitionis, oritur ex altera non minus tuta, quam communior apud eundem D. Thom. loco citato (ubi allegat S. Auguſtinum) Jo. de pariſ. tract. de poteſt. Reg. & Papal. cap. 6. Petr. de Alliac. Card. & Epiſc. Cameracen. libr. de Eccleſiaſt. auctor. Gerſon. in tract. de temper. in cib. pot. & veſt. Prælat. alioſque Theologos ex PP. celebrioris notæ, quà firmant, Viros Eccleſiaſticos, eſſe bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtratores, & diſpenſatores, & non niſi jus utendi ad ſubſtentationem ſecundum exigentiam, & decentiam perſonæ, & ſtatus in illis habere, Vecch. de Eccleſ. milit. lib. 1. cap. 4. n. 19.

16. Propriorum autem bonorum verum dominium habet, & poſſunt tam Epiſcopi, quam Beneficiati licitè de redditibus, & proventibus Eccleſiæ vivere juxtà decentiam ſtatus, & patrimonium unà cum fructibus ſervare ad alium uſum, & de eo diſponere, etiam aliis donando, ut tenet expreſſè D. Thom. ubi ſupra Sot. de juſt. & jur. lib. 10. quæſt. 4. art. 3. Molin. tom. 1. à diſp. 142. ad 145. Imò quod ſi expenderint aliquid de bonis patrimonialibus, & liberis, in expenſas neceſſarias ſuæ ſubſtentationis, vel in eleemoſinas, poſſint tantundem accipere ex bonis Eccleſiaſticis, & ſibi in uſus liberos reſervare, docent communiter Canoniſtæ in cap. Epiſcopus de præbend. ubi Innoc. Hoſt. & Abb. quorum opinionem amplexa fuit Rot. in dec. Caputaq. 301. lib. 1. idque licitum eſſe in conſcientiâ tenuit Abb. in ſua diſp. 4. incipien. Titius clericus n. 3. & à n. 12. uſque ad fin. Barbat. de præſtant. Cardinal. quæſt. 6. à n. 7. ad 17. & rationem reddit Molin. de juſt. & jur. tom. 1. diſput. 145. poſt. princ. Fagnan. in cap. ſi quis ſanè de pecul. cleric. n. 6 cum ſeqq.

17. Et de illis liberè diſponere poſſe etiam favore illegitimorum non obſtante Bulla Pii V. la 117. tenent Mart. de ſucceſ. legal. par. 1. quæſt. 17. art. 2. n. 8. Cherubin. ad d. Bull. ſchol. 2. Nam licet ob reſiſtentiam præfatæ Conſtit. Clerici non poſſint donare, nec alio quovis modo diſponere ad commodum illegitimorum etiam legitimatorum, nec directè, nec per interpoſitam perſonam, tamen hæc Bullæ prohibitio non compræhendit bona patrimonialia, ſed ſolum bona quæ proveniunt ex Beneficiis, fructibus, Penſionibus, & aliis titulis Eccleſiaſticis, ut obſervant citati Authores: nec tollit diſpoſitionem provenientem à jure communi Rot. coram Seraphin. dec. 478. n. 4. & dec. 1358. per tot.

18. Imò in Urbe, & intra decem milliaria vigore Indulti Pauli V. de quo in Bullario tom. 3. Conſtitut. 18. poſſunt Clerici tàm Originarii, quàm Incolæ quicunque ſint (non tamen decedentes extrà reſidentiam (de quibusvis fructibus, redditibus, & bonis Eccleſiaſticis undecunque quæſitis liberè, tam inter vivos, quàm in ultimâ voluntate, & tàm favore Conſanguineorum, quàm extraneorum diſponere, quo verò ad illegitimos in §. 3. hujus Indulti, ſic diſponitur = Declarantes quod ſi contingant dictos Clericos, & alias Eccleſiaſticas Perſonas præfatas diſponere de ipſorum bonis in favorem illegitimorum (non tamen ex eorum proprio corpore procreatorum) tunc, & eo caſu, quoad bona, & cura, & alias res ipſorum diſponentium merè patrimonialia, & laicalia in dicta Urbe, & illius diſtrictu, ut ſupra conſiſtentia, nec Camera, nec ipſi illegitimi in illis ullo modo ſuccedant, ſed ad venientes ab inteſtato, juxtà juris diſpoſitionem ſpectent, & pertineant, quavis alia Conſtitutione forſan contrarium diſponente non obſtante. Hæc ultima verba, tollunt è medio Conſtit. 100. Sixti V. quæ jubet relicta illegitimis contra Bullam Pii V. Cameræ Apoſtolicæ applicari.

19. Et generaliter, quod non obſtante Bulla Pii V. poſſit Clericus, imò debeat, filias ſuas etiam Spurias alere, & dotare de bonis acquiſitis intuitu Eccleſiæ, ſi patrimonialia non adſint, & ſpuriæ non habeant aliunde, quò alantur, & dotentur, per text. in cap. cum haberet de eo qui duxit in matrimon. quam polluit per adulter. & alia jura firmant ex profeſſo Navar. in Comment. de ſpol. Cleric. §. 19. num. 11. & in conſ. 4. de teſtam. Spad. conſ. 222. per tot. Barboſ. ſuper d. c. cum haberet n. 6. & 10. ubi n. 11. limitat hoc in caſu, quo Spurii ex ſua arte, vel operibus vivere poſſunt.

20. NOLITE INGREDI IN GALGALA, ET IN BETHAVEN NE' ASCENDATIS. Per Galgala ſignificatur luxuria: nam Galgala volutabrum interpretatur, in quo, qui carnis ſpurcitias amat, volutatur, juxtà illud D. Petri 2. Sus lota in voluntabro luti. Luxuria enim ſive fornicatio eſt prohibita de jure Divino ante Chriſti Paſſionem: in Deuter. 23. non erit Meretrix de filiabus Iſrael. Tob. 4. attende tibi filii mi ab omni fornicatione, preter Uxorem tuam, nunquam patiaris crimen ſcire, Eccleſ. 19. qui ſe jungit fornicariis erit nequam, & putredo, vermes hæreditabunt illum, Jer. 5. Filii tui dereliquerunt me, ſaturavi eos, & mœcati ſunt, & in Domo Meretricis luxuriabantur, Prov 23. Fovea profunda eſt Meretrix, Oſeæ 4. Cum Meretricibus converſabantur, & cum effeminatis ſacrificabant, & Populus non intelligens vapulabit: Poſt Chriſti verò Paſſionem, iterum in Concilio Apoſtolorum damnata eſt Act. 15. hoc decreto = Viſum eſt enim Spiritui Sancto, & nobis nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria: ut abſtineatis vos ab immolatis Simulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, fornicatione &c. Item à D. Paulo Gentium Doctore, in hoc legationem Divinam fungente 1. Cor. Coloſ. 3. Epheſ. 5. Teſ. 4. dicens in hac ultima, hanc eſſe voluntatem Dei, & quod ſpernentes præceptum, Deum ipſum ſpernant.

21. BA-

21. *BATHAVEN*. Autem interpretatur Domus Idoli, & ſignificat avaritiam, quæ eſt Idolorum ſervitus, cui qui aſcribitur accumulat ſibi cauſam copioſam reprobationis; cum Sapiens dicat *Eccleſ.* .10. quod nihil ſceleſtius ſit avaro, & nihil ſit iniquius quam amare pecuniam: Quapropter cum virtus caſtitatis ſit propria Miniſtrorum Eccleſiæ, & inſervientium Altari, & Avaritiæ ſuſpicio procul abeſſe debeat ab ordine Eccleſiaſtico, ut monet *Concil. Trid. c.* 1. *ſeſſ.* 21. *de refor.* ideò Epiſcopus in hac Epiſtolâ Paſtorali, ſuos Clericos hortatur, ut fugiant vitium oppoſitum primæ, & abhorreant malitiam ſecundæ; ſcient quod ſi fiat, totus Clericus reformatus erit: nam conturbat Domum ſuam, qui ſectatur avaritiam, qui autem odit munera, vivet *Prov.* 15.

22. *NEMO IMPLICAT SE ILLIS*. De occupationibus illicitis Clericorum plura dixi *tom.* 1. *tit.* 5. *annot. ad Form.* 9. *de Vit. & honeſt. Cler. & in Appendic. annot. ad Litter. Congr. Epiſc.pag.* 357. ad quæ me refert: nunc verò tantum addo, quod inter negocia, ſeù artes eis prohibita, ſæpè in Sac. Canonibus repetitum legitur officium Procuratoris in Sæculari judicio, ſeù foro apud quem poſtulare non poſſunt præſertim ſi ſint Beneficiati, aut in Sacris Ordinibus conſtituti, niſi pro ſe ipſis, pro Eccleſiâ, aut ſi neceſſitas immineat pro miſerabilibus perſonis, text. ſunt clari, & aperti in corpore juris Civilis *Auth. de Sac. Epiſc. §. Deo autem verſ. alium* & in corpore juris Canonici in *c. quia Epiſcopus* 5. *quæſt.* 3. *c. nullus* 11. *quæſt.* 1. *c. credo & ſeqq.* 21. *quæſt.* 3. *c.* 1. *& c. Sacerdotibus de vit. & hon. cler. c.* 1. *& ult. de poſtulan.* & ratio talis prohibitionis affertur in *c. perlatum diſt.* 88. per hæc verba = *Quoniam res hæc, & ipſum vilem reddit, & reverentiam Sacerdotalem annihilat* quod veriſſimum eſſe experientiâ comprobatur. Neque dicant Clerici Curiales, quod in Urbe hoc munus etiam à Sacerdotibus, Papâ tolerante exerceatur: quia cum ibi reperiantur ſuprema Tribunalia Eccleſiaſtica (prout ſunt omnes Congregationes Cardinalium) in quibus, vel Ritus Eccleſiaſtici, vel Decreta Concilii Trid. vel Immunitas Clericorum, vel Regularium utriuſque ſexus conſtitutiones, aut locorum Piorum Privilegia proponuntur, & examinantur: non eſt mirum ſi hujuſmodi negocia coram eiſdem Cardinalibus (Papam repræſentantibus), & in quibus proceditur ſine ſtrepitu, & telâ judiciariâ, & ſola facti, & juris veritate inſpectâ, dirigi, proponi, & defendi permittatur, etiam à Presbyteris.

23. Cœterum ſi Presbyteri in Urbe præter negocia ſpectantia ad Cardinalium Congregationes, & alia id genus ſuſcipiant etiam negocia profana forenſia coram Judicibus laicis defendenda, non ſunt excuſandi prætextu tolerantiæ (ſi hæc adeſſet) quia talem tolerantiam Papa reſcripto non approbat; ſed dicitur potius corruptela, cum ſit conſuetudo irrationabilis, & contra expreſſos Canones, & bonos mores), & tolerantia eſſet permiſſiva, & non approbativa, ratione (fortè) multitudinis, quod non excuſat à peccato, ut bene diſtinguit *Graff. dec. aur. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 12. *Barb. de jur. Eccleſ. cap.* 40. *n.* 85. latè *Sperell. deciſ.* 133. *n.* 19. *& tribus ſeq. Guazzin. jun. ad defenſ. anim. libr.* 2. *de Judic. cap. ultim. addit.* 6. *n.* 24. *circa fin. Navar. conſ.* 3. *n.* 11. *de empt. & vend. Conſtit. Ægidian. lib.* 3. *cap.* 20. ibique *Gaballin. n.* 1. 2. *&* 3. imò Papa non ſolum hoc tacitè non approbat: ſed expreſſè etiam in Urbe reprobat per Edicta, quæ ſæpè promulgat per ſuum Vicarium, quibus expreſſè hujuſmodi prohibitio legitur verbis ſequentibus. *Che li Sacerdoti non poſſono procurare, avocare, difendere, ne fare alcun atto nelle Cauſe ſiano Civili ò Criminali avanti li Tribunali laicali, eccetto, che nelle Cauſe dalli Sac. Canoni permeſſe, & all' ora debbaſi impetrare la licenza da Noi in ſcritto gratis.*

24. *VICTUQUE FRUGALI*. Parca vita occidit vitia, libidinem extinguit, virtutem nutrit, animum roborat, mentem ad Cœleſtia elevat: ideòque Clerici non debent pretioſa fercula quærere, & habere; tum quia ita facienda expenderent ſuperflua (pauperibus eroganda) in uſum pravum: tum quia dilatando ſe in voluptate comedendi, & bibendi principaliter propter cibum, & potum delectabilem, exponerent ſe periculo peccandi in peccato gulæ, & fierent inimici Cruci Chriſti, de quibus loquitur Paulus ad *Philip* 3. Tum demum quia eſſent pròximis mali exempli, & deſtruerent opus Dei: nam ut dicit idem Apoſtolus ad *Rom* 14. *bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizzatur*: ideò quinque repræhenſibilia ſunt circa commeſtionem. Primum, comedere ante debitum tempus: hoc eſt antequam Deo homo aliquem actum reverentiæ exhibuerit. Secundum, quærere delicata cibaria, diligentiam multam apponere. Tertium nimis multum ſumere de cibo, & potu. Quartum avidè ſumere cibum. Quintum varietatem ferculorum quærere. Sicque ita caro nutrienda eſt ut ſerviat, ſic domanda eſt, quod non ſuperbiat.

25. *CUM GRATIARUM ACTIONE*. Clerici antequam cibum ſumant, debent menſam benedicere, & poſt menſam gratias Deo agere *c. quando il* 1. *& c. non liceat* 44. *diſt.* & hac de causâ in Breviario Romano ponitur Ritus benedicendi Prandium, & Cœnam: qui à pluribus tum Clericis, tum laicis ſervatur.

Ven. Fratribus Parochis, & Curatis Civitatis, & Diœceſis noſtræ N. ſalutem, & benedictionem in Domino Sempiternam.

## *FORMVLA II.*

### SUMMARIUM.

1. *Parochi debent cognoſcere mores ſuorum ſubditorum.*
2. *Parochi tenentur continuò reſidere, nec poſſunt à Parochiâ diſcedere ſine Ordinarii licentiâ, nec per modicum tempus.*
3. *Parochus Regularis cogitur ab Epiſcopo ad reſidentiam cum Socio in Domo Parochiali.*
4. *Parochis, qui non habent habitationem in Parochiâ, quomodò ſit providendum, oſtenditur, & num. 5. & 6.*
7. *Parochus tempore peſtis, tenetur ad reſidentiam.*
8. *Parochus non faciens reſidentiam in Parochiâ quomodò ſit mulctandus, demonſtratur.*
9. *Parochi contra prophanatores dierum feſtivarum, debent declamare.*
10. *Parochi debent docere doctrinam, & traditiones, quas docet, & tenet Eccleſia Catholica.*
11. *Doctrina SS. PP. & Conciliorum tenenda eſt, non autem, quæ Spiritum Eccleſiæ relaxat.*
12. *Sacramentum pœnitentiæ, an conferat gratiam pœnitentibus ex ſolo metu gehennæ, oſtenditur, & num. 13. 14. 15. & 16.*
17. *Sacramenta ſunt gratis adminiſtranda, non obſtante contrariâ conſuetudine.*
18. *Decreta Sac. Congreg. Concilii obligant tanquam leges in utroque foro.*
19. *Parochi tenentur ſaltem diebus feſtis, Sacrificium applicare pro Populo.*
   *Maritus tenetur alere Vxorem, etiamſi illam duxerit ſine Dote, ibi.*
20. *Curati amovibiles tam Sæculares, quàm Regulares tenentur Sacrificium offerre pro Populo dictis diebus, ibi.*
   *Collegiata Eccleſia ſi eſt Parochialis tenetur celebrare Miſſam Conventualem pro Benefactoribus; & Miſſam Parochialem pro Populo, ibi.*
21. *Epiſcopi, imò & Summus Pontifex, tenentur frequenter pro Ovibus ſuis Sacrificium offerre, & num. 22. 23. 24. 25.*
26. *Prælati Regulares tenentur pro ſubditis frequenter Sacrificium offerre.*
27. *Matrimonii clandeſtini ſpecies enumerantur, & pœnæ.*
28. *Matrimonium clandeſtinum tertiæ ſpeciei, nullam habet præſumptionem validitatis.*
29. *Parochus aſſiſtens Matrimonio contra prohibitionem Epiſcopi, poteſt puniri.*
   *Teſtes, qui aſſiſtunt Matrimonio contra prohibitionem Epiſcopi, & Eccleſiæ ſi ſunt in dolo, poſſunt puniri, ibi.*
30. *Matrimonii impedimenta, quæ nullitatem inducunt, vel in eò remanere, aut libertatem impediunt adducuntur, & num. 32.*
31. *Cognatio ſpiritualis an contrahatur ab eo qui tenuit confirmatum cum oleo infirmorum per errorem, oſtenditur.*
33. *Matrimonii diſpenſatio obtenta ſuper impedimento conſanguinitatis in formâ pauperum, falsò narrata paupertate, eſt valida.*
   *Diſpenſatio matrimonialis conceſſa inter Conſanguineos ob anguſtiam loci, eſt exequenda, etiamſi teſtes deponant homines loci eſſe omnes pares, ibi.*
34. *Matrimonium contractum coram Parocho non Sacerdote, eſt validum.*
   *Item contractum coram Parocho cujus proviviſio prætenditur nulla ex defectu Examinatorum Synodalium ibi.*
   *Matrimonium contractum coram non Parocho, qui ex conſuetudine reputatur talis, non tenet, ibi.*
   *Matrimonium contractum coram Vicario Generali, eſt validum, ibi.*
   *Matrimonium contractum ab Educandâ coram Parocho intrà cujus Parochiam ſitum eſt Monaſterium, eſt validum, ibi.*
   *Procurator ad contrahendum matrimonium, poteſt eſſe tam maſculus quam fœmina, dummodò ſit pubes.*
35. *Martyrium ſine effuſione ſanguinis, eſt triplex.*
36. *Paradiſum non ingreditur, qui non patitur tribulationes.*
   *Opiniones laxæ ſunt fugiendæ.*

*Act.* 20. DIſceſſurus Paulus ab Eccleſiis Aſiæ timens, quod in ſua abſentiâ Chriſti plebem lupus mactaret, & diſperderet; vocatis majoribus
*2. Tim.* 1. Epheſi, intonuit auribus eorum illa emphatica verba = *Attendite vobis, & univerſo Gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos re-*
*2. Cor.* 5. *gere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo.* Sollicitudo Apoſtoli, quem Deus elegit gentium Doctorem monet, & Charitas
*Phil.* 1. Chriſti urget nos, vobis (qui coadminiſtratores in regimine, & gaudium meum
*Ephes.* 4. eſtis) illa repetere: ut ejuſdem electionis participes, dignè ambuletis vocatione,

quâ

2. *Tim.* 1. quà vocatis eſtis. Nolite erubeſcere teſtimonium Domini noſtri, ſed collabo
*Phil.* 1. rate Evangelio ſecundum virtutem Dei, qui vos vocavit vocatione ſua ſanctâ,
*Eph.* 1. non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam, quæ
*Io:* 15. data eſt nobis in Chriſto Jeſu ante tempora ſæcularia.
*Matt.* 28. *Jer.* 1. Elegit inquam nos Deus (Fratres dilectiſſimi), & poſuit nos regere Eccleſiam
1. *Tim.* 2. hanc N. ut fructum afferamus, & fructus noſter maneat: docendo ſcilicet ve-
*Petr. Bleſ.* ritates fidei, & monendo ad converſionem morum, orando ad interceſſionem
*Epiſt.* 13. pro noſtrâ, & Populi ignorantiá. De primo loquitur Dominus apud Matthæum
*Pſal.* 65. = *Euntes docete omnes gentes*. De ſecundo legimus in Jeremia = *Ecce conſtitui te ſuper gentes,*
*Prov.* 27. *ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes*. De tertio ait
*Rom.* 16. Apoſtolus: *Primum omnium rogo fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes pro omnibus*
1. *Tim.* 4. *hominibus*. Quandoque in arbitrio fuit curam Animarum non recipere, ſemel
*Hebr.* 13. autem ſuſceptam, non amplius licet abjicere: Deus ergo nunc exigit à nobis
*Ezech.* 34. oblatum, qui non exegerat offerendum: voluntas in neceſſitate tranſlata eſt, &
*Matt.* 18. vinculo ſpiritualis matrimonii, arctarum promiſſa reddere, quæ in contrahendo
*Luc.* 15. diſtinxerunt labia noſtra.
*Ezech.* 34. *Sap.* 6. *Gal.* 4. *AGNOSCITE* ergo diligenter *vultum pecoris veſtri*, Gregemque veſtrum com-
*Rom.* 14. miſſum conſiderate; nolite paſcere voſmetipſos: ſed publicè peccantes, & eos
2. *Cor.* 8. qui *ordinem Eccleſiæ pervertunt*, & perturbant redarguite; obſervate eos, qui po-
*Levit.* 10. nunt offendicula, & declinate ab illis à quibus etiam ut Oves vobis commiſtæ
*Phil.* 2. declinent, ſatagite. Attendite lectioni, exhortationi, & Doctrinæ, ut voſmetipſos,
1. *Cor.* 10. & eos, qui vos audiunt ſalvos faciatis. Quod tenet, & docet Eccleſia *tenete*:
*Petr. Bleſ. de Vit.* quia Jeſus Chriſtus heri, & hodie. *Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci*. Quod
*Preſ. Epiſt.* 11. infirmum eſt conſolidate, quod ægrotum ſanate, quod confractum alligate,
2. *Cor.* 4. quod abjectum, vel perditum quærite, & ad ovile reducite: ne Dominus in
die viſitationis ſuæ oves de manu veſtrâ (quod abſit) ut Propheta clamat re-
*S. Proſp. de* quirat: citò enim, & orrendè nobis apparebit: Obſecro itaque vos per miſeri-
*Vit. contempl. Sacer.* cordiam Dei, ut in ſapientiá ambuletis ad eos, qui foris, & quæ ædificationis
*lib.* 1. *c.* 23. ſunt, cuſtodiatis; nè quis vos vituperet in miniſterio, quod miniſtratur à vobis.
Paſcite Oves creditas (peccata eorum portantes) in charitate non fictâ; quærentes
*Agg.* 1. non quod vobis utile eſt, & quæ veſtra ſunt, ſed quod multis, ut ſalvi fiant.
*Rom.* 7. Quid eſt Oves paſcere niſi Evangelizzare ſubiectis? reddere Deo populum ac-
*Act.* 1. ceptabilem verbo, opere, & exemplo: dirigere vias Domini, & parare Domi-
*Matt.* 5. no plebem perfectam. Non in verborum Splendore, aut aſtutiâ verbum Dei
adulterantes, ſed in operum virtute, totam prædicandi fiduciam ponite: non
*De Vit.* vocibus delectemini populorum acclamantium vobis; ſed fletibus. Doctrina
*Preſ. hom:* 10. *in* veſtra conſiſtit in verbis, & factis: nam verba ſine operibus vana, & infructuo-
ſa ſunt; ideòque garrientes voce Propheta carpit dicendo = *ſeminaſtis multum, &*
*Matt. oper.* *intuliſtis parum*. Mementote (ſcientibus legem loquor), quod Chriſtus, qui eſt
*imperf.* bonus Paſtor, prius cæpit facere, & poſtea docere, ut ait Sanctus Lucas, &
ideò prius uocavit nos ſal, poſtea autem lux: quia prius eſt bene vivere, ſecun-
*Luc.* 12. dum autem bene docere. Plus enim nocet (ut ait Divus Chriſoſtomus) exem-
*Rom.* 2. plo ſuo malo, Sacerdos malus, quam prædicando prodeſt: per eos etenim qui
1. *Cor.* 4. docent, & faciunt, magnificatur Deus, per eos autem qui docent, & non fa-
*Cartuſ. in* 1. ciunt blaſphematur. Sint ergo lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in
*Petr.* manibus veſtris ut Chriſtus imperat nobis: non enim in ſermone eſt regnum
Dei, ſed in virtute. Uæ, Uæ Præſidentibus vitam carnalem, negligentem, in-
*Theſ.* 5. flatam, & ſcandaloſam ducentibus: quoniam univerſa Subditorum peccata in
1. *Petr.* 5. eos redundant.
1. *Cor.* 4. 1. *Tim.* 2. Vigilemus itaque, & ſobri ſimus Fratres cariſſimi, & exemplo bonorum ope-
1. *Theſ.* 5. rum forma Gregis effecti; Nos exiſtiment homines ut miniſtros Chriſti, & di-
*Hebr.* 13. ſpenſatores Myſteriorum Dei; ſollicitè curantes, noſmetipſos exhibere operarios
*Theſ.* 5. inconfuſibiles. Sacramenta *bene diſpoſitis, gratis adminiſtrate*. Sine intermiſſione orate
*Matt.* 5. *Sacrificia pro Populo offerre non ceſſetis*. *Matrimonia clandeſtina repellite*. Charitatem fra-
1. *Cor.* 15. ternitatis ſervate: patientes ad omnia, & miſericordes in omnes: quia beati
1. *Jo.* 2. eritis. In ubertate, in paupertate, in caſtitate *Martyres eſtote*, ſcientes quod labor
*Hebr.* 10. veſter non eſt inanis. Vanam hujus Mundi gloriam, & quæ in Mundo ſunt
*Jac.* 1. deſpicite (præterit enim figura hujus Mundi), cognoſcentes vos habere melio-
*Luc.* 13. rem, & manentem ſubſtantiam. Oves vobis creditas, in Cœleſtis Patriæ beati-
*Luc.* 14. tudinem (quam Deus repromiſit diligentibus ſe) *per anguſtam portam*, monitis,
1. *Petr.* 5. & increpationibus jugiter compellite intrare: ut cum Princeps Paſtorum ad ju-
*Jo:* 17. 18. *Pſal.* 9. dicandum venerit, ei dicere poſſitis: ecce quos dediſti mihi, non perdidi ex eis

quem-

quemquam, & ipſe reddet vobis coronam gloriæ, quam, & mihi conſervo veſtro conferre dignetur ille, qui regnaturus eſt in æternum. Amen.

## ADNOTATIONES

1. *AGNOSCITE VULTUM PECORIS VESTRI*. In præcedenti Epiſtolâ Paſtorali, Epiſcopus Clerum monuit de diſciplinâ ſervandâ; hic autem Parochos, & Rectores Animarum excitat voce Divinorum Oraculorum, ad officium Paſtorale diligenter exercendum, illoſque inſtructos reddit de eorum obligationibus. Et Primò, quod debeant cognoſcere oves proprias intus, & incutim, quod fit continuâ reſidentiâ, & vigilantiâ, qui enim non reſidet in Parochiâ continuò cuſtodiens vigilias noctis ſuper Gregem ſuum hic non eſt Paſtor qui ſalutetur ab Angelo, nec qui curet flagitia depellere, morbidaſque Oves ſanare.

2. Hæc autem præciſa obligatio reſidentiæ eſt adeò ſtricta, ut non poſſit niſi causâ cognitâ, & approbatâ ab Epiſcopo, ſuppleri per Subſtitutum, neque interrumpi per frequentem abſentiam quantumvis modici temporis, aut modicæ diſtantiæ ſive itineris intercapedinem; ut declaravit *Sac. Congr. Concilii in una Fulginaten.* 10. *Maii* 1687. in qua propoſitis ad inſtantiam Epiſcopi ſequentibus dubiis, nempè.

I. *An Rectores Parochialium diſtantium per duo, tria, aut quatuor milliaria circiter à Civitate, poſſint ſine Epiſcopi licentiâ à ſuis Eccleſiis Parochialibus, relicto ibidem ſubſtituto ab eis deputato, & in Civitate, tam diurno quam, nocturno tempore jugiter commorare exceptis ſolis diebus feſtis in quibus ad dictas Eccleſias ſe conferunt, recurrentes illicò ad Civitatem?*

II. *An Parochi, qui nocturno cæteroquin tempore reſident apud ſuas Eccleſias, poſſint celebratâ ſummo mane in ſuis Eccleſiis Miſsâ, ſe conferre ad Civitatem, & in ea diurno tempore totius, vel minoris partis anni commorari, licet apud dictas Eccleſias adſint eorum Subſtituti?*

III *An dicti Parochi, qui cæteroquin diurno tempore reſident apud ſuas Eccleſias, poſſint nocturno tempore tota, vel majori parte anni commorari in Civitate, licet in dd. Eccleſiis adſint eorum ſubſtituti?*

*Sac. Congr. ad omnia reſpondit Negativè. lib.* 37. *Dec. pag.* 301.

3. Imò ſi Parochus eſſet Regularis (qui adhuc hodie in Eccleſiis Monaſteriis unitis ex permiſſione Ordinarii, vel ex privilegio, poteſt Curam exercere) poſſet Epiſcopus illum cogere ut apud Eccleſiam Parochialem unà cum ſocio reſideret; prout alias eadem Congr. declaravit *in Bobien.* 16. *Martii* 1630. *ad* 3. *lib.* 14. *Decr. pag.* 408.

4. In locis verò ubi Domus Parochialis, vel quæ conduci poſſit intra fines Parochiæ non adeſt, eſſet providendum juxtà inſtructionem olim datam ab eadem Congregatione Epiſcopo Nolano *ſub die* 8. *Febr.* 1581. tenoris ſequentis *Reverendiſſime Domine, quæ ampl. tuæ libello his litteris concluſo Sac. Congreg. Card. Concilii interpretum exponenda curavit de Parochialibus Eccleſiis inſua Diœceſi habitationem pro Rectoribus non habentibus, ubi etiam ſæpè accidit, ut nulla Domus, quæ conduci poſſit à Rectore reperiatur, ita reſpondendum cenſuerunt. Rectores Parochialium prædictarum, ex earum annuis redditibus minus* 60. *Ducatis monetæ uſitatæ in Regno Neapolitano percipiunt, liberos eſſe debere à contributione pro Domibus ædificandis; ſed Capitulum, cui illæ unitæ ſunt Patronus, ac alios ad quos fructus aliqui ipſarum Eccleſiarum perveniunt, aut in illorum defectum Parochianos juxtà diſpoſitionem Concilii cap.* 7. *ſeſſ.* 21. contribuere cogendos eſſe. *Illos autem Rectores qui ex his Parochialibus plus* 60. *ſed non ultra centum Ducatos ejuſdem monetæ annuatim percipiunt, quoque ſuam unà cum prædictis, aut cum Parochianis, juxtà prædictam formam judicio tuo conferre debere: quod ſi annui fructus pro Rectore excedant ſummam centum Ducatorum, alios gravandos non eſſe, ſed ex dictis redditibus Parochialibus tantum pro ædificatione Domus eſſe ſumendum quantum ampl. tua convenire arbitrabitur lib.* 13. *Decr. pag.* 248.

5. Et in alia *Cathacen.* 16. *Decembris* 1634. reſcripſit = *Ad refectionem Eccleſiarum cogendos eſſe earundem Eccleſiarum Rectores: quod ſi redditus ipſarum Parochialium non ſufficiunt, Epiſcopum juris remediis juxtà formam cap.* 7. *ſeſſ.* 21. *ipſos Parochianos cogere debere, & interim curare, ut ipſi Rectores intra limites ſuarum Parochialium in Domibus conductis, vel aliis permaneât lib.* 15. *Decr. pag.* 134.

6. Si autem omnes, tàm Parochus, quàm Parochiani egeſtate præmantur, & de habitatione intra fines Parochiæ pr ovideri illi non valeat: tunc licitum erit de licentiâ Epiſcopi, in Parochiâ viciniori, reſidentiam facere ut eadem Congr. conſulta reſpondit in *Literen.* 19. *Januarii* 1636. In qua ſic habetur = *Ad* 2. *circa Parochos intra limites ſuarum Parochialium Domus non habentes, EE. PP. cenſuerunt, ſi vera ſint, quæ in ipſa relatione exponuntur, poſſe Epiſcopum pro ſuo arbitrio, & conſcientiâ permittere, ut Parochi, qui neque ex factibus Parochialis, nec alio modo, ædes in Parochiali conſtruere, ſeù alias intra ſuarum Parochialium fines conducere poſſint, inhabitent Domos in alienis Parochiis vicinioribus ſitas lib.* 15. *Decr. pag.* 300.

7. Ad hanc inſuper reſidentiam tenentur Parochi, etiam tempore peſtis, & cogi poſſe declaravit eadem *Sac. Congr. Concilii in Mediolanen.*

*lanen. 13. Aprilis* 1630: in qua ſic reſcripſit = *Cenſuit Parochos tempore peſtis teneri in Eccleſiâ Parochiali reſidere, illoſque cogi debere ad præſcriptum cap. 1. ſeſſ. 23. de refor. & Parochianis peſte laborantibus Sacramenta baptiſmi, & pœnitentiæ per ſe, vel per alios idoneos omninò miniſtrare, & ſupradicta eſſe ſignificanda Archiepiſcopo, & aliis Epiſcopis per litteras Sac. Congreg. factaque relatione SS. D. N. ſub die* 16. *ejuſdem, Sanctitas ſua approbavit, & exequi mandavit, & exequutum fuit lib. 4. Decret. pag.* 263.

8. Quando igitur Parochi reſidentiam continuam non faciunt, & Epiſcopus ad formam *d. cap.* 1. *ſeſſ.* 23. vult contra illos procedere, & mulctis, & pœnis cogere; non poteſt ad ſequeſtrationem fructuum Parochiæ procedere, niſi Parocho citato, & ſi ſubtractio fieret ſine citatione, nulliter ageret, & fructus reſtituendi eſſent, ut declaravit *d. Congr. in Sabinen. 2. Septembr.* 1581. *lib.* 54. *Decr. pag.* 164. Si verò Parochus ſine licentiâ reſidentiam intermiſerit ultra duos menſes, tunc poteſt, & debet compelli per Epiſcopum ad reſtitutionem fructuum pro rata temporis abſentiæ juxtà prædictum Decretum *Conc. Trid. c.* 1. §. *ſi quis autem ſeſſ.* 23.

9. *ET EOS, QUI ORDINEM ECCLESIÆ PERVERTUNT*. Secundò quod non ſolum peccata publica removere ſatagant; ſed etiam illos, qui, vel ſolemnitates profanant commeſſationibus, ludis, choreis, & ebrietatibus, quaſi feſti dies in honorem Dei, Sanctorumque, per luxum, & laſciviam agantur, & non ad illorum imitationem excitandam, mores componendum, pietatem, & religionem colendam, vel tempore ſeptuageſimæ ( in quo Eccleſia ad repreſentandam Adæ, & Ævæ prævaricationem, & totius generis humani exilium, & perditionem, deponit omnia cantica letitiæ, & ad pœnitentiam aſſumendam fideles invitat, induit, & provocat ), incipiunt inſanire actionibus ludifactoriis, quibus Animas avertunt, redarguere: in hos inquam tanquam ordinis perverſores exurgere, & declamare debent Parochi, & cauſam Dei tueri: ſi enim ut benigni ſuis ſubditis videantur, verentur peccantium linguas, periculo damnationis, ſe exponunt.

10. *TENETE*. Tertiò admonet, eos ſinceritate columbinâ tenere, & docere debere doctrinam, quam tenet, & docet Eccleſia, non quæ contra illius dogmata, & traditiones, docent Authores, quamvis magnæ authoritatis, qui monumenta ſæculorum revolventes, tam prophana, quam Sacra confundunt, & tam traditiones, quam canones ſub eorum criterio ſupponentes, nihil certum relinquunt, ſed omnia, vel in dubium revocant, vel fictitia eſſe pronunciant, vel apocripha. Ut autem Parochi fideles diſpenſatores perſiſtant, hoc unum ſcire utile eſt: quod non omnia, quæ ad doctrinam Catholicam pertinent, nec Chriſtus, nec Apoſtoli ſcriptis mandarunt, ſed fidei diſcipulorum per ſermonem multa commiſerunt; hocque clarè patet ex actibus Apoſtolorum, ex quibus habetur *c.* 16. quod Paulus Eccleſiarum Viſitator = *Tradebat eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab Apoſtolis, & Senioribus*, & ſcribens Teſſalonicenſibus dicit eis = *Itaque Fratres ſtate, & tenete traditiones, quas didiciſtis ſivè per Sermonem ſivè per Epiſtolam*. Qui ergo evangelizzat nobis præterquam quod evangelizzat Apoſtolus, & præter id, quod ab Eccleſiâ Cattholicâ accepimus anathema ſit; ſed ſemper cum *D. Hieronymo* ſtudio habemus audientibus loqui, quod publicè in Eccleſiâ didicimus *Concil. Trid. ſeſſ.* 4.

11. *DOCTRINIS VARIIS, ET PEREGRINIS NOLITE ABDUCI*. Quartò, proſequendo Epiſcopus theoricam præcedentis admonitionis, cautos illos reddit in ſelectione bonorum Authorum: cum enim hac noſtrâ tempeſtate, creverit uſque ad exceſſum libido opinandi, & opinionum aceruus, ac diverſitas, & tam in facultate rerum moralium: quam in Eccleſiæ, & Clericorum diſciplina: veritas ( quæ una eſt, & quam falsò nonnulli dicunt illuſtratam ) obnoxia dubiis conſpiciatur; bonus Epiſcopus, qui ſanam doctrinam in ſua Diœceſi debet tueri; propoſitiones Modernorum laxas, quæ ſpiritum Eccleſiæ extinguunt, vel relaxant, propellere hic nititur, & eidem ſpiritui, & doctrinæ Chriſti Sponſæ, quæ ex Evangelio, Divinis litteris, ſacriſque PP. & Conciliis oritur, quantum poſſibile erit, & tempora, & ætates permittunt, firmiter cum ſuis Parochis, adhærendum declarat: quia Chriſtus, qui illam regit, & informat, eſt ſemper idem. Neque Philoſophorum argumentis ( quos D. Hieronymus ſcribens ad Creſiphontem adverſus Pelagium vocat Patriarchas Hæreticorum ) delectatur; ſed Apoſtolorum ſimplicitati acquieſcit, ſciens illud ſcriptum = *Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo*, 1. *Cor.* 1. *de* quibus loquitur *D. Paulus ad Tim.* 1. *c.* 1. cum dicit quidam *Aberrantes converſi ſunt in vaniloquium volentes eſſe legis doctores non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant*.

12. *BENE DISPOSITIS*. Quintò monet, quod Officium eſt Parochi, reddere fideles adultos catecheſi diſpoſitos, ad ſuſcipienda Sacramenta, ut gratiam quam conferunt, vel augent, recipere mereantur. An autem in Sacramento pœnitentiæ ( quod dicitur Sacramentum mortuorum ) quis dicatur diſpoſitus ad impetrandam gratiam juſtificationis cum ſola attritione, quæ concipitur ex metu gehennæ excludens voluntatem peccandi cum ſpe veniæ: vel potius exigatur aliquis

actus

actus dilectionis Dei, ſeù charitatis dubia, olim & acriter agitata erat quæſtio inter Theologos morales Sæculi mox elapſi: aſſerentibus quibuſdam; negantibus aliis; cui impoſitum fuit ſilentium ad Alexandro Papa VII. qui ſuo Decreto neutram ex dictis duabus ſententiis inter ſe pugnantibus, Cenſuræ Theologicæ ſubjiciendam eſſe declaravit, donec à Sanctâ Sede, aliquod hac in re eſſet definitum, ut ibi = *Sanctiſſimus D. N. Alex. Papa VII. Cum acceperit non ſine gravi mœrore animi, Scholaſticos quoſdam acrius, nec abſque fidelium ſcandalo inter ſe contendere, an illa attritio, quæ concipitur ex metu Gehennæ, excludens voluntatem peccandi cum ſpe veniæ ad impetrandam gratiam in Sacramento Pœnitentiæ, requirat inſuper aliquem actum dilectionis Dei) aſſerentibus quibuſdam, negantibus aliis, & invicem adverſam ſententiam cenſurantibus) Sanctitas ſua &c. auditis votis Cardinalium adverſus hæreticam pravitatem Generalium Inquiſitorum, necnon Conſultorum, & Qualificatorum Sac. Congregat. ejuſdem Inquiſit. Hoc præſenti Decreto in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub pœnâ excommunicationis latæ ſententiæ Sanctæ Sedi reſervatæ, aliiſque pœnis &c. præcepit cunctis, & ſingulis fidelibus quocunque gradu, & Dignitate etiam Epiſcopali, & majore, imò, & Cardinalitia fulgentibus, ut ſi deinceps de materiâ attritionis ſcribent, vel libros, aut ſcripturas edent, vel docebunt, vel prædicabunt, vel alio quovis modo Pœnitentes, aut Scholares, cæteroſque erudient, non audeant alicujus Theologicæ cenſuræ, alteriuſve injuriæ, aut contumeliæ notâ taxare alterutram ſententiam, ſive negantem neceſſitatem aliqualis dilectionis Dei in præfata attritione ex metu Gehennæ concepta (quæ hodie inter Scholaſticos communior videtur) ſive aſſerentē dictæ dilectionis neceſſitatem, donec à Sede fuerit aliquod hac in re definitum, ſtatuitque prætereà Decretum hoc ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & in Acie Campi Floræ affixum, omnes ubique exiſtentes arctare, & afficere, ac ſi unicuique perſonaliter fuiſſet intimatum. Datum &c. 5. Maii* 1667.

13. Cœterum ſententia, quæ docet, ad Sacramentum pœnitentiæ dignè recipiendum ſufficere attritionem ex motivo ſupernaturali conceptam, tutam mihi videtur. Primò quia Sacramentum pœnitentiæ non alio pacto poteſt appellari Sacramentum mortuorum (uti illud vocant Concilia, & Patres) niſi quia habet cauſare ex vi ſuæ inſtitutionis primam gratiam, ſeù gratiam delectivam peccati mortalis; adeòque ſolum requirit attritionem, ſeù dolorem, & converſionem ad Deum inſufficientem per modum meriti ad impetrandam primam gratiam, ut docet *Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 4.* nimirum dolorem requiſitum ad dignè ſuſcipiendam abſolutionem Sacramentalem eſſe attritionem, quæ concipitur metu Gehennæ ex impulſu Spiritus Sancti, *Quò* (ſunt verba Concilii) *pœnitens adultus viam ſibi ad juſtitiam parat, quamvis ſine Sacramento pœnitentiæ, per ſe ad juſtitiam perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento pœnitentiæ impetrandam diſponit*: hoc eſt componit, ſufficit, ut ex attrito fiat contritus, modo duo concurrant. Primùm quod hic timor excludat voluntatem peccandi. Secundùm ut ſit cum ſpe veniæ, ut benè docet *Graff. deciſ. aur. par. 1. lib. 1. cap. 2. num. 7.*

14. Secundò quia ſi non ſufficeret attritio, ſed requireretur actus dilectionis, non appareret quo pacto forma abſolutionis, eſſet actus judicialis, & Sacramenrum pœnitentiæ ſecunda tabula poſt naufragium. Nam cum actus dilectionis ſive contritio habet delere peccatum, ſi ipſam requireret Sacramentum pœnitentiæ ex vi ſuæ inſtitutionis, ſemper ſupponeret peccatum jam ſublatum eſſe, & jam infuſam primam gratiam: cujus oppoſitum docet *Trid. dict. ſeſſ. 14. cap. 2.* ubi loquens de hoc Sacramento, ſic ait = *Ante hoc Tribunal tanquam reos ſiſti voluit ut per Sacerdotum ſententiam, non ſemel, ſed quoties ab admiſſis peccatis, ad ipſum pœnitentes confugerint, poſſent liberari*. Et in *cap 6. Quamvis autem abſolutio Sacerdotis alieni beneficii ſit diſpenſatio, tamen non eſt ſolum nudum miniſterium, vel annunciandi Evangelium, vel declarandi eſſe remiſſa peccata, ſed ad inſtar actus judicialis, quò ab ipſo, velut à Judice, ſententia pronuntiatur.*

15. Tertiò; quia ſicuti timor ſubverſionis in Ninivitos, pervenit ad dolorem charitate formatum: ita timor Gehennæ (quod eſt donum Dei) Dolore inchoato, perducit in hoc Sacramento pœnitentem ad juſtificationem: *Quamobrem* (ſubdit Trid.) *falsò quidam calumniantur Catholicos ſcriptores quaſi tradiderint Sacramentum pœnitentiæ abſque bono motu ſuſcipientium, gratiam conferre*,

16. Quartò, quia hanc ſententiam tenent *D. Thom. in ſum. 3. par. ſupplem. qu. 10. §. reſpondeo dicendum art. 1. Scot. in 4. diſt. 14. qu. 4. §. attritus etiam, Suarez tom. 4. in 3. par. diſp. 20. ſect. 1. concl. 1.* ubi hæc habet = *Hanc concluſionem exiſtimo hoc tempore adeò eſſe certam, ut non poſſit abſque errore negari*: docentque alii plures magni nominis Scriptores, & Theologi: & tandem probat, & admittit, Eccleſia, quod non permitteret ſi tuta non eſſet, exponendo periculo invaliditatis Sacramentum, cum damno tot Animarum: adeòque non includitur in propoſitione 1. ex damnatis ab Innoc. XI. quæ dicit = *Non eſt illicitum in Sacramentis conferendis ſequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relictâ tutiore &c.* quia Decretum loquitur de propoſitionibus merè probabilibus, & non de noſtrâ quæſtione, ſuper qua adeſt ſpecificum Decretum Alexandri VII. ſupra relatum, quo præcipit, quod nullus audeat illam cenſurâ Theologicâ taxare, donec à Sanctâ Sede

hac

hac in re aliquod fuerit definitum.

17. *GRATIS ADMINISTRATE*. Sacramenta omnia gratis adminiſtranda ſunt: Cum enim Chriſtus Salvator noſter, qui illa inſtituit dicat *in Apocalyp. cap. 22. Qui ſitit veniat: & qui vult accipiat aquam vitæ gratis*: debemus nos Presbyteri hanc aquam, quæ eſt gratia, quam gratis per ſuſceptionem eorundem recepimus, gratis aliis communicare: ut pluries decreverunt Sacræ Congregationes; quarum Decreta confirmavit, & expreſsè ſervari mandavit Taxa Innocentiana, per viam legis univerſalis publicata ( ſaltem in noſtrâ Italiâ ) de anno 1679. adeòut nec à ſpontè dantibus pro illorum adminiſtratione recipi poſſit, ſed tantum ſi pro eleemoſynâ offereretur, juxta Decretum *Sac. Congregat. Concil.* emanatum *ſub die 1. Februar.* 1693. quod refert *Gallemart. ſupra Concil. Trid. ſeſs. 22. in Decret. de obſer. in celebr. Miſſar. num.* 1. & non obſtante contrariâ conſuetudine *Sac. Congreg. Rit. in Squillacen. 27. Martii* 1697.

18. *SACRIFICIUM PRO POPULO OFFERRE NON CESSETIS*. Parochus, ſive Rector, qui curam habet Animarum ex Concilii Trid. Decreto *cap. 1. ſeſs. 23. de reform.* Sacrificium pro ovibus ſuis offerre tenetur: quam obligationem ſaltem diebus feſtis de præcepto ( ſi Congruam pinguem non habeat, ſed tenuem ) adimplere aſtringatur, ſæpèſæpius declaravit Sac. Congregat. Concilii ad quam privativè pertinet jus, Concilium interpretandi; & obligandi ſubditos Eccleſiæ ad obſervantiam ſuarum declarationum in utroque foro: quia cum fiant aucthoritate à Papa Cardinalibus traditâ interpretandi Concilium, ut patet *ex Bulla Pii IV. 81. & Sixti V. 74. Bullar. tom. 2.* eorum Decreta non differunt à lege declaratâ *l. hominis, & rei §. verbum ex legibus ff. de verb. ſignif. l. qui teſtamen. §. mulier ff. de teſtam.* & ideò non ſunt novæ leges, ſed ipſæ leges Concilii prius obſcuræ, & dubiæ, aut male intellectæ, prout reaſſumendo fundamenta *Faguan. in cap. quoniam de Conſtit.* explicat *P. Fælix à Poteſt. Panormit. in ſuo Exam. Eccleſiaſt. verb. lex cap. 2. quæſt. 6. num. 214. cum trib. ſeqq. tom. 1.*

19. Decreta autem, quæ hoc firmant, relata jam fuere *in annot. ad form. 2. tit. 2. tom. 1. & in Appendic. in annot. ad Bullam Innoc. XII. de celebr. Miſs. num. 9.* quibus hic addo recentiora videlicet, *in Pampilonen. 18. Novembris* 1702. *& 31. Maii* 1704. *& in Camerinen. 28. Junii* 1704. quibus omninò parendum erit: nulla habita conſideratione ad tenuitatem Congruæ Parochorum: quia excuſatio iſta, ſemper fuit rejecta, & exploſa: Nam ſicuti qui ducit Uxorem pauperem ſine ullâ, vel parvâ Dote, ſe excuſare non poteſt, nec ſe ſubtrahere ab oneribus matrimonii, ut docent *Surd. de alim. tit. 1. qu. 32. num. 11. Sanchez. de matrim. lib. 4. diſp. 26. n. 21.* cum aliis pluribus ab eis allegatis; ita qui acceptat Parochiam exilis redditus, tenetur onera Parocho injuncta adimplere: argumentum etenim à matrimonio carnali ad Spirituale optimè concludit, cum pari paſſu ambulent: & Parochus ſibi imputare debet, cur ſponſam pauperem acceptaverit *Pirhing. in jus Can. lib. 3. tit. 23. num.* 19. Nàm volenti non fit injuria, & à nullo prohibebitur, ſi quis gratis velit ſervire, & voluerit propriis expenſis militare. Ad quod animadvertens Supremus Eccleſiæ Speculator Sanctiſsimus D. N. Clemens XI. in admonitionibus, quas ſingulis annis ante diem Cinerum R.R. Curatis, & Vicariis Curatis, ſive perpetuis, ſive ad nutum amovibilibus, ſive Sæcularibus, ſivè Regularibus Eccleſiarum Parochialium Almæ Urbis ante Sanctitatem ſuam congregatis ſalubriter facit, hujuſmodi oneris ( zelo quò pollet ) adimplementum commemorat, & fortiter injungit.

20. A qua obligatione de jure non eximuntur Curati amovibiles, neque Curati Regulares: Quia amovibilitas non tollit, quin habeant Curam animarum, unde tempore quo illam exercent Divino præcepto obſtringuntur, ut pro Ovibus eorum Curæ commiſſis Sacrificium præſcriptis diebus applicent; quapropter Sac. Congregat: Viſitationis Apoſtolicæ poſt Inſtructionem noviſſimè latam, præfatum onus in omnibus Eccleſiis Parochialibus Urbis etiam Regularibus, & Vicariis in Miſſarum Tabellis, & adimplementum in Miſſarum perpetuarum libris adnotari mandavit, necnon quot annis rationes exigit. Et hinc bene infertur, quod in Collegiatis Eccleſiis, quibus Cura Animarum incumbit, non ſatisfiat dicto oneri celebrando dumtaxat Miſſam Conventualem, ſed quod debeat celebrari etiam ( præſertim diebus feſtis ) Miſſa Parochialis pro Populo: & ratio evidens eſt: quia eadem Miſſa non poteſt ſatisfieri pluribus obligationibus diſtinctis, cum unaquæque illarum obliget ad ſubſtantiam Miſſæ ex proprio titulo *Paſſerin. de ſtat. hom. tom. 2. quæſt. 187. art. 4. num. 991. & ſeqq.* Miſſa enim Conventualis, quæ eſt pars Officii, celebratur pro defunctis benefactoribus juxtà diſpoſitionem *Text. in cap. cum creatura de celebr. Miſſar. Donat. prax. rer. regul. tom. 3. tract. 7. quæſt. 102. per tot. Pignatell. conſult. 321. tom. 1. pariter per tot.* Miſſa verò Parochialis pro Populo erit celebranda tanquam onus injunctum ex præcepto Divino omnibus Rectoribus Curam Animarum habentibus, ut infrâ latè oſtenditur.

21. Hæc autem obligatio applicandi Sacrificium pro Populo, non ſolum ligat Parochos, alioſve Animarum Rectores, ſed etiam Epiſcopos, qui dicuntur Parochi Parochorum totius Diœceſis, & quibus prin-

cipaliter incumbit Cura Animarum, quia cum hujuſmodi obligatio promanet â Divino præcepto ( ut mox dicam ) Nec etiam Summus Pontifex, qui eſt Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, omniumque Chriſti fidelium curam gerit videtur exemptus, hocque clarè evincitur ex Epiſtolá Divi Pauli *adHæbr.* 5. ubi Apoſtolus ſic inquit = *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis, quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona, & Sacrificia pro peccatis*. Et paulo poſt = *& propterea debet quemadmodum pro Populo, ita etiam, & pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Et cap. 8. = Omnis enim Pontifex ad offerendum munera, & hoſtias conſtituitur.*

22. Item ex Decreto Concilii Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *de ref.* ubi habentur hæc præciſa verba = *Cum præcepto Divino mandatum ſit omnibus, quibus Animarum Cura commiſſa eſt, oves ſuas agnoſcere, pro his ſacrificium offerre &c.* Ex his inquam oraculis effulget veritas aſſumptæ propoſitionis: Cum enim tam *D. Paulus*, quam Concilium, includant Præſules omnes, quibus committitur Cura Animarum, non ambigitur quin Epiſcopi graventur hoc onere: Ipſis enim primariò Ovium cuſtodia data eſt, cœteris autem Parochis ſubminiſtratio; ut bene obſervat *D. Thom.* 2. 2. *par.* 5. *quæſt.* 184. *art.* 6. *ad* 2. ubi ſic ſcribit = *Ad* 2. *dicendum quod Epiſcopi principaliter habent curam Ovium ſuæ Diœceſis: Presbyteri autem Curati, & Archidiaconi, habent aliquas ſubminiſtrationes ſub Epiſcopis*, & poſt pauca = *Ex quo patet, quod ita ſe habeant ad Epiſcopum* ( ideſt Presbyteri Curati) *ſicuti Balivi, vel Præpoſiti ad Regem, & propter hoc ſicut in mundanis poteſtatibus ſolus Rex benedictionem ſolemnem accipit, alii verò per ſimplicem commiſſionem inſtituuntur, itá etiam in Eccleſia, Cura Epiſcopalis cum ſolemnitate conſecrationis committitur: Cura autem Archidiaconatus, vel Plebanatus cum ſimplici iniunctione*. Et ad tertium proſequitur dicendo = *Ad* 3. *dicendum, quod ſicut Plebani, & Archidiaconi, non habent principaliter curam, ſed adminiſtrationem quandam, ſecundum quod eis ab Epiſcopo committitur: ita etiam ad eos non pertinet principaliter paſtorale officium, nec obligatio ponendi Animam pro Ovibus, ſed in quantum participant de Cura.*

23. Quapropter, ſi Parochi, & Curatì, qui dicuntur habere ſolummodò Curæ adminiſtrationem, & de ea participare, tenentur pro Populo ſacrificium offerre, prout allegata Decreta determinant; hinc jure infertur, quod multò magis ad id arctentur Epiſcopi, quibus tanquam veri Ovium Paſtores cura illarum principaliter reperitur commiſſa, ut probat Sanctus Doctor; & in eis litteraliter verba Concilii verificentur: Quod, & pro indubitato ſupponunt *Patres*, & *DD.* Sanctus enim *Hjeron.* agens *de virt. Epiſcop. in comment. Epiſt. ad Tit.* 1. dicit = *Si autem laicis imperatur ut propter orationem abſtineant ſe ab Uxorum coitu: quid de Epiſcopo ſentiendum eſt, qui quotidie pro ſuis Populique peccatis illibatas Deo oblaturus eſt victimas?* Et ſcribens Fabiolæ de veſt. Sacerd. Epiſt. 128. ait = *Ego ſi fecero, ſi dixero quippiam, quod repræhenſione dignum eſt, de Sanctis egredior, & polluo vocabulum Chriſti in quo mihi blandior: quanto magis Pontifex, & Epiſcopus quem oportet eſſe ſine crimine, tantarunque virtutum, ut ſemper moretur in Sanctis, & paratus ſit victimas offerre pro Populo, ſequeſter Dei, & hominum.*

*SANCTUS VERO BERNARD. De vit. & offic. Præſul. in prolog. vitæ S. Malachiæ Epiſcopi.* Boni Pręſulis Typum deſcribens, & mores Præſulū ſuorum temporum inquit = *Illi* (ideſt mali Præſules) *marſupia vacuant ſubditorum, iſte* ( ideſt Epiſcop. Malachias ) *pro peccatis eorum altaria cumulat votis, hoſtiiſque pacificis.*

*PETR. BLES. De vit. mor. & offic. præſ. epiſt.* 9. Scribens ſuper Epiſtola D. Pauli ad Hæbr. 5. dicit = *Omnis Pontifex ab hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona, & ſacrificia pro Rege, & Populo, ut ſi iratus eſt ei Dominus, Sacerdos medius intercedat.*

*CARTUSIAN. Super Apocal. art.* 3. in principio hæc notat = *Præſul Angelus nominatur: quia in terris Angelicam vitam imitari tenetur per mentis, & corporis caſtitatem. In carne ſiquidem ſine carne vivere Angelicum perhibetur. Secundò per contemplationis ſinceritatem. Tertiò per Gregis ſui vigilantem cuſtodiam. Quartò per eam qua inter Deum, & hominem ſequeſter eſt mediationem. Nam ſicut Angeli noſtra obſequia offerunt Deo orantque pro nobis, & Dei munera gratioſa nobis referunt, & procurant; ita Epiſcopus Gregis ſui preces, vota, & hoſtias immolat Deo, cujus gratiam impetrat Populo.*

*BARTHOLOM. de Martyr. in* 2. *par. ſtimul. Paſtor. cap.* 4. §. 1. *circa fin.* ad Epiſcopos ſermones habens addit = *Officium Sacerdotis eſt ſacrificare, orare, docere, viſitare ſi Epiſcopus eſt, quid dignus, aut quid Ovibus utilius, quam Paſtorem offerre quotidie vitam, & paſſionem Chriſti Deo Patri pro eis.*

24. Neque dicas authoritates hujuſmodi eſſe potius hortativas, quam approbativas talis obligationis: quoniam DD. iſti ideò admonitivè loquuntur, in quantum abſolutè ſupponunt obligationem jam ab Apoſtolo promulgatam adeſſe, quam iterum poſt eos Tridentinum, canonicâ definitione meritò comprobavit. Neque ſupponas in praxi contrarium ſervari: quia contraria obſervantia, ſi quæ adeſſet ( quod non credo ) eſſet profectò damnabilis: cum præceptum Divinum per contrarium uſum abrogari non valeat. Unde concludendum eſt, quod Eqiſcopi ſi non quotidie, ſaltem frequenter pro Populo & Ovibus ſibi commiſſis, Sacrificium offerre teneantur: quod eſt adeò certum, ut in Oratione

tione Miſſæ Epiſcopi, quà decem ab hinc ſæculis utebatur Eccleſia Romana, & quam refert per extenſum. *Card. Bona in Appendic. tractat. rer. liturgic.* legantur inter cœtera ſequentia verba = *Præbe Deus aurem Sacrificiis noſtris, & me mihique commiſſos adſcribe in paginis, quò cum grege mihi credito, & à cuncto elevar crimine, & ad te merear pervenire in pace &c.* & paulò inferius = *Suſcipe Domine noſtrorum votorum libamina, & per hæc quidquid in ſubditos correctionis verbo, vel merito impertimur, non ad diſcordiam noſtri, ſed ad dulcedinis perpetuæ gaudium, & nobis, & illis profeciſſe gaudeamus &c.*

25. *EX HAC INQUAM ANTIQUÆ LITURGIÆ.* Oratione ad oculum oſtenditur Præſules, non niſi pro ſe ipſis, & Populo ſibi commiſſo hoſtias offerre debere; quod rectè callens Leo olim Epiſcopus Theleſinus, in ſuo *tract. Theſaur. for. Eccleſ. par. 1. cap. 3. n. 35.* ſcriptum reliquit = *Tenentur Epiſcopi diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus, legitimo ceſſante impedimento miſſam celebrare, pro quo facit Conc. Trid. cap. 2. ſeſſ. 2. quia habent curam Animarum totius Diœceſis arg. text. in cap. 14. de ref. ſeſſ. 24.* & eſt ac ſi dixiſſet, debent ſaltem diebus feſtis celebrare, quia pro Populo, cujus curam ſuſceperunt, Sacrificium offerre tenentur, prout clarius expreſſit *Barboſ. de jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 11. n. 88.* ibi = *Debent Epiſcopi Oves ſibi Commiſas bonorum operum exemplo paſcere & pro eis frequenter orare, & ſacrificia Deo offerre:* Hæc tàm clara, & certa ſunt, ut neminem cordatum Epiſcopum invenies, qui velit rem in dubium revocare.

26. Et quod dicitur de Parochis; & Curatis, ac de Epiſcopis extenditur ad Prælatos Regulares, ut ſunt Generales Ordinum, Provinciales, & Priores Conventuales: nam cum ſint Priores, & Parochi, & habeant Curam Animarum cum juriſdictione in utroque foro ſuorum ſubditorum, ut probat *Donat. prax. rer. regular. tom. 2. tract. 9. de Prælat. quæſt. 4. n. 1. & 5. & tract. 10. de poteſt. Prælat. quæſt. 1. n. 8. & 9.* compræhenduntur abſque dubio ſub diſpoſitione Concilii Trid. & ideò tenentur frequenter pro Ovibus ſuis Sacrificium offerre, ut bene firmat. *Tamburin. de jur. Abbat. tom. 2. diſp. 5. quæſt. 5. n. 5.* ubi hæc habet = *Si autem erit ſermo de Abbate, prout Prælati perſonam gerit, dico præcepto Divino teneri Sacrificium offerre pro Ovibus ſuis, quia ut ait S. Paulus ad Hebr. 3. omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur ut offerat dona, & Sacrificia pro peccatis. Ex quo ſequitur, cum præcepta affirmativa obligent data opportunitate ex S. Th. 2. 2. quæſt. 33. art. 2. teneri Abbatem celebrare pro Ovibus ſuis juxtà opportunitatem; Quibus autem diebus, & an quotidie teneatur celebrare, nullam invenio determinationem; hoc unum ſcio, quod Abbas tenetur de leviſſimâ culpâ, & tenetur adhibere exactiſſimam diligentiam tanquam diligentiſſimus Pater familias, ut ſui ſubditi tanto Sacramento, & Sacrificio ſæpè adiuventur, & recreentur; imò debet præcavere, ne aliis ſuſcipionem malæ vitæ præbeat, quod equidem ſequeretur ſi rarò celebraret. Quà in re multis in Abbate aggravantibus conditionibus, Sacerdotali, Parochiali, & Paſtorali ipſius animæ, & ſubditorum ſaluti conſentaneum eſſe affirmarem, illum, & præcipuè Regularem, qui Prælati perſonam in Monaſterio gerit, debere vel quotidie, vel ſaltem ſæpiſſimè Sacrificio huic præſtantiſſimo vacare.*

27. *MATRIMONIA CLANDESTINA REPELLITE.* Clandeſtinitatis ſpecies aſſignantur à Canoniſtis: prima, quando matrimonium contrahitur coram teſtibus Parocho abſente: ſecunda verò, quando illo præſente ſine teſtibus: tertia, quando teſtibus, & Parocho præſentibus ſed culpabiliter non præmiſſis denunciationibus in Eccleſiâ: quæ clandeſtinitatis ſpecies in eo differunt, quod ſolum prima, & ſecunda cauſat nullitatem matrimonii non autem tertia in eo autem conveniunt, quod utraque dicitur odioſa, & reſtringenda quoad fieri poteſt; cœteris autem ſolemnitatibus omiſſis, non clandeſtinum, ſed minus ſolemne appellatur matrimonium *Guttier. de matr. cap. 55. n. 1. & ſeqq. Sanch. eod. tract. lib. 3. diſp. 1. n. 3. & ſeqq.* ubi dat concordantes; Qui autem matrimonium celebrat præſente Parocho, & teſtibus, omiſſis culpabiliter denunciationibus, pœnas contrahit, quæ matrimonio clandeſtino jure antiquo *per cap. fin. de clandeſt. deſponſ.* impoſitæ erant *Caſtrop. oper. moral. tom. 6. tit. de ſponſ. punct. 13. §. 3. n. 3. & §. ult. n. 1. Tambur. oper. moral. lib. 8. de matrim. tract. 6. cap. 3. §. 2. n. 14.* Dicitur autem *culpabiliter*: quia ſi omittantur de licentiâ Ordinarii, nulla pœna incurritur; Parochus verò qui tale matrimonium prohibere neglexit, vel dedit alteri licentiam aſſiſtendi, ſuſpendendus eſſet ab officio per triennium, & juxtà culpæ qualitatem puniendus *d. cap. fin. de clandeſt. deſponſ. Concil. Trid. cap. 1. de refor. matr. ſeſſ. 24.*

28. Matrimonium Clandeſtinum tertiæ ſpeciei, nullam habet validitatis præſumptionem pro ſe: nam regula quæ ſolet allegari, quod in dubio ſtandum ſit pro matrimonio, non militat quando fuit clandeſtinè contractum contra ordinationem Eccleſiæ, & formam traditam à Concilio, tunc enim cum habeat pro ſe notabilem ſuſpicionem ut dixit *Rot. coram Pamphil. dec. 246. ubi Add. n. 22. & 23.* Judex contra illud in dubio ſemper judicare debet *Barb. Vot. 1. n. 137. Capon. diſc. 23. n. 22. & 23. Tambur. in explicat. Decalog. lib. 8. de matrim. tract. 6. cap. 2. §. 3. n. 15.* ubi ſic firmat = *Addit idem de Lugo licet matrimonium eſſet dubium & in dubio ſoleat præſumi in favorem validitatis matrimonii, tamen quia in hoc Parochus fuit invitus, & non præceſſere denunciationes, unde hoc matrimonium ſecundum jura fuit clandeſtinum, illi non eſt favendum, quia ut ſic cauſa eſt odioſa, ideſt contra jura clandeſtina matrimonia irritantia, & conſe-*

*quenter non erit validum pronunciandum.*

29. Unde quia frequenter accidit, quod hi, qui fortè impediri poſſunt nè contrahant, excogitant modum non ſolum denunciationes fugiendi, ſed, & Parochos fraudè decipiendi, & talia clandeſtina matrimonia faciunt; ideò Epiſcopus Animarum Præſules monet, ut toto conatu ſtudeant illa ab eorum Parochiis depellere. Porrò Epiſcopus non tantum ſic contrahentes, ſed, & Parochos ipſos culpabiles, imò, & teſtes punire poteſt, ut reſpondit Sac. Congr. Concilii ſub *die* 10. *Febr.* 1629. in quá porrectis Quæſitis.

I. *An Epiſcopus poſſit punire contrahentes matrimonium contra ejus prohibitionem contractum?*

II. *An eos qui contrahunt coram Parocho ex causâ juſtâ diſſentiente?*

III. *An eos qui contrahunt omiſſis denunciationibus?*

IV *An poſſit punire teſtes intervenientes in ſupradictis caſibus?*

V. *An poſſit in eiſdem caſibus punire pœnis pecuniariis, locis tamen piis applicandis?*

*Sac. &c.*

*Ad* 1. 2. *&* 3. *reſpondit Epiſcopum poſſe?*

*Ad* 4. *poſſe quatenus teſtes ſint in dolo?*

*Ad* 5. *pariter reſpondit poſſe?*

*Et in Savonen.* 2. *Martii* 1595. reſpondit *matrimonium contractum ſervata forma Concilii eſſe validum, etiamſi antea Epiſcopus inhibuiſſet Parocho, licet hic puniri valeat ob inobedientiam lib.* 8. *dec. fol.* 106.

30. Quare Animarum Rectores non ſolùm, ut matrimonia clandeſtina tollantur invigilare debent; ſed & impedimenta, quæ nullitatem inducunt, vel per quæ in illis permanere jus prohibet prudenter inveſtigare, & ad notitiam Epiſcopi deducere, & tandem ea, quæ libertatem eorundem impediunt removere. Puta in prima ſpecie de eo qui delictum poligamiæ commiſit, & pœnitentiam, ſeù pœnam triremium jam explevit: hic enim non poteſt cum ſecundâ denuò matrimonium contrahere, quamvis prima legitima Uxor deceſſerit, abſque diſpenſatione Apoſtolicâ, quia obſtat ei impedimentum criminis *Sac. Congregat. Concilii in S. Severi* 19. *Julii* 1704. In ſecunda de eo qui obtinuit litteras diſpenſationis ſuper gradu prohibito Conſanguinitatis, & illis non præſentatis contraxit, vel carnaliter Sponſam cognovit: hic etenim abſque novâ diſpenſatione in matrimonio permanere non poteſt *Sac. Congreg. Concilii die* ... *Maii* 1635. Item de eo qui ſponſalia contraxit cum muliere inhoneſta: hic enim non poteſt à Conſanguineis impediri ne matrimonium contrahat, ut reſpondit *Sac. Congregat. Epiſcop. in Recineten.* 25. *Junii* 1619. Item in alio: cui opponatur impedimentum affinitatis ortum ex fornicatione: nam niſi ſer. ſer. concludenter coram Ordinario probetur nihil obſtat quo minus matrimonium contrahi poſſit *Sac. Congregat. Concilii in Tudertina* 24. *Januarii* 1632. Item in eo, qui obtenta ab Ordinario licentiâ matrimonium contrahendi temporibus ab Eccleſiâ vetitis, opponatur impedimentum traductionis ſponſæ ad Domum; Nam huic, traductio impedienda non eſt, quia datâ licentiâ pro Matrimonio contrahendo, cenſetur quoque conceſſa facultas traductionis Sponſæ ad Domum dummodò fiat abſque ſolemnitate *Sac. Congregat. Concilii die* 10. *Junii* 1689. *lib. dec.* 34. *fol.* 156. Item in eo, cui opponatur impedimentum cognationis ſpiritualis (ſi non ſit confirmatus) per ſuſceptionem alicujus in Sacramento Confirmationis; nàm impedimentum ad effectum contrahendi matrimonium non contrahitur, quando non confirmatus ſuſcepit aliquem in dicto Sacramento *Sac. Congregat. Concilii in Lycien.* 13. *Junii* 1654.

31. Quid autem dicendum, ſi Sacramentum confirmationis collatum eſſet ab Epiſcopo per errorem cum Oleo Infirmorum, vice Olei Sacri Chriſmatis? De hoc dubitatum fuit in Sac. Congregatione Concilii tempore quò munus Auditoris fælic. recor. Card. Petrucci fungebar, cui Eximio Viro, votum meum ſic aperui: Dubium oritur inter DD= *An Balſamum, quod eſt infundendum cum Oleo Chriſmatis, ſit de neceſſitate, & eſſentia Sacramenti; vel potius de neceſſitate præcepti Cajet; Navar; Coninch. Valenz. Ledeſm. Vega, Diana, Graff.* & alii relati *à Rentio in Encycloped. de Sacr. & Cenſur. tract.* 3. *cap.* 1. *quæſt.* 2. tenent eſſe neceſſarium neceſſitate præcepti, non autem de eſſentiâ Sacramenti. Et ſic ſecundum iſtorum ſententiam Sacramentũ confirmationis collatum cum Oleo ſinè Balſamo non debet reiterari abſolutè, ſed ſub conditione *per text. in cap. Paſtoralis de ſacr. non reiter.* Alii autẽ ſcilicet, *Baſil. Pont. Villalob. Baun. Averſ. & alii ibidem à Rentio citati* affirmant Balſamum eſſe de eſſentia Sacramenti, quam ſententiam innixam referunt *in Bulla Eugenii IV. de concord. Armenor. impreſſa in Bullar. tom.* 1. *in ordine la* 19. *in qua* §. 11. ſic dicitur = *ſecundum Sacramentum eſt confirmatio, cujus materia eſt Chriſma confectum ex oleo, quod nitorẽ ſignificat conſcientiæ, & ex Balſamo, qui odorem ſignificat bonæ famæ.* Ex quibus Bullæ verbis ſolidè inferunt, Balſamum eſſe de eſſentia Sacramenti, adeòut ſi ex his duobus deficiat unum, character non imprimatur: huic ſecundæ ſententiæ adheret *Fagnan. in cap. cum veniſſet n.* 53. *de Sacr. unct.* ubi hanc Bullam tanquam publicatam in Concilio Generali Florẽtino, vocat Decretum fidei. Verum quia contraria ſententia habet pro ſe DD. graves, & eſt valdè probabilis, con-

conſulendum putarem partes, ut petant diſpenſationem cauthelam. Hinc ſub die 4. Aprilis 1693. pro poſito in Sac. Congregat. dubio = *An Matrimonium contrahi poſſit à Titio cum Berta, quæ fuit Matrina filiæ Titii ſuſceptæ ex primo matrimonio in Sacramento Confirmationis collato ab Epiſcopo per errorem cum Oleo Infirmorum?* fuit reſcriptum = *Ad mentem*. Et mens fuit, ut Epiſcopus inſinuaret partibus, quod procurarent diſpenſationem ad cauthelam.

32. Inſuper qui matrimonium contraxit cum Bertâ, & poſteà ante conſumationem declaratum fuit nullum ob metum cadentem in conſtantem Virum, poterit ducere in Uxorem Sororem ejuſdem Bertæ, quia tali caſu nullum ei obſtat impedimentum, ut declaravit *Congregat. Concilii 22. Martii 1664.* ſecus ſi matrimonium eſſet nullum ob non ſervatam formam Concilii, aut ex alia cauſâ: quia tunc oriretur impedimentum juſtitiæ publicæ honeſtatis eadem *Congreg 8. Novembr. 1584. & in Ceſenaten. 18. Junii 1611. lib. 11. dec. fol. 99.* cauſa diſparitatis eſt: quia in primo caſu nullus adeſt conſenſus (qui eſt cauſa efficiens, & formalis contractus) & ſic inde ortum habere non potuit impedimentum: at non ſic in ſecundo, in quo conſenſus non deficit, ſed ſolemnitas, vel adeſt impedimentum, quod contractum dirimit jure Eccleſiaſtico poſitivo.

33. Item, qui diſpenſationem obtinuit ſuper impedimento conſanguinitatis in formâ pauperum, falsò narratâ paupertate, dicitur validè diſpenſatus, & proles legitima, ut reſpondit *Sac. Congregatio Concilii 9. Septembris 1679. lib. 3. dec. fol. 406.* Et ſi diſpenſatio matrimonialis reperiatur conceſſa inter conſanguineos *ob anguſtiam loci*, erit exequenda, etiamſi teſtes deponant homines loci eſſe omnes pares, *Sac. Congregat. Epiſcop. in Alben. 13. Februarii 1596. & S. Congreg. Concil. in Biſacciarum 19. Junii 1706.*

34. Item ſcire debent Parochi, quod matrimonium contractum coram eis ad formam Concilii, validum eſt, etiamſi ipſi adhuc Sacerdotes non ſint *Sac. Congregat. Concilii in Abulen. 1593. lib. 7. dec. fol. 193.* vel eorum proviſio nulla prætendatur ex defectu Examinatorum Synodalium: nàm etiam tunc pro valido habendum eſt eadem *Congregat. in Ceneten. 31. Julii 1627. lib. 13. dec. pag. 315.* Non tamen ſi quis non eſt Parochus, licet Conſuetudini tanquam talis reputetur: quia Conſuetudo non poteſt tollere incapacitatem perſonæ inductam à lege, ut in ſpecie de Parocho *Rota coram Coccin. dec. 1539. n. 29.* & ideò non poteſt habilitare illum qui non eſt Parochus contrahentium, ad autorizzandum Sacramentum matrimonii *Congregat. Concilii in Toletana 31. Maii 1704.* Item quod contrahi poteſt validè non ſolum coram Sacerdote habente facultatem à Vicario Generali; ſed coram Vicario Generalimet perinde ac coram Parocho *Congregat. Concilii 4. Julii 1602. lib. 10. Dec. fol. 47. Sanchez. de matrim. diſp. 29. num. 18. lib. 3.* Item quod contractum à Puellâ, quæ exiſtit in Monaſterio pro Educatione, ad Crates Monaſterii coram Teſtibus, & Parocho Eccleſiæ Parochialis intra cujus limites ſitum eſt Monaſterium, validum reputatur, etiamſi Parochus fuerit alio prætextu vocatus, niſi aliud obſtet *Congreg. Concilii in Turritana 19. Decembris 1648. lib. 18. dec. pag. 563.* ex doctrinâ *Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 23. num. 12. & 13. Paſſerin. de ſtat. hom. tom. 2. quæſt. 187. art. 1. n. 896.* Et tandem, quod Procurator ad contrahendum matrimonium nullam habet à jure præſcriptam ætatem, nec ſexum, & tàm maſculus, quam fæmina (dummodò puberes ſint) poſſunt eſſe Procuratores *Capon. diſcept. 159. num. 13. Sanch. de matrim. lib. 2. diſput. 11. num. 15:*

35. *MARTYRES ESTOTE*. Martyrium ſine effuſione Sanguinis ſecundum D. Bernardum triplex eſt. Primum eſt parcitas in ubertate: quod Martyrium gravius, quam inter Epulas eſurire, inter veſtes algere, inter divitias paupertatem ſubſtinere? videre delectabilia, & non guſtare cum poſſet, eſt ſatis grave: nàm ibi vincitur natura, quæ ſemper appetit delectabilia: ideòque qui hæc facit, mirabilia facere dicitur *Eccleſ. 31.* Secundùm Martyrium eſt largitas in paupertate; hanc habuit illa Vidua, quæ obtulit duo æra, de qua Chriſtus apud *Luc. 21.* dixit pluſquam omnes miſiſſe in gazophylacium: affectus enim offerentis plus placet Deo, quam munus. Tertiùm eſt caſtitas in Juventute, hæc enim eſt Deo tàm accepta, quod pro Martyrio Spirituali reputatur. Unde dixit *Sanctus Ambroſ.* quod major eſt Victoria Virginum, quam Angelorum: Angeli enim ſine carne vivunt, Virgines verò in carne triumphant. Et *S. Auguſtinus*, quod inter omnia certamina Chriſtianorum duriora ſunt prælia caſtitatis: Nàm continua pugna, rarior victoria. Et *Tertullian. in exhortat. ad caſtit.* dicit, *Quod majus eſt vivere in caſtitate, quam pro ea mori*. Unde Epiſcopus monet hic ſuos Parochos, ut alacriter hoc genus Martyrii ſubeant, ut poſſint ſuis ſubditis dicere venite poſt me, ſicut Salvator noſter dixit diſcipulis ſuis *Matth. 4.*

36. *PER ANGUSTAM PORTAM*. Hoc eſt docendo rudes, doctos, & indoctos, ſanam doctrinam: viamque quæ ducit ad vitam eſſe arctam, & portas Paradiſi anguſtas; & per multas tribulationes paſſas eas ingredi oportere *Act. 14.* Item fugiendo opiniones Authorum nova, & curioſa ſectantium, & præſertim illorum, qui nimiâ indulgentiâ tollunt, & peccata relaxant, &

coſcien-

conſcientias: pœnitentias decurtant, & Chriſtum, qui veritas eſt, & non fallitur (portas has Paradiſi, figmentis, ratiociniis, & ſpeculationibus dialecticorum, & Philoſophantium dilatando) mendacem quaſi faciunt.

## Dilectis Filiis Civibus, & Populo N.

## *FORMULA III.*

### SUMMARIUM.

1. *Petri primatum oſtenditur ex Actibus Apoſtolorum.*
1. *Nullus Pontifex cecidit à fide, & exculpantur Marcellinus, Liberius, Honorius, & Jo. XXII. & n. 3. 4. & 5.*
6. *Epiſcopatum an quis poſſit appetere, oſtenditur.*
7. *Papa poteſt præcepto cogere ad ſuſcipiendum Epiſcopatum.*
8. *Epiſcopus in ſua Eccleſiâ eſt Chriſti Vicarius, & Legatus.*
*Epiſcopus tenetur in ſua Eccleſiâ reſidentiam facere.*
9. *Epiſcopus negligens, & otioſus poteſt à regimine removeri.*
10. *Lex Divina data eſt nobis lumine naturæ, & n. 11.*
12. *Peccatum eſt omnium malorum, malum maximum.*
13. *Non infringit, qui Votum commutat in melius.*
14. *Votum rei particularis publicum factum cum promiſſione juratâ Collegio ſeu Univerſitati, non poteſt commutari ſine diſpenſatione Apoſtolicâ, niſi accedat conſenſus illius cui fuit per juramentum jus quæſitum.*
15. *Facultas commutandi Votum, non compræhendit Votum promiſſorium juratum per quod alteri jus quæſitum fuit & n. 17.*
16. *Pænitentiarii Baſilicarum Urbis, vota quæ jus tertii complectuntur non diſpenſant.*
18. *Votum Religioſi profeſſi tranſeundi ad ſtrictiorem non obligat, quando Superior licentiam denegat.*
*Religioſus qui habet Votum Epiſcopatum non acceptandi nec Dignitates, non poteſt promoveri ſine Apoſtolicâ diſpenſatione.*
*Religioſi profeſſi non poſſunt hodie ad ſtrictiorem tranſire, inconſultâ Sac. Congr. Conciiii.*
19. *Religioſus qui obtinuit exemptionem paſſivam ob Officiis Religionis, non debet illa acceptare ſi contingat ad illa eligi.*
20. *Vanitas, ornatus, & novitas veſtium poteſt eſſe peccatum mortale.*
21. *Cauſæ brevitatis vitæ referuntur.*
22. *Cauſæ infirmitatum hominum referuntur.*
23. *Religionis actus, qui ſint oſtenditur.*
24. *Peccati Adæ effectus enarrantur.*
25. *Subditi tenentur obedire Superioribus, & hi humilitate eos gubernare.*
26. *Fidelis, catholicâ fide credit Deum, credit in Deum, & credit Deo.*

*1. Tim. 3.* CHriſtus Redemptor noſter, qui per Vicarium ſuum Romanum
*Eccleſ. 7.* Pontificem, tòtius univerſalis Eccleſiæ, (quæ eſt columna, & fir-
*2. Cor. 11.* mamentum veritatis (*Caput, & Præſul* Sanctiſſimus, vocavit me
*Epheſ. 3.* non cogitantem, *non ambientem* (& Deus, qui eſt agnitor cordis mei,
*1. Tim. 1.* ſcit quod non mentior) ad regimen Animarum veſtrarum. Fa-
*1. Cor. 9.* ctus ſum miniſter Evangelii ex dono Dei ſecundum diſpoſitionem
*Eph. 3.* virtutis ejus, qui fidelem me exiſtimavit, & omnium veſtrum me ſeruum fe-
*Eph. 6.* cit, ut vos lucrifacerem ipſe concedat, & merita, ut detur mihi ſermo in ape-
*2. Tim. 2.* ritione oris mei, ut cum fiducia evangelizzare poſſim inter vos inveſtigabiles
*Hilar. Papa* divitias Chriſti, prò quo *legatione fungor*, & exhibere me ipſum Deo operarium incon-
*3. Reg. 20.* fuſibilem. Expectatio enim fructus miniſterii hujus, non in latitudine regionis,
*Ezech. 34.* ſed in acquiſitione ponitur Animarum: cum Dominus his qui præſunt dicat
*Gen. 43.* = *Cuſtodi virum iſtum, qui ſi lapſus fuerit erit Anima tua pro Anima ejus*, & alibi = *Requi-*
*1. Cor. 4.* *ram Gregem meum de manu eorum*, & iterum = *Non videbitis faciem meam, niſi Fratrem*
*Phil. 2.* *veſtrum minimum adduxeritis.*
*Col. 3.*

*Rom. 11.* Orate igitur Filii Cariſſimi indeſinenter pro me, ut tanquam morti deſtina-
*Eccleſ. 32.* tum, formam ſervi accipiens charitatem (quod eſt vinculum perfectionis, &
*Eccleſ. 37.* ſine qua nemo ſalvatur) pro ſalute veſtra non deſeram: alta ſapere non quæ-
*Eccleſ. 10.* ram: in exaltatione non intumeſcar, & non extollar in ſapientiâ mea; ſed amo-
*2. Cor. 12.* rem, & timorem ſuum faciat me Dominus habere perpetuum, ut in veritate
*1. Petr. 5.* dirigam viam meam: memorque ſim, quod Sedes ſuperborum deſtruxit Deus,
*Jac. 5.* & ſedere fecit mites pro eis. Gloriabor ergo ſolum in infirmitatibus meis; ut
*Pſal. 144.* inhabitet in me virtus Chriſti, qui ſuperbis reſiſtit humilibus autem dat gratiam.
*Eccleſ. 12.* Orate: quia oratio penetrat nubes, & voluntatem timentium ſe faciet Domi-
*Eccleſ. 7.* nus, & deprecationem veſtram exaudiet.
*Pſal. 111.*

*Pſal. 18.* Timete Deum ex tota Animâ veſtrâ: quia hoc eſt omnis homo: Sacerdo-
*Deut. 4.* tes honorificate. Mandata Dei fidelia, *facta in veritate, & æquitate*, deſiderabilia

ſuper

*Jo.* 14. ſuper aurum, & dulciora ſuper mellis favum cuſtodite, ut bene ſit vobis, &
*Rom.* 12. Filiis veſtris: qui enim habet mandata ejus, & ſervat ea, ille eſt qui diligit eum:
*Rom.* 14. odientes malum; adhærentes bono: charitate fraternitatis invicem diligentes, ſpè
*Ecleſ.* 7. gaudentes, in tribulationibus patientes; quæ pacis ſunt ſectantes, & cuſto-
*Num.* 30. dientes: noviſſimaque veſtra memorantes, *ut in æternum non peccetis*. Si quis
*1. Petr.* 3. votum Domino voverit non non faciat irritum verbum ſuum, *ſed omne quod*
*1. Tim.* 6. *promiſit impleat*. In cibo, potu & veſtitu, non volumptatem ſuperfluita-
*Prov.* 30. tem, *aut vanitatem* quæratis; ſed neceſſitatem, & honeſtatem, quemadmo-
*Jac.* 4. dum vas electionis, & magiſter gentium hortatur dicens: *Habemus alimenta, & qui-*
*S. Ber. ſer.* 14. *bus tegamur, & his contenti ſimus*: & Sapiens Deum deprecatur, ut ſibi tantum ne-
*Pſal.* 106. ceſſaria tribuat. *Quæ eſt enim vita veſtra? Vapor*. Citò præterit quod delectat, & per-
*2. Petr.* 1. manet ſine fine quod cruciat. Verbum Dei, quod ſanat homines libenter au-
*Luc.* 6 dite: quæ pudica, *quæ religioſa ſunt agite*, ut per bona opera certam ſalutem ve-
*Jer.* 26. ſtram faciatis. Quæcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis ſi-
*Gen.* 15. militer; ita bonæ erunt viæ veſtræ, & merces veſtra magna nimis.

*Ecleſ.* 12. Nunqvam habeatis fiduciam in malitiâ, nec dicatis, non eſt qui videat, ne
*Iſa.* 47 veniant ſuper vos mala, & neſciatis ortum illorum; aut irruat repentè ſuper vos
*Levit.* 25. & 26. calamitas, quam expiare non poſſitis. Si mandata Dei cuſtodieritis, & feceri-
*Pſal.* 6. tis ea: comedetis panem veſtrum in ſaturitate, & habebitis pacem in finibus
*Ecleſ.* 39. & 40. veſtris (coloni enim ejus ſumus): At ſi contempſeritis ea, & monita mea non
audieritis, in furore ſuo arguet, & viſitabit vos in egeſtate. Nam grando, Bru-
*Iſa.* 24. chus, locuſta, fames, peſtilentia, bellum, & terræmotus, *creata ſunt ad vindictam*,
*Jer.* 29. 44. & 50. & ſicuti per malum culpæ Adam majora damna pertulit; ſic nobis hæredibus
legem aſpernantibus, Deus parat hæc vaſa iræ ſuæ. Tollite ergo jugum ejus
*Apoc.* 16. ſuper vos, quia ſuave eſt, & leve, & invenietis requiem Animabus veſtris.
*Pſal.* 77. Rogamus autem vos per miſericordiam Dei, ut noveritis eos, qui laborant
*Matt.* 11. inter vos, & præſunt vobis in Domino, & monent vos, ut habeatis illos (non quaſi
*1. Teſ.* 5. imperans dico) abundantius in charite propter opus eorũ, & pacem habeatis cum eis.
*2. Cor.* 8. Audite vocem docentium vos, & increpationibus eorum, acquieſcat cor veſtrum. Ete-
*Prov.* 5. nim quam ſalubre ſit *Superioribus obedire*, quam item damnabile ſit eis non obedire,
*Luc.* 10. Chriſtus breviter pandit dicendo ſuis Vicariis, ut potè his, qui præſunt: *Qui vos audit me*
*2. Tim.* 1. *audit, qui vos ſpernit, me ſpernit*. Ei autem *cui credimus*, & qui potens eſt omnia facere ſu-
*Epheſ.* 3. perabundanter quam petimus; ipſi gloria in ſæcula Amen.

## ADNOTATIONES.

1. *CAPUT, ET PRÆSUL.* De primatu Petri, ejuſque legitimorum ſucceſſorum, clara ſunt Teſtimonia Scripturarum; tam quoad inſtitutionem, quam quoad exercitium. De inſtitutione patet ex *Matthæo* 16. *Luc.* 22. *Joanne* 21. De exercitio conſtat evidenter ex Divino libro Actuum Apoſtolorum, ibi enim in ſex rerum negociis, munus ſummi Pontificis Petrum geſſiſſe demonſtratur.

I. *In electione Matthiæ, in qua congregata Eccleſia, ſurgens Petrus tanquam omnium caput, cæteris ora præmentibus, de ſupplendo Apoſtulatu Judæ verba facit*, Act. 1.

II. *Exprobantibus Judeis, quod Chriſti Apoſtoli variis linguis loquentes, muſto maderent, ſurgens Petrus, pro Chriſti tuenda Eccleſia, eos fortiter defendit, & donum Spiritus Sancti recipiſſe monſtravit*, Act. 2.

III. *Convocatis Apoſtolis coram Anna, & Caipha ut de Claudo ſanato rationem redderent, Petrus tanquam Apoſtolorum caput cunctis ſpectantibus, orationem habuit, & Principum Judeorum malitiam fugavit*, Act. 4.

IV. *Sacrilegium Ananiæ, & Saphiræ, non niſi Petrus, ut Eccleſiæ Pontifex inſolita pœna punivit*, Act. 5.

V. *Volens Deus in Gentes lumen veritatis effundere, Cornelius Centurio, Gentilitatis Choripheus, ad Petrum tanquam novæ Eccleſiæ Præſulem ab Angelo remittitur ut inſtrueretur in fide dicens illi:* hic dicet tibi quid te oporteat facere *quam videns, Cornelius, procidens ad pedes ejus Chriſti Vicarium adoravit*, Act. 10.

VI. *In controverſia de ceſſatione legalium, unus Petrus veluti Eccleſiæ Pontifex litem dirimit: cumque enim magna inquiſitio fieret (narrat egregius Hiſtoricus) ſurgens Petrus dixit &c.* & tacuit omnis multitudo, Act. 15.

2. Huic Eccleſiæ Hierarchæ promiſit Salvator, in fide non defecturum, quod non ſolum in Petro; ſed, & in ſucceſſoribus adimplevit, ſervabitque promiſſa uſque ad conſumationem ſæculi. Et licet nonnulli Hiſtorici geſta Romanorum Pontificum referentes, dubitaverint *de Marcellino, Liberio, Honorio I. & Joanne XXII.* Attamen horum nullum in fide defeciſſe compertum eſt. Primus etenim, vel non eſt lapſus, prout te-

nent

nent quamplures graves Doctores Catholici, & præſertim *S. Auguſtinus* in reſponſione *ad Titilianum Donatiſtam*, & cum eo ferè omnes moderniores Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Cenſores qui Acta Concilii Sinveſſani tanquam apocrifa, & fabuloſa reiiciunt, vel thuris honorem Idolorum Delubris reddidit, (ut legitur in Martyrologio, & Breviario Romano) timore mortis concuſſus, infirmitate potius, quam voluntate (licet graviſſimè peccaverit) retinendo veram fidem in corde, prout exitus demonſtravit: nam piaculum amarè flevit, & ſangu ine, catholicam Fidem illuſtravit, ac inter martyres numeratur, *Foreſt. in Vita hujus Pontificis*.

3. Secundus, circumventus non ſolum fraude, ſed longo exilio viribus fractus, ac inſuper per metum cadentem in conſtantem virum eidem illatum per *Urſacium, & Valentem*, (authores, & Vexilliferos Arrianorum, ſubſcripſit quidem condemnationem S. Athanaſii, ac etiam ſymbolo Semiarrianorum (fidem internam retinendo in corde (; ſed poſitus in libertate, eoſdem cogentes publicè excomunicavit, pœnitentiam de errore ſuo exemplarem egit, Cathedram Petri (à qua fuerat depulſus) denuò aſcendit, & probè Chriſti Eccleſiam rexit, ut mervit inter Sanctos collocari, *Bzov. ad annum* 357. *not.* 5. *&* 6.

4. Tertius, nullum errorem Monotelitarum (admittentium in Chriſto unam ſolam voluntatem, & operationem) probavit, & male illum de hoc culpatum fuiſſe à nonnullis Authoribus Catholicis, luculenter demonſtrant *Baronius, & Bellarminus*, nec non *P. Marcheſius Congr. Oratorii Urbis* in ſuo Opere, cui titulus *Clypeus fortium, & P. Roccaberti, in Apologia* hujus Pontificis, qui fuit vir optimus, Theologus eximius, & Eccleſiam laudabiliter rexit, & gubernavit.

5. Quartus, licet ſcripto, & voce opinaſſet (adhærendo nonnullis antiquis Eccleſiæ Patribus) Animas juſtorum non gaudere viſione beatificâ niſi poſt reſurrectionem corporum: tamen hoc tenuit tanquam Doctor privatus, non tanquam Papa; imò ſcripta etiam privata retractando, ab hac opinione receſſit, & publicè profeſſus eſt ſe ſemper crediſſe in hoc propoſito totum id, quod credit & docet Eccleſia, & in hac ſententiâ glorioſè ex hac vita migravit *Foreſt. in Vita hujus Pontificis*.

6. *NON AMBIENTEM*. Dicitur in formulâ non ambientem, quia ſuppono Epiſcopos omnes ſine hac maculâ (quæ maxima eſt) promoveri. Utrum autem liceat Epiſcopatum appetere? *D. Thom. in ſum.* 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 1. firmat hanc concluſionem = *Epiſcopatum appetere, & bonum, & malum eſſe poteſt: bonum quidem, ſi in eo Spiritualis utilitas quæratur: malum verò, ſi aut opulentia aut temporalis Dignitas concupiſcatur* quia, qui præeſſe, & non prodeſſe deſiderat Epiſcopari non debet *Gaballin. in gloſ. ad Conſt. Egidian. lib.* 4. *cap.* 25. *n.* 1. Quapropter ſecundum Angelicum hunc Doctorem, infertur, quod appetere Epiſcopatum ratione honoris, celſitudinis, gradus, & ſufficientiæ temporalium ſit manifeſtè illicitum, & pertineat ad ambitionem, & præſumptionem: appetere autem proximis prodeſſe: ſit ſecundum ſe laudabile, ſi opus bonum cadat ſub deſiderio, non autem primatus Dignitatis *Verum* (concludit D. Th. loco cit.) *quia prout eſt Epiſcopalis actus habet annexam gradus celſitudinem præſumptuoſum videtur quod præeſſe appetat ad hoc quod ſubditis proſit*, Sicuti autem Epiſcopatus celſitudinem concupiſcere malum êſt, ita Epiſcopatum à Superiore demandatum, animo obſtinato recuſare peccatum eſt, charitati, & humilitati repugnans, idem *S. Thom. loco citato art.* 2. *Gaballin. loco citato*.

7. Utrum autem Papa poſſit præcepto ſuo cogere aliquem ad ſuſcipiendum Epiſcopatum, præfatus *S. Thom. in* 4. *ſent. diſt.* 28. *in fin.* hæc habet = *Quidam dicunt, quod Papa non poteſt præcipere alicui, quod accipiat Epiſcopatum, quia conſenſus debet eſſe liber. Sed hoc poſito periret Eccleſiaſticus ordo Niſi enim quidam poſſent cogi ad ſuſcipiendum Regimen Eccleſiæ conſervari non poſſet, cum quandoque illi, qui ſunt idonei, onus hoc nolunt ſuſcipere, niſi coacti*. Hæc Sanctus Doctor.

8. *LEGATIONE FUNGOR*. Eſt enim Epiſcopus in ſua Eccleſiâ Chriſti Vicarius, & Legatus: imò Nomen Papa, quod voce Græca ſignificatur cibus, & Pater, cujus officium eſt filios nutrire, in primis Eccleſiæ ſæculis proprium fuit Epiſcoporus, ut patet ex D. Hieronymo (qui ſcribens S. Auguſtino, eum, & Alpium Epiſcopos ſalutat frequenter Nomine Papa): donec tempore Gregor. VII. in Synodo contra Schiſmaticos, ordinatum fuit, quod ſolo Romano Pontifici remaneret. Er ſic nil aliud ſe eſſe cognoſcit, quam boni operis Sectatorem, cum Paulus Apoſt. dicat, quod Epiſcopatus ſit bonum opus, non bonam Dignitatem, vel bonum honorem: opus per quod humilitate decreſcat, & non intumeſcat faſtigio. Ut igitur ſuis ovibus provideat, foveat, & eas nutriat, tenetur in ſua Diœceſi reſidentiam facere, nec excuſatur malæ aeris, aut conſuetudinis contrariæ prætextu: ut declaravit *Sac. Congr. Concilii ſub die* 18. *Septembris* 1683. in qua propoſitis dubiis.

I. *An Epiſcopu ex cauſa malæ aeris, cui ſubjacet Civitas Epiſcopalis, poſſit in aliqua anni parte degere extrà Diœceſim ultra trimeſtre, licet intra fines Diœceſis adſint loca ſalubriora aeris in quibus reſidere poteſt abſque periculo, & quatenus Negativè?*

II. *An*

*II. An Epiſcopo ſuffragetur prætenſa Conſuetudo ut ſuprà degendi extrà reſidentiam, & quatenus Negativè?*

*III. An, & quibus mediis poſſit à Metropolitano cogi ad reſidendum?*

*Sac. Congr.* reſpondit.

*Ad 1. & 2. Negativè.*

*Ad 3. ſervetur diſpoſitio Sac. Conc. Trid.*

9. Item munia Epiſcopalia, & præſertim prædicationis per ſe ipſum (dummodò legitimo impedimento non detineatur) obire debet, cum ad hoc jure Divino arctetur *Fagnan. in c. dudum n. 27. de elect. & in c. ex parte n. 29. & ſeqq. de cler. non reſid.* Hoc enim dicitur reſidere: quia parum eſſet localiter reſidere: niſi reſidens Curam Eccleſiæ, & Animarum non haberet, ſed negligeret *c. 1. cap. relatum, cap. nulli de reſid. in 6. Graff. deciſ. aur. par 2. lib. 3. cap. 14. num. 2. Fagnan. dict. cap. ex parte num. 14. 15. & 16.* Imò Epiſcopus otioſus, & negligens poteſt Epiſcopatu privari, & à regione removeri; quia negligentia in Prælato eſt delictum *gloſ. & Abbi in c. ea quæ de offic. Archid. n. 1. & ſeqq. Hoſt. in c. quamvis n. 2. de regul. jur. Bertacchin. in reper. verb. negligentia par. 3. poſt. n. 60. verſ. adde, Ricc. prax. for. Eccleſ. par. 3. reſol. 322. n. 3. DD. in c. ſicut jam pridem de renunc.*

10. *FACTA IN VERITATE, ET ÆQUITATE.* Hoc eſt data, & intimata nobis per uſum rationis, & naturæ lumen independenter ad omnem promulgationem externam, ut innuit Pſaltes *in pſal. 4.* = *Quis oſtendit nobis bona?* ut ſcilicet ea ſequamur? reſpondet *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*, & Cicero de legib. = *Lex naturalis eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetque contraria*, & Paulus *ad Rom. 2. Gentes naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, & ſibi ipſi ſunt lex, & oſtendunt opus legis inſcriptum in cordibus ſuis nec non per auxilia gratiæ ſufficientis, & in 1. ad Cor. 5. Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, ut, & qui vivunt, jam non ſibi vivant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit, & in 1. Tim. 2. Deus vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*; & Jo: perhibet de hoc Teſtimonium cum dicit *cap. 1. Illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum*,

11. Adeòque Theologi docent nullum hominem dari ex fidelibus, & infidelibus, gentilibus, & Atheiſtis, qui influxum à Jeſu Chriſto non recipiat ad ſequendam, vel quærendam, & amplexandam veram fidem quorum unus eſt *Cardinalis de Laurea*, qui in oratione ſoliloquiali quam evulgavit ad honorem SS. Trinitatis anno 1689. hæc habet = *Confiteor, quod pro omni ſtatu media ad ſalutem neceſſaria contuliſti, & continuo confers. Notitiam enim credendorum, & agendorum ad ſalutem, æternamque vitam aſſequendam neceſſariorum, pro lege naturæ per Patres incipiendo ab Adamo, & proſequendo per Noè, & filios: poſteà per Abrahamum, Iſac, & Jacob, ad omnes eorum poſteros pervenire feciſti: pro tempore legis ſcriptæ per Moyſen, Joſve, Samuelem, & ſexdecim Prophetas evulgaſti, & pro tempore Evangelicæ, poſtremæque legis per Jeſum Chriſtum, per Apoſtolos eorumque ſucceſſores manifeſtare feciſti: ita quod nemò, cujuſlibet ſtatus homo de ignorantiâ credendorum pro conſecutione ſalutis neceſſariorum ſit excuſabilis. Confiteor quod ſemper, & pro omni ſtatu ſe extendat benigniſſima miſericordia tua, ut ſi quis præcepta poſitiva credendorum, & agendorum, ignoraſſet, ac ignoret dummodò naturæ legem in corde ex tua pietate ſcriptam ſervaret, ſtatueris illum per magiſtrum aliquem de eiſdem edocere, ne via ſalutis illi, ex hoc capite præpediatur*, & concordat *Cartuſian ſuper Act. Apoſt. art. 10. lit. E.* & *D. Thomas* aſſerit neminem propter legem Chriſti ignorantiam (ignorantiâ invincibili ut ſunt infideles infidelitate negativâ, ideſt illi, qui nihil audierunt de fide) damnari, ſed propter alia peccata commiſſa contra legem naturæ, quæ ſine fide Chriſti remitti non poſſunt *2. 2. quæſt. 10. art. 1. in corp.* juxtà illud Apoſtoli ad *Coloſſenſes 1. In quo habemus redemptionem per ſanguinem ejus remiſſionem peccatorum.*

12. *UT IN ÆTERNUM NON PECCETIS.* Ad exprimendam ſummam peccati malitiam utitur hic Epiſcopus verbo *in Æternum* quod eſt ſcripturæ, ut inde concipiatur odium peccato, quod eſt malum malorum maximum. Nam qui facit quod prohibet Deus, obligat ſe Deo ad demeritum, & ad ſupplicium ſempiternum: Peccans ante Baptiſmum in ſolum delinquit Creatorem, ſed qui ingratus poſt Baptiſmum jam peccat, Creatorem offendit, & Redemptorem, atque hoc modo, & culpa geminatur, & pœna; & ideò pro reparatione hominis lapſi neceſſe fuit Deum hominem mori, ita neceſſe eſt, ad reformandum hominem ſecundò lapſum poſt Baptiſmum, rurſum Jeſum Chriſtum occumbere; quia peccatum deſtrui non poteſt, niſi morte Filii Dei, & ſic toties Chriſtus myſticè immolatur, quoties in expiationem ſcelerum noſtrorum mors ſua humili memoria revocetur, ut dixit Apoſtolus = *Rurſum crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei Hebr. 6.*

13. *SED OMNE, QUOD PROMISIT IMPLEAT.* Reddere vota Deo nobis præcipit Propheta dicens *Redde vota tua, quia non adiiciét ultra, ut pertranſeat in te Belial Nahum. 1.* ideòque qui Deo promiſſa non adimplet, jus naturale, & Divinum contemnere videtur. Verùm qui vovit V. G. peregrinationem poterit abſque Voti diſpenſatione tranſire ad ſtatum alicujus Religionis approbatæ, quia hujuſmodi Vota, propriâ authoritate commutare, quis poteſt in Votum ſolemne Religionis: quia non dicitur votum infringere, qui commutat in melius *cap. ſcripturæ*

*de vot. cap. pervenit 3. de jur. jur. D. Thom. 2.2. quæſt. 88. art. 12. ad 1. Donat. prax. rer. regul. tom. 2. part. 2. tract. 5. quæſt. 5. num. 1.*

14. At ſi Votum rei particularis putà perſeverantiæ in aliqua Congregatione, ſeù Collegio, eſſet publicum, & acceptatum cum promiſſione juratâ: tunc vovens abſque diſpenſatione Apoſtolicâ non poſſet tranſire ad Religionem: quia votum obligat Deo, juramentum autem etiam homini, cui per promiſſionem jus quæſitum fuit; & ſic non debet, nec ſine causâ valdè gravi per plenitudinem poteſtatis Pontificis relaxari, niſi ille cui jus acquiſitum fuit ſuo juri renunciet, ut firmant *Navar. de regular. conſ. 4. num. 10. & 11. Pirhing. in jus Can. lib. 1. tit. 40. n. 20. & lib. 3. tit. 34. num. 28.* Accedente verò renunciatione illius cui fuit jus quæſitum, nempè conſenſu, & Beneplàcito Communitatis, ſeù Collegii, non requiritur diſpenſatio Pontificis, quia tunc tale votum non eſt reſervatum cum ceſſet præjudicium tertii, ut dicit *P. Syrus in dilucidat. facult. Minor. Pœnitentiarior. Baſilicar. Urbis par. 1. cap. 6. dub. 11.*

15. Unde advertendum eſt, quod qui habet facultatem, ſeù privilegium commutandi Votum, non poterit votum promiſſorium juratum per quod alteri jus quæſitum fuit commutare, aut diſpenſare: Nàm licet diſpenſandi facultas prout reſpicit perſonam cui conceditur tanquam favorabilis ſit amplianda, fallit tamen quando agitur de præjudicio tertii, ut notat *Fagnan. in cap. ex parte num. 32. de Conſtit.* ubi quod poteſtas diſpenſandi in ſimplicibus conceſſa, non extenditur ad mixta; ideòque Pœnitentiarii trium Baſilicarum Urbis licet habeant in facultatibus, quod poſſint per ſe ipſos omnia Vota ſimplicia (exceptis quinque Votis Pontifici reſervatis) etiam diſpenſando commutare in alia pietatis opera; tamen ſub dicta facultate non continentur illa Vota quorum diſpenſatio lædit, aut tollit jus quæſitum alicui; tale eſt Votum perſeverantiæ, quod emittitur in Congregationibus, vel Collegiis, ut dictum fuit ſuprà: quia emittitur per modum contractus ultrocitroque obligatorii, facio, ut facias &c. & hæc eſt praxis Pœnitentiariæ, quæ nunquam conſuevit in ſuis reſolutionibus, & conceſſionibus juri cujuſque præjudicium ullum inferre, ut teſtatur *P. Syrus libro, & loco citato, & Pellizar. de Monial. cap. 1. quæſt. 5. num. 9.* dicit quod Votum quod emittitur à Tertiariis, licet ſit ſimplex, adhuc non poſſit commutari ab habente privilegium commutandi votum ſimplex caſtitatis: nimirum quia vota ſtatus, quæ ſcilicet fiunt ex vi peculiaris alicujus inſtituti, non cadant ſub generali facultate commutandi vota.

16. Et cum hujuſmodi Votum perſeverantiæ juramento firmatum, emittatur à Convictricibus Congregationis Sanctiſſimi Infantis Jeſu Urbis, & extra Urbem exiſten. vigore Conſtitutionum ejuſdem Congregationis (quæ priùs ab Eminentiſſimo Urbis Vicario authoritate Ordinariâ anno 1693. deinde à fel. mem. Card. de Laurea Viſitatore ſpecialiter à S. M. Innoc. XII. deputato eodem anno 1693. & tandem à Congregatione à Sanctiſſimo D. N. Clemente XI. ſpecialiter deputatâ *ſub die 31. Julii 1702.* fuerunt approbatæ) Quædam Maria N. aliæque nonnullæ ex dictis Convictricibus annis elapſis diſpenſationem, & commutationem à Sac. Pœnitentiariâ ſuper hujuſmodi Voto, & juramento obtinuerunt, abſque conſenſu præfatæ Congregationis, quorum Moderatores, tunc temporis exiſtimantes, vel non requiri præmemoratum conſenſum, vel quod expediret illas à Congregatione diſcedere, tacuerunt: recurrentibus poſteà ad Sac. Pœnitentiariæ Tribunal iiſdem Moderatoribus, ſeù Deputatis pro declaratione nullitatis diſpenſationis à prædictâ Maria, & Sociis obtentæ, & ut in poſterum non diſpenſarentur hujuſmodi Vota, niſi prævio ejuſdem Congregationis Beneplacito, reſcriptum fuit = *eſſe habendam rationem in futurum, ideſt nec ab ipſa Sac. Pœnitentiaria, nec à Pœnitentiariis Baſilicarum à prædictis Votis, & juramento liberandas fore, quæ dicta Vota cum juramento emiſerunt, & in futurum emiſerint, niſi auditis, conſultis, & conſentientibus Convictricibus, & Deputatis unà cum Eminentiſſimo Protectore, & quoad Mariam N. aliaſque uſque tunc egreſſas à dicta Congregatione ſuppoſita eorum bona fide, & tacito conſenſu ipſius Congregationis, quæ per ſpatium tanti temporis non reclamavit, in eadem bona fide relinquendas. Datum Romæ in Sac. Pœnitentiariæ die 13. Decembris 1704. A. Caprara Sac. Pœnitentiariæ Regens. Hieronymus Bertus Sac. Pœnitentiariæ Secretarius.*

17. Et hinc eſt, quod quærentibus PP. Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ de Urbe (qui in ingreſſu Votum in eadem Congregatione perſeverandi emittunt) an ipſis liceret dictam Congregationem deſerere ſine diſpenſatione Apoſtolicâ, cauſa pluries propoſita, tandem *ſub die 29. Januarii 1701. Sac. Congregat. Concilii* reſpondit = *Quoad jam egreſſos non eſſe moleſtandos, & conſulant conſcientiis ſuis; Quoad commorantes de præſenti, qui votum emiſerunt indigere diſpenſatione; quoad noviter ingreſſuros ſerventur Conſtitutiones anni 1604. circa propoſitum perpetuò perſeverandi.* Proptereàque, ut conſulatur ſecuritati conſcientiarum vivere cupientium collegialiter ſine clauſurâ, & ſine Votis ſollemnibus curandum erit, ut hi qui vitam hanc eligunt animo Deo inſerviendi (ſive mares, ſivè fœminæ ſint) propoſitum faciant, ſed non Vota: prout colligitur ex mox recenſito Decreto, & ex reſponſione data ab eadem Congregat. Puellis cujuſdam Conſervatorii Civitatis Neapolis,

quæ

quæ emittebant Vota Caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ ad inſtar Monialium, & gaudere credebant privilegia veris Religioſis conceſſa, injungendo *ſub die 1. Martii 1704.* ut formulam promiſſionis omninò mutarent.

18. Religioſus verò jam profeſſus, ſi votum faceret transeundi ad ſtrictiorem Religionem, votum non obligaret Superiore licentiam dare rationabiliter reluctante: quia ſicuti Monachus rem Monaſterii ſine licentiâ ſui Prælati non poteſt alienare, ità à fortiori non poterit ſe alteri dare: major enim eſt alienatio perſonæ quam rei, ut inquit *Donat. prax. rer. regular. tom. 2. par. 2. tract. 5. quæſt. 9. per tot. Sac. Congregat. Concilii in Galliarum 17. Januarii 1693.* Religioſus enim profeſſus (quisquis ille ſit) nec ad parem, nec ad ſtrictiorem hodiè tranſire debet, niſi conſultâ Sac. Congregat Concilii, ut advertit *Donat. loco citato quæſt. 12. num. 11.* Si autem Votum faceret Epiſcopatum, vel aliam quancunque Dignitatem non acceptandi, deberet promiſſa ſervare, nec ad illum, ſeù illas promoveri poſſet ſine diſpenſatione Apoſtolicâ *Nicol. lucubr. Can. lib. 5. tit. 39. n. 160. ampliat. 3. verſ. unde vota*: & Votum obſtare & ad Sanctiſſimum recurrendum eſſe, ut Pater Auguſtinus à S. Thoma Aquinate Religioſus Scholarum Piarum nominatus à Rege Hiſpaniarum ad Epiſcopatum Motulen. promoveri poſſit reſpondit *Sac. Congregat. Concilii 14. Auguſti 1700.*

19. Cum autem Religioſi non ex vi Voti, ſed deſiderii majoris perfectionis obtinent à Sac. Congregat. Epiſcop. & Regul. exemptionem ab Officiis Religionis, non debent illa acceptare, ſi contingat ad illa eligi, ſed prompti reſpuere: quia talis exemptio, debet eſſe reciproca: ſi enim eſſet facultativa, & non obligaret Electores, Indultum potius foveret, quam eliminaret ambitionem; Unde oritur, quod ad præcludendum Oſtium talibus, perveniendi via hac obliquâ ad honores Religionis, Sac. Congregat. exemptionem concedendo ſolet reſcribere cum clauſulâ = *Quod ſi contingat eligi electio ſit ipſo facto nulla*; prout prudenter reſcriptum fuit 28. *Novembr.* 1698. pro quodam Religioſo Ord. Minorum.

20. *AUT VANITATEM.* Quia ornatus corporis, præſertim in Mulieribus, multoties poteſt eſſe peccatum mortale, puta propter malam intentionem, ſuperbiam, nimiam complacentiam, amorem, & ſollicitudinem ſcandalum, & malum exemplum (de quibus circumſtantiis ad ſaturitatem videri, & audiri poſſunt Theologi morales) ideò Epiſcopus hic monet Populum, ut in veſte non quærat vanitatem, ſed honeſta contentus ſit: quia novitas, ſuperfluitas, & pretioſitas veſtium multum diſplicet Deo, & per Prophetam minatur, quod viſitabit omnes qui induti ſunt veſte peregrinâ *Sophon. 1.* Veſtes autem peregrinæ ſunt illi varii modi, & novæ adinventiones, quæ ab antiquo non fuerunt, & ſunt novitates, & vanitates: patrimonia non minus, quam conſcientias depauperantes. Abſit autem quod hi qui ambulant in tortis crinibus, & in veſte pretioſâ, monita Apoſtoli parvipendentes, non habeant in die judicii juxtà vaticinium *Iſaiæ 3.* pro ſuavi odore fœtorem, pro Zona, funiculum, & pro criſpanti crine, calvitium, & pro faſcia pectorali, cilicium.

21. *QUÆ EST ENIM VITA VESTRA? VAPOR.* Brevitatis vitæ conſideratio retrahit homines (qui Evangelio credunt) à voluptatibus ſæculi, illoſque diſponit ad deponendum vanitates veſtium ſcientes, quod omnis gloria ejus tanquam flos fœni exarvit, fœnum, & flos ejus decidit: ſic caro noſtra, quæ in pueritiâ habet virorem, in adoleſcentiâ decorem, in juventute robur, & florem, citò decidit in diſiccationem ſenectutis, & mortis corruptionem. Cauſæ autem hujus vitæ brevitatis, juxtà Expoſitores Geneſis, quos refert *Jo: Herolt. vulgo Diſcipulus ſerm. de tempor. 60.* ſunt ſequentes. Prima, quia multum diſtamus ab Adamo, & geniti ſumus ex fragili & corruptâ materiâ. Secunda, quia plantæ, & Animalia quibus veſcimur, ſunt debilioris naturæ quam anteà, & Mundus ad exitium properat, & quia debilitatæ ſunt vires herbarum, & fructuum. Tertia, quia nutrimentum antiquorum erat ſimplicius, quale natura fecit optimum, & non tam artificiale, ſicut modo fit, & ideò dixit Seneca, multos morbos, multa fercula fecerunt. Quarta quia antiqui ſolebant habitare in aere puro Quinta quia antiqui poſt Noè magis caſti fuerunt, nec matrimonia contrahebant niſi eſſent provectæ ætatis (coitus enim eſt deſtructio corporis), & hodiè paſſim adoleſcentes in matrimonium conveniunt. Sexta, eſt augumentatio peccati ex qua oritur infectio, & corruptio elementorum ex quibus componitur homo. Septima, eſt infecunda Planetarum influentia: nam Aſtra diverſimodè inferius influunt, ſecundum quod homines bene, vel male ſe habent ad Deum.

22. Cauſæ verò infirmitatum, quæ vitam hanc breviſſimam quotidie decurtant regulariter, & ut plurimum ſunt quinque. Prima, ad merita augenda ſicuti accidit *Job. 42. & Tobiæ 12.* Secunda ad cuſtodiam virtutum ut accidit Paulo *2. Cor. 11.* Tertia ad corrigenda peccata ut accidit in Maria Sorore Aaronis *Num. 12.* Quarta ad manifeſtandam gloriam Dei, ut in Cæco nato *Jo: 9.* Quinta ad inchoationem damnationis æternæ: quod pleriſque contingit, quibus nec ipſa vexatio dat intellectum, ut in Antiocho *2. Mach. 9.*

23. *QUÆ RELIGIOSA SUNT AGITE.* Re-

ligio eſt virtus moralis, quæ alio nomine latria appellatur, per quam Deo cultum impendimus, habetque aliquos actus interiores, ut ſunt devotio interna, oratio mentalis, & quoſdam actus exteriores, ut ſunt genua flectere, Sacrificare, Decimas, & oblationes offerre: Item vocalis oratio, pſalmodia, laudatio Dei, prædicatio, ſunt quoque actus Religionis directè, quaſi medio modo ſe habentes, quos elicere, & agere ſubditos ſuos hic hortatur Epiſcopus, ut per hæc, & etiam per opera miſericordiæ, quæ dicuntur actus Religionis, imperati, ſaltem conſequantur.

24. *CREATA SUNT AD VINDICTAM.* Uult hic Epiſcopus inſinuare, quod Deus maximâ providentiâ Mundum gubernat, & quod ipſe eſt, qui conſervat univerſa, & dat affluenter eſcam omni carni, ut mala quæ patimur ex offenſis quas in ipſum tulimus, provenire populus cognoſcat, & ſicuti peccatum Adæ perdidit immortalitatem, juſtitiam originalem, ſcientiam, habitus theologales, dona Spiritus Sancti, & gratiam habitualem ſanctificantem; qua de causâ omnes ejus poſteri naſcuntur filii iræ (exceptâ Beata Virgine) cum ſuo peccato originali, & ſub Diaboli nequiſſimâ poteſtate. Intulit poſteris certitudinis gloriæ terram ignorantiam, & ſævam tam circà venerea, quam circà res omnes concupiſcentiam, quæ licet peccatum non ſit, tamen ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat, & in homines ad agonem toto tempore vitæ relicta eſt. Attulit poſteritati multas corporales miſerias, languores ſexcentorum ferè morborum genera, ſeparationem Animæ à corpore, & corruptionem ipſius corporis, ac reductionem in pulverem. Attulit præter inimicitiam cum malis Angelis, contrarietatem, & odium majoris partis omnium irrationabilium Animalium, quæ in ſtatu innocentiæ manſueta erant, & homini ad nutum obedientia. Abſtulit claritatis ſolis maximam partem ut dicit *Jo: Herolt, vulg. Diſcipulus in ſerm. de tempor.* 50. *lit. D. ibi = Sol poſtquam Adam, & Eva perpetraverunt peccatum, tunc perdidit ſua claritatis ſeptem partes, & niſi octava pars remanſit ſibi. Sed poſt diem judicii erit ut prius*, & S. Anſelm. quem refert, inquit = *In illa vita pulchritudo Juſtorum ſolis pulchritudini, qui ſeptempliciter quam modo eſt, fuit ſplendidior, adæquabitur.* Liberum arbitrium, adeò debilitavit, ut homines non poſſint tàm facile Diabolo reſiſtere (ſicut poterat ipſe innocens ſi voluiſſet), niſi potentiori gratia Dei adjuventur: (quæ mala graviora ſunt) ita peccata noſtra, quæ in dies multiplicantur minuunt dies, & ſubſtantias, & quod Deus de illis vindictam ſumens, peſte, ſterilitate, tempeſtate, bello, terræmotu, Regnorum tranſlatione, & deſolatione, aliiſque ingruentibus calamitatibus in brachio extento, hominum (& præſertim Chriſtianorum) ingratitudinem verberando, & ſuperbiam flectendo frequenter caſtigat: protulit enim hæc de Theſauris iræ ſuæ *Jer.* 50.

25. *SUPERIORIBUS OBEDIRE.* Præceptum Apoſtolicum eſt obedire Præpoſitis *Hebr.* 13. ideòque *Sac. Concil. Trid. ſeſs.* 25. *de refor. Decreto ult. de delect. cibor. & dieb. feſt.* jubet Epiſcopis, ut crebrò admoneant populos obedire Præpoſitis ſuis, quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient, qui verò contemnunt, Deum ipſum ultorem ſentient: ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro Animabus eorum reddituri. Nec ſubditi tantum humiliter pareant; ſed Prælati quoque humiliter præſint, nec ſolum verbis, ſed & exemplis in humilitate inſtruant ſibi commiſſos, cum ſcriptum ſit, *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam; quoniam ab humilibus honoratur Eccleſ.* 3. Subditi ergo circa Superiores ſuos, tanquam circa Dei Vicesgerentes, ſuos Patres, Judices, ac Dominos humilitatem demonſtrent: Superiores verò circa inferiores: tanquam circà Chriſti membra, adoptioniſque Dei filios, Chriſti ſanguine liberatos, ſe humiliter gerant: ſalvo tamen diſciplinæ vigore, ac ſtrenua Paſtoralis Officii executione.

26. *CUI CREDIMUS.* Hoc verbum excitat confidentiam Prælatorum erga Deum, quàm in laboribus, & erumnis plurimis pro publicatione Evàngelii habere confitebatur Apoſtolus ſcribens Timotheo, ut illum roboraret ad Epiſcopalia munia exequenda, dicens = *Ob quam cauſam etiam hæc patior, ſed non confundor: ſcio enim cui credidi, 2.Tim.* 1. Fide enim Catholicâ Fidelis credit Deum, credit in Deum, & credit Deo. Credere Deum, eſt credere ipſum eſſe. Credere in Deum, eſt credendo Deum amare, & amando in eum ire, ac membris ejus incorporari. Credere autem Deo, eſt credere verbis ejus.

## Litteræ Paſtoralis, De Jejunio, & Oratione.

### *FORMULA IV.*

SUMMARIUM.

1. *Jejunium fidelibus commendat Eccleſia.*
2. *Jejunii effectus enarrantur.*
3. *Jejunii præceptum eſt à Deo.*
4. *Jejunii finis, & inſtitutio, eſt carnis mortificatio, & n.* 5.
6. *Fideles debent ſemper orare, & quomodo hoc præceptum impleatur, oſtenditur.*
7. *Oratio eſt duplex, communis, & ſingularis, & utraque explicatur.*
8. *Orando quid petere debeamus, oſtenditur.*
9. *Dona Spiritus Sancti explicantur.*

10. Sa-

10. *Satisfactio fit in tribus, in Oratione, in jejunio, & Eleemoſyna.*

11. *Deus qui dives eſt in miſericordiâ invenitur in oratione, & jejunio.*

12. *Jejunium vigiliæ S. Jo: Baptiſtæ ſi incidit in feſto corporis Chriſti eſt anticipandum feria 4. Vigilia S. Matthiæ Apoſtoli ſi incidat in die carniſprivii non transfertur, ibi.*

## Ven. Fratr. & Dilect. Filiis Clero, Populo N.

*Sap. 11.* DEus, qui miſeretur omnium, & peccata hominum diſſimulat prop-
*Joel. 2.* ter pœnitentiam, loquens nobis per Prophetam ſuum dicit = *Con-*
*vertimini ad me in toto corde veſtro, in Jejunio, & in fletu.* Audite ergo
*Sap. 6.* Fratres, & Filii cariſſimi verbum Domini, accipite diſciplinam
per ſermones meos, & proderit vobis: pœnitentiam agite, & ſo-
*Act. 2.* brii eſtote: clamateque ad Deum inſtantiâ magnâ, & humiliate
*1. Petr. 5.* Animas veſtras *in Jejunio*, & orationibus, ut flagella quibus quaſi ſervi à Domi-
no corripimur ad emendationem, & non ad perditionem noſtram eveniſſe cre-
*Judit. 4. & 8.* damus: excitavimus iracundiam ejus, & malum coram eo fecimus mandata ejus non
cuſtodivimus, ſtatuimus facere abominationes, & multiplicavimus offenſiones.
*Orat. Manaſ.* Nunc igitur flectamus genua, & corda noſtra, & agnoſcamus iniquitates noſtras,
nè in æternum iratus reſervet mala nobis, & reddat iniquitatem Patrum ſuper filios
in tertiam, & quartam generationem: quia ipſe eſt, qui facit miſericordiam in
*Deut. 5.* millia diligentibus ſe, & pœnitentes in ejus ſinum recipit, & impœnitentium ultor,
*Luc. 13.* qui clamat ad nos quotidie = *Niſi pœnitentiam egeritis, ſimul omnes peribitis*: converti-
*Malac. 3.* mini igitur, & videbitis quid ſit inter juſtum, & impium.

*Exod. 34.* Per jejunium meruit Moyſes legem Domini ſcriptam recipere. Elias ſtare, &
*Deut. 9.* loqui facie ad faciem coram Domino. Civitas Ninive peccatorum ſuorum in-
*3. Reg. 19.* dulgentiam obtinere. Anna Prophetiſſa videre, & adorare expectatum Meſſiam,
*Jon. 3.* & Salvator noſter in deſerto, miniſterio Angelorum perfrui. Sic Deus, qui je-
*Luc. 2.* junantibus veniam prœbet, avertet faciem ſuam à peccatis veſtris, & redimet
*Matt. 4.* vos à malis. Nolite tamen jejunare ſicut hypocritæ corporaliter tantum? ſed à
*Matt. 6.* peccatis abſtinete: ne Dominus vos repræhendat per prophetam dicendo: *Ecce*
*Iſa. 58.* *in jejuniis veſtris invenitur voluntas veſtra.* Si enim jejunatis in peccatis, & iterum ea-
*Eccleſ. 34.* dem facitis, quid proficit humiliando ſe? Orationes veſtras quis exaudiet? De-
*1. Cor. 9.* us autem oſtendat in vos omnem bonitatem ſuam, & det vobis gratiam con-
terendi, & cum Apoſtolo caſtigandi corpora veſtra, ut mentes veſtræ abſtineant
*Gal. 5.* ab omni fœditate, & labe culpæ mortalis. Carnem veſtram cum vitiis, & con-
*Eſdr. 1.* cupiſcentiis crucifigite, ut Deum propitiatorem invenire poſſitis, & cum lætitiâ
*Tob. 12.* dicatis = *Jejunavimus, & rogavimus Deum noſtrum, & evenit nobis proſperè.*

Cum jejunatis orate: quia bona eſt oratio cum jejunio, & Angelus oratio-
*Matt. 17.* nem veſtram portabit in ſinu Abrhæ, & Dominus exaudiens illam, ſubiiciet Sa-
*1. Theſ. 5.* tanas ſub pedibus veſtris. Oratio veſtra, ut monet Apoſtolus, fiat ſine intermiſ-
*Luc. 18.* ſione: quia *Oportet ſemper orare.* Petite pacem Eccleſiæ, & fidei ortodoxæ dilata-
*Jo. 16.* tionem. Petite fructum terræ conſervationem. Petite ea quæ ſunt ſalutis, *& expe-*
*Marc. 11.* *dit vobis recipere*, & credite nihil hæſitantes, quod accipietis: ipſe enim eſt miſeri-
*Jac. 1.* cors, & nobiſcum in tribulationibus, à quibus eripit confidentes in ipſum.
*Pſal. 90.* *Lumbis ergo præcinctis adeamus* cum fiduciâ ad Thronum gratiæ, quæramuſque eum
toto corde, & tota tribulatione Animæ noſtræ, ut illum inveniamus, *& miſeri-*
*Hebr. 4.* *cordiam conſequamur*, & gratiam, in auxilio opportuno. Et ſcitote quoniam exau-
*Deut. 4.* diet Dominus preces veſtras ſi manentes permanſeritis in jejuniis, & orationibus
*Judit. 4.* in conſpectu Domini. Amen.

## ADNOTATIONES.

1. *IN JEJUNIO.* Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. de refor. in ultimo Decreto de delect. cibor. jejun. & diebus feſt.* hæc habet = *Hortatur Sancta Synodus, & Paſtores omnes obteſtatur, ut tanquam boni milites illa omnia, quæ Sancta Romana Eccleſia, omnium Eccleſiarum Mater, & Magiſtra ſtatuit; necnon ea, quæ tam in hoc Concilio quam in aliis Oecumenicis ſtatuta ſunt, quibuſcumque fidelibus ſedulò commendent, omnique diligentiâ utantur, ut illis omnibus, & iis præcipue ſint obſequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, ut ciborum delectus, & jejunia &c.* Hinc Epiſcopus tanquam fidelis executor mandatorum ejuſdem Concilii, Populo ſibi commiſſo, jejunum proponit, & commendat.

2. Jejunium enim purgat mentem, ſublevat ſenſum, carnem ſpiritui ſubdit, concupi-

cupiſcentiæ nebulas diſſipat, libidinis ardores extinguit, & charitatis lumen accendit, ut explicat Cartuſian. ſuper Hymn. Quadrageſimæ *Audi benignè conditor* verb. *à labe prorſus criminum*; ideòque Sancta Mater Eccleſia in Oratione primi Sabbati majoris jejunii dicit, quod jejunium Animabus, corporibuſque curandis, ſalubriter inſtitutum eſt.

3. Eſt autem hic advertendum, quod jejunium non eſt abſolutè præceptum poſitivum Eccleſiæ: ſed implicitâ præordinatione Divinâ fidelibus demandatum. Nam Chriſtus præter exemplum, quod nobis dedit jejunandi in Evangelio *Matt.* 9. *Marc.* 2. *& Luc.* 5. clarè ſe expreſſit, quod poſt ejus diſceſſum ex hoc Mundo ejus diſcipuli, & credentes, debebant jejunari. Huic indè præcepto ſe ſubmiſerunt Apòſtoli, qui cum jejunationibus, commendabant novos fideles Domino *Act.* 14. & deinde Eccleſia ab eis edocta, Chriſtum Dominum jejunii cognovit auctorem, prout in ſuis orationibus confitetur, inquiens = *Perfice quæſumus Domine benignus in nobis obſervantiæ Sanctæ ſubſidium, ut quæ te auctore facienda cognovimus, te operante impleamus*, & iterum = *Populum tuum quæſumus Domine propitius reſpice, & quos ab eſcis carnalibus præcipis abſtinere, à noxiis quoque vitiis ceſſare concede*.

4. Non ſunt propterea in jejunio laxandæ habenæ ſub prætextu, quod ſit præceptum merè Eccleſiaſticum, in quò non eſt procedendum tàm rigoroſè, ut in Divinis, eo quia mater Eccleſia non obligat ita ſtrictè, ut non admittat parvitatem materiæ, & benignam interprætationem; neque docendum minuſque tenendum, quod ſine fractione jejunii quiſque poſſit ſumere potum Cocleatæ, & ſerotinam refectionem pluribus ferculis tenuioribus paratam. Etenim qui hæc blandè docent, & exequuntur ſaltem à jejunii fine longè abſunt, quia poculis, & ferculis iſtis (quæ vires, & Spiritus corporis reficiunt) impediunt ſalubres effectus jejunii, & deſtruunt finem inſtitutionis, qui eſt carnis mortificatio, & caſtigatio, non autem reſtauratio: ut notat *Zonor. in c.* 52. *Concilii Trullan.* quem refert *Card. Bona lib.* 1. *cap.* 21. §. 6. *rer. liturgic.* Et Eccleſia ideò in vigiliis ad hoc deſignandum tunc colore violaceo utitur, qui pallidus, & quaſi lividus eſt, ut caro noſtra per jejunium macerata, Chriſti livoribus conformetur: ejus enim livore ſanati ſumus. Qui volunt igitur præceptum adimplere, aliquid aſperum pro peccatis ſuis ſuſtinere, pœnitentiam agere, & pœnitere, oportet membra, & corpus affligere, & cum Chriſto pati, ſi volunt cum Chriſto regnare: nam qui ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus, *Rom.* 8.

5. Undè *Jo. Herolt vulgò diſcipulus Serm. de temp.* 39. *Littera L.* ubi D. Bernardi ſuper Cantica refert ſequentia verba = *Chriſtus qui non fallitur, elegit quod carni moleſtius eſt, & illud quod eſt utilius magis eligendum eſt, & quisquis aliud docet, vel ſuadet, ab eo tanquam à ſeductore cavendum eſt*. Cogitent quæſo hi, qui ingenia acuunt, ut placeant hominibus, eiſque viam ſalutis amenam reddant; quod abominatio eſt ante Deum, id quod hominibus altum videtur *Luc.* 16. Et propterea, ut fideles recto tramite per viam ſalutis incedant, & ab opinionibus laxis aures avertant, Sanctiſſimus D. N. Clemens XI. quomodo ſe continere, & quid obſervare debeant in jejunio Quadrageſimæ ſalubriter eos docuit, & præſcripſit ſequenti Edicto.

# E D I T T O

## Per l'Oſſervanza della Quareſima.

*GASPARO per la Miſericordia di Dio Veſcovo di Sabina della Santa Romana Chieſa Cardinal di Carpegna, della Santità di Noſtro Signore Vicario Generale &c.*

ACCIO' il tempo Quareſimale conſecrato à i digiuni, & ad altre opere di penitenza, è perciò detto da Santa Chieſa *tempus acceptabile, dies ſalutis*, ſia in quell'Oſſervanza, che ſi deve, e ſi rimovano le occaſioni, che poſſono indurre qualche ſcandalo, ò rilaſciamento in quel che appartiene al precetto del digiuno, ò all'aſtinenza de cibi proibiti. La Santità di Noſtro Signore inerendo alla diſpoſizione del Sacro Concilio di Trento nel Decreto, *de delectu ciborum, & jejuniis*, ed agli Editti altre volte emanati per l'oſſervanza della Quareſima, ci hà incaricato coll'oracolo della ſua viva voce di publicare il preſente Editto, e di ordinare la piena eſſecuzione delle coſe infraſcritte.

1 Che neſſuna Perſona durante detto tempo venda, ò tagli (come ſi ſuol dire) carni in qual-

qualſivoglia luogo della Città di Roma, eccetto che nelli Macelli deputati per l'Infermi, e Valetudinarii, ò malſani. Le quali carni debbiano eſſer ſolo di quelle chiamate ſalubri, cioè di Caſtrato, Vitella, e Capretti, ne le tenghino fuori di detti Macelli, ma dentro, in modo che non appariſcano, ne ſi vedano in publico.

2 Quelli che comprano le detti carni per l'Infermi, ò malſani, come ſopra, debbiano, per evitare ogni ſcandalo, portarle coperte, in modo che non ſiano viſte.

3 Che non ſi tengano da qualſiſia Perſona publicamente à vendere, ò ſi porrino vendendo per la Città le dette, ò altre carni anche di Cacciagioni, ò Salvaticina, molto meno Porcina, nè ova, formaggio, ò altra ſorte di latticinii, e cibi proibiti in detto tempo.

4 Li Pollaroli, ed altri, che ſogliono vendere carne Salvaticine, ed Ucellame, tenghino nelle Botteghe (però in modo, che non ſi vedano in publico) ſolo quelle che ſecondo la teſtimoniale del Signor Protomedico poſſono annoverarſi trà le carni ſalubri, e non altre.

5 Che neſſuna Perſona di qualſivoglia ſtato, grado, e condizione poſſa comprare, ò far comprare, overo cibarſi d'alcuna ſorte di carne, ò d'altri cibi prohibiti ſenza la licenza, ſecondo la forma da Noi præſcritta, che li ſarà inſinuata da i RR. Parochi; Qual licenza prima ſi dourà ſcrivere di propria mano dal Medico Ordinario, e come tale ſi ſottoſcriverà in lingua volgare il tutto gratis, doppo dourà eſſer ſottoſcritta dal proprio Parocho delli detti Infermi, ò malſani, e per ultimo ſi portarà à ſottoſcrivere da alcuno dall'infraſcritti RR. PP. Noſtri deputati ſolamente, e non da altri in nome loro, alli quali incarichiamo di conſiderare, ed oſſervare dette licenze, è quando non ſono concepite ſecondo la ſolita forma non le doveranno ſottoſcrivere.

6 Avvertendo ciaſchedun Medico, e Paroco, che ſe ſottoſcrivono le dette licenze ſenza legitima cauſa, overo ſe l'eſibiſcono, e preſentano ad alcuno ſenza conſiderare ſe habbia cauſe ſufficienti, oltre il participare, che faranno de i peccati d'altri, nel che reſtarà molto aggravata la loro coſcienza, ſaranno da Noi puniti ad arbitrio noſtro, anche con pene corporali, come ſi è ſtrettamente incaricato al Signor Protomedico.

7 Avvertano di più tanto i Medici, quanto quelli, che domandano le medeſime licenze d'attendere alla qualità delle carni; cioè che ſiano ſalubri, perche ſolo queſte ſono permeſſe nella Quareſima, à chi per giuſta cauſa non può cibarſi de'cibi Quareſimali, e ſe al biſogno ſi puol ſupplire con ova, e latticinii, non devono quelli permetter loro, nè queſti reſpettivamente cibarſi delle carni anche ſalubri, mà contentarſi dell'ova, e latticinii, & oſſervar il digiuno, *alle di cui leggi ſiano tenuti anche quelli, che ſi cibano di carni ſalubri col ſolo motivo d'eſſer loro nocivo il Vitto Quareſimale*. In oltre ſe per tutto l'anno ſi aſtengono della carne nel Venerdì, Sabbato, Quattro tempi, e Vigilie di precetto, molto più devono oſſervare tale aſtinenza ne'ſudetti giorni in Quareſima, non oſtante la licenza, che otterranno, eccetto quando ci fuſſe nuova cauſa, che richiedeſſe altrimente, e non potendoſi in queſto particolare dare certa regola, deve ogn'uno conſiderare prima il ſuo biſogno, e le ſue indiſpoſizioni, e che non ſiano affettate, perche ne douranno rendere conto ſtrettiſſimo nel Tribunale di Dio, dove non potranno ſcuſarſi colla licenza eſtorta con cauſe ſuppoſte, ò finte; onde riflettano bene, che non ingannaranno il Medico, ò il Paroco, mà ſe medeſimi, e l'anime loro, quelli, che eſpongono indiſpoſizioni non vere, mà figurate per ottenere la detta licenza.

8 Che gli Oſti, Tavernari, Albergatori, Bettolieri, ò qualunque altro di qualſivoglia ſtato, grado, ò condizione, non permettino, ò tolerino, che nelle loro Oſterie, Taverne, Alberghi, Bettole, e Caſe, s'habbia à cuocere, ò mangiare alcuna ſorte di cibi prohibiti, così nel detto tempo di Quareſima, come nelli altri giorni, in cui parimente vengono proibiti dalla Santa Romana Chieſa, eccetto, che per gl'Infermi, ò malſani, che haveranno licenza, come ſopra, ſotto pena à chi traſgredirà in ciaſcheduno de'caſi compreſi in queſto noſtro Editto di ſcudi venticinque, e di trè tratti di corda e d'altre pene à noſtro arbitrio ſecondo la qualità delle Perſone.

9 Ordiniamo, che in tutto il tempo Quareſimale neſſuno di qualſivoglia ſtato, grado, e condizione faccia, ò aſſiſta à quelle converſazioni, ò altre adunanze, dove ſi facciano ſuoni, e balli, e che ne meno di notte ſi vada per Roma ſonando, ò cantando, overo facendo ſerenate in luogo fermo, ſotto le pene ſudette.

10 Eſortiamo per fine tutti i Fedeli, non ſolo all'oſſervanza del digiuno Quareſimale, conſagrato da Criſto Signor Noſtro col ſuo eſempio, mà ad attendere con divozione à quelli Eſerciziii Spirituali, che il medeſimo tempo ricerca, non meno per pla-

care

care l'ira di Dio, che prepararſi à celebrare degnamente la S. Paſqua. Dato in Roma dalla noſtra ſolita Reſidenza queſto di 23. Febraro 1705.

# G. Card. Vicario.

*Nicolò Antonio Cuggiò Segretario.*

6. *OPORTET SEMPER ORARE.* Semper debemus orare, quia nunquam in præſenti vita deeſt miſeria, ideò continuè indigemus Dei adjutorio, & miſericordiâ. Semper autem orat, & adimplet hoc præceptum, qui ſemper bene agit, & propterea juſtus nunquam deſinit orare, niſi deſinat eſſe juſtus. Sufficit igitur ad adimplendum hoc Evangelii monitum, ut in principio cujuslibet operis præmittamus ſignum Crucis, & Dominicam orationem, & ſic committamus nos Divino auxilio, omnia enim debemus ad gloriam Dei facere ut dicitur *in 1. Pauli ad Cor.* & ſecundum hoc oratio debet eſſe continua ut dicit *D. Th. 2. 2. quæſt. 83. art. 14. in corp.* Si comedimus propter confortationem naturæ, & cum gratiarum actione, cibus noſter laudat Deum, & ſic comedendo oramus, & meremur coronam vitæ æternæ. Si dormimus ea intentione, ut fortiores evadamus ſurgendo ad ſerviendum Deo, dormiendo oramus & meremur. Si laboramus manualiter ea intentione ut habeamus unde vivere, & nutriri valeamus cum familiâ, & ne indigeamus furari, vel quicquam injuſtè lucrari, vel laboramus eâ intentione, ut de laboribus noſtris pauperibus, qui per ſe laborare non poſſunt ſubveniamus, vel laboramus manu, linguâ, & calamo, ut proximos per viam ſalutis æternæ dirigamus, vel demum laboramus ut pœnitentiam Adæ, & humano generi injunctam perficiamus, ſemper oramus, & meremur Cœleſtem gloriam.

7. Oratio autem duplex eſt, ſcilicet communis, & ſingularis, communis eſt illa, quæ per Miniſtros Eccleſiæ in perſonâ totius fidelis populi Deo offertur, & hæc ut omnibus innoteſcat debet eſſe vocalis, prout rationabiliter inſtitutum eſt. Porrò hæc Oratio plebi juvat, quamvis Miniſtri mali ſint, juxtà Sententiam *Cartuſiani in Epiſt. Can. Jac. 1. art. 7. verb. multum*, ubi ſic ait: *Porrò orationes Miniſtrorum Eccleſiæ, quamvis injuſtorum, tamen in perſona Eccleſiæ fuſæ quandam efficaciam ſortiuntur pro plebe.* Singularis oratio eſt, quæ offertur à ſingulari perſona, & de hujuſmodi orationis neceſſitate, non eſt, quod ſit vocalis: nam huic adjungitur vox, ut excitetur interior devotio; quâ mens orantis elevetur in Deum: & ideò in hac ſingulari oratione, tantum eſt vocibus vacandum, quantum proficit ad excitandum interius mentem. Si verò mens ad devotionem eſt ſufficienter præparata, & per has diſtrahatur, vel qualitercunque impediatur ab interiori devotione, à vocibus eſt ceſſandum, quia non multitudine verborum flectitur, & non verbis tantum, ſed corde orandus eſt Deus *D. Hier. in cap. non mediocriter de conſecr. diſt. 5.* Niſi quis obligatus eſſet ad aliquam orationem ex præcepto, aut voto, vel pro ſatisfactione injunctâ ſibi in Confeſſione: quia tunc deberet orare vocaliter propter plenariam ſatisfactionem.

8. *ET EXPEDIT VOBIS RECIPERE.* Quià homines, ut plurimum bona temporalia, quæ oculis corporeis videntur, in oratione petere ſolent: & an ſaluti Animæ profutura ſint neſciunt, nec ſcire quærunt: Epiſcopus non deſinit etiam in hoc populum inſtructum reddere, ut ſciat petitiones orando moderare, & quæ utiliora, & duratura ſunt petere. Tria ſunt genera bonorum, quæ à Deo petere poſſumus, & debemus ſcilicet, bona infima, media, & ſumma bona, infima ſunt temporalia, quæ cum tanquam nihil ſint, vel non debemus petere; vel petere cum conditione ſi proderunt, & ſi nobis expedit recipere: nam quid obſit, vel proſit novit Medicus, non ægrotus. Bona media ſunt ſpiritualia, & iſta petere debemus cum attentione: quia tanto majora ſunt reſpectu temporalium, quanto ſol excedit lumine ſtellas: imò plus ut ſunt Charitas, patientia, pax, & dona Spiritus Sancti, quibus conferuntur Chriſtianis cœteræ virtutes.

9. Nàm timor Domini, qui eſt primum donum, docet præterita mala emendare, bona operari, conſervat hominem in bono, miſericordiam meretur confert homini prolongationem vitæ, & temporalium proviſionem, facit orationem exaudiri, humiliat hominem, & vitam æternam meretur. Secundum donum, eſt pietas, hæc facit nos habere bonam confidentiam ad Deum ex meritis Jeſu Chriſti, quem Pater nobis dedit, pietatem & miſerationem erga noſmetipſos, & Animas proprias, & proximos, exercendo opera Religionis, & miſericordiæ. Tertium donum eſt Scien-

*Eccleſ. 1. 15. 27. Pſal. 102. Prov. 10. Pſal. 33. 144. Prov. 28. Pſal. 24. Rom. 8.*

Scientia, quæ docet ſe ipſum cognoſcere ſcilicet, quid ſit, quid fuit, quid erit, quid efficiatur per culpam actualem, quid per pœnitentiam, & gratiam: item cognoſcere Deum tanquam Creatorem, tanquam Dominum, tanquam Patrem, tanquam Redemptorem, tanquam Judicem futurum. Quartum donum eſt fortitudo, quâ ſpiritus Divinus tripliciter confortat hominem, *Theſſ. 3.* Primò in tolerandò adverſitates patienter. *Jacob. 4.* Secundò in vincendo Diabolum Tertiò in operando perſeveranter bona opera. *Jo. 9.* Quintum eſt donum conſilii, quò homo confortatur ad expellendam avaritiam, ad deſpiciendum terrena, Cœleſtia appetendum, & deprecandum in omnibus conſilium Altiſſimi. Sextum donum eſt intellectus, quò intelligimus Deum in nobis, & in creaturis, & utimur illis ad honorem ipſius, & ad utilitatem noſtram, reſecando ſupeflua. Septimum donum eſt ſapientia, quaſi ſapida ſcientia, quia per hoc Spiritus Sanctus dat nobis ſapere Cœleſtia, quæ dulcedo præcellit omnem dulcedinem hujus Mundi, & expellit peccatum luxuriæ. Bona ſuprema, ſunt bona Cœleſtia, & illa non tantum petenda ſunt cum attentione, & fervore, ſed cum humilitate, & ſine præſumptione. Cum humilitate petunt, qui de ſuis meritis non confidunt, ſed in miſericordiam, & bonitatem Dei, *Luc. 17.* ſine præſumptione petit, *Matth. 20.* qui gloriam recipere non præſumit ſine labore.

10. *LUMBIS ERGO PRÆCINCTIS ADEAMUS*. Hoc eſt Corpore, & Anima Crucifixi, & humilitati ſub potenti manu Dei, abſtinentes à cibo, luxu, & illecebris ſæculi. Satisfactio enim fit in tribus: in Oratione, Jejunio, & Eleemoſynâ, quæ reſpondent triplicibus bonis, quæ à Deo habemus. Nam ſatisfactio fit de bonis exterioribus per Eleemoſynam, de bonis corporis per jejunium, & de bonis Animæ per Orationem: per jejunium ordinatur homo in ſe, per Eleemoſynam ad proximum, per Orationem ad Deum. Per jejunium intelligitur omnis corporis afflictio. Per Orationem intelligitur omne exterius opus ad cultum Dei pertinens, ut oratio mentalis, vocalis, pſalmodia, ſacrificia, & oblationes. Per eleemoſynam verò intelligitur omne opus, quod ex miſericordiâ impenditur ad proximi utilitatem.

11. *ET MISERICORDIAM CONSEQUAMUR*. Qui vult miſericordiã conſequi, accedat cum humilitate, & fiduciâ, quia Salvatorem habemus Advocatum apud Patrem: ſi enim orans fiduciam non habet, pœnitentiam ſterilem facit: miſericordia Domini plena eſt terra; *Pſal. 118.* in Cœlo eſt miſericordia ſalvans, *Domine in Cœlo miſericordia tua*: *Pſal. 35.* in Purgatorio eſt miſericordia liberans, *liberaſti me à preſſurâ flammæ quæ circumdedit me*: *Eccleſ. 51.* in Inferno eſt miſericordia mitigans, *Pſal. 76.* quia Deus ibi punit citra condignum, *aut obliviſcetur miſereri Deus? aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas?* in Mundo eſt miſericordia conſervans quantũ ad juſtos *Niſi Dominus cuſtodierit Civitatẽ &c.* modò miſericordia expectans quantum ad malos, *an divitias bonitatis ejus, & patientiæ contemnis?* *Pſal. 126. Rom. 2.* modo miſericordia trahens quantum ad duros, qui per inſpirationes, per prædicationem, per beneficia, per exempla, per flagella trahuntur modo miſericordia ſuſcipiens quantum ad reverentes: *Jo. 6. Iſa. 55.* Et ſic bene dici poteſt *miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus*. *Pſal. 144.* Inveniemus igitur miſericordiam, ſi eum qui dives eſt in miſericordia in jejunio, & oratione quæramus. *Epheſ. 2.*

12. Et hic nota, quod ſi vigilia S. Jo. Baptiſtæ incidat in feſto Corporis Chriſti, eſt anticipandum jejunium feria quarta, ex declaratione Urbani VIII, ſub die 13. Octobris 1638. *impreſſa in Bullar, tom. 5. conſt. 232.* Et ſi vigilia S. Matthiæ Apoſtoli contingat in ultima die carnis privii, nullo modo eſt transferenda, ſed eſt in ea jejunandum, ut bis reſpondit Sac Congreg. Rituum nempè ſub diebus 23. *Januarii* 1694. & 11. *Julii* 1699. Unde caveas *à Diana*, quem refert, & ſequitur *Gavant. manual. Epiſc. in verb. jejunium in addit.* tenentes Epiſcopum poſſe dictam S. Matthiæ Vigiliam in ultimâ die Bacanalium occurrentem, transferre in ſabbathum præcedentem, dictum Decretum eſt impreſſum in Bullario Innoc. XII. in ordine 92.

## Litteræ Paſtoralis de Eleemoſynâ.

### FORMULA V.

### SUMMARIUM.

1. *Eleemoſyna eſt triplex; bona, melior, optima, & explicatur.*
2. *Eleemoſynã dare de ſuperfluo eſt de præcepto, & n. 3.*

4. *Superfluum, & ſumptuoſum cultum Templorum cum præjudicio pauperum, Sancti non laudant, & n. 5. 6. & 7.*

8. *Eleemoſynæ pro fabrica quæri non poſſunt ſine Epiſcopi licentiâ.*

*S. Congreg. Concilii concedit licentiam quærendi eleemoſynas pro fabrica vel Hoſpitali ſub conditionibus in Decreto quod affertur contentis, ibi.*

*Gabella non ſolvitur pro frumento, & oleo aut vino dato pro eleemoſyna, ibi.*

9. *In eleemoſynarum diſtributione quid ſit ſervandum oſtenditur.*

10. *Epiſcopi non ſolum tenentur facere eleemoſynam pauperibus occurrentibus, ſed tenentur illos inquirere.*

11. *Qui dat eleemoſynam abundabit bonis temporalibus, & Spiritualibus.*

## Ven. Fratr. & dilectis Filiis, Clero, & Populo N.

NUlla alia res, Fratres, & Filii in Chriſto dilectiſſimi in ſacris eloquiis, tam enixè, tam frequenter nobis à Deo iniungitur, *quam eleemoſyna*: nullique tam placatum ſe offert, quam iis, qui faciunt miſericordiam. Hos ſpe fulcit dum dicit: *Quicunque potum dederit*
*Luc. 10.* *uni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ: amen dico vobis non perdet mer-*
*Prov. 22.* *cedem ſuam*: benedictionibus replet inquiens: *Qui pronus eſt ad miſe-*
*Deut. 15.* *ricordiam benedicetur, de panibus enim ſuis dedit pauperi* & alibi = *Non obdurabis cor tuum*
*Tob. 4.* *nec contrahes manum, ſed aperies eam pauperi, ut benedicat tibi Dominus in omni tempore*:
*Matt. 5.* præmiis allicit ſubjungens = *Ex ſubſtantiâ tua fac elemoſymam, præmium enim bonum tibi*
*Ezech. 18.* *theſaurizzas in die neceſſitatis*, & iterum: *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam*
*Pſal. 40.* *conſequentur*: juſtos vocat dum ait = *Vir qui panem ſuum eſurienti dederit, & nudum*
*operuerit veſtimento, hic juſtus eſt, & vita vivet*: beatitudine coronat per Prophetam
*Prov. 14.* ſuum dicens: *Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem*, & ſapiens confirmat
*Prov. 21.* promiſſa cum ait: *Qui miſeretur pauperis beatus erit*: & alibi: *Qui ſequitur juſtitiam, &*
*Eccleſ. 7.* *miſericordiam, invenient vitam, juſtitiam, & gloriam*.

Pauperibus igitur porrigite manus veſtras, ut perficiatur propitiatio: quia
*Tob. 12.* eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit invenire mi-
*Hebr. 13.* ſericordiam, & non patitur Animam ire in tenebras. Beneficentiæ, & commu-
nionis nolite oblivíſci, talibus enim hoſtiis promeretur Deus, & eleemoſynas ve-
*Eccleſ. 17.* ſtras quaſi ſignaculum cum ipſo, uti pupillam conſervabit. Qui autem obturat
*Prov. 21.* aurem ſuam (dicit Dominus) ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non
exaudietur. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas panis; & obduratio
*Ezech. 16.* cordis ad pauperem: judiciumque duriſſimum meruit ſine miſericordiâ: quia
*Jac. 2.* non fecit miſericordiam.

Audite ergo me Fratres, & Filii cariſſimi: ſervite Domino in veritate, & in-
*Tob. 14.* quirite, ut faciatis ea, quæ placita ſunt illi: concludite eleemoſynam in manu
*Eccleſ. 29.* pauperis, & hæc pro vobis exorabit, & aſcendet in conſpectu Dei, & liberabit
*Act. 10.* vos ab omni malo. Filiis veſtris mandate, ut faciant eleemoſynas: quia qui dat
*Tob. 14.* pauperi *non indigebit*: ut cum Dominus ad judicandum venerit, mereantur vo-
*Prov. 28.* biſcum audire illa jucundiſſima verba: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum*
*Matt. 25.* *vobis regnum: eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare, ſitivi, & dediſtis mihi bibere,*
*Rom. 9.* *hoſpes eram, & collegiſtis me; nudus, & cooperuiſtis me: Amen dico vobis quandiu feciſtis uni ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis*. Quod vobis, & mihi contingat per miſericordiam ejus, qui eſt benedictus in ſæcula. Amen.

## ADNOTATIONES.

1. *QUAM ELEEMOSYNA*. In præcedenti Paſtorali Epiſtolâ de jejunio, & oratione dictum fuit, quod ſatisfactio Deo fit in tribus, jejunio ſcilicet, oratione, & eleemoſynâ, & ſic cum de primis duobus actum ſit ibi, nunc Epiſcopus agit de tertiò. Eleemoſyna eſt triplex, bona, melior, optima. Bona eſt, quæ fit à Clericis de fructibus Beneficiorum, & redditwum Eccleſiaſticorum, in quibus habent diſpenſationem, & nihil præter victum, & veſtitum juxtà exigentiam ſtatus retinere poſſunt, ut in adnotationibus litteræ Paſtoralis ad Clerum tactum fuit. Melior, quæ fit de patrimonio proprio quod quis ab hæreditate Paternâ, vel Conſanguineorum acquiſivit, & poſſidet. Optima, quæ fit de his, quæ acquiruntur proprio labore: quam Apoſtolus laudando, ſcribens ad *Epheſ.* 4. dixit = *Laboret manibus ſuis operando, ut habeat unde tribuat neceſſitatem habenti*.

2. Eleemoſynam dare de ſuperfluo eſt de præcepto, non ſolum in lege veteri in qua Deus expreſsè præcepit in *cap.* 15. *Deuteronomii* dari his verbis = *Non deerunt pauperes in terrâ habita-*

*habitationis tuæ, idcircò ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi, qui verſatur tecum in terrâ*: ſed in evangelica, in qua Chriſtus præceptum innovavit dicendo = *Quod ſupereſt date eleemoſynam Luc.* 11. & interrogatus à Turbis, quid agere deberent ut gehennam poſſent evadere, & ſalvari, reſpondit *Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet eſcas ſimiliter faciat Luc.* 3. ad quæ verba Baſilius ait = *Docemur ex omni quod affluit debere nos erogare ei, qui non habet* imò tam enixè pauperibus ſuccuri voluit, ut ſuis fidelibus conſilium dederit, vendere ea quæ poſſident. Dum ait = *Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam Luc.* 12. ideòque *D. Hjeron. Epiſt.* 150. ſcribens Edibiæ dicit = *Si plus habes quam tibi ad victum veſtitumque neceſſarium eſt, illud eroga, & in illo debitricem eſſe te noveris.*

3. Hocque clarior fit ex eo, quod in die judicii, qui non fuerint miſericordes, ad ſiniſtram in numero reproborum collocabuntur *Matt.* 25. Nullus autem punitur pœnâ æternâ pro omiſſione alicujus, quod non cadit ſub præcepto: ſed aliqui punientur pœnâ æternâ pro omiſſione eleemoſynarum, ut patet ibi; ergo dare eleemoſynam eſt in præcepto. Argumentum eſt *Divi Thom.* 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 3. ubi in reſponſionibus ad oppoſita, firmat hoc intelligi debere de his, qui ſuperflua ſibi, ſuiſque non neceſſaria ſecundum præſentem ſtatum, pauperibus erogare negligunt, & nolunt. Si hæc recogitarent Clerici: ſi hæc ſeriò perpenderent laici, ſuperflua eorum ſtatui, non in uſus pravos, & illicitos: non in commeſſationibus, & voluptatibus: non in ludis, & venationibus inſumerent (prout ſine ſcrupulo faciunt multi) ſed pauperibus, ut Chriſtus, jubet elargirentur,

4. Sunt autem eleemoſynæ non ſolum in uſus pauperum erogandæ; ſed etiam in cultum Divinum, & uſum ac manutentionem miniſtrorum, non ad pompam cum vanâ ſuperfluitate: ſed cum moderatione, & ad decentiam. Nam Templorum nimium, & ſumptuoſum cultum, cum præjudicio pauperum Sancti PP. non laudant: cum plus vanitatis aut curioſitatis, quam ſolidæ pietatis habeat.

5. SANCTUS HJERONYMUS. Scribens ad Nepotianum, hæc habet = *Neque verò mihi aliquis opponat dives in Judea Templum &c. tunc hæc probabantur à Domino quando Sacerdotes hoſtias imolabant, & ſanguinis pecudum erat redemptio peccatorum. Nunc verò cum paupertatem Domus ſuæ pauper Dominus dedicarit, cogitemus crucem ejus, & divitias lutum putabimus.* Et ſcribens ad Demetriadem *Epiſt.* 8. *de Virginitate ſervanda* ait = *Alii ædificent Eccleſias, veſtiant parietes marmorum cruſtis, columnarum moles advehant, earumque deaurent capita, ebore argentoque valvas, & gemmis aurata diſtinguant Altaria, non repræhendo,* non abnuo: *ſed tibi aliud propoſitum eſt, Chriſtum videre in pauperibus, viſitare in languentibus, paſcere in eſurientibus, ſuſcipere in his qui tecto indigeant; Virginum alere Monaſteria; ſervorum Dei, & pauperum ſpiritu habere curam.*

6. SANCTUS BERNARD. *de vit. mor. & offi. Præſul. cap.* 11. rigidius Hjeronymo favet his verbis = *O vanitas vanitatum, ſed non vanior quam inſanior! fulget Eccleſia in parietibus, & in pauperibus eget: ſuos lapides induit auro, & ſuos filios nudos deſervit. De ſumptibus egenorum, ſervitur oculis divitum. Inveniunt curioſi quo delectantur, & non inveniunt miſeri, quo ſuſtententur.* Et conſonant *Ambroſ. lib.* 2. *de offic. cap.* 2. & *Chriſoſt. homil.* 60. *ad Populum.*

7. Item favet Divina Scriptura *Exod.* 36. ubi volens Moyſes conſtruere Tabernaculum Archæ Domini, & Populus plus offerret, quam eſſet neceſſarium pro illius conſtructione, & ornamento, juſſit Præconis voce prohiberi, ne quis offerret quidquam ultra in opere Sanctuarii, eo quod oblata ſufficerent: quod benè intelligens S. Cæſareus Archiepiſcopus Arelatenſis, dona pretioſa, quæ habuit à Teodorico Rege Gothorum, pauperibus ſuæ Diœceſis diſtribuit, non autem Eccleſiæ donavit dicens, magis placere Deo diſtribui divitias pauperibus, quam Eccleſiis, & Altaribus, ut ex *Briet. ad annum* 508. refert *Foreſt. in Mappam. Hiſt. tom.* 4. *par.* 1. *in Vita Clodovei*. Et tandem ratio precipua horum eſt, quia aurum habet Eccleſia, non ut ſervet, ſed ut eroget, & ſubveniat in neceſſitatibus: aurum Sacramenta non quærunt; neque auro placent, quæ auro non emuntur; ornatus Sacrorum eſt redemptio captivorum, & vera illa ſunt vaſa pretioſa, quæ redimunt animas à morte: ille verus theſaurus eſt Domini, qui operatur, quod ſanguis ejus eſt operatus, & nemo poteſt dicere, cur pauper vivit: nemo, poteſt quæri, quia captivi redempti ſunt: ſunt verba Epiſcopi *Leonis Theſaur. for. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 15. *num.* 9. Honeſtum autem, & moderatum cultum nemo pius, aut prudens culpabit, & quiſque verebitur canere cũ Perſio = *Dicite Pontifices, in Sancto, quid facit aurũ?*

8. Hujuſmodi autem eleemoſynæ, quæ colliguntur, ut in Fabricam Eccleſiæ, vel alium uſum pium erogentur, quæri non poſſunt ſine licentiâ Epiſcopi, prout dixi in *annot. ad form.* 6. *tit.* 6. Niſi fortè obtineatur facultas Sac. Congregat. Concil. quæ aliquando, causâ rationabili, & laudabili impellente, ut etiam Ordinariis irrequiſitis quæri poſſit concedit: *Ita tamen* (ſunt verba Decreti expediri ſoliti) *ut qui electi fuerint ad eas quærendas contineant ſe intrà limites alias ab eadem Sac. Congregat. præſcriptas videlicet, ut propter hanc operam minimè ſint dictarum eleemoſynarum participes, munere iſto piè, modeſtè, & abſque ullo dolo, nullaque fraude fungantur quæſtorum nomen nullo modo gerant, non ſecum ferant privilegia, non reliquias,*

*liquias, non minis, aut imprecationibus inducant fideles ad eleemoſynam præſtandam, non petant tanquam debitum, aut ſolitum, neque ullâ arte, aut prætextu, dicendi cujuſvis Sancti Orationem, pecunias, vel alia bona extorqueant, ſed tamen à ſpontè dantibus eleemoſynas accipiant, in uſum dictæ Eccleſiæ (vel Hoſpitalis) erogan. Præterea non prædicent, niſi in ſingulis Diœceſibus ad id ſaltem ſemel fuerint approbati, à locorum Ordinariis: hæc autem facultas ad quinquennium tantum duret, eoque elapſo, ſtatim expirare cenſeatur, & poſt duos priores annos, ac in fine quinquennii N. teneatur certiorare Sac. Congregat. de quantitate eleemoſynarum perceptarum, ac de illarum converſione in ſupradictum uſum, ſub pœnâ ſuſpenſionis à Divinis ipſo jure incurren.* Sic conceſſit *in Vicen. 13. Julii* 1630. *lib.* 14. *Decr. pag.* 302. *& in alia Civit. Ducalis 6. Martii* 1632. *d. lib.* 14. *pag.* 519. Ex qua Decreti ſeù licentiæ formulâ, Epiſcopus remanet inſtructus, quid habeant hi in facultatibus, & quomodò ſe gerere debeant in eleemoſynarum collectione. Pro frumento autem oleo, vino, & ſimilibus dato, & recepto pro eleemoſynâ non ſolvitur gabella, ut declaravit *Sac. Congregat. Immunit. in Oſcen.* 26. *Febr. & in Valentina* 12. *Novembr.* 1658. *lib. Decr. Rocci fol.* 67. *à tergo, & fol.* 134. *à tergo*: neque pro frumento, aliaque re in Eleemoſynam convertendâ *ead. Congregat. in Monopolitana* 20. *Septembr.* 1650. *lib.* 4. *decr. fol.* 120. *à tergo*.

9. In diſtributione verò eleemoſynarum pauperibus faciendâ, plura ſervanda ſunt. Primò, ut potius captivis, qui apud hoſtes detinentur, quam aliis liberis ſucurratur. Secundò, ut non uni tantum pauperi detur, ſed inter plures diſpenſentur. Tertiò, ut potius Conſanguineis egentibus ad naturæ ſubſtentationem, quam cœteris paribus pauperibus ſuccurratur; vel etiam ſi ſit diſtributor, & ipſe ſibi accipiat, ſi verè indigeat eo tenore, quo, & aliis miniſtrat. Quartò ætas, quia minus aliis largiendum, quam Senibus, qui nequeunt laborare. Quintò nobilitas, quia potius nobilibus, quam ignobilibus, qui non verecundantur eas petere ſicuti primi, dandæ ſunt, præſertim ſi ſine vitio pauperes evaſerunt. Sextò ut fiat eleemoſyna de juſtè, & non de illicitè acquiſitis. Septimò ut fiat propter Deum non autem ob inanem gloriam *Graff. in Appendic. deciſ. aur. lib.* 1. *cap.* 12. *à num.* 10. *uſque ad fin.*

10. Epiſcopi autem non tantum pauperibus ſibi occurrentibus, eleemoſynam de ſuperfluo, aut in extremâ neceſſitate conſtitutis, ſicuti cœteri Chriſtifideles dare, ſed etiam ex Officio illos in ſua Diœceſi inquirere, & egeſtatibus providere tenentur, ut communiter tradunt morales Theologi, & præſertim *Bonaccin. in primo Decalogi præcepto diſp.* 3. *quæſt.* 4. *punct.* 6. *prop.* 2. *num.* 10. ubi ſic ait = *Utrum habentes ſuperflua vitæ, & ſtatus pauperes inquirere teneantur? Reſpondeo Negativè, ſed ſufficit, ut animo parati ſint ad eorum neceſſitates ſublevandas dummodò occurrerint: Secus dicendum eſt de Epiſcopis, iſti enim tenentur ex Officio neceſſitatibus occurrere: nàm Patres pauperum nuncupantur, & conſequenter ſpeciali onere tenentur pauperes inquirere, ut ipſorum ſublevent indigentiam*: Bonaccinum ſequuntur *Baſſeus verb. eleemoſyna num.* 6. & alii cum *Dian. tract.* 7. *reſol.* 22. *& reſol.* 23. *utrobique num.* 1. & hoc eſt, quod dicit Pſaltes = *Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem pſal.* 40.

11. *NON INDIGEBIT*. Ideſt nec pane quotidiano, nec gratiâ ſpirituali: Nàm fructus eleemoſynæ eſt augumentatio temporalium juxtà illud *in prov.* 3. *Honora Deum de ſubſtantiâ tua, & dà ei, & implebuntur horrea tua ſaturitate, & torcularia tua vino redundabunt*: & aliud Evangelii *Luc.* 6. *Date, & dabitur vobis*; necnon remiſſio peccatorum *Eccleſ.* 3. *Dan.* 4. & augumentatio gratiæ 2. *Cor.* 9. & tandem præmium æternum obtinere, unde dicit Chriſtus eleemoſynam dantibus = *Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereſluentem dabunt in ſinum veſtrum*: ut intelligamus, quod eleemoſyna eſt Oſtiaria Paradiſi, & quod Dei miſericordiam difficilè poteſt promereri, qui miſericors non fuerit: & quod delebit Dominus de libro vitæ eos, qui non ſunt recordati facere miſericordiam *Pſal.* 108.

## Litteræ Paſtoralis de Indulgentiis ad Populum.

## *FORMULA VI.*

### SUMMARIUM.

1. *Indulgentia conceſſa per Papam alicui Cappellæ pro defunctis non extenditur ad vivos.*
2. *Indulgentia conceſſa pro defunctis prodeſt etiam ſi ille, qui illam applicat non ſit in ſtatu gratiæ.*
3. *Ad acquirendam Indulgentiam non exigitur confeſſio, ſi ille, qui illam lucratur eſt in gratia, & n.* 4.
5. *Celebrans miſſam de Sancto, ſeù de feria currenti ad Altare privilegiatum, conſequitur Indulgentiam, quando fuit conceſſa generaliter celebrantibus, & afferuntur rationes.*
6. *Indulgentia conceſſa per Papam Sacerdotibus Celebrantibus miſſas Defunctorum, ceſſat ſi ibidem celebretur miſſa Votiva, vel de Sancto, niſi occurreret feſtum duplex, vel dies in qua miſſæ Defunctorum nequeunt celebrari, & affertur Decretum.*
7. *Indulgentiarum beneficium eſt praſtantiſſimum, & gratiarum actione dignum.*
8. *Indulgentiæ non poſſunt à nemine in Diœceſi publi-*

*publicari ſine expreſsâ licentiâ Epiſcopi, non obſtante contrariâ Conſuetudine.*

9. *Indulgentiæ conceſſæ pro certo die, non tranſferuntur cum Officio, niſi Papa expreſsè concedat.*

1. IL Sagro Concilio di Trento, inſegna, e colla ſua autorità definiſce, e determina, che la Santa Chieſa Cattolica hà ricevuto da Gieſu Chriſto la facoltà di concedere le Indulgenze, e che di queſta autorità la medeſima Santa Chieſa ſi è ſervita in ogni tempo, hor con minore, hor con magior abbondanza è liberalità ſecondo c'hà giudicato eſpediente per la gloria di Dio è per il magior bene profitto de ſuoi fedeli. E perche queſt'uſo ſalutevole, è di gran'vantaggio à quelli, che vivono nel grembo di eſſa S. Chieſa, ci è parſo conveniente colla preſente lettera Paſtorale di fare intendere al Popolo alla noſtra Cura commeſſo, il valore, & il prezzo delle Indulgenze, l'effetto che producono in chi degnamente le riceve: accioche non ſe ne abuſono, come ben ſpeſſo accade per ignoranza.

2. Sono dunque le Indulgenze una remiſſione, & una condonazione della pena temporale dovuta a i noſtri peccati attuali, i quali benche nel Sacramento della penitenza quanto alla colpa ſiano ſtati rimeſſi e perdonati, nulladimeno reſtando ordinariamente ( coſsì richiedendo la Divina Giuſtitia ) il debito della pena temporale, rimane in noi il graviſſimo peſo della ſodisfazione, che pagar ſi dourebbe, con abbondanti limoſine, digiuni, è con altre lunghe, e ſevere penitenze ſecondo il preſcritto de Canoni penitenziali: ò con atrociſſime pene nel purgatorio: ma riuſcendo quelle alla fiacchezza humana dfficili à pratticarſi, ci ſi dà la remiſſione di dette pene mediante l'applicazione delle ſodisfazzioni e meriti ſoprabondanti della Paſſione e Morte di Gieſù Chriſto Salvator noſtro, di Maria Vergine noſtra Signora, e di tutti gli altri Santi, che ſi riſervano nel Teſoro della Chieſa, per eſſere applicati a i Fedeli dal Sommo Pontefice, à cui il Figliuolo di Dio come à ſuo Vicario, dato hà queſta poteſtà allor che diſſe à S. Pietro, *Quodcunque ſolveris ſuper terram &c.* (*Matth. 16.*)

3. E per bene intender ciò ſi deve avertire, che in qualunque buon'opera, che facciamo in gratia, v'è un doppio valore cioè, di merito eſſendo degna della vita eterna e di ſodisfazione per la pena dovuta al peccato: in quanto al merito egli è perſonale, e non ſi può applicare ad altri; in quanto poi alla ſodisfazione, ella ſi può communicare ad altri. Hor la Paſſione, è Morte di Gieſu Chriſto il cui merito baſtava per redimere infiniti Mondi, & infiniti huomini; i meriti di Maria Vergine, che patì tanto ancorche non peccaſſe mai venialmente; i meriti di S. Gio. Battiſta, che fù Santificato nell'utero materno, & il cui cibo furono le locuſte e'l mel Silveſtre, e di tutti gli Apoſtoli e di tutti i Martiri in tanto gran numero, di tutti Confeſſori, e delle Vergini, che ſoffrirono lunghi, e graviſſimi tormenti e travagli, e fecero attioni eccellenti, e ſodisfattorie, ancorche non haveſſero biſogno di ſodisfare per le loro colpe, che mai commiſſero, ò baſtaſſe molto meno; certo è che non devono perderſi: ma la ſoprabondanza di queſte ſodisfazzioni, ad eſſi ſuperflue, deve riſerbarſi nel Teſoro della Chieſa, ( come ſi riſerba una borſa d'una Città, per ſovvenire alle neceſſità del publico ) à fine d'applicarſi à i fedeli ne i loro biſogni ſpirituali.

4. La Chieſa concede queſt'Indulgenze in varie maniere: poiche alle volte le concede plenarie, & in virtù di queſte, rimette intieramente tutta la pena, ch'era dovuta à i peccati rimeſſi quanto alla colpa, cioè quando ſi ſono validamente confeſſati di modo che morendo dopo l'acquiſto dell'Indulgenza plenaria nel modo che ſi douria andarebbe l'Anima à dirittura in Paradiſo. Altre volte le concede non plenarie; ma per un certo numero d'anni, quarantene, ò giorni, & in virtù di queſte Indulgenze s'ottiene altrettanta remiſſione della pena dovuta à i peccati, quanta ſe ne ſarebbe ottenuta, ſe ſi foſſe fatta ſette, dieci anni, quaranta, ò cento giorni di penitenza nel modo impoſto, e preſcritto dagl'antichi canoni penitentiali, e ſecondo l'uſo della primitiva Chieſa ò dal Sacerdote nel Sacramento della penitenza, e non già che ſi rimettino ò rilaſſino ſette, dieci anni, ò cento giorni del tempo che converrebbe ſtare in purgatorio; come alcuni credono: benche ſuccedono le pene del purgatorio à quelle che in queſta vita ſi devono intiera-

mente

mente ſodisfare, nè ſiegue che liberando l'Indulgenza dal debito delle ſudette pene temporali, libera anche dalle pene, le quali ſecondo la proporzione à Dio nota doverebbono patirſi nel purgatorio.

5. Suole anche la S. Chieſa concedere le Indulgenze non ſolo à i fedeli viventi ſopra la terra; ma ancora agl'altri, che eſſendo morti in gratia, non hanno pienamente ſodisfatto alle pene dovute à loro peccati, e però vengono ritenuti in Purgatorio, con queſta differenza però; che à i vivi ſi concede per via d'aſſoluzione, havendo giuriſdizione diretta ſopra di eſſi, e potendo loro diſpenſare le ſodisfazioni ſoprabondanti di Gieſù Chriſto, di Maria Vergine, e de Santi: *ma in quanto à i defonti*, come che queſti non ſono più della giuriſdizione della Chieſa, ſi applicano ad eſſi le Indulgenze ſolamente per modo di ſuffragio, cioè per modo di preghiera ed'impetrazione, offerendo à Dio le ſodisfazioni di Gieſù Chriſto ſuo figlivolo della Santiſſima Vergine e de Santi, affinche ſi degni d'accettarle per la ſodisfazione dell'Anime del Purgatorio di quello devono alla Divina giuſtizia.

6. La diſtribuzione di queſto Teſoro ineſauſto appartiene come s'è accendato al Sommo Pontefice, come à Vicario di Chriſto Signor Noſtro, che l'hà coſtituito Paſtore univerſale della ſua Chieſa, e però hà una piena facoltà di concedere per cauſe giuſte ragionevoli, e convenienti ogni ſorte d'Indulgenze. I. Veſcovi, ed Arciveſcovi poi hanno facoltà, per haverla ricevuta dallo ſteſſo Sommo Pontefice, di concedere le Indulgenze nelle loro Dioceſi, d'un anno nel giorno della Dedicatione della Chieſa, e di quaranta giorni, ogni volta, che giudicano eſſere eſpediente per la ſalute dell Anime a loro commeſſe, e neſſun'altro, che non habbia giuriſdizione Epiſcopale può concedere le Indulgenze, ſe non per via di commiſſione, o privilegio datogli dal Sommo Pontefice, ò dal Veſcovo, ancorche foſſe di queſto Coadjutore con futura ſucceſſione.

*Extrav. II. de pœn. & remiſſ:*

*C. Cum ex eo de pœn. & remiſſ.*

*Sac. Congr. Rit. apud Quarant. in Summ. Bullar. uerb. Archiep. poſt. n. 12.*

7. Accioche le Indulgenze produchino il loro effetto, vi ſi ricercano le diſpoſizioni neceſſarie, che ſono principalmente due. La prima, che colvi il quale vuol guadagnare *per se* l'Indulgenza, habbia la coſcienza pura, e netta da ogni peccato mortale, e ſia in ſtato di grazia, perche la pena del peccato non viene mai rimeſſa, ſe prima la colpa non ſia perdonata.

8. La ſeconda diſpoſizione è, che biſogna adempire eſattamente tutto ciò che viene ingionto dal Pontefice, nel Breve conceſſo dell'Indulgenze, ò dal proprio Veſcovo, & ordinariamente le opere, che ſi preſcrivono, *ſono la Confeſſione*, e Communione, la viſita delle Chieſe, le orazioni vocali, i Digiuni, e le Elemoſine. Ed oltre l'adempimento di queſt'opere ſi da noi per conſiglio di fare anche altr'opere ſatisfattorie, che ciaſcheduno havrà tempo, & occaſione di fare, per ſupplire con eſſe a i molti difetti, e mancamenti che Dio vede in noi, quali poſſono recare qualche impedimento agli effetti delle Sante Indulgenze, e delle Divine miſericordie.

9. E ſe bene potiamo porgere à Dio preghiere, offerir digiuni, orazioni, & altr'opere ſatisfattorie per i noſtri proſſimi vivi, non ſolo per la remiſſione delle pene dovute a i loro peccati; mà ancora per impetrar le grazie, che ſono neceſſarie alla ſalute del corpo, e dell' Anima: non potiamo però applicare per eſſi il frutto dell' Indulgenze, che noi guadagnamo, eſſendo l'intenzione della Chieſa, che vagliano ſolamente à quelli, che le guadagnano. Ma quanto a i Defonti, quando il Sommo Pontefice concede d'applicarle per eſſi per modo di ſuffragio, come s'è detto all'hora adempiendo noi l'opere preſcritte, potiamo applicar loro il frutto dell'Indulgenza, non ſolamente per le Anime purganti in generale; ma per le Anime, ò Anima particolare ſi come la Santa Chieſa piamente crede, che quell'Anima, per cui fù applicata l'Indulgenza, *ò celebrata la meſſa all'Altare privilegiato* ſia liberata, e che Dio *ex benignitate, & miſericordia*, l'habbia accettato.

10. Ma non per queſto noi Fedeli dobbiamo tralaſciare di continuare, le orazioni, & i ſuffragii per quelle; accioche queſti multiplicati S. D. M. le aſſolva dalla pena, come moſſo da cauſa più efficace. Et inoltre continuviamo i ſuffragii, e le preghiere per i defonti particolari, (ancorche piamente crediamo, che ſiano in Cielo) accioche reſtino ſollevate anche le Anime del Purgatorio abbandonate: eſſendo ſentenza di graviſſimi Teologi, che la Divina miſericordia applichi all'Anime più biſognoſe, le orazioni, & i ſuffragii, che vengono offerti per le Anime particolari, quando queſte ſiano già libe-

*Apud Graff. in Append. dec. aur. lib. 2. de indulg. cap. 4. n. 31. & ſeq.*

liberate: Et anche per accreſcere il contento, e la gloria accidentale all'Anime de defonti, le quali regnando nella gloria beata, godono, che i lori amici, e congionti, eſercitando queſt'opere di carità, ſi rendano più grati à Dio il quale viene in eſſe onorato.

Concede anche la Santa Chieſa l'Indulgenze in forma di Giubileo, così chiamato dalla parola *Jobel.* ch'in lingua hebrea vuol dire Anno di remiſſione in cui l'Eredità vendute, ritornavano a i Venditori ſenza pagar coſa alcuna, e gli Schiavi venivano poſti in libertà: figura è queſta de i Gubilei, che publica la Santa Chieſa, ne i quali i fedeli vengono liberati, e proſciolti dalla ſervitù del Demonio, e ritornano al poſſeſſo dell'Eredità del Cielo. Queſti Gibilei altre volte i Sommi Pontefici non ſolevano publicarli, che di cento in cent'anni, poi di cinquanta in cinquanta, ma ne tempi noſtri ſi publicano ogni venticinque anni, e chiamaſi il Giubileo dell'anno Santo: a diſtinzione degl'altri, che dagli ſteſſi Sommi Pontefici ſi publicano in occaſione di qualche grave biſogno, e cauſa publica urgente della Santa Chieſa. *Levit.* 25. *&* 27.

Trà il Giubileo, e l'Indulgenza Plenaria in quanto all' abolizione, e remiſſione della pena, non v'è differenza, perche ambedue la rimettono plenariamente; ma ſolamente vi è differenza quanto alla giuriſdizione per i Confeſſori, a quali ne i Giubilei ſuol concederſi ampiamente colla facoltà d'aſſolvere da caſi reſervati, e da Cenſure, e diſpenſare, e commutar Voti: il che non ſi concede nell'Indulgenze plenarie.

Dobbiamo per tanto *render grazie continue* à Gieſù Chriſto Noſtro Signore, che dopò haver ſparſo tutto il ſuo Diviniſſimo Sangue ſopra la Croce, ſi è compiacciuto per eceſſo d'amore, è carità laſciare alla Santa Chieſa ſua Spoſa, e Madre noſtra un Teſoro ineſtimabile non ſolamente de ſuoi meriti, ma anche delle ſue ſodisfazzioni per facilitare a noi la ſtrada del Paradiſo, e preperarci l'acquiſto dell'Indulgenze colle diſpoſizioni dovute, e colla più pura e retta intenzione, che c'è poſſibile, glorificandolo quando riceviamo i ſuoi beneficii, & avertendo di non abuſarcene, perche ci vengono conceſſe tanto ſpeſſo, e con tanta liberalità da Superiori; ed'impiegare tutte le noſtre forze per amarlo e ſervirlo con maggior fervore, e perfezzione, eſercitandoci continuamente in atti di viva fede, ſperanza, e carità, e nell'altre virtù Chiſtiane per meritare l'eterna retribuzione, ch' egli per ſua miſericordia ci conceda. Amen.

## ADNOTATIONES.

1. *MA IN QUANTO A I DEFONTI.* Indulgentia conceſſa per Papam alicui Capellæ pro defunctis, non extenditur ad vivos; adeòut, qui vivens celebrat, aut ibi celebrari faciat pro ſe Miſſam, illam non conſequitur, ſic reſpondit *Navarr. conſil. 39. par. 2. de pœnit. & remiſs.* quia ut ipſe ait Indulgentia, ut quæratur per ſolum factum alterius vivo, raró, aut nunquam conceditur.

2. *PER SE.* Additur hæc particula ad demonſtrandum, quod ſi Indulgentia ſit applicanda per modum ſuffragii defunctis, & non pro ſe ipſo, proderunt opera injuncta, & Indulgentia acquiretur, etiamſi vivus applicans non ſit in ſtatu gratiæ ſecundum ſententiam *Navar. in comment. de Anno jubilæi notabil. 22. num. 31.* & ſequitur *Graff. in Appendic. deciſ. aur. lib. 2. tit. de Indulgent. cap. 4. num. 21. juncto num. 36.* ubi propoſitionem ſuam ſic probat = *Rurſum non refert an vivus, qui accipit Indulgentiam pro mortuo ſit in ſtatu gratiæ, vel non, & ita Indulgentia ſumpta à malo pro defuncto, prodeſt ei, cum malus non ſatisfaciat, ſed facit illud opus ob quod Papa ſatisfactionem Chriſti, & aliorum Sanctorum defuncto impertit, licet Suffragium mali non proſit, juxtà illud Iſa. cap. 1. & cap. quod intellige, quando ſit proprio nomine, ſecus ſi nomine, & intentione totius Eccleſiæ univerſalis, vel quando quis agit, ut inſtrumentum alterius privati committentis alteri orationes, aut Sacrificia D. Th. in 4. ſent. diſt. 45. qu. 2. art. 1. & ratio eſt, quia quando cauſa principalis eſt Deo accepta, qualis eſt intentio meritoria juſti, malitia miniſtri virtutem operis non deſtruit*, hæc ille.

*Navar. & Graffium* cum aliis pluribus ſequitur quoque *Bonaccin. de Indulgent. diſp. 6. qu. 1. punct. 6. prop. 1. num. 11.* inquiens = *Qui verò facit opus ad conſequendam Indulgentiam pro defuncto, non eſt neceſſe, ut ſit in gratia, quamvis exiſtens in peccato mortali non poſſit ſuis operibus ſatisfacere pro ſe, aut pro alio: nihilominus poteſt Indulgentiam pro defuncto lucrari, ſi faciat opus præſcriptum ad obtinendam indulgentiam prò defuncto, tunc enim ipſe non dicitur ſatisfacere, ſed facere opus, quo poſito Summus Pontifex applicat defuncto indulgentiam; ideſt ſatisfactionem Chriſti, & Sanctorum; nàm Indulgentia habet ſuum valorem ex opere operato, & non dependet à gratia illius, qui pro defuncto indulgentiam lucratur, ita Suarez &c.*

*&c.* Hæc ſententia quæ, inter morales Theologos communior videtur, licet tenenda ſit; pœnitentibus tamen contraria, quæ oppoſitum docet, erit per Confeſſarium conſulenda: tùm pro majori ſecuritate Indulgentiæ: tùm ad excitandum peccatores ad converſionem.

3. *LA CONFESSIONE*. Quia regulariter Papa concedit Indulgentias verè pœnitentibus, & confeſſis, hinc oritur dubium, an ad acquirendam Indulgentiam neceſſariò requiratur Confeſſio, vel ſufficiat, quod quis ſit in gratia, & non habeat peccata læthalia? *Navar. in comment. de Jubil. & indulg. notabil.* 18. *num.* 18. hæc habet = *Nonò non eſſe neceſſarium facere Confeſſionem die, vel tempore, quò indulgentia eſt lucrifacienda, ſed ſatis eſt quod poſt ultimam Confeſſionem nullum peccatum mortiferum admiſerit, neque de aliquo nondum confeſſione detecto noviter recordetur, quod frequenter reſpondi. Et not.* 30. *num.* 6. ibi = *Secundò dico quod quamvis indultum dicat de plenariâ remiſsione omnium peccatorum, de quibus eſt ore confeſſus, & corde contritus, tamen non tenetur confiteri de aliis anteà confeſsis, nec venialibus.*

*Graff. in Appendic. deciſ. aur. lib.* 2. *de Indulg. cap.* 5. idem tenet *num.* 9. dicendo = *Ad conſequendam Indulgentiam, quæ datur confeſſis, non eſt neceſſaria confeſsio, quando poſt ultimam Confeſsionem nullum peccatum mortiferum quis admiſerit, neque recordatus fuerit aliquid nondum confeſſum. Hinc eſt quod ſi conceditur Indulgentia plenaria omnibus verè pœnitentibus, & confeſsis viſitantibus Eccleſiam Sancti Gregorii in ſuo feſto, ſi aliqui poſt ultimam Confeſsionem nullum peccatum mortale commiſerint, licet habeant peccata venialia, & neque recordati ſunt aliquod peccatum mortale nondum confeſſum, viſitaverint Eccleſiam, implent formam Indulgentiæ, quamvis non ſint confeſsi, cum ſint verè pœnitentes, & ritè confeſsi &c.* & paulò poſt = *Tutius tamen eſſet, & ita obſervavi, quando caſus mihi occurrit, ut intrà tempus publicationis, confiteatur ſaltem quis aliquod veniale: Indulgentiæ enim ſunt interpretandæ, ut ſonant, & Papa videtur inducere ad confeſsionem ſupererogationis, ut tutiori remedio in gratia conſtitutus, impetret efficacius finem ob quem conceditur Indulgentia.*

*Leo Theſ. for. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 7. *de Indulg. poſt. n.* 27. ait ſic *Quando confeſſio ſolum exigitur tanquam diſpoſitio, probabilius eſt, ſi quis nullius peccati mortalis poſt præteritam confeſſionem ſit conſcius, non eſſe neceſſariam &c. At quando exigitur confeſſio tanquam opus, aut pars operis pro quo Indulgentia datur, videtur quod peccata venialia debeant confiteri, quoniam ſi quis non facit opus pro quo Indulgentia conceditur, non conſequitur Indulgentiam &c.*

*Bonaccin. tit. de Indulgent. diſp.* 6. *quæſt.* 1. *punct.* 5. *prop.* 2. *n.* 7. dicit ſic = *Sed modò dubium eſt primò, utrum ad conſequendam Indulgentiam facienda ſit confeſſio venialium, & peccatorum alias ritè confeſſorum, quando in Bulla exprimitur confeſſio ad conſequendam Indulgentiam, ſed ſuſcepturus Indulgentiam exiſtit in gratia, habetque peccata tantumodò venialia? Reſpondeo negativè cum Henriq. Suarez. Navar. Filiuc. Regin. & aliis, modò in Bulla non exprimatur confeſſio venialium. Ratio eſt, quia quando in Bulla exprimatur confeſſio, ſermo eſt de confeſſione reſpectu illius, qui conſcientiam habet peccati mortalis, niſi aliud exprimatur; confeſſio ſimpliciter dicta ex communi uſu, & ſenſu Eccleſiæ, cenſetur confeſſio mortalium. Ob id Eccleſia ſicut non ſolet præcipere confeſſionem venialium, ita neque conſuevit confeſſionem venialium requirere ad conſequendam Indulgentiam.*

4. Et hæc ultima Bonaccinæ Sententia mihi omninò tuta videtur, & quod expreſſio confeſſionis in Brevibus Indulgentiarum ſimpliciter facta, ſemper cenſeatur appoſita per modum diſpoſitionis, & non conditionis, ſeù partis operis: cum verè dicatur ritè confeſſus, qui permanet in ſtatu gratiæ poſt præcedentem confeſſionem: nec præſumatur quod fuerit Papæ intentio (niſi exprimat) obligandi ad iterum confitenda peccata, quæ quis legitimè ſemel confeſſus fuit: quanquam qui hoc faceret, vel venialia confiteretur bene faceret (juxtà bonum conſilium *Graffii*) ſed non ex neceſſitate faceret, ut melius prius reſpondit idem Auctor *par.* 1. *dec. aur. lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 34. ad caſum propoſitum dicens = *Datur Indulgentia plenaria ſuorum peccatorum omnibus qui ſunt verè pœnitentes, & confeſſi, dummodò die octavo Januarii viſitaverint Eccleſiam Sancti Severini Neap. Accidit ut multi fideles confeſſi fuerint biduo ante feſtum Sancti, & tunc tempore viſitationis Eccleſiæ Sancti Severini ſunt in ſtatu gratiæ. Quæritur an ſufficiat ad aſſequendam indulgentiam illos fuiſſe confeſſos de peccatis, an requiratur ut denuo confiteantur? Reſpondet quod ſufficit illa prima confeſſio, & non eſt iterata confeſſio neceſſaria, quamvis illam iterare utile ſit, & ratio eſt: quia ex quo iſte qui alias ritè confeſſus eſt peccata ſua, ſtat in ſtatu gratiæ, ergo implet formam Indulgentiæ, cum ſit verè pœnitens, & ritè confeſſus, & per conſequens conſequitur effectum Indulgentiæ. Unde illud participium confeſſis exponendum eſt hoc pacto ideſt, qui ſunt, vel fuerunt confeſſi &c.*

5. *O CELEBRATA LA MESSA ALL'ALTARE PRIVILEGIATO*. Hic admonendi ſunt Sacriſtæ, & Sacerdotes celebrantes, (qui ut plurimum in hoc errant putantes nonniſi miſſam defunctorum celebrari poſſe) quod indulgentia plenaria, quæ per Papam conceditur Animabus defunctis per modum ſuffragii, quotieſcumque, vel aliquo determinato die celebratur miſſam ſuper tali Altari non ſpecificando miſſa Defunctorum, vel aliam non requirit magis unam, quam alteram miſſam, ſed ſufficit ad acquirendam indulgentiam quælibet miſſa, tam de Sancto, quam de feria, quā de defunctis: quia Indulta, ſeù Brevia quæ generaliter, & ſine reſtrictione ad

miſſam

miſſam de Defunctis conceduntur, non debent ad dictas Defunctorum miſſas limitari quia lex, ſivè diſpoſitio generaliter loquens generaliter eſt intelligenda *c. ſolitæ de major. & obed.* Secundò quia omnes miſſæ ſunt æqualis valoris quoad valorem, quem ex opere operato operantur *c. intra 1. quæſt. 1.* Tertiò quia licet valor miſſæ pro defunctis valore videatur aliquid amplius quoad valorem operis operantis ea ratione, quod totus ferè tenor ejus reſonet defunctorum commemorationem alio tamen reſpectu valet minus, quia brevior eſt, & brevius, & minus attentè temporum vitio celebratur, quam alia. Quartò quia frequenter memoria Sanctorum quorum celebratur miſſa: & novitas officii auget devotionem celebrantis ex qua pendet valor operis operantis, ita ſupradictis ac aliis rationibus perpenſis docet *Navar. conſil. par. 2. de pœnit. & remiſ. conſ. 37. per tot.* Et hoc intelligendum eſt quando Sacerdos ex promiſſione, vel ex fundatione non teneatur celebrare certas, & peculiares miſſas; tunc enim erit ſervanda promiſſio, ſeù fundatio: immò quod etiam in hoc caſu poſſit Sacerdos abſque infidelitate, & delicto celebrare miſſam de eo, de quo fit officium; tùm quia ſervandus ſit ritus Eccleſiæ, & quiſque debeat miſſali, & communi uſui ſe conformare: tum quia defectus miſſæ petitæ ſuppleatur, & compenſetur devotione, & interceſſione illius Sancti cujus miſſa celebratur, firmat, viginti DD. citatis *Bonaccin. de Sacram. Euchar. diſp. 4. quæſt. ult. punct. 7. §. 3. n. 4. verſ. dixi per ſe loquendo.*

6. Regulariter tamen hujuſmodi Indulta ſivè privilegia perpetuò, vel ad tempus conceduntur à Summo Pontifice Sacerdotibus miſſas defunctorum aliquo determinato die, vel diebus, ſivè quotidie in Altari pariter determinato celebrantibus, quo caſu ſi in dicto Altari privilegiato celebraretur miſſa de Sancto, vel Votiva, ceſſaret pro illâ miſsâ privilegium, ſivè Indulgentia, niſi occurreret Feſtum duplex, vel dies, in qua defunctorum miſſæ juxtà ritum, & morem Eccleſiæ celebrari nequeunt, ut V.G. dies Dominica, vel infra Octavam Paſchatis Reſurrectionis, Pentecoſtes, Epiphaniæ, Corporis Chriſto, dies Cinerum &c. quibus diebus miſſæ quæ in præmemoratis Altaribus privilegiatis celebrantur, eaſdem habent Indulgentias perindè ac ſi celebratæ fuiſſent miſſæ defunctorum, ità declaravit S. M. Alexander VII. die 22. *Januarii* 1667. Clemens IX. die 23. *Septembr.* 1669. & Innocentius XI. die 4. Maii 1688. cujus decretum, quod anteriora complectitur ponitur hic per extenſum.

*Confirmatio Decreti Congreg. Sacrorum Rituum, quo deciditur, declarationem à fel. recor. Alexandro VII. circa Altaria privilegiata perpetua editam, ejuſque extenſionem ad Altaria ejuſmodi privilegio temporaneo, nec omnibus hebdomadæ diebus decorata à rec. mem. Clemente IX. conceſſam, intelligendas eſſe pro omnibus diebus, quibus juxtà Rubricas Miſſæ Defunctorum celebrari non poſſunt.*

# INNOCENTIUS PAPA XI.
## AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

ALIAS poſtquam fœl. rec. Alexander PP. VII. Prædeceſſor noſter per quaſdam ſuas in ſimili formâ Brevis die 22. Januarii MDCLXVII. expeditas litteras dubia in diverſis Mundi partibus occaſione Decreti Congregationis tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorum die v. Auguſti MDCLXII. emanati, & ab ipſo Alexandro Prædeceſſore approbati, de non celebrandis Miſſis defunctorum in feſtis ritus duplicis exorta dirimere cupiens, inter cœtera quoad Altaria Privilegio Apoſtolico pro animabus fidelium Defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie etiam in feſtis ritus duplicis celebrandæ fuiſſent Miſſæ defunctorum ex obligatione, declaraverat per celebrationem Miſſarum de feſto currenti ſatisfieri injunctis obligationibus, & indulgentias, per ejuſmodi privilegia Apoſtolica, conceſſas animabus fidelium defunctorum in Purgatorio exiſtentibus ſuffragari, perinde ac ſi celebratæ fuiſſent Miſſæ defunctorum ad formam dictorum privilegiorum: rec. mem. Clemens Papa IX. paritèr Prædeceſſor noſter aliam ſubinde ortam dubitationem utrum ſcilicet dictarum Alexandri Prædeceſſoris litterarum diſpoſitio quoad Altaria pariter quidem privilegiata, ſed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ Miſſæ non ex obligatione, ſed ex ſola fidelium devotione celebrarentur, locum haberet, ſimilitèr tollere deſiderans declarationem à memorato Alexandro Prædeceſſore,

ſicut præmittitur, æditam, ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum ſed ad ſeptennium, ſeù aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, ſed aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus, tunc, & in futurum quandocumque privilegiata, aucthoritate Apoſtolicâ extendit; & proinde ut Miſſæ, quæ ibidem de Feſto currenti, in quo Miſſæ defunctorum celebrari non poſſent, ſivè ex obligatione, ſivè ex ſola fidelium devotione celebrandæ eſſent, ſuffragarentur, ità ut animæ Chriſti fidelium pro quibus celebrarentur, Indulgentias per privilegia hujuſmodi conceſſas conſequerentur in omnibus, & per omnia, perindè ac ſi Miſſæ defunctorum ad formam eorumdem privilegiorum celebratæ fuiſſent, eadem aucthoritate conceſſit, & indulſit, & aliàs prout in ipſius Clementis Prædeceſſoris litteris etiam in forma Brevis die xxiij. Septembris MDCLXIX. deſuper expeditis, quarum, & præfatarum Alexandri Prædeceſſoris litterarum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis, & inſertis haberi volumus, uberiùs continetur. Cum autem poſtmodum, ſicut accepimus, novum circà præmiſſa excitatum fuerit dubium, videlicet, an ſupradictæ Alexandri, & Clementis Prædeceſſorum declarationes ſibi paritèr locum vindicarent etiam in diebus Dominicis, & infra Octavas Paſchatis Reſurrectionis, Pentecoſtes, & Corporis Chriſti, aliiſque anni diebus, quibus, licèt à feſto duplici non impediantur, adhuc tamen Miſſæ defunctorum juxtà ritum, & morem Eccleſiæ celebrari nequeunt, quatenùs nimirum Miſſæ, quas iiſdem diebus celebrare licet, ſervatâ cœteroqui dictorum privilegiorum formâ, ad præfata Altaria privilegiata celebrarentur. Noſque dubium hujuſmodi Congregationi Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccl. Card. Sac. Ritibus Præpoſitorum examinandum commiſerimus, ac ead. Card. Congregatio re maturè diſcuſsâ, nuper per ſuum Decretum die III. Aprilis proximè præteriti editum, præfatas Alexandri, & Clementis Prædeceſſorum declarationes intelligendas eſſe pro omnibus diebus, quibus juxtà Rubricas Miſſæ defunctorum celebrari non poſſunt, reſponderit. Hinc eſt, quod nos, ex commiſſæ Nobis cœlitus diſpenſationis munere, fidelium defunctorum animarum in Purgatorio exiſtentium ſuffragiis peramplius conſulere cupientes, Decretum hujuſmodi à memoratâ Cardinalium Congregatione editum, ut præfertur, Apoſtolicâ aucthoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, Salvâ tamèn ſemper in præmiſſis aucthoritate ſuprad. Congreg. Card. Decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſimò ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabilitèr obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis aucthoritate ſcienter, vel ignorantèr, contigerit attentari. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtrâ, & Cancellariæ Apoſtol. regulâ de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtol. cœteriſq. contrariis quibuſcumq. Volumus autèm, ut earumdem præſentium litterarum tranſumptis, ſeù exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo Perſonæ in Eccleſiaſticâ dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides in judicio, & extrà illud habeatur, quæ præſentibus ipſis haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die quarta Maii, Mille ſimo, ſexcenteſimo, octuageſimo octavo, Pontificatus Noſtri Anno Duodecimo.

*I. F. Albanus.*

7. *RENDER GRAZIE CONTINUE*: Debemus pro hoc præſtantiſſimo Indulgentiarum beneficio continuò cum Iſaia canere = *Miſerationum Domini recordabor, laudem Domini ſuper omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, & ſuper multitudinem bonorum Domui Iſrael, quæ largitus eſt eis ſecundum Indulgentiam ſuam: in dilectione ſua, & in indulgentiâ ſua ipſe redemit eos, & portavit eos, & elevavit eos cunctis diebus ſæculi.*

8. Advertant prætereà locorum Ordinarii, quod ad ipſos privativè ſpectat recognitio Brevium Indulgentiarum, quæ de novo conceduntur per Papam; nec aliquis ſine eorum licentiâ, vel aucthoritate poteſt illa publicare non obſtante quacunque exemptione, & prætensâ conſuetudine in contrarium, & etiamſi pro regularium Eccleſiis concedantur, ut *à Sac. Congr. Concilii ſuper cap. 9. ſeſſ. 21. de refor.* deciſum fuit, *Leo Theſaur. for. Eccleſ. par. 4. cap. 2. de Confrater. n. 118. Gallemart. ſupra d. cap. 9. n. 4. & cap. 5. ſeſſ. 22. n. 3.* & ita declaravit quoque Sac. Congreg. Immunit. in *Firmana 12. Junii 1703. lib. 3. Decr. Vallem. pag. 494. à tergo.* Nulla tamen prorſus receptâ mercede, ſicut Concil. mandat, & Taxa Innocentiana; cum Indulgentiæ ſint gratiæ merè ſpirituales, quæ non ad quæſtum, ſed pro ſalute Animarum & ad pietatem exercendam concedantur. Et ſi fortè in aliquo Dominio Principum Sæcularium, illorum Miniſtri talium Brevi um publi-

publicationem de factoauthoritate poteſtativâ inhiberent, & non niſi ſoluta aliqua pecuniæ quantitate, relaxarent: tunc tanquam illicitum quæſtum non tolerandum, ad Sedem Apoſtolicam quamprimum deferant, ut auctoritate, & prudentiá ejuſdem, quod expedit ſtatuatur; prout eis iniungitur à *Sac. Conc. Trid. in Decreto de Indulgent. & monet Petr. Vecchia de Eccleſ. milit. lib. 1. cap. 9. n. 63. verſ. ma quanto indebitamente.*

9. Item quod tranſlato feſto, non transfertur Indulgentia, ut declaravit *Sac. Rit. Congr. 30. Septembr. 1679. & 10. Junii 1690.* relata *in rubr. Breviarii fratr. minor. tit.* 10. Si tamen feſtum transferatur non ſolum quoad officium, verùm etiam quoad forum, hoc eſt quoad abſtinentiam ab operibus ſervilibus, tunc cenſeretur tranſlata etiam Indulgentia, ut putat *P. Felix. Poteſt. in exam. Eccleſ. n. 3793. tom.* 1. Verùm opinio hujus Auctoris non habet fundamentum: quia Indulgentiæ conceſſæ pro certo, & determinato die, tanquam eidem affixæ, non transferuntur, niſi per Papam hoc expreſsè concedatur: prout conceſſit *Innoc. XI.* PP. Caſſinenſibus pro feſto S. Benedicti, indulgendo, quod ſi inciderit in hebdomadâ majori, tunc Indulgentia ſit affixa illi diei, in quem contigerit dictum feſtum eſſe transferendum, ut refert *Biſſ. in Hjerurg. littera I. verb. Indulgentia n. 3. in fin.* Et iterum inſtantiæ PP. Minimorum quærentium, an translato feſto Sancti Franciſci de Paula poſt octavam Paſchatis, cenſeretur quoque tranſlata Indulgentia, Congregatio *ſub die 20. Novemb. 1694. reſpondit negativè, & ſerventur rubricæ*

Et hæc de litteris Paſtoralibus attigiſſe ſufficiat: hoc unum addito, quod ſi Epiſcopi, aliive Ordinarii ſubditos virtutibus propriis prius non doceant, melius eſt, quod ab Epiſtolis Paſtoralibus abſtineant, quam factis negare, quod continent.

## Deputationis Vicarii Apoſtolici Sede Epiſc. vacante per Breve.

### *FORMULA VII.*

### SUMMARIUM.

1. *Vicarius Apoſtolicus debet eſse Sacerdos, & probatur rationibus n. 2. & 3.*
4. *Vicarius Apoſtolicus quibus de cauſis deputetur, oſtenditur.*
5. *Vicarius Apoſtolicus eſt loco Epiſcopi in his, quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ.*
6. *Vicarius Apoſtolicus quæ facere non poſſit, indicatur.*

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

PRO noſtri Paſtoralis officii munere iis potiſſimum invigilare debemus, quæ „Curam Dominici Gregis, ut in viam mandatorum Domini ad ſalutem „dirigatur omninò reſpiciunt: Volentes igitur Eccleſiæ N. ad præſens Paſto„ris ſolatio deſtitutæ *de Vicario Apoſtolico providere*, & de tuis fide, pruden„tia, integritate, & doctrina plurimum in Domino confiſi, ſperanteſque, „quod ea quod tibi commiſſerimus cumulatè ſis expleturus, *de Venerabilem „Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium* negociis Epiſcoporum, & Regularium præpoſito„rum *conſilio*, Te in Civitate, & Diœceſi N. Vicarium, & Officialem generalem, Com„miſſarium in Spiritualibus, & temporalibus Apoſtolicâ auctoritate tenore præſentium, „ad noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, durante vacatione Sedis dictæ Eccleſiæ „N. conſtituimus, eligimus, facimus, & deputamus *cum eadem auctoritate*, facultate, & po„teſtate, quoad exercendum ea, quæ juriſdictionis etiam voluntariæ exiſtunt, exceptâ „tamen facultate Beneficia Eccleſiaſtica conferendi, ac litteras commendatitias, ac dimiſ„ſorias ad Sacros Ordines concedendi, (quas Epiſcopus N. pro tempore exiſtens habere, „& exercere ſolet in univerſa Diœceſi) in foro conſcientiæ, & contentioſo, & aliàs quo„modocunque, & qualitercunque, nec non Eccleſias, & loca pia omnia, etiam Monia„lium Monaſteria, etiam exempta, quoad clauſuram ad Sac. Concilii Trid. præſcriptum „viſitandi, & reformandi, ac in viſitatione hujuſmodi, quam celerrimè, & debitâ cum „diligentia procedendi, Synodum celebrandi, Judices, Conſiliarios, Vicarios foraneos, No„tarios, Actuarios, Magiſtros actorum, Procuratores fiſcales, Executores, omneſque alios, „& ſingulos Officiales, tàm majores, quàm minores Curiæ Epiſcopalis, quibuſcunque „nominibus nuncupentur, in Civitate, & Diœceſi prædictis quotieſcunque opportunum „fore judicaveris, & alias juxtà ſolitum revocandi, & alios in eorum locum eligendi, „deputandi, & ſubrogandi, mulctaſque, & pœnas pecuniarias apud aliquem probum, & „idoneum virum per te Clero eligendum, deponendi, piis uſibus arbitrio tuo applicandas: „quaſcunque litteras Apoſtolicas Epiſcopo prædicto, ſeù ejus Vicario directas, ac dirigen„æquè ac ſi tibi ſpecialiter derigerentur aperiendi, & exequendi, litteras monitoriales in „forma ſignificavit pro rebus deperditis, ſeù furto ſublatis juxtà præſcriptum d. Concilii

„Trid. ac Bullæ felic. rec. Pii V. Prædeceſſoris noſtri concedendi, in Beneficiis de jurepatronatus, ejuſque erectione, conſtitutione, nec non locationibus emphyteuticis, alienationibus, & permutationibus bonorum Eccleſiaſticorum, juxtà formam Sac. Canonum, & Conſtitutionum Apoſtolicarum auctoritatem, & conſilium præſtandi, cauſas criminales, civileſque, & beneficiales, ac matrimoniales ac alias quaſcunque principales, & incidentes, etiam per appellationem devolutas, & quæ ad Epiſcopum N. quovis modo pertinent de jure, vel conſuetudine in Civitate, & Diœceſi prædictis, cognoſcendi, audiendi, committendi, fineque debito terminandi, contra delinquentes per inquiſitionem, etiam ex officio prout juris fuerit procedendi, eoſque corrigendi, mulctandi, deponendi, & excommunicandi, ſuſpendendi, & interdicendi, pœnarumque, & ſententiarum earundem moderationem, & mitigationem tibi reſervandi; nec non cenſuras, & pœnas ipſas in caſibus à jure permiſſis aggravandi, & reaggravandi, & ab illis aliiſque caſibus Epiſcopo prædicto reſervatis, prout tibi videbitur convenire, in utroque foro abſolvendi, & abſolvi faciendi, & exercendi, quæ prædicto Epiſcopo ratione juriſdictionis de jure, & conſuetudine competunt in præmiſſis, & circa ea, etiam ſi talia forent, quæ magis ſpecialem, & expreſſam exigerent commiſſionem, & cum facultate ſubſtituendi in caſu neceſſitatis cum ſimili, vel limitatâ facultate, & poteſtate; Volentes autem, quod pro tua, & familiæ tuæ ſubſtentatione, ex redditibus Eccleſiæ prædictæ proviſio annua ducentorum ſcutorum monetæ Romanæ, & ejus rata de quadrimeſtre in quadrimeſtre, anticipatâ ſolutione perſolvatur ultra emolumenta ordinaria, & extraordinaria licita, ſolita & conſueta, ratione muneris Vicarii hujuſmodi competentia dumtaxat, ita ut ſi ii ad quos ſpectat, in ſolutionibus, vel earum aliqua defecerint ſuo tempore elapſis decem diebus, ex fructibus menſæ Epiſcopalis pro deficienti portione, quæ tibi videbitur, propriâ auctoritate capere, & exigere liberè, & licitè poſſis, & valeas, ſimulque habitationem commodam in Palatio Epiſcopali pro tempore officii, nec non expenſas acceſſus, & receſſus habere debeas. Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, pœnis pecuniariis, piis uſibus arbitrio tuo applicandis, ac etiam per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſitâ compeſcendo, invocato etiam ad hoc, quatenus opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Eccleſiæ etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ vel quavis firmitate roboratis, Statutis, ac conſuetudinibus, privilegiis, Indultis: & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis &c. ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus. Datum Romæ . . . . Pontificatus noſtri . . . .

*M. A. Maraldus.*

## ADNOTATIONES.

1. *DE VICARIO APOSTOLICO PROVIDERE.* Vicarius Apoſtolicus debet eſſe Sacerdos, ſi non de neceſſitate, ſaltem ex congruentia: nàm ſicuti in providendis Parochiis non attenditur ſola litteratura concurrentium, niſi ſit conjuncta cum gradu, prudentia, aliiſque animi dotibus, quæ opportunæ ſint pro regimine aliorum: multò magis hoc erit inſpiciendum in munere Vicariatus, quod eſt aliquid magis; dum electus gerit vices, & partes Epiſcopi in utroque regimine ſpirituali, & temporali: maximoque curandum eſt, ut concurrant in electo omnes illæ qualitates, quæ apud Populum ſunt in æſtimatione, quarum præcipua eſt Sacerdotium: quia ob Myſteria, quæ tractat, non tàm honor ei præſtatur, quam majeſtati Dei, cui inſervit *l. non diſtinguemus* §. *Sacerdotio ff. de recept. arbitr.* habet enim Sacerdos nomen honoris, & Dignitatis *cap. 1. diſt. 21. Gaballin. in Gloſs. ad Conſt. Ægid. lib. 2. cap. 6. litt. B.*

2. Diſſonum quippe videtur, quod qui gerit vices Paſtoris (ſi ſimplex Clericus ſit) non ſit Antiſtes (quod nomen ſoli Sacerdoti convenit *cap. Cleros 21. diſt.*) & per ſe ipſum oves Diœceſis paſcere non valeat, nempè Sacramentorum adminiſtratione, peccatorum abſolutione, & Sacrificiorum oblatione, quod eſt hujus muneris præcipua pârs: imò, & difficile, quod qui adhuc Deo non dicitur militare (quia non ſit ordinatus in Sacris *Sperell. deciſ. 153. num. 15. & 17.*) valeat eos, qui militiæ Clericali nomen dederunt, dictis, & factis in Eccleſiaſticâ inſtruere diſciplinâ: ideòque ut Canoni adhæreamus congruit, ut Vicarius Apoſtolicus ſit Sacerdos *cap. ſi Sacerdos de Offic. Judic. Ordin. Sayr. de cenſ. lib. 1. cap. 6. num. 22. in fin. 23. & 24.*

3. Neque obſtat, quod in praxi hæc theorica non ſervetur, cum non ſemel etiam Clerici minorum Orpinum, imò, & primæ Tonſuræ ad id idonei deputentur: quia objectioni occurrit *Text. in l. ſed licet 12. de Offic.*

*Offic. Præſid.* ubi ſic reſpondetur = *non tàm ſpectandum eſt, quod factum eſt, quam quid fieri debeat*, cui favet ſtylus Sac. Congregat. Epiſc. & Regular. ad quam ſi habeatur recurſus contra Epiſcopum non retinentem Vicarium Juriſperitum, ſolet demandare, ut retineat Vicarium Generalem Doctorem, quamvis in jure nullibi cautum ſit, ut talis Vicarius debeat eſſe Doctor, ut advertit *Card. de Luc. ſupra Concil. Trid. diſc. 31. num. 14.* hocque prudenter fit ſpectato fine, & effectu: nàm cum Vicarius deputetur ad juſtitiam adminiſtrandam, atque ad decidendas cauſas tàm civiles, quàm criminales, & mixtas; idcirco debet eſſe verſatus in facultate, quæ ad id neceſſaria eſt: quæ ratio fortius viget in Vicario Apoſtolico, & licèt de jure non requiratur, ut ſit Sacerdos, tamen quia ſubrogatur in locum Epiſcopi, cujus munus exceptis Pontificalibus (ſi non ſit Epiſcopus) debet per ſe ipſum exercere ad litteram *Text. in cap. is cui 42. ubi Gloſs. de elect. in 6.* & habere omnem aptitudinem, quæ neceſſaria eſt, ut illud probè exerceat: ne ſit Populus Dòmini ſicut Oves abſque Paſtore *Num. 27.* & nè (ut non ſemel accidit magna cum populi admiratione) Clerici hujuſmodi, qui per plures annos Vicarii Apoſtolici, vel Generalis munere functi ſunt, ad ſtatum Sæcularem, imò ad Nuptias tranſeant.

4. *DE VENER. FRATRUM ETC. CONSILIO.* Vicarius Apoſtolicus mittitur à Papa, ut plurimum de Conſilio Cardinalium Sac. Congregat. Epiſcoporum, vel per Breve, vel per litteras ejuſdem Congregat. ad regendam aliquam Diœceſim cum tota juriſdictione Epiſcopali, ſive Sede plenâ, ſive vacante ex aliqua rationabili cauſa, putà. Primò, quia Epiſcopus eſt ſuſpenſus à juriſdictione. Secundò, quia eſt ob ætatem gravem affectus inhabilis. Tertiò, quia malè gubernat, & regit Diœceſim, & maximè ſi adſunt quærelæ, & ſubditi hoc petant. Quartò, quia contra ipſum Epiſcopum eſt formandus proceſſus, & Romam evocatur. Quintò, quia Epiſcopus monitus, non facit reſidentiam. Sextò, quia executionem Decretis Viſitationis Apoſtolicæ, vel Sac. Congregationum dare negligit, & non curat. Septimò quando non vult recipere Vicarium ſibi miſſum ab Urbe, vel impedit ei exercitium juriſdictionis. Octavò, quando Eccleſia vacat per mortem violentam. Nonò, quando Vicarius Capitularis eſt imperitus, & inſurgunt inconvenientia, præſertim in adminiſtratione juſtitiæ. Decimò, quando Vicarius Capitularis removetur, vel vocatur ad Urbem ad ſe exculpandum. Undecimò propter alios graves reſpectus, prout referunt *Nicol. in Floſc. verb. Vicarius Apoſtolicus, & Pellegrin. in prax. Vicar. par. 1. ſect. 6. per tot.*

5. *CUM EADEM AUCTHORITATE.* Vicarius Apoſtolicus de jure poteſt omnia, quæ juriſdictionis Epiſcopalis exiſtunt *per Text. expreſſum in cap. is cui de elect. in 6.* ideoque exequitur litteras Apoſtolicas Epiſcopo, vel ejus Vicario directas, ac ſi ipſi dirigerentur *Nicol. lucubr. Can. lib. 1. tit. 28. quæſt. 6.* quare eſt Ordinarius, & non Papæ Delegatus, & ab ejus ſententiis appellatur ad Metropolitanum non autem ad Papam *Nicol. ibid. d. quæſt. 6. verſ. 1. Pellegrin. loco citato n. 4.* quia Papa committens ea, quæ ſunt juriſdictionis, non delegat *Paſſerin. ad tit. de appellat. quæſt. unica num. 98. in 2. lib. decr. in 6.* Cœterùm ſolet ei auferri facultas Beneficia conferendi, & Dimiſſorias pro Ordinibus Sacris concedendi, ut apparet in Brevi ſuperius relato: & ſic ejus poteſtas pendet à tenore litterarum deputationis, in quibus aliquando datur magis, & minus ampla.

6. Non poteſt contra Vicarium anteceſſorem informationes ſumere, vel bona ſequeſtrare, neque in cauſis civilibus, aut criminalibus Epiſcopi ſe ingerere, niſi habeat hoc expreſsè in facultatibus; Neque prætendere Canonicorum aſſiſtentiam, & aſſociationem, neque incenſum ter in Miſſa ſollemni, cum ei debeatur unica vice poſt offertorium; nec quod ſibi deferatur oſculandus liber Evangelii, niſi ſit Epiſcopus: nec minus, quod ſibi competat jus celebrandi Miſſas Conventuales, aut Pontificales abſente, vel impedito Epiſcopo, aut Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in proceſſionibus deferendi: nàm hæc ſpectant ad Dignitates de Capitulo, ut omnia ſuo Ordine fiant, & in illis ſe immiſcere non debet, ſed tantum præeſse *Pellegin. prax. Vicar. loco ſupra citato num. 17. 18. & 19. Barboſ. Deciſ. Apoſtol. collect. 715. num. 6. & collect. 253. num. 20. Sac. Congregat. Epiſc. in Lancianen. 8. Maii 1615.*

Deputatio autem Vicarii Apoſtolici, quæ Sede plena fieri ſolet per litteras Sac. Congreg. talis eſt.

## *FORMULA VIII.*

### SUMMARIUM.

1. *Epiſcopus, cui fuit datus Vicarius Apoſtolicus, dicitur ſuſpenſus à iuriſdictione.*
*Dimiſſorias concedere, & Beneficia conferre ſunt actus iuriſdictionis, ibi.*
*Epiſcopo, cui datus fuit Vicarius Apoſtolicus, remanet facultas conferendi Beneficia, & dandi Dimiſſorias, niſi expreſsè auferatur, ibi.*

2. *Epi-*

2. *Epiſcopus nominatim ſuſpenſus, nec ordines, nec Dimiſſorias concedit.*
3. *Vicarius Apoſtolicus deputatus ſede plena, examinat ordinandos.*
*Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis*
*Vicarius Apoſtolicus indicit concurſum ad Parochiales, & eligit magis dignum, licet Epiſcopo ſit reſervata collatio ibi.*
*Prælatus Nullius non concedit Dimiſſorias, ſed commendat mores ſubditorum ibi.*
*Vicarius Apoſtolicus de jure concedit Dimiſſorias ibi.*

## A. N.

REV. Signore eſſendoſi dalla Santità di Noſtro Signore ordinato, che ſi „mandi un Vicario Apoſtolico al Governo della Chieſa d'N. ſi è riſoluto „di deputar voi all'eſercizio di quella Carica, colla proviſione di 200. ſcu- „di l'anno oltre gli emolumenti dell'Offizio, acceſſo, e receſſo, e decen- „te habitatione nel Palazzo Epiſcopale, ò altrove à ſpeſe di quella Menſa, „communicandoviſi à tal effetto col mezzo della preſente tutte le facoltà „ſolite à concederſi à i Vicarii Apoſtolici, *eccetuatene* però la collatione de Beneficii, & „la conceſſione delle lettere Dimiſſoriali. Vè lò ſignifico dunque, affinche partiate quan- „to prima al poſſeſſo di detta Carica, è Dio &c.

## Al Veſcovo.

„HAvendo la Santità di noſtro Signore riſoluto di deputare un Vicario Apoſtolico „al Governo di coteſta Chieſa per le cauſe note à ſua Beatitudine, Io lo ſigni- „fico à V.S. affinche conformandoſi ella come deve alle reſoluzioni della Santità Sua, „ſi contenti di laſciare à D. N. N. Archidiacono di N. deſtinato à tal Carica, il libero „Governo della ſudetta Chieſa. Et il Signore &c.

## Al Capitolo.

„HAvendo la Santità di N. Signore riſoluto per cauſe note à Sua Beatitudine di „deputare un Vicario Apoſtolico al Governo di coteſta Chieſa, & eſſendoſi à tal „fine fatta elezzione della perſona del Sig. N. Io lo ſignifico, e notifico alle SS. VV. „accioche glie ne diate il poſſeſſo, e gli preſtiate inſieme la dovuta obedienza. Tanto eſe- „guiranno, e Dio &c.

## ADNOTATIONES.

1. *ECCETTUATENE ETC.* Ex hac clauſula poteſt oriri dubium; an ſcilicet per eam Sac. Congregatio voluerit ſibi reſervare facultatem in rebus exceptis, cum de Epiſcopo nullam mentionem faciat? Et videbatur dicendum, quod ſic: cum enim per deputationem Vicarii Apoſtolici, Epiſcopus dicatur ſuſpenſus à juriſdictione, inde ſequitur, quod non poſſit Beneficia conferre, nec dimiſſorias concedere, quæ in juriſdictione conſiſtunt, ut dicit *Sayr. de cenſur. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 21. At contrarium dicendum eſt: quia per dictam clauſulam ſolum datur intelligi, totam juriſdictionem Epiſcopo non eſſe ablatam, nec in Vicarium Apoſtolicum tranſlatam, & partem juriſdictionis exceptam (Papæ ſive Congregationi expreſsè non reſervatam) Epiſcopo ramanere, ut diſtinguendo ſuſpenſum à juriſdictione univerſaliter, à ſuſpenſo juriſdictionis parte docet *Sayr. loco citato circa finem*, & quoad collationem Beneficiorum, jam deciſum fuiſſe teſtatur *Nicol. Lucubr. can. lib.* 1. *tit.* 28. *quæſt.* 8. Et quoad litteras Dimiſſoriales patet ex eo, quod cum Epiſcopus non remaneat ſuſpenſus à collatione, & adminiſtratione ordinum, certum eſt, quod dum poteſt ordinare, poterit quoque ſubditos ad alienum Epiſcopum dimittere ut ab eo ordinentur, cum ejſdem poteſtatis ſit ordinare, & litteras Dimiſſorias concedere *Rot. coram Seraphin. dec.* 985. *n.* 3. *Barboſ. de offic. Epiſc. alleg.* 7. *n.* 4. *Ciarlin. contr.* 220. *n.* 101.

2. Quicquid eſſet ſi Epiſcopus reperiretur ab officio ſuſpenſus, & propter aliquam cenſuram nominatim denunciatus; tunc enim, nec ordines conferre, nec Dimiſſorias concedere poſſet *Piaſec. prax. par.* 1. *cap.* 1. *art.* 2. *n.* 19. *Barb. d. alleg.* 7. *n.* 5. *Pirhing. in jus can. lib.* 1. *tit.* 11. *n.* 55. *Biſs. bjerurg. lit. D. verb. Dimiſſoriæ litera* §. 12. & licet *Paſſerin. in cap. cum nullus quæſt.* 2. *art.* 1. *n.* 136. *de temp. ordin. in* 6.

*in 6.* teneat, quod Epiſcopus ſuſpenſus, ratione cenſuræ à collatione ordinum, poſſit ſuis ſubditis Dimiſſorias concedere, ejus tamen opinio, non videtur tuta nec ſequenda: nemo enim plus juris in alium transferre poteſt, quam ſibi competere dignoſcatur *cap. nemò 79. de regul. jur. in 6. Barb. axiom. 160. n. 1. & 2.*

3. Verum tamen judico, quod Vicarius Apoſtolicus poſſit, imò debeat examinare ordinandos, & dimittendos, & recognoſcere illorum idoneitatem, mores, & Titulum ad quem promoveri cupiunt, & cœtera requiſita, ad præſcriptum Sac. Canonum, & Concilii Trid. cum hoc ſit quid diverſum à conceſſione Dimiſſorialium: etenim cum fundatam habeat intentionem ſuper exercitio juriſdictionis Epiſcopalis, tàm contentioſæ, quam voluntariæ, & excipiantur tantummodò duo caſus, videlicet Beneficia conferendi, & litteras Dimiſſorias ad ordines conferendi; talis exceptio firmat regulam in contrarium in caſibus non exceptis *l. quæſitum §. denique Neratius de fund. inſtruct. gloſ. in cap. Dominus 32. quæſt. 7.* Unde ſicuti ad ipſum Vicarium ſpectat indicere Concurſum ad Parochiales, & eligere magis idoneum, licet Epiſcopo ſit reſervata collatio Beneficiorum, & Parochialis vacet in menſe Epiſcopi *Nicol. Lucubr. can. lib. 1: tit. 28. d. quæſit. 8.* & probant aliæ aucthoritates, & Decreta à me allegata *par. 1. tit. 4. annot. ad form. 16. n. 3.* & ſic alius eligit, & alius confert: ita nè promoveantur indigni, ipsè approbare illos debet, & Epiſcopus dimittere: eo modo quò Prælatus inferior nullius, approbat, & commendat mores, & requiſita ſubditorum, & Epiſcopus Vicinior eiſdem, vel ordines confert vel Dimiſſorias concedit *Nicol. in Floſc. verb. Dimiſſoriæ n. 4. & in verb. Nullius n. 4. Sac. Congr. Conc. in Nullius ſeù Minerbinen. 30. Maii 1699. ad 3.* Præſertim verò, quia Vic. Apoſtolicus niſi obſtaret illa exceptio in litteris ſuæ commiſſionis oppoſita, poſſet etiam Dimiſſorias concedere *cap. is cui juncta gloſ. de elect. in 6.*

Deputatio autem ejuſdem Vicarii, quæ fit Sede vacante, per litteras prædictæ Sac. Congr. Epiſc. & Regular. ſolet concipi modo ſequenti.

## FORMULA IX.

*Foriſ.*

Al Rev. Sign. Il Sig. Canonico Diego Balducci Vicario Apoſtolico. Fermo.

*Intùs*

REV. Sign. La Santità di N. Signore per motivi noti alla di lui ſomma
„ prudenza, ſi è degnata di deputar voi con titolo di Vicario Apoſtolico
„ al Governo di coteſta Chieſa Arciveſcovale di Fermo vacante, con tutte
„ le neceſſarie, & opportune facoltà ſolite, emolumenti, e prerogative, ec-
„ cetto quella di conferire i Beneficii, e concedere le lettere Dimiſſoriali alli
„ promovendi agl'ordini. Non mancherete per tanto di corriſpondere colla
„ dovuta applicazione, alla grazia che la Santità ſua ſi degna compartirvi, & il Sign. Dio
„ vi proſperi. Roma 25. Febr. 1699.

*Al piacer Voſtro.*

Il Cardinal di Carpegna.

*M. Arciveſcovo d'Atene Segretario.*

Et ſequitur alia Epiſtola ſcripta Capitulo in quà injungitur, ut deputatùm in Vicarium Apoſtolicum recognoſcant, eique pareant.

Et ſic pro Beneficiis, & litteris Dimiſſorialibus ad ordines obtinendos, durante vacatione Sedis Epiſcopalis, recurrendum erit ad Sedem Apoſtolicam.

Depu-

## Deputationis Viſitatoris Apoſtolici ſede plena per Breve.

## FORMULA X.

### SUMMARIUM.

1. *Papa eſt Epiſcopus totius Orbis, & Ordinarius Ordinariorum, & illorum Judex.*
   *Papa concedens aliis juriſdictionem, eadem ſibi reſervat, & majorem, ibi.*
2. *Viſitatores Papa deputat propter pigritiam, & negligentiam Præſulum.*
3. *Viſitator quando poſſit à viſitatis exigere juramentum, oſtenditur.*
4. *Viſitator Apoſtolicus in viſitatione, quæ inquirere, & inveſtigare debeat, demonſtratur uſque ad n. 24.*
5. *Epiſcopus tenetur paſcere oves proprias triplici pabulo, ibi.*
6. *Canonici, & Presbyteri Eccleſiæ Cathedralis poſſunt compelli ad audiendam lectionem Canonici Theologi.*
   *Canonicus Theologus gaudet vacationibus ad inſtar Lectorum Univerſitatis, ibi.*
7. *Epiſcopus non poteſt ſupprimere Beneficia perpetua.*
   *Epiſcopus poteſt Curam Animarum toti Capitulo incumbentem certæ perſonæ de conſenſu Capituli adnectere, ibi.*
8. *Epiſcopus in Cathedrali debet curare ut fiat inter Canonicos diſtributio ordinum ad formam Concilii.*
9. *Canonici Cathedralium abſque Indulto Apoſtolico, non poſſunt in recitatione Divini Officii à Kalendario diſcedere.*
10. *Electio Patroni principalis debet fieri ſervatâ formâ Decreti Sac. Congreg. Rit. quod aſfertur, & n. 11.*
12. *Electio Patroui non confirmatur à Sac. Congreg. Rit. ex ſolo motivo devotionis, ſed ex aliis cauſis hic recenſitis.*
13. *Vicarius Capitularis eligi poteſt, etiamſi ſit electus novus Epiſcopus donec non capiat poſſeſſionem.*
   *Plura obſervanda, & advertenda in electione Vicarii Capitularis proponuntur.*
14. *Vicarius Capituli quæ poſſit facere, vel nõ, oſtẽditur.*
15. *Canonici non poſſunt abeſſe à reſidentiâ tempore quadrageſimæ, & aliarum feſtivitatum, nec à Diæceſi aliis temporibus diſcedere ſine licentiâ Epiſcopi.*
16. *Commiſſarii R. Fabricæ S. Petri de Urbe, quomodo ſe continere debeant in executione, & exactione legatorum piorum indicatur.*
17. *Onera miſſarum, quæ fuerunt acceptata per viam Contractus, ſi redditus aſſignati diminuantur, reductio non fit à Sac. Congreg. Concilii, ſed officio Judicis.*
18. *Conſuetudo, quæ eſt nutritiva peccati excuſat à pœna temporali, non autem à gehennali.*
19. *Abuſus ſolvendi pecuniam pro licentia deferendi ſclopum veneratorium in Curia Epiſcopi eſt Canonibus injurioſus.*
20. *Renunciatio Monialium fieri non poteſt coram Vicario pro gubernio earumdem deputato.*
   *Moniales debent omnes ſumere cibũ in Refectorio.*
21. *Regulares viſitati ſuper quibus rebus ſint interrogandi, indicatur.*
   *Regulares non poſſunt dimitti à Clauſtro de licentiâ Superioris prætextu ſubveniendi Parentibus, ibi.*
   *Regulares non poſſunt miniſtrare ſacramenta hoſpitantibus infirmis, neque eos ſi decedant ſepelire ſine Parochi licentiâ, ibi.*
   *Religioſi Ord. Min. S. Franciſci non poſſunt habere, neque retinere legata perpetua miſſarum, nec alia aſſignamenta certa, nec pecunias contrectare, aut bona adminiſtrare, ibi.*
22. *Beneficiati omnes tenentur ſolvere taxam indictam pro manutentione Seminarii etiamſi ſint Prælati domeſtici Papæ.*
23. *Viſitator, qui habet facultatem viſitatos corrigendi, poteſt deponere, & privare Beneficiatos prævia cauſæ cognitione.*
   *Clerici, qui recuſant ſe ſubiicere viſitationi perſonali poſſunt cogi cenſuris.*
24. *Papa dans facultatem confirmandi ſtatuta, ſemper intelligitur (quamvis non exprimat) data cum cum clauſulâ* = Dummodò non ſint juri contraria, & illicita.

## CLEMENS PP. XI.

VEN. Fr. ſalutem, & Apoſtolicã Benedictionem. Oneroſa Paſtoralis Officii cura, nullo
,, licet meritorum noſtrorum ſuffragio nobis ex alto commiſſa poſtulat, ut ad
,, vigilantiæ noſtræ partes ſedulò intendamus, per quæ Eccleſiarum, & loco-
,, rum piorum quorumlibet, nec non perſonarum in eis Altiſſimo famulan-
,, tium proſpero fælicique ſtatu, & directione opportunè provideatur pro-
,, ut conſpicimus in Domino ſalubriter expedire: Cupientes itaque ad Ani-
,, marum ſalutem Civitatem, & Diœceſim N. ac tam Cathedralem, quam alias illarum
,, Eccleſias, Monaſteria, & loca pia viſitari. Motu proprio, & ex certâ ſcientiâ, ac ma-
,, turâ deliberatione noſtris deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine. Fraternitati tuæ, de
,, cujus ſingulari pietate, honoris Domus Dei zelo, prudentia, doctrina, ac rerum agen-
,, darum uſu plurimum in Domino confidimus per præſentes committimus, & manda-
,, mus, ut tam Cathedralem, quam Collegiatas, Parochiales, & alias quaſcumque Civi-
,, tatis, & Diœceſis hujuſmodi Eccleſias, ac tam Virorum, quam Mulierum Monaſteria,
,, Domus, Conventus, & alia regularia loca etiam Ciſtercien. S. Antonii Viennen. S.
,, Joan-

„ Joannis Hieroſolymitani, Societatis Jeſu , aliorunque quorumvis Ordinum , Congregatio-
„ num , & Inſtitutorum Regularium , etiam neceſſariò exprimen; Hoſpitalia quoque , &
„ loca pia quæcunque , eorunque Capitula , Conventus , Univerſitates , Collegia , nec non
„ Archiconfraternitates , Confraternitates etiam laicorum , & perſonas tàm laicas , quàm
„ Eccleſiaſticas ſæculares , & regulares cujuſvis gradus , & conditionis exiſtant , ſemel tan-
„ tum *auctboritate noſtrâ Apoſtolicâ viſites* , cum facultate, mandata , & præcepta quæcunque ne-
„ ceſſaria , & opportuna in prædictis locis viſitandis illis in rebus , quæ viſitationis hujuſ-
„ modi præparationem , ſtatum , progreſſum , & executionem concernunt , decernendi , fa-
„ ciendi , eaque exequi jubendi , perſonas quaſcunque , tàm Eccleſiaſticas ſæculares , quam
„ cujuſuis Ordinis regulares , nec non etiam laicas pro rebus , & negociis , ad viſitationem
„ hujuſmodi pertinentibus ad te vocandi , & ad perſonaliter coram te comparendum ci-
„ tandi , opportuniſque juris , & facti remediis compellendi , ſimiles item perſonas quaſcun-
„ que , & tanquam principales , & tanquam teſtes quoad alios examinandi , ut veritati
„ teſtimonium perhibeant admonendi , ac etiam cogendi , juramenta eis deferendi , & ab
„ eis exigendi , & recepiendi *ad Sac. Canonum præſcriptum* , & recuſantes per cenſuras Eccle-
„ ſiaſticas ; aliaſque pœnas etiam temporales tibi bene viſas compeſcendi , ac in perſona-
„ rum viſitandarum hujuſmodi ſtatum , formam , regulas , Inſtituta , regimen , ſtatuta , con-
„ ſuetudines , vitamque , ritus , mores , diſciplinam , doctrinam , & idoneitatem ſingularum
„ perſonarum , conjunctim , vel diviſim , ac tàm in capite , quam in membris ; nec non circà
„ Divinum cultum religioſam functionem , Eccleſiarum decorem , fructuum , & introituum di-
„ ſpoſitionem , regularem tàm Virorum , quàm Mulierum obſervantiam , aliaque omnia ,
„ & ſingula ad actum hujuſmodi Viſitationis quomodocunque pertinentia *diligenter inqui-*
„ *rendi* , & adhunc effectum quæcunque illorum Archivia , Bibliothecas librorumque.quæ in
„ illis continentur documenta , Inſtrumenta autentica , ſcripturas , libros rationum dati ,
„ & accepti , computa , & ratiocinia perluſtrandi , inſpiciendi , perſcrutandi , præſertim ve-
„ rò Sacras Reliquias , & quibus ipſæ Reliquiæ , nec non Sanctiſs . Euchariſtiæ Sacramen-
„ tum , & res ad alia Sacramenta Eccleſiaſtica pertinentes continentur , Sacra vaſa , The-
„ cas , Tabernacula , nec non indumenta , ornamenta , & Inſtrumenta , utenſilia , & ſupel-
„ lectilia Eccleſiaſtica etiam pretioſa diligenter inſpiciendi , & ad prædicta exhibenda quaſ-
„ cumque perſonas cogendi , & compellendi , ac in præmiſſis omnibus , & ſingulis quacun-
„ que correctione , emendatione , reformatione indigere cognoveris , *corrigendi* , emendandi ,
„ reformandi , mutandi , ac etiam de novo condendi . *condita* Concilii Trid. Decretis ac Con-
„ ſtitutionibus Apoſtolicis non contraria *confirmandi* , abuſus quoſcunque tollendi , bonas , &
„ laudabiles inſtitutiones , ac in primis Divinum cultum , Eccleſiaſticam diſciplinam , &
„ obſervantiam regularem ubicunque excederint modis congruis reſtituendi , & reitegran-
„ di , ſi aliquos in aliquo delinquentes repereris , & juxtà Canonicas Sanctiones , ac Re-
„ gularia Inſtituta hujuſmodi puniendi , & caſtigandi , mandata , decreta , ſtatuta , & Or-
„ dinationes executioni demandandi , ac cuſtodiri , & obſervari præcipiendi , etiam abſque
„ eo , quod præſentes exhibere tenearis , non aliter quam in unicâ Cancellariâ regiſtran-
„ das , necnon cum facultate abſolvendi ab omnibus caſibus Epiſcopo , ac etiam nobis ,
„ & Sedi Apoſtolicæ reſervatis etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis , quoad præterita
„ tantum , & à die datæ præſentium , & quoad hæreſim , dummodò non habeant com-
„ plices , neque conſocios , hancque facultatem communicandi duobus Sociis Presbyteris .
„ Prætereà cum facultate etiam Pontificalia Officia in Civitate , & Diœceſi prædictis du-
„ rante illarum inibi Viſitatione exercendi , eiſdemque perſonis Eccleſiaſtica Sacramenta
„ adminiſtrandi . Itemque procurationem ad Sac. Canonum , & Concilii Trid. præſcriptum
„ à Capitulis , Conventibus : Univerſitatibus , Collegiis , & perſonis viſitatis hujuſmodi , ac
„ vecturas Equorum , tàm à Ven. Fr. Epiſcopo N. quam à Clero exigendi , demumque
„ omnia alia , & ſingula , quæ hujuſmodi Viſitationis negocium ulteriorem progreſſum
„ executionem , & in ea facta , & facienda mandata , Decreta , ſtatuta , & Ordinationes
„ concernunt , & concernent , ſeù ad ea quomodolibet ſpectant , & ſpectabunt faciendi ,
„ gerendi , exequendi , mandandi , & ordinandi : Contradictoreſque ac tibi in præmiſſis
„ inobedientes , & rebelles , eiſque auxilium , conſilium , vel favorem , publicè , vel oc-
„ cultè , directè , vel indirectè quomodolibet præſtantes , per ſuſpenſionis , ac etiam priva-
„ tionis Beneficiorum , & Officiorum Eccleſiaſticorum , aliaſque pœnas Eccleſiaſticas , &
„ temporales , etiam emancipationis in Carcerem , & Cenſuras , aliaque opportuna juris , &
„ facti remedia , appellatione poſtpoſitâ compeſcendi , auxiliumque brachii Sæcularis , ſi opus
„ fuerit invocandi . Mandantes propterea omnibus , & ſingulis ad quos ſpectat , & pro tempore
„ ſpectabit , ut tibi in præmiſſis promptè pareant , & obediant , alioquin ſententias , ſive pœnas
„ quas ritè tuleris , ſeù ſtatueris in rebelles ratas habebimus , & faciemus auctore Domino uſque
„ ad ſatisfactionem congruam inviolabiliter obſervari , non obſtantibus Conſtitutionibus , & Or-
„ dinationibus Apoſtolicis , necnon Eccleſiarum , Monaſteriorum , Hoſpitalium , Ordinum , Con-

„ gregationum, Militiarum, Confraternitatum, & aliorum piorum locorum hujuſmodi „ etiam Juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliàs roboratis, ſtatu- „ tis, & Conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, exemptionibus, & litteris Apoſto- „ licis illis, & cuivis illorum, ac Superioribus, & perſonis eorum quomodolibet conceſ- „ ſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus quibuſcunque ſint concepta verborum „ formis, & tenoribus, quos præſentibus pro expreſſis haberi volumus, ſpecialiter, & ex- „ preſsè, ac latiſſimè ad effectum prædictum derogamus, cœteriſque contrariis quibuſcun- „ que. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris die 21. Februarii 1705. Pon- „ tificatus noſtri Anno V.

*F. Oliverius.*

## ADNOTATIONES.

1. *AUCTHORITATE NOSTRA APOSTOLICA VISITES*. Quia Papa eſt Epiſcopus totius Orbis, & Ordinarius Ordinariorum, & illorum Judex, & Præſes, ut ajunt *Leo Theſ. for. Eccleſ. par. 2. cap. 1. num. 5. Barboſ. de Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 2. num. 13. 14. & 15.* & concedendo aliis juriſdictionem, & poteſtatem, eandem ſibi reſervat, & majorem prout notant Canoniſtæ *in cap. dudum 14. de præb. & dignit. in 6. & præſertim Barboſ. n. 2. 3. & ſeqq. & Paſſerin. num. 9.* ideò cum ſibi pro bono Eccleſiarum expedire videatur, deputat Viſitatores, vel per Breve, vel per litteras, & organum Sac. Congregat. Epiſcoporum, & Regular.

2. Viſitatores hujuſmodi dari ſolent propter pigritiam Epiſcoporum, qui negligunt Officium Paſtorale adimplere; vel propter litem, & diſſenſiones, quas Epiſcopus habet cum Capitulo, ac etiam propter alios prudentiales reſpectus, qui reſpiciunt bonum Eccleſiæ, & populorum: quæ deputationes ſi frequentiores, & aliquando etiam generales pro aliquâ Provinciâ eſſent, uberiores quoque fructus exinde provenirent; Fortè ſunt aliqui Præſules, qui rarò per ſe ipſos viſitant; alii viſitant, non ut inquirant, videant, & doceant populum, illumque retrahant ab exceſſibus, in fide orthodoxâ, ſanâque doctrinâ, & probatis moribus conſervent; Eccleſiarum, locorumque piorum ſtatum ſpiritualiter, & materialiter probè diſponant, diſpoſitumque aſſeruent; ſed quandoque ad ſaturandæ cupiditatis affectum officium viſitationis impendunt, *Extravag. commun. de pœn. cap. unico*, & ut videantur hominibus viſitantes, obſequia recipiant, & ſolatium, & hinc redundant vitia, & diſciplina perit: totum replent urticæ, & operiunt ſuper faciem vineæ ſpinæ, ut de his Paſtoribus loquendo dixit *Salamon Prov. 24.*

3. *AD SAC. CANONUM PRÆSCRIPTUM*. *Text. in cap. Romana §. ſanè de Cenſib. in 6.* vult quod in viſitatione, non exigatur à viſitatis juramentum, inquiens = *Sanè hujuſmodi impenſurus officium, propoſito verbo Dei, quærat de vita, & converſatione miniſtrantium in Eccleſiis, & locis aliis Divino cultui deputatis, ac cœteris, quæ ad officium ipſum ſpectant, abſque coactione, & exactione qualibet juramenti &c.* At quia ſine juramento referuntur Viſitatori aliqua corrigenda, tunc poterit pro meliori verificatione ſuper illo particulari exigere juramentum, ut obſervat, & docet *Gloſs. in dict. cap. Romana verb. coactione, & poſt Gloſs. Piaſec. prax. Epiſc. par. 2. cap. 3. art. 8. de viſit. Exemptor. num. 6.* non ut inſtituatur judicium, ſed ut delinquens corrigatur, prout reſpondit *Sac. Congregat. Concilii Cardinali de Caſtro 7. Junii 1590. lib. 7. litter. pag. 192.* & hoc eſt, quod hic Papa mandat per clauſulam ſupradictam.

4. *DILIGENTER INQUIRENDI*. Multa Viſitator Apoſtolicus inquirere debet, quæ ex *Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 24. §. 1.* & aliis Auctoribus, qui tractatus de Viſitatione ediderunt uberius haurienda relinquo: Ego enim juxtà morem, & inſtitutum operis pauca ſelectiora, & utiliora carpendo, eum inquirere debere cenſeo.

5. Primò, an Epiſcopus paſcat oves triplici pabulo, nempè veritatis verbo, vitæ exemplo, & temporali ſubſidio *cap. Archidiaconum 85. diſt. Gaballin. in Gloſs. ad conſt. Ægid. lib. 4. cap. 25. num. 7.* an faciat reſidentiam, & ejus famuli, & familiares ſint bonis moribus præditi: an exigat procurationem viſitando Civitatem, & an tempore debito exerceat Pontificalia, & Eccleſiam frequentet. Completâ autem viſitatione illum ſeorſum moneat, & paternaliter, urbanèque corrigat, quatenus in gubernio notabiliter defeciſſe repererit, prout faciendum docet *Graff. deciſ. aur. par. 2. lib. 3. cap. 27. num. 32.* & recordetur, quod aut nullus, aut rarus eſt, qui omnia habeat, quæ habere debet Epiſcopus, ut ait *D. Hieron. in Dialog. adverſ. Pelagian. lib. 1.*

Secundò, an Parochi, & alii Animarum Rectores doceant omnibus diebus Dominicis, & aliis feſtis diebus, doctrinam Chriſtianam debito modo, et Concionatores ſervent monita Papalia contenta in Epiſtolâ enciclicâ Sac. Congregat. Concilii juſſu Innoc. XI. expedita *6. Julii* 1680. et quam retuli *par. 1. in Appendice pag. 320.*

6. Ter-

6. Tertiò, an in Cathedrali reperiantur erectæ Præbendæ pro Theologo, & pro Pœnitentiario, & an primus, & an ſecundus adimpleat per ſe ipſum Officium ſuum, ut Concilium Trid. & Decreta Sac. Congregationum mandant, etſi inveniat, quod Canonicus Theologus lectionem non faciat, ex quo Auditores aſſerat non habere, Decreto compellere poterit Canonicos, & alios Presbyteros ejuſdem Eccleſiæ ad audiendum lectionem, prout compelli poſſe declaravit *Congregat. Concilii* 11. *Julii* 1620. teſte *Ventrigl. in prax. par.* 2. *annot.* 24. §. 1. *num.* 55. cum aliis per me allegatis *par.* 1. *tit.* 2. *annot. ad form.* 5. *num.* 8. *&* 9. Gaudet autem Theologus vacatione à lectione Sacræ Scripturæ in diebus, & temporibus, quibus gaudent Doctores Univerſitatum, ſcilicet à feſto S. Thomæ Apoſtoli uſque ad diem poſt Epiphaniam, à Dominicâ Septuageſimæ ad primam Dominicam Quadrageſimæ, à Dominicâ Palmarum, ad totam octavam Paſchatis, à Feſto S. Jo: Baptiſtæ ad diem 5. Novembris, ita reſpondit *Sac. Congregat. Concilii in Aſſiſien.* 24. *Januarii* 1626. *lib.* 98. *pag.* 350.

7. Quartò, an Epiſcopus Beneficia perpetua Eccleſiaſtica ſuppreſſerit, & extinxerit præterquam in caſu permiſſo à Concilio Trid. *ſeſs.* 24. *cap.* 15. nàm ſuppreſſio, & extinctio Beneficiorum cedit in diminutionem Divini cultus, ideòque exigit cauſam præcisè neceſſariam, & evidentem Eccleſiæ utilitatem, de quà conſtare debet, adhibito conſenſu Capituli, aliàs non tenet *Rot. coram Gregor. deciſ.* 483. *ubi Add. num.* 8. *& coram Cavaler. deciſ.* 439. *per tot. Lotter. de re benefic. lib.* 1. *qu.* 28. *num.* 80. *& ſeqq.* ubi dat modum articulandi diminutionem reddituum *Corrad. prax. beneſ. lib.* 2. *cap.* 8. *à num.* 11. *ad* 58. imò Epiſcopus Beneficia perpetua in titulum collativa, non poteſt reducere ad manualitatem, ut reſpondit nuper *Sac. Congregat. Concilii in Ceſaraguſtana* 14. *Novembr.* 1705. Poſſet tamen vigore *cap.* 7. *ſeſs.* 7. *de refor.* Curam Animarum toti Capitulo Cathedralis incumbentem per viam unionis perpetuæ in certam perſonam, ſeù Dignitatem ejuſdem Eccleſiæ adnectere, conſenſu Capituli interveniente, ut declaravit *ead. Congregat. in Compſana* 1. *Julii* 1647. *lib.* 18. *pag.* 344.

8. Quintò, an in Cathedrali reperiatur facta diſtributio Ordinum: Nam Epiſcopus debet omninò præſcribere, quibus præbendis quiſque ordo annexus eſſe debeat, ita tamen, ut dimidia pars Sâcerdotes ſint, cœteri verò Diaconi, & Subdiaconi ad præſcriptum Concilii Trid. *cap.* 12. *ſeſs.* 24. prout reſcripſit Congregatio Epiſcopo Aſſiſien. 6. *Martii* 1638. *lib.* 15. *pag.* 678. *Et in Legionen. eod. anno* reſpondit = *Epiſcopum debere ad diſtributionem Ordinum juxtà formam cap.* 12. *ſeſs.* 24. *de reform. cum conſilio ſui Capituli, quamprimum procedere, & obtinentes Canonicatus, infrà annum Ordines requiſitos juxtà diſtributionem faciendam compellere ad ſuſcipiendos Ordines Sacros lib.* 15. *pag.* 679.

9. Sextò, an Canonici deferant inſignia, quò indulto, & à quanto tempore, & ſi inveniat propriâ authoritate aſſumpſiſſe, prohibeat illa deferri, ut monet *Ventrigl. loco ſupra citato num.* 52. Et an in recitatione Divini Officii in Choro obſervent rubricas generales Breviarii: vel potius, abſque Indulto Sac. Congr. Rituum, aſſumant, & recitent Officia alicujus Sancti, vel Octavæ, Diœceſi, & illi Clero non conceſſa: etenim ſi hoc facerent illicitè facerent, etiamſi authoritas, & permiſſio Epiſcopi intercederet: quoniam locorum Ordinarii tàm Sæculares, quàm Regulares, non poſſunt addere Kalendariis etiam propriis (quod idem eſt, ac mutare Kalendarium Romanum) Sanctorum Officia, niſi ea dumtaxat, quæ Breviarii Romani rubricis, vel Sacræ Rituum Congregat. ſeù Sedis Apoſtolicæ licentiâ conceduntur, ſub pœnâ, quod non fiat ſatis obligationi recitandi Divinum Officium, & conſequenter non faciendi fructus ſuos Beneficiorum, ut referendo Decretum *de anno* 1628. emanatum, & Rubricis Breviarii nunc addito, tradit *Gavant. in commentar. rubr. Brev. ſect.* 1. *cap.* 5. *tit.* 2. *num.* 9.

10. Circa verò Officium Patroni principalis alicujus loci, quod fieri permittitur ſub ritu duplici primæ claſſis, ut idem *Gavant.* docet *ſect.* 3. *cap.* 12. *num.* 1. erit advertendum, quod ſi reperiatur electus poſt annum 1630. debent concurrere requiſita Decreti ejuſdem Congregat. Rituum ab Urbano VIII. approbati, quod per extenſum refert idem Auctor in loco mox citato ſub *num.* 2. & eſt ſequens.

# DECRETUM

Super electione Sanctorum in Patronos à Sac. Rituum Congregatione de ordine S. D. N.

# URBANI PAPÆ VIII.

Emanatum die 23. Martii 1630.

„SAC. Rituum Congregatio annuente
„Sanctiſs. D. N. in Electione Patronorum
„mandavit infraſcripta in poſterum ſervari de-
„bere, declarans, quod aliter facta electio,
„nulla ſit ipſo jure.

Primò, quod eligi poſſint in Patronos ii
„ſolum, qui ab Eccleſiâ univerſali titulo

„Sanctorum coluntur, non autem Beatifica-
„torum dumtaxat.
Secundò quod de Patrono Civitatis electio
„fieri debeat per ſecreta ſuffragia à Populo
„mediante conſilio generali illius Civitatis,
„vel loci, non autem ab Officialibus ſolum,
„& quod accedere debeat conſenſus Epiſco-
„pi, & Cleri illius loci.
Idemque ſervari debeat in Patrono Regni,
„qui pariter eligi debeat per ſecreta ſuffra-
„gia à populo ſingularium Civitatum Pro-
„vinciæ.
Et quod Repræſentantibus Regnum, Ci-
„vitatem, vel Provinciam, nulla competat
„facultas eligendi Patronos, niſi ad hoc ha-
„beant ſpeciale mandatum, & ulterius in-
„terveniat conſenſus Epiſcopi, & Cleri di-
„ctarum Civitatum.
Et Tertiò, quod cauſæ electionis novorum
„Patronorum debeant in Sac. Congregatione
„deduci, & ab ea examinari, ac demum cau-
„sâ cognitâ ab eadem Congregatione ap-
„probari, & confirmari.
Et ne præmiſſorum ignorantia ullo unquam
„tempore poſſit allegari, eadem Sac. Rit.
„Congr. ſupradictum Decretum imprimi, &
„publicari mandavit.

11. Hoc Decretum, quod referunt etiam *Nicol. Lucubr. can. lib. 3. tit. 45. de reliq. Sanct. n. 5. Pignatell. conſult. 78. n. 1. tom. 4.* eſt in viridi obſervantiâ: nam recurrentibus Univerſitatibus ad Sac. Congreg. Rituum pro approbatione electionis in Patronum alicujus Sancti, ſi preces dictis requiſitis ſunt deſtitutæ reſcribi ſolet = *Doceant de ſervato Decreto Urbani VIII.* prout non ſemel vidi; *vel pro conceſſione ſervatâ formâ Decreti Urbani VIII.* Aliis verò, quæ in electione, requiſita Decreti obſervarunt, & locus non eſt celebris notæ conceditur approbatio cum clauſulâ = *dummodò alium principalem Patronum, ſeù Protectorem non habeant* ut in una *Mazzarien. 30. Martii* 1697. *pro Univerſitate Caſtri Veterani*, & in alia *Lycien. 11. Julii 1699. pro Univerſitate Terræ Monteroni.*

12. His præcognitis, edoceatur Clerus, quod electio in Patronũ non debet fieri ex ſolo motivo devotionis, ſed vel quia loci primus Epiſcopus fuit, vel quia ibi corpus humatus reperitur, vel quia oriundus, & Civis fuit, vel quia in neceſſitatibus mirabiliter Populum protexit, & adiuvit, vel tandem ob alias ſimiles, & congruentes cauſas, quæ in Concilio Univerſitatis exprimi debent, *Gavant. d. ſec. 3. d. cap. 12. n. 1. Sac. Congr. Rit. in Alexanen. 6. Septembr.* 1698. Item quod in hujuſmodi Patronorum electione, fieri non debent promiſſiones ſervandi diem feſtum Patroni electi tanquam de præcepto, etiamſi ab Eccleſiâ univerſali tali ſub ritu non colatur: nam has promiſſiones, & Vota Congregatio non admittit, nec approbat, ſed rejicit & tantum ex devotione ſervari poſſe concedit, ut reſpondit *in Theatina 15. Martii* 1698. pro Clero, & Populo nonnullorum oppidorum, & ſæpè alibi, prout retuli in *annot. ad for. 1. tit. 13. n. 15.*

13. Septimò, de electione Vicarii Capitularis, ſcilicet an fiat per vota ſecreta prout expedit fieri, ut dixi *in 1. parte*, & circa eam edoceatur Capitulum. Primò, Quod Vicarius poteſt eligi etiamſi ſtatim defuncto Epiſcopo Canonici certò ſciant novũ Epiſcopum electum, & præconizzatum, aut ab aliâ Eccleſiâ tranſlatum fuiſſe: nam donec novus Epiſcopus literas Apoſtolicas non expediverit, & illarum vigore poſſeſſionem Epiſcopatus non fuerit adeptus, ſedes dicitur vacans, ut de communi tradunt *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſ. 15. §. 2. n. 87. & 88. Barboſ. de offi. Epiſc. alleg. 54. n. 161. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 15. §. 2. n. 60.* & in terminis electionis Vicarii *Sac. Congr. Epiſc. in Iſernien. 6. Febr.* 1699. Secundò, Quod eligendus debet eſſe Doctor publicæ Univerſitatis approbatæ *Sac. Congr. Concilii in Montis Regalis 19. Decembr.* 1626. Tertiò, Quod in electione ſunt præferendæ Dignitates, & Canonici quatenus ſint idonei, Canonico Coadiutori, ut reſpondit *ead. Congr. 14. Aprilis 1685. lib. 35. fol. 37.* Quartò. Quod ſi electio non concludatur in tempore à Concilio Trid. præſcripto *cap. 16. ſeſſ. 24.* ſit devolutio ad formam Conciliaris Decreti, tam in caſu negligentiæ, quam in caſu diſſenſionis, *ead. Congreg. in Aquilana 10. Octobris 1605. lib. 28. fol. 195.* Quintò, Quod ſi in electione, duo Canonici Doctores habuerint vota paria, neutrum eſſe Vicarium legitimum, & electio propterea devolvatur ad Metropolitanum juxtà diſpoſitionem Concilii, ut reſpondit *d. Congreg. in Vercell. 12. Martii 1611. lib. 117. pag. 768.* Seſtò, Quod ſi Eccleſia ſuffraganea vacans careat Capitulo, electio ſeù deputatio Vicarii pro illius adminiſtratione, ſpectat ad Capitulum Metropolitanæ Paſtore carentis, non autem ad antiquiorem Epiſcopum Suffraganeum, non obſtante Synodo Provinciali, ut declaravit *ead. Congreg. 28. Auguſti 1683. confirmata 14. Aprilis 1685. lib. 35. fol. 195.* Septimò, Quod electio fieri non debet, nec poteſt ſi Vicarius Epiſcopi defuncti miſſus fuerat à Papa, vel Sac. Congregatione *Nicol. in floſc. verb. Vicarius Capitularis n. 58.* ſi verò Cathedralis Eccleſia exempta, & S. Sedi immediatè ſubjecta careat Capitulo, ut eſt Eccleſia ſeù Epiſcopatus Portuen. propè almam Urbem, tunc videtur, quod deputatio Vicarii Capitularis in caſu Vacationis Sedis non pertineat ad propinquiorem Epiſcopum juxtà diſpoſitionem *Concilii Trid. ſeſſ. 24. cap. 16. de ref.* ſed conſulenda ſit Sancta Sedes, quia Epiſcopo Viciniori devolvitur electio (ut Concilium diſ-

ponit)

ponit) in caſu negligentiæ Capituli: at quando Eccleſia Capitulo caret, caſus eſt omiſſus à Concilio, quod comprobatur à ſtylo dictæ Diœceſis, in qua quoties occurrit vacatio, Epiſcopus Vicinior non ſe ingerit in deputatione Vicarii, ſed Eccleſia remanet ſub regimine Eminentiſſimi Urbis Vicarii, quia eſt in diſtrictu Urbis, uſque dum novus Epiſcopus Eccleſiæ poſſeſſionem capiat.

14. Item quoad poteſtatem. Primò, Quod Vicarius Capituli non ſuccedit in poteſtate litterarum executorialium, quæ dantur perſonæ Epiſcopi, ſi conferunt poteſtatem, quæ non concurrit cum poteſtate juris communis: vel dic quod Capitulum ſuccedit ſolum in competentibus Epiſcopo jure communi, & non jure ſpeciali *Graff. dec. aur. par. 2. lib. 3 cap. 27. num. 21.* Secundò, Quod poteſt exequi litteras Sac. Congregationum, Epiſcopo defuncto directas, & non executas, præſertim in rebus juriſdictionalibus ſub nomine Officii directas, juxtà declarationes *Sac. Congregat. Epiſc. & Regular. in Orien. 29. Nov. 1600. in Aleſſanen. 10. Aprilis 1615. & in Tranen. 26. Januarii, & in Neapolitana 10. Februarii 1604.* non tamen litteras Apoſtolicas expeditas in forma dignum, & Epiſcopo defuncto directas *Sac. Congregat. Concilii in Cameracen. 2. Auguſti 1631.* neque diſpenſationes matrimoniales, pro quibus ſolet frequenter concedi facultas ab ead. Congregatione, prout illam tribuit *in Guardien. in Portugallia 18. Aprilis 1693. & in Abellinen. 11. Januar. 1704.* Tertiò, Quod non habet facultatem, quam habet Epiſcopus in caſibus Bullæ Greg. XIV. & ideò non poteſt cognoſcere ſuper extractione à loco immuni, ſed ſpectat ad Epiſcopum Viciniorem *Sac. Congreg. Immun. in Vercellen. 9. Nov. 1650. lib. 4. Dec. Paul. pag. 125. à tergo*: neque concedere licentiam Judici laico exhumandi Cadaver à loco immuni pro faciendâ recognitione *ead. Sac. Congregat. in Spoletana 11. Maii 1683. lib. 3. Decr. Alt. pag. 176.* Quartò, Quod propter ſuam abſentiam ad modicum tempus poteſt ſubſtituere, monitoria ad finem revelandi, & excommunicationes decernere, à caſibus Epiſcopo defuncto reſervatis abſolvere, quoties Capitulum hanc ei in ſpecie facultatem conceſſerit, examinare, & approbare Confeſſarios, habet juriſdictionem in Canonicos, contra quos procedere poteſt ſine Adjunctis, quoties Capitulum non ſit exemptum, & adveniente Parochialium vacatione, concurſus inſtituere, Oeconomos deputare, & alia facere, quæ vigore *cap. 18. ſeſſ. 24.* pertinent ad Epiſcopum, juxtà declarationem *Sac. Congregat. Concilii 11. Septembris 1600.* Quintò, Quod infrà annum poteſt dare facultatem Epiſcopo extero exercendi in Diœceſi Pontificalia, & poſt annum à die vacationis Sedis Epiſcopalis, conferendi etiam Ordines *Quarant. in Sum. Bullar. ver. Capitulum Sede Vacante verſ. Undecimo quæro, Garc. de benef. par. 5. cap. 7. num. 93. verſ. quinta, Nicol. in Floſc. verb. Vicarius Capitularis num. 68. verſ. III. dare, Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 15. §. 2. num. 51. Sac. Congregat. Concilii in Brixien. 16. Maii 1705.* Sextò, Quod Seminariorum abſque conſilio Deputatorum (quos removere non poteſt) adminiſtrare, nec gubernium, aut taxam mercedis, & alimentorum variare non valet *Sac. Congregat. Concil. in Salernitana 31. Auguſti 1606. lib. 87. pag. 678.* Septimò, Quod pœnæ, & mulctæ pro delictis etiam gravibus ab Epiſcopo defuncto non exactæ, vel ante obitum locis piis non applicatæ, non poſſunt Sede Vacante à Capitulo, ſeù illius Vicario Capitulari, ad favorem reorum reduci, ſeù minui, ut reſpondit *Sac. Congregat. Concilii in Ripana 18. Aprilis 1654. lib. 19. pag. 336.*

15. Octavò, inquirat an Canonici habeant diſtributiones, & de illis paticipent abſentes, & an diſcedant à reſidentiâ tempore Quadrageſimæ, & aliarum feſtivitatum ſolemnium abſque licentiâ Epiſcopi: ſi hæc enim in Capitulis viſitatis contingerent, debet prohibere, ut præter allegatos in *annot. ad form. 2. tit. 13. n. 63.* admonet *Pac. Jord. elucubr. lib. X. tit. 40. n. 73. ver. attamen* ubi affert plura Decreta Sac. Congreg. Concilii, moneatque licentiam Epiſcopi non tantum exigi debere in majoribus anni feſtivitatibus ut licitè abeſſe valeant à Choro: ſed etiam aliis anni temporibus, quoties Canonici abeſſe velint extra Diœceſim juxtà aliam ejuſdem Congregationis declarationem, quam *Pac. Jord.* loco mox citato refert, & lauthenticam penes ſe retinuiſſe teſtatur, quæ eſt tenoris ſequentis = *Sac. Congregat. Concil. Trid. interpret. tametſi declaravit nullam requiri licentiam ad hoc ut Canonici abeſſe poſſint in menſibus ab eodem Concilio permiſſis, cenſuit tamen, hanc declarationem non vindicare ſibi locum, quoties Canonici abeſſe volunt extrà Diœceſim: proinde hoc caſu Epiſcopi licentiam, eſſe obtinendam. Cæterum Epiſcopum non debere illam, abſque rationabili cauſâ denegare.* Item quod ſi in electione officialium Capituli, Canonici ſint negligentes, poſt ſex menſes electio devolvitur ad Epiſcopum *Sac. Congreg. Concilii in Fulginaten 18. Martii 1628. lib. 13. pag. 423.*

16. Nonò, an legata pia, tàm perpetua, quàm temporalia exequantur, & an circa ea Commiſſarii R. Fabricæ S. Petri de Urbe fideliter, probèque ſe gerant, juxtà Inſtructionem, quam dat eis Sac. Congreg. ejuſdem Fabricæ, & in quà injungitur, & ordinatur.

I. Che non poſſa far Compoſizione alcuna „di qualſivoglia ſorte, ò cauſa ſenza ordine „in ſcriptis della Sag. Congregazione, nè pi„gliar donativo ſotto pena della privazione

„dell'

„ dell'officio, e di pagare dieci volte altrettan-
„ to da applicarſi ad arbitrio della Sag. Con-
„ gregazione.

II. Non uſerà in modo alcuno Cenſure
„ Eccleſiaſtiche, nè procederà all'eſecuzione
„ di eſſe affigendo Cedoloni, ſe prima non
„ coſta negl'atti della diligenza fatta in fare
„ l'eſecuzione reale, ò perſonale, uſandola
„ in juris ſubſidium, conforme alla diſpoſi-
„ zione del S. Conc. di Trento.

III. Contro li Poveri, e quelli che vi-
„ vono de i proprii ſudori, ò altre miſerabi-
„ li perſone, non procederà ad alcun de-
„ creto, nè li darà ſpeſa alcuna, ammonen-
„ doli ſoli ad adempire quello, che poſſono
„ fare in conſcienza, ſenza però aſſolverli,
„ comporgli, ò fargli grazia alcuna.

IV. Non concederà alcuna ſorte d'Indul-
„ genze, diſpenſe ò aſſoluzioni altre volte
„ conceſse alla Fabrica, ſtante le revocatio-
„ ne fattane dalla fel. m. di Pio IV. nella
„ *Conſt. 62. Dat. 13. Kal. Octobr.* 1562.

V. Delli Legati pii certi ſenza peſo, e
„ per una volta ſola, quali non ſarranno pa-
„ gati nel termine d'un Anno dopò la mor-
„ te del Teſtatore, ò infra un Anno dopò
„ la purificazione della condizione, ò giorno
„ quando la diſpoſizione foſſe condizionata
„ à certo tempo, n'applicherà ſolamente la
„ quinta parte alla fabrica, & il reſtante
„ alli Legatarii, ma quando ſarà paſſato il
„ triennio, ne applicherà la metà alla fabrica, &
„ altra metà alli legatarii, conforme alla *Bol-*
„ *la 97. della fel. mem. di Pio V. 11. Kal. Jan.* 1569.

VI. Dichiarando, che ſe li legati certi
„ ſaranno con peſo annuo di meſse, Anni-
„ verſarii ò altri Divini officii, per li quali
„ foſſero laſciati beni ſtabili, ò quantità di
„ denari, quali ò per diſpoſizioni de Teſta-
„ tori, ò per Conſtituzioni Pontificie, do-
„ veſsero convertirſi in compra d'annui cen-
„ ſi, ſtabili, ò altr'entrata, applicherà i frut-
„ ti decorſi, coſi delli ſtabili laſciati, come
„ degl'inveſtimenti, che dovevano farſi, an-
„ corche non fatti, dal dì della morte del
„ Teſtatore à beneficio della Fabrica, laſcian-
„ do ſtar fermo il capitale de i legati per
„ l'avvenire, procurando, che ſeguano gl'in-
„ veſtimenti ordinati da i Teſtatori, con pre-
„ figerli i termini convenienti.

VII. L'iſteſso oſſerverà per li maritaggi di
„ povere Zitelle, laſciati da farſi ogn'anno ad
„ arbitrio degl'Eredi, Eſsecutori, ò altri, ap-
„ plicando l'annate decorſe alla Fabrica co-
„ me ſopra per li tempi, che non ſaranno
„ fatte le nominazioni.

VIII. Quanto alli legati pii incerti per
„ una volta ſola l'applicherà à beneficio di det-
„ ta Fabrica conforme alli ſuoi privilegii;
„ ma negl'annui applicherà l'annate decorſe,
„ e non adempite dagl'Eredi ſolamente.

IX. Nelli legati antichi procederà ſola-
„ mente da trenta anni in quà non oſtan-
„ te li privilegii, eccetto ſe foſsero legati c'ha-
„ veſsero ſtato permanente, come per coſtruz-
„ zione di Cappella,, Sepolture, Campane,
„ Organi, & altre ſimili, quali ex oculari
„ inſpectione non appariſsero adempiti.

X. Nelli legati d'unica preſtazione, che
„ non eccedono la ſomma di ſcudi trè mo-
„ neta Romana paſsato il triennio ſino al-
„ li cinque anni, ſtia al giuramento dell'E-
„ rede, ò altr'obligato colla fede d'un teſti-
„ monio, dalli anni cinque alli dieci, ſtia al
„ ſolo giuramento, e dalli dieci in sù non
„ le dia moleſtia. E queſto ancorche in un
„ Teſtamento foſſero più legati di trè ſcudi
„ l'uno, quali calcolati inſieme arrivaſſero à
„ qualſivoglia ſomma.

XI. Quando le parti citate nel termine
„ che non ſia meno di tre giorni, moſtre-
„ ranno fede del pagamento, ò Decreto aſ-
„ ſolutorio d'altri Commiſſarii, non li faran-
„ no pagare coſa alcuna, reſtituendoli le lo-
„ ro fedi, Decreti, e Scritture gratis, e do-
„ mandando nuovo termine, gli ſi debba da-
„ re tre altri giorni: ma ſe le porteranno do-
„ pò, che ſaranno fatti contumaci veri, cio-
„ è dopò, che ſiano ſtati citati perſonalmen-
„ te, ò in Caſa, ò in preſenza de teſtimonii,
„ non li faranno pagar altro, che le ſpeſe con-
„ tumaciali, quali s'intendano ſemplicemẽte le
„ ſpeſe fatte per le Scritture, avvertendo, che
„ non ſi citono fuori della Diocesi: E quando
„ li ſudetti citati in caſa foſſero veramente
„ aſsenti, oltre il termine prefiſſo nel man-
„ dato, li prorogherà un altro termine com-
„ petente perche poſſa haverne notizia da
„ Parenti con laſciarli notamento della pre-
„ tenſione, che ſi hà con tale aſsente.

XII. Nelle Cauſe per le quali per quaſi-
„ voglia ragione li rei convenuti non devo-
„ no eſſer condennati, il detto Commiſſario
„ non poſſa dare aſſolutoria, ſe non in caſo,
„ che detti rei la dõandino, & in tal caſo nelle
„ cauſe ſino alla sõma di ſcudi cento poſsa per
„ tale aſsolutione ricevere à ragione di ſcudi
„ due per cento proporzionatamente, da ſcudi
„ cento ſino a cinquecento, uno ſcudo più
„ per centenaro, da cinquecento in sù uſque
„ ad quamcunque ſummam, ſcudi ſette di mo-
„ neta ſolamente, e non più, ancorche le par-
„ ti voleſſero ſpontaneamente darle, etiam ti-
„ tulo donationis, vel laborum, ò per qual-
„ ſivoglia altro preteſto.

XIII. Circa li beni Eccleſiaſtici male alie-
„ nati, farà reſtituire alle Chieſe tutta l'in-
„ tiera proprietà effettivamente, e fatta tal
„ reſtituzione, e non prima piglierà tutti li
„ frutti mal percetti per la Fabrica, quali
„ non ci eſſendo, ò eſſendo ineſigibili piglie-
„ rà li frutti d'un anno conforme alle facol-
„ tà, alle quali ſi abbia relazione.

XIV. E perche nelle ſudette cauſe è ne-
„ ceſſario l'intervento del Procurator Fiſcale
„ per la Fabrica, il medeſimo Commiſſario
„ dove-

„ doverà al tempo della ſua deputazione
„ nominare per detto Offizio una perſona
„ idonea, per la quale la Sac. Congreg. gli
„ farà ſpedire la ſua Patente. Et occorrendo
„ deputare altri Fiſcali per la diverſità de
„ luoghi, che doverà viſitare, non poſſa depu-
„ tarne ſe non uno per la Città, e Diocceſi,
„ e per tutti detti Fiſcali nominati dal Com-
„ miſſario ancorche habbiano la Patente del-
„ la Sac. Congregazione, il Commiſſario ſa-
„ rà tenuto per ogni loro azzione.

XV. Facendoſi la deputazione del Com-
„ miſſario per un anno, finito che ſarà
„ il primo anno, s'intenda ſubito ſpirato la
„ facoltà conceſſali nelle lettere Patenti, nè
„ poſſa più eſercitare detta Commiſſione ſe
„ non ſarà ſtato confermato.

XVI. Acciò l'oſſervanza delli preſenti
„ capitoli, & ordini venga à notizia di tut-
„ ti, s'ordina, che ſi debbano ſempre tene-
„ re affiſſi publicamente nel luogo dove s'e-
„ ſerciterà queſto pio officio.

XVII. Che in ogni caſo d'inoſſervanza,
„ ò contravenzione delli ſopradetti ordini, ò
„ quaſivoglia d'eſſi oltre la nullità degl'at-
„ ti, e refezzione di ſpeſe e danni, & intereſ-
„ ſi da pagarſi, e rifarſi alli rei convenuti,
„ & ogn'altro dannificato dal Commiſſario,
„ ſia anco il medemo tenuto alla pena
„ del decuplo &c.

17. Hæc inquam, quæ habentur impreſſa in compendio Privilegiorum Fabricæ *pag.* 129. videat, & recognoſcat Viſitator Apoſtolicus an obſerventur, & an Commiſſarii proprias facultates exceſſerint, ſcilicet compoſitiones contra legem datam admittendo, legata perpetua miſſarum temporalia declarando, & hæredes gravatos contra juris, & Teſtatorum diſpoſitionem abſolvendo, ut non ſemel accidit; Et circà onera Miſſarum, quæ fortè inveniantur reducta, inquirat, an reductio fuerit facta legitimâ auctoritate, & abſque ſubreptione obtenta, animadvertendo, quod ſi onus miſſarum reperiretur injunctum, & acceptatum vigore contractus, & reciprocæ ſtipulationis, non eſſet locus reductioni per viam ordinariam recurſus ad Sac. Congregationem Concilii: quia tunc obligatio inſtrumentalis adimplendi, favore partis eſt perpetua: at (quatenus in Inſtrumento aliter non fuerit proviſum) ſi tractu temporis redditus pro adimplemento oneris aſſignati, ſine culpâ aſſignatarii, notabiliter diminuantur, vel pareant, adeòut antiqua conventio attento tempore præſenti injuſta, & læſiva efficiatur, erit tali caſu implorandum officium Judicis pro reſciſſione contractus, vel ſaltem, ut reducatur ad juſtitiam, & æqualitatem, juxtà DD. communem theoricam, de qua apud *Card. de Luc. de decim. diſc.* 3. *num.* 14. *& de regal. diſc.* 73. *num.* 5. *Rota coram Cerr. dec.* 593. *num.* 9. *& trib. ſeqq.* & reſponſum datum à *Sac. Congregatione Concilii in Æſina* 10. *Julii* 1706. per Summarium, & extra folium relata.

18. Decimò, de diſciplinâ Cleri, & præſertim circà miniſterium Altaris, uſum, & miniſtrationem ſacrarum rerum: circà ludos ex quibus oriuntur crimina, & qui non legitimantur, nec fiunt liciti per conſuetudinem, quæ cum ſit nutritiva peccati, ſolum poteſt excuſare à pœnâ temporali, non autem à gehennali, ut inquit *Gloſs. in cap. denique diſt.* 4. & hujuſmodi ſunt ludus alearum, uſus armorum, & actiones ſcenicas prophanas agere, de primo *Gaballin. in Gloſs. ad Conſt. Ægidian. lib.* 2 *cap.* 4. *num.* 3. *&* 4. *Auth. de Sanctiſſim. Epiſc.* §. *interdicimus Cod. de Epiſc. & Cleric.* de ſecundo *Amen. de delict. & pœn. tit.* 7. §. 1. *num.* 9. ubi quod delatio armorum in Clericis crimen eſt; de ultimis ſunt *Text. in cap. maritum* 33. *diſt. cap. non oportet il* 2. *de conſecr. diſt.* 5. cum aliis juribus apud *Bellett. diſquiſit. Cleric. par.* 2. *de pœn. Cleric.* §. 17. *num.* 1.

19. Undecimò, de taxâ expeditionum Cancellariæ, & an in rebus, quæ reſpiciunt adminiſtrationem Sacramentorum, & res ſpirituales, aut ſpiritualitati annexas ſervetur Innocentiana: & an Epiſcopus, vel ejus Vicarius Generalis concedat Clericis licentias ſcripto, deferendi ſclopum venatorium, ſoluta aliquâ pecuniæ quantitate: ſi enim inveniat hunc abuſum vigere, tanquam Sac. Canonibus injurioſum, & mali exempli, omninò ſua auctoritate illum damnet, & abroget.

20. Duodecimò, de cuſtodiâ Clauſuræ Monaſteriorum Monialium: & an adſit Deputatus, ſeù Vicarius pro illarum bono regimine, præſertim in magnâ Civitate, vel Diœceſi: Si enim adſit Vicarius ſpecialis Monialium, erit inquirendum, an renunciationes, quæ fiunt à Novitiis ad formam *cap.* 16. *ſeſs.* 25. *de Regular.* ſtipulentur coram eodem: Si hoc enim fieret, renunciationes eſſent nullæ, & invalidæ: quia verba Concilii ibi = *Cum licentia Epiſcopi, ſeù ejus Vicarii*, intelliguntur de Vicario Generali, non autem de Vicario foraneo, aut de Deputato ad regimen Monialium, ut reſpondit Sac. Congregat. Concilii *in Feſulana* 4. *Auguſti* 1635. *lib.* 15. *pag.* 234. *& in Piſana* 17. *Januarii* 1647. *lib.* 17. *pag.* 136. niſi fortè data eſſet in deputatione facultas ſufficiens expreſſa, vel æquipollens, putà ſi Vicario Monialium detur poteſtas cognoſcendi omnes, & quaſcunque cauſas etiam civiles, cum omnibus annexis, & connexis, emergentibus, & dependentibus, nec non faciendi omnia, quæ juxtà formam canonum, & Sac. Concil. Trid. facienda ſunt, tunc enim cum ſit materia delegabilis, renunciatio facta coram Vicario

Monia-

Monialium hujuſmodi facultate ſuffulto,eſſet valida, ead. Congreg. in *Neapolitana 22. Aprilis* 1651. *lib.* 19. *pag.* 123. Item advertendum quod *cap.* 16. *ſeſs.* 25. *de regular.* non compræhendit Teſtamentum,ut reſpondit *ead. Congreg. in Burgi S.Sepulchri* 1623. *lib.* 2. *pag.* 91. neque renunciationem, ſeù donationem factam ante ſuſceptionem habitus *ead. Congr. in Salamantina* 6. *Auguſti* 1589. *lib.* 7. *litter. pag.* 66. Item quod ſi terminato anno probationis, ſtatim, Novitia, ſeù Novitius, non faceret profeſſionem, ſed illam prorogaret ad 15. vel 20. dies, poſſet ante emiſſionem votorum, validè renunciationem facere, *Sac. Congr. Concilii* 21. *Auguſti* 1627. Item inquirat an Moniales ſumant cibum in privatis cellulis, & introitus Monaſterii eis per portiones particulatim diſtribuantur: ſi enim hæc fieri reperiat, erit providendum, ut omnes conveniant ad menſam communem in Refectorio, & quod omnia conferantur in communi,prout pro reformatione Monaſteriorum Monialium S. Petri, & S. Claræ Barchinonen. & S. Danielis Gerunden. Ord. S. Benedicti,fieri debere mandavit Clem. VIII. per organum *Sac. Congr. Epiſcop. anno* 1603. *fol.* 61.

21. Decimotertiò de obſervantiâ Inſtitutorum Regularium quorum Viſitatio, verſatur circà ſequentia, ſuper quibus interrogandi ſunt. Primò. Si Officium Divinum recitetur hora debita, & an omnes interveniant Choro. Secundò. Si fiat Oratio mentalis. Tertiò. Si in Miſſis ſollemnibus, & Conventualibus ſerventur cœremoniæ Eccleſiaſticæ. Quartò. An Religioſi retineant peculium, & mobilia ſuperflua. Quintò. An deferant, vel retineant in cellis arma. Sextò. An incedant de nocte. Septimò. An frequéntent Domos Sæcularium, & habeant ſuſpectum conſortium. Octavò. An obſervent Oſpitalitatem. Nonò. An recipiant in Conventum homines facinoroſos, vel fraudolentes decoctores. Decimò An Superior Conventus invigilet pro obſervantiâ inſtituti, & adimpleat officium ſuum. Vndecimò. An legantur in Refectorio juxtà præſcriptum Regulæ Decreta, & Conſtitutiones Apoſtolicæ pluries in anno. Duodecimò. An Religioſi diſcedant à Conventu ſine licentiâ Superioris. Decimotertiò. An Religioſi Sacerdotes celebrent. Decimoquartò. An Religioſi laici frequentent Sacramenta. Decimoquintò. An aliquis Religioſus inducat veſtes vanas contra formam regulæ. Decimoſextò. An Religioſi in Cellis, vel alibi ludant aleis, vel retineant canes venaticos. Decimoſeptimò. An adſit aliquis Religioſus ſcandaloſus. Decimooctavo. An omnes Religioſi accedant ad menſam communem in Refectorio, vel potius in privatis Cellis pretioſa fercula manducent. Decimononò. An Superiores Religionis dimittant à Clauſtro Religioſos prætextu ſubveniendi Parentibus in extremâ neceſſitate abſque Sedis Apoſtolicæ facultate, hoc enim permittere nequaquam poſſunt *Sac. Congr. Epiſc. & Regul. in Narbonen.* 14. *Nov.* 1698. Vigeſimò An Sæcularibus commorantibus in eorum Conventibus Sacramenta tempore infirmitatis miniſtrent ſine Parochi licentiâ, vel illorum cadavera in illorum Eccleſiis ſepeliant, quod pariter eis vetitum eſt *Sac. Congr. Concilii* 5. *Febr.* 1650. *in Senogallien.* approbata etiam *à Sac. Congr. Epiſc. in Albanen.* 2. *Octobris* 1693. Vigeſimoprimò. An Fratres Minores S. Franciſci, retineant legata perpetua miſſarum, vel alia aſſignamenta, & annuæ præſtationes certæ, quæ retinere, vel quas habere non poſſunt; vel pecunias contractent, aut bona ſeù redditus cujuſcunque Domini illa ſint adminiſtrent, contra *Breve Innoc. XII.* Vigeſimoſecundò. An Conventus, qui reperitur extrà mœnia locorum, habeant clauſuram, & illa ſervetur quoad ingreſſum mulierum. Vigeſimotertiò. An onera, & legata miſſarum adimpleant.

22. Decimoquartò, de gubernio, & profectu Seminarii Clericorum, quatenus in loco viſitando reperiatur erectum ſcilicet, an Epiſcopus cum conſilio duorum Canonicorum ſeniorium, & graviorum ab ipſo Epiſcopo electorum conſtituerit omnia, quæ ad Dei cultum, pietatem, mores, & litterarum ſtudia pertinent: nec non,an de conſilio duorum de Capitulo totidemque de Clero ad formam diſpoſitionis Sac. Concilii electorum fecerit Taxam contributionis, & unionis Beneficiorum. Inſuper an rationes reddituum Epiſcopus ſingulis annis accipiat præſentibus duobus a Capitulo, & totidem à Clero Civitatis deputatis, diverſis à quatuor ſupradictis, ut idem Concil. diſponit *ſeſs.* 23. *cap.* 18. *de refor.* Sin minus inquirendum de modo erigendi juxtà mentem Sac. Concilli Trid. nempè per unionem Beneficiorum, vel per eorundem taxam, à qua nemo eſt exemptus niſi expreſsè poſt Concilium reperiatur privilegiatus *Nicol. in floſc. verb. Seminarium n.* 5. *& ſeqq.* etiamſi Beneficiatus ſit Prælatus Domeſticus, aut Aſſiſtens Papæ *Sac. Congr. Concilii in Ceſenaten.* 20. *Junii* 1705.

23. *CORRIGENDI*. Per hanc clauſulam, non ſolum cenſetur data Viſitatori Apoſtolico facultas corrigendi viſitatos quoad mores tantùm: ſed ſi crimina ſint gravia, etiam eos ab officiis, Dignitatibus, & Beneficiis præviâ cauſæ cognitione deponendi, & privandi, ut obſervat *Graff. deciſ. aur. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 25. Et Clericos ſe ſubjicere recuſantes viſitationi perſonali cenſuris cogendi *Sac. Congr. Concilii in Aprutina* 18. *Julii* 1705. emanata favore Ordinarii.

24. *CONDITA ETC. CONFIRMANDI*. Eſt hic notandum, quod, & ſi Papa dediſſet Viſitatori facultatem abſolutam abſque reſtri-

ctione

ctione ad ea, quæ ſacris Canonibus non ſunt contraria, confirmandi Statuta condita: adhuc talis poteſtas ſubintelligeretur data ſub tacitâ conditione, *dummodò non ſint juri contraria, inhoneſta, & illicita*: quia Papa Statuta, ſeù privilegia confirmando (niſi confirmatio fieret ex certâ ſcientiâ, & causâ cognitâ) nunquam cenſetur confirmare voluiſſe, quæ ſunt juri contraria, ut plura jura cumulando probat: *Barboſ. in cap. ad noſtram per tot. de confirm. util. vel inutil.*

Quando autem Viſitator Apoſtolicus Sede plenâ deputatur à Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, ſolent expediri litteræ tenoris ſequentis.

## FORMVLA XI.

SAC. &c. cenſuit committendum Andreæ Epiſcopo Venuſino, ut Apoſtolicâ
„ authoritate viſitet Civitatem, & Diœceſim Lycien. illarumque Eccleſias,
„ Monaſteria, loca pia, perſonas tàm laicas, quam Eccleſiaſticas, tàm ſæcu-
„ lares, quam utriuſque ſexus Regulares, etiam quomodolibet exemptas, cu-
„ juſcunque Ordinis, Congregationis, Societatis, & inſtituti, etiam neceſſa-
„ riò exprimendi, cujuſvis gradus, & conditionis exiſtant, tàm in, capite
„ quam in membris, cum poteſtate illas puniendi, corrigendi, & reformandi. Ad hæc Pon-
„ tificalia in eadem Civitate, & Diœceſi exercendi, atque eiſdem perſonis Sacramenta ad-
„ miniſtrandi, Et præterea exigendi Procurationem ad Sac. Can. & Sac. Concilii Trid.
„ præſcriptum, itemque vecturas Equorum tàm ab Epiſcopo Lycien. quam à Clero, & in
„ pecuniis. Et circa, ea quæcunque Decreta neceſſaria, & opportuna faciendi, illaque de-
„ bitæ executioni demandandi, etiam invocato, ſi opus fuerit brachii ſæcularis auxilio. Et
„ cum aliis facultatibus, quæ aliis Epiſcopis Viſitatoribus Apoſtolicis attribui conſueverunt.
„ Eo tamen adiecto, ut peractam Viſitationem Sac. Congregationi referat: actaque omnia
„ originalia probè obſignata, viaque ſecurâ tranſmittat. 10. *Junii* 1627. *apud Nicol. in Floſc.*
„ *verb. Viſitatio Apoſtolica n.* 15.

Ab hac Formulâ non diſcrepat alia, ſub qua commiſſa fuit Viſitatio Civitatis & Diœceſis S. Severini in Piceno, Religioſiſſimo, ac Piiſſimo Viro Cardinali Petruccio de mandato Innoc. XII. quæ eſt ſequens.

## FORMVLA XII.

### SUMMARIUM.

1. *Cardinali aſſerenti aliquid ſibi à Papa commiſſum, plenè creditur, etiam quod litteras ſuæ commiſſionis non oſtendat.*
*Cardinali aſſerenti acta vidiſſe, vel ſe eſſe Legatum, creditur, ibi.*
2. *Cardinalis aſſertio vergens in præjudicium tertii, & facta ſine juramento, an probet re miſſivè.*

### Eminentiſs. e Reverendiſs. Sign. Mio Oſſervandiſs.

LA Santità di N. Signore confidando nella ſingolar prudenza, e zelo di V. E.
„ *in virtù della preſente* la coſtituiſce, e dichiara Viſitatore Apoſtolico della
„ Città, e Dioceſi di S. Severino, con autorità di viſitare le Chieſe, Mona-
„ ſterii, luoghi pii, e perſone Eccleſiaſtiche tanto ſecolari, quanto Rego-
„ lari, dell'uno, e l'altro ſeſſo ancorche eſenti di qualſivoglia ordine, reli-
„ gione, Congregazione, ò inſtituto così nel capo, come ne membri, e di
„ corregerli, punirli, e riformarli conforme alla diſpoſizione de Sacri Canoni, Concilio di
„ Trento, Decreti Apoſtolici, e Coſtituzioni degl'ordini, come anco d'eſercitare ivi i Pon-
„ tificali, e amminiſtrare i Sacramenti ſenz'altra licenza del Veſcovo Dioceſano, e di eſi-
„ gere la procurazione ſecondo la forma preſcritta dal medemo Sacro Concilio, e le vetture
„ de Cavalli tanto dal medeſimo Veſcovo, che dal Clero viſitato proporzionabilmente.
„ Di fare ſopra queſte coſe gli ordini, e Decreti neceſſarii, & opportuni, e di eſeguirli

„ſecondo la ſua nota prudenza. Compita poi che ſarà la detta Viſita, ſi compiacerà l' „E. V: di tranſmetterne gli atti, e Decreti fatti à queſta Congregazione, & à V: E. bacio „per fine humilmente le mani: Roma 10. Agoſto 1694.

D. V. E.

*Umiliſs. & Affetionatiſs. Ser.*

G. Card. Carpegna.

*A. Altoviti Segretario.*

## ADNOTATIONES.

1. *IN VIRTU' DELLA PRESENTE*. Dum Cardinalis exequebatur Officium ſibi à Papa commiſſum, conquærebatur Epiſcopus, quod exerceret Pontificalia, & adminiſtraret Sacramenta abſque ſua licentiâ, ex quo ſibi non conſtaret per exhibitionem deputationis, talem facultatem fuiſſe tributam: At abſque fundamento; quia cum in Epiſtolâ familiari ab eodem Cardinali eidem Epiſcopo tranſmiſſa (qua illum certiorabat de ſua deputatione) & in Edicto publico, quod præceſſerat Viſitationem, omnes facultates fuiſſent expreſſæ, ſatis de illis conſtare dicebatur: Cardinali enim aſſerenti aliquid à Papa ſibi fuiſſe commiſſum plenè creditur, etiam quod litteras ſuæ commiſſionis non oſtendat, ut ait *Farinac. de teſt. quæſt. 63. à num. 15. ibique Vulpin. in ſucc. cap. 2. num. 12 Ricc. Collect. 2122. verſ. aſſertioni, & collect. 1459. Zecch. de republ. Eccleſ. tit. de Stat. Cardinal. privil. 6.* vel aſſerenti in Decreto acta vidiſſe *Zecc. ibid. privil. 11.* vel ſe eſſe Legatum *Gloſs. in cap. nobiliſſimus 97. diſt. Gaballin. in Gloſs. ad Conſtit. Ægid. lib. 1. cap. 1. verſ. legato num. 2. Barboſ. in cap. cum olim n. 15. & 16. de privileg.*

2. Quid quid ſit dicendum, an ei credatur quando ejus aſſertio vergit in magnum tertii præjudicium; de qua quæſtione agunt *Graff. lib. 5. conſil. de adulter. & ſtupr. conſ. 1. num. 24. Barboſ. in d. cap. cum olim num. 9. de privileg. Tondut. quæſt. benef. tom. 1. cap. 69. num. 44.* Et an illius teſtimonio deferendum ſit ſine juramento: de quo *Innoc. in cap. olim il 1. num. 2. de privileg.* & alii apud *Pignatell. conſult. 41. num. 5. tom. 4.* hæc inquam erant extra hypotheſim: quia nulli inferebatur præjudicium ſed honor Eccleſiæ illi augebatur, & ſubditis utilitas, & beneficium.

Harum autem Formularum Brevium, & Epiſtolarum exemplaria otioſa prorſus nè reputes: nam cum frequenter tàm Vicarii, quàm Viſitatores Apoſtolici, deputentur vigore litterarum Sac. Congregat. Epiſcopor. vel etiam Nuncii Apoſtolici, abſque ſpecificâ expreſſione facultatum, ſed cum clauſulâ generali remiſſivâ = *Colle facoltà ſolite à darſi à Vicarii, ò Viſitatori Apoſtolici*, prodeſt habere exemplum facultatis relatæ, ex quo quis ſcire poteſt, quænam illæ ſint.

In Vrbe autem pro Eccleſiis, Monaſteriis, & locis Piis, Papa tanquam Epiſcopus, deputat per organum Secretariæ Congregationis Viſitationis Apoſtolicæ, aliquandò Cardinales, & aliquandò Prælatos, ac Epiſcopos in Curia commorantes formulâ ſequenti.

## FORMULA XIII.

### SUMMARIUM.

1. *Viſitatores quicunque ſint Deum præoculis habere debent, & in aperitione Viſitationis ipſum invocare Oratione hic data.*

S Anctiſſimus Dominus Noſter deputavit in Viſitatorem Eccleſiæ, & Monaſterii Sancti Pauli extra menia Urbis Congregationis Monachorum Caſſinenſium, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum D. Cardinalem Petruccium cum Coadiutore R. P. D. Paracciano cum facultatibus attributis in Brevibus Sanctitatis Suæ deſuper „emanatis ſub die 16. Januarii 1693. injunxitque, ut per Eminentiam Suam Viſita-„tio

„tio hujuſmodi cum ſuis Decretis, ut ſuprà peracta referatur in Congregatione Sacræ „Viſitationis Apoſtolicæ ſubinde habenda. Datum Die 2. Martii 1693.

Loco ✠ Sigilli.

*I. Caracciolus Secretarius.*

Et ſub hac præciſâ formulâ fuerunt expeditæ aliæ deputationes in perſonam ejuſdem Cardinalis, uſque ad numerum undecimum, pro Viſitatione aliorum locorum piorum celebriorum dictæ Urbis, quas ipſe complevit.

Viſitatores autem quicunque ſint, ſivè Ordinarii, ſivè Apoſtolici, ut fructum reportent, Deum præoculis habere debent, gloriam ejus, & ſalutem Animarum, ejuſque auxilium in aperitione Viſitationis ſincero corde implorare ſequenti Oratione privatim dicenda.

# ORATIO.

*OMnipotens ſempiterne Deus, cui omnia manifeſta ſunt, & corda hominum patent, qui populum tuum Iſraël viſitare voluiſti, præſta quæſumus pro tua ineffabili pietate mihi indigno famulo tuo in injunctæ Viſitationis Officio auxilium gratiæ tuæ, ut opus, quod aggredior Spiritu Sancto cooperante, & intercedente Sanctiſſima Maria Virgine, & omnibus Sanctis ad ſalutem Univerſorum, tàm Clericorum, quàm laicorum, Eccleſiarum, locorumque piorum conſervationem, fidei Orthodoxæ propagationem, & exaltationem, & ad laudem, & gloriam tuam dirigatur. Per Dominum noſtrum &c.*

## Suppreſſionis Præbendarum, ſeú Beneficiorum.

## *FORMULA XIV.*

EX Supernæ diſpoſitionis arbitrio, Curæ hujus Eccleſiæ N. Præſidentes, inter varias animi ſollicitudines, quæ ex Paſtoralis officii miniſterio Nobis incumbunt, illam à nobis potiſſimè amplectendam putamus, per quam Divinum ſervitium detrimentum non patitur. Cum igitur in actuali viſitatione noſtræ Cathedralis invenerimus Præbendas Canonicales adeò tenues, ut ſimul cum diſtributionibus quotidianis pro ſubſtinendo decenti Canonicorum gradu, attentâ Civitatis, & perſonarum qualitate minimè ſufficiant: redditusque Præbendarum hujuſmodi, habito reſpectu ad quantitatem aſſignatam in primordio erectionis Canonicatuum eſſe valdè diminutos, prout eſt notorium, & de ſe patet: ac etiam conſtat, tum ex libris introituum Capituli: tùm ex teſtibus formiter in noſtrâ Cancellariâ præcedenter exhibitis, & reſpectivè examinatis: Hinc eſt, quod non valentes per unionem, vel ſuppreſſionem Beneficiorum ſimplicium, nec alio modo, diminutioni dictorum reddituum providere (ut Choro inſervientes congruam ſuſcipiant ſubſtentationem) auchoritate à jure, & à Sac. Concilio Trid. nobis tributâ, ac omni alio meliori modo, & cum conſenſu noſtri Capituli, de quo in actis) cauſâ cognitâ, numerum Præbendarum Canonicalium hujus noſtræ Cathedralis N. diminuimus, & ad numerum..... (quæ Divino cultui celebrando, ac dignitati Eccleſiæ commodè valent reſpondere) reducimus, alias verò duas Præbendas Canonicales primò vacaturas ſupprimimus, & extinguimus, & pro ſuppreſſis, & extinctis (ſine præjudicio nunc poſſidentium (haberi volumus, & declaramus; redditusque, & fructus illarum univerſos, nunc pro tunc, & quando vacare contigerit, Maſſæ diſtributionum quotidianarum Capituli, & Canonicorum, ſervitio Eccleſiæ intereſſentium, perpetuò aſſignamus, & applicamus. Et ita in Viſitatione providemus hac die &c.

N. Epiſcopus N.

*N. Viſitationis Actuarius.*

### ADNOTATIO.

Ex contentis, & expreſſis in Formulâ (quæ ſuperflua non habet) edocetur Epiſcopus, quod pro validitate ſuppreſſionis Præbendarum, quam ipſe vigore Concilii Trid. *ſeſs.* 24. *cap.* 15. *de reform.* facere poteſt, ut provideatur tenuitati aliarum in Cathedrali, aut Collegiatæ inſignis, requiritur. Primò, quod diminutio redditúum (quæ eſt potiſſima cauſa reducendi) conſideretur reſpectu quantitatis aſſignatæ á principio fundationis, & non ſit temporanea. Secundò, quod diminutio ſit talis, ut perſona idonea non poſſit cum illis fructibus decenter vivere, & onera ſupportare. Tertiò, quod non adſint alia Beneficia ſimplicia, quæ ad hunc effectum uniri, vel ſupprimi valeant. Quartò, quod diminutio reddituum fuerit legitimè probata. Quintò, quod facta aliquarum Præbendarum ſuppreſſione, tot aliæ ſuperſint, quæ ſufficiant ad divinum cultum peragendum, & dignitatem Eccleſiæ conſervandam. Sextò, quod fiat cum conſenſu Capituli, de quò conſtare debet, ut tradunt *Garc. de benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 172. *&* 177. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 80. *& plurib. ſeqq. Corrad. prax. benef. lib.* 2. *cap.* 8. *à num.* 17. *ad* 44. *Fagnan. in cap. ex parte num.* 12. *& ſeqq. de Conſtit.* ubi tamen *num.* 13. advertit, quod primum requiſitum (quod magnifaciunt *Lotter. & Corrad.*) Concilium non requirit, cum non diſtinguat, an redditus fuerint tenues à principio, an poſteà diminuti fuerint: *& num.* 16. tenet, quod concurrentibus aliis requiſitis, facultas hæc reducendi competat Epiſcopo, etiam in caſu, quod numerus Canonicorum reperiatur aucthoritate Apoſtolicâ confirmatus.

Animadvertendum autem eſt, quod licet reductio numeri, & ſuppreſſio Præbendarum (requiſitis concurrentibus ad formam Concilii) fieri poſſit ab Epiſcopo quandocunque: nihilominus enunciatur in formulâ, quod facta fuerit in Viſitatione, adhoc ut actus firmior evadat: quia in Viſitatione, Epiſcopus tanquam melius de Statu Eccleſiæ ſuæ informatus, præſumitur quod non niſi Canonum ſanctione ſervatâ procedat, *Pac. Jordan. elucubr. lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 2.

Litteræ proviſionalis, & teſtimonialis idoneitatis ad Ordines, pro Regularibus.

## FORMULA XV.

NOS infraſcripti pro examinandis Alumnis juxtà Ordinis Conſtitutiones deputati, cunctis ad quos ſpectat providere, per præſentes teſtamur, Clericum N. (bonæ frugis) in noſtra Religione profeſſum, & in Ordinibus N. exercitatum, coram nobis perſonaliter conſtitutum, & probè examinatum, fuiſſe ad Ordines Sacros idoneum, & habilem repertum: ipſumque propterea, ut ad Epiſcopum ſuum Ordinarium dimittatur pro illis ſuſcipiendis. dignum reputamus. In quorum &c. Datum &c.

N. N. Sac. Theologiæ profeſſor, & Ordinis Examinator.
N. N. Sac. Thelogiæ profeſſor, & Ordinis Examinator.

Litteræ proviſionalis, & teſtimonialis idoneitatis ad Confeſſiones Sacramentales audiendas pro Regularibus.

## FORMULA XVI.

EGO infraſcriptus Ordinis N. Magiſter, Sac. Theologiæ profeſſor ac Prior Provincialis Provinciæ N. elegi P. N. Sacerdotem in noſtra Religione profeſſum ad audiendas Confeſſiones Sacramentales, quem ſic electum tanquam ſufficientem, idoneum, vita probatum, diſcretum, modeſtum atque peritum, & ab Examinatoribus Ordinis ad id approbatum, præſento Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. Epiſcopo N. & humiliter peto, ut ad tam ſalubre miniſterium, & officium exequendum illum, & ipſe approbare dignetur; ad hoc ut in ſua Civitate, & Diœceſi, confeſſiones ſubditorum confiteri ſibi volentium audire, atque eiſdem pœnitentias.

tias ſalutares imponere, & abſolutionis beneficium impendere liberè valeat. In quorum omnium Teſtimonium præſentes dedi. Bononiæ hac die &c.

N. N. Provincialis.

Loco ✠ Sigilli.

*N. N. Secretarius.*

ADNOTATIO.

Regulares præſentati Epiſcopo Ordinario pro recipiendâ approbatione ad confeſſiones ſacramentales ſuſcipiendas, debent habere qualitates, quæ in Formulâ continentur, illaſque Superiores præſentantes exprimere, in teſtimonialibus, prout diſponitur *in Clem. Dudum §. Statuimus de Sepultur.* nè Epiſcopus de eorum idoneitate valeat dubitare, & liberius teſtimoniales, requiſita Clementinæ non exprimentes, rejicere.

Et hæc omnia ad ſupplementum primæ partis operis addita, lituræ Sanctæ Matris Eccleſiæ expreſsè ſubmitto, ad individuæ Trinitatis, glorioſiſſimæ Mariæ Virginis, & SS. Petri, & Pauli. & Franciſci laudem, & gloriam.

# APPENDIX DECISIONUM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.

## Alphabetico ordine digeſtus.

### B

*Barchinonen. Beneficii lunæ 20. Junii 1701. dec. 41.* Priolo.
*Barchinonen. Statuti lunæ 10. Martii 1704. dec. 51.* Priolo.
*Bononien. Parochialis lunæ 12. Januarii 1682. dec. 9.* Albergato.
*Burgen. juris deputandi Curatum lunæ 21. Februarii 1684. dec. 12.* Albergato.
*Burgen. juris inſtituendi, ſeù conferendi. Ven. 23. Junii 1690. dec. 22.* Molines.
*Burgen. Beneficii Ven. 15. Junii 1703 dec. 48.* Priolo:

### C

*Cæſaraguſtana juriſdictionis lunæ 10. Decembris 1691. dec. 23.* Emerix.
*Eadem Ven. 8. Febr. 1692. dec. 24.* Eodem.
*Eadem Ven. 3. Junii 1692. dec. 25.* Eodem.

### E

*Æsina Emphiteuſis Ven. 14. Martii 1692. dec. 26.* Cavallerino.

### F

*Firmana Juriſdictionis lunæ 10. Maii 1700. dec. 40.* Molines.

### G

*Gerunden. Capparum lunæ 27. Januarii 1698. dec. 37.* Pio.
*Gerunden. Eleemoſynæ panis lunæ 20. Martii 1702. dec. 44.* Priolo.
*Giennen. Adjuctorum lunæ 3. Februarii 1702. dec. 43.* Molines.

### H

*Hiſpalen. præcedentiæ Ven. 21. Apriis 1690. dec. 16.* Emerix.
*Eadem lunæ 29. Januarii 1691. dec. 17.* Eodem.
*Eadem Ven. 11. Januarii 1692. dec. 18.* Caprara.
*Eadem Ven. 16. Januarii 1693. dec. 19.* Emanuel.
*Eadem Ven. 26. Junii 1693. dec. 20.* Molines.
*Hiſpalen. Supellectilium lunæ 28. Novembr. 1701. dec. 42.* Priolo.
*Hortana Parochialis lunæ 4. Maii 1693. dec. 29.* Molines.

Iller-

# I

*ILlerden. ſeù Tarraconen. Beneficii Ven. 20.Februarii 1682.dec.10.* Matthejo.

# L

*LEgionen. Parochialis Ven. 27. Aprilis 1703. dec. 47.* Pio.

*Leodien. Parochialis Ven. 4. Julii 1692. dec. 27.* Pio.

*Eadem Ven. 6. Martii 1693. dec. 28.* Eodem.

*Leodien.Vicariæ Mercurii 10.Decembr. 1698. dec. 39.* dell'Olmo.

*Lunen. Sarzanen. Sponſalium lunæ 28. Junii 1694. dec. 31.* Pio.

# M

*MEdiolanen. jurium Parochialium Ven.3.Junii 1678.dec 5.* Matthæio.

*Mediolanen. Nullitatis Profeſſionis Ven. 3. Martii 1690. dec. 14.* Emerix.

*Eadem Merc. 5. Julii 1690. dec. 15.* Eodem.

# N

*NUllius, ſeù Senogallien. Bonorum lunæ 3.Junii 1695.dec. 34.* Muto.

*Nullius Tudelæ, ſeù Tiraſonen. Decimarum lunæ 1. Julii 1697. dec. 36.* Caprara.

# O

*OVeten. Parochialis lunæ 11. Maii 1681. dec. 8.* Albergato.

# R

*ROmana Pecuniaria Ven. 2. Decembris 1678. dec. 6.* V. Comite.

*Romana, Cappellaniæ Ven. 14. Junii 1680. dec. 7.* Eodem.

*Romana ſeù Florentina legator. Ven. 26. Junii 1682. dec. 11.* Emerix.

*Romana Quindenniorum Ven.3. Martii 1689. dec. 13.* Benincaſa.

*Romana Laudemii Ven. 16. Junii 1690. dec. 21.* Cavallerino.

*Romana Penſionis lunæ 15. Martii 1694. dec. 30.* Priolo.

*Romana, ſeù Senen. Dotium Ven. 22. Junii 1703. dec. 49.* Caprara.

*Eadem lunæ 7. Januarii 1704. dec. 50.* Eodem.

# T

*TArraconen. Inſignium lunæ 11. Decembr. 1702. dec. 46.* Muto.

*Turritana Eleemoſynarum, ſeù legatorum lunæ 10.Januarii 1695.dec.32.* Emerix.

*Eadem Ven. 6. Aprilis 1696. dec. 33.* Eodem.

# V

*VAlentina Juriſdictionis Ven. 14. Februarii 1698. dec. 38.* Priolo.

*Valven. Præminentiarum Merc. 20. Maii 1660. dec. 1.* Taja.

*Eadem Mercurii 15. Junii 1661. dec. 2.* Eodem.

*Eadem Ven. 18. Junii 1694. dec. 3.* Emerix.

*Eadem Ven. 11. Martii 1695. dec. 4.* Eodem.

*Vicen. Canonicatus Mercurii 6. Decembris 1702. dec.45.* Priolo.

*Urbanien. Archipresbyteratus Ven. 17. Maii 1697. dec. 35.* Anſaldo.

# APPENDIX DECISIONUM SELECTARUM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.

*Quæ per extenſum poſitæ ſunt ad comprobandum, & fulciendum plura, quæ toto in hoc Opere continentur.*

R. P. D. TAJA.

*Valven. Præeminentiarum*
Mercurii 5. *Maii* 1660.

## ARGUMENTUM.

Epiſcopus duarum Cathedralium æquè, & principaliter unitarum, poteſt unum tantum Vicarium Generalem pro utraque conſtituere, & carceratos Clericos unius Diœceſis ad carceres ubi reſidet tranſmittere valet.

## SUMMARIUM.

1. *Epiſcopus duarum Eccleſiarum æquè principaliter unitarum, unum tantum Vicarium Generalem tenetur habere.*
2. *Epiſcopus cogi non poteſt ad retinendum Vicarium Generalem.*
3. *Eccleſia Valven. an ſit dignior quam Sulmonen. non conſtat.*
4. *Epiſcopus duarum Eccleſiarum æquè, & principaliter unitarum, poteſt Clericos carceratos unius Diœceſis ad carceres ubi reſidet tranſmitti facere, quando locus non valdè diſtat, & cauſa non eſt modica.*

## DECISIO I.

EX Commiſſione in Signaturâ SS. D. N. ut Sac. Congregatio Concilii procederet cum voto Sac. Rotæ, propoſui dubium ſuper quinque de pluribus ejuſdem decretis die 13. Auguſti, & 4. Septembris 1650. inter Epiſcopum, & Capitulum controverſis, an, & quæ decreta ſint exequutioni demandanda, & non informante Epiſcopo, niſi ſuper duobus, viſum eſt DD. ipſa duæ non eſſe exequutioni demandanda.

*Die 11. Februarii 1696 propoſita hujuſmodi Cauſa in S. Congreg. Concil. fuit reſolutũ Decreta S.C. eſſe exequenda juxtà Votum Rotæ.*

Alterum fuit Epiſcopum pro cauſis Diœceſanorum Valven. deputare debere Vicarium Generalem in Diœceſi Valven.

1. Et viſum eſt executioni non demandandum, quia cum Valven. & Sulmonen. iſtæ duæ Eccleſiæ ſint inter ſe æquales, & utraque Cathedralis, ut dixit *Rota in Sulmonen. Statue Cathedratici* 18. *Maii* 1626. §. *Quibus non obſtat cor. Manzanedo*, quamvis cujuslibet jura integra re-

*Die 5. maii 1696. repropoſita Cauſa ſuper 3. Dubio S.Congr. reſpondit* :::

Poſſe tranſportari in carceres Sulmonen. manceant, reſpectu tamen Epiſcopi reputantur una Diœceſis, & poteſt in una reſidendo, explere factum alterius; atque ita videtur etiam poſſe in uno tantùm Epiſcopatu Vicarium conſtituere, ad quem accedere debeant Subditi utriuſque Diœceſis, ut poſt *Rebuff. Barboſ. de offic. & poteſtat. Epiſc. alleg.* 54. *ſub n.* 131. *Gratian diſcept.* 655. *n.* 44. *& ſeqq. poſt Rot. cor. Cavaler. dec.* 418. *n.* 2. *& ſeqq. & dec.* 537. *n.* 7. *&* 8. *tom.* 3. *par.* 4. *rec.*

2. Et multò magis poterit Epiſcopus tenere unum Vicarium, ubi voluerit, quia in facultate illius eſt, an velit, vel nolit eum retinere, cùm non poſſit cogi ad retinẽdum Vicarium, ut proſequitur *Gratian. d. diſceptat.* 655. *num.* 47. *cum alleg.*

3. Nec obſtare viſum eſt quod Eccleſia Valven. dicatur dignior quàm Sulmonen. quia quænam ſit dignior (multis hinc indè prolatis, & inter has ipſas Eccleſias, *Gratian. tota, & longa diſcept.* 893.) DD. non convenerunt, cum eſſent quibus dignior videretur Valven. & quibus neutra, & quibus nihil, non diſputatâ quæſtione, cùm ſit utraque Cathedralis, & æquè principaliter ſint unitæ, & utrobilibet reſideat Epiſcopus, & jàm dudũ in Sulmonen. & ex cõcordiâ approbatâ à S. Congr. Epiſcoporũ 1. Decembris 1628. in præcedentiis nõ habeatur reſpectus, cujus Eccleſiæ ſint Canonici, ſed antianitatis ordo obſervetur, ità quod antiquiores in receptione ſive in unâ, ſive in aliâ dictarum Eccleſiarum Canonici, alios recentiores Canonicos in publicis functionibus præcedant, omniſque prioritatis, & poſterioritatis contentio aboleatur, perindè, ac ſi unius, & ejuſdem Eccleſiæ Canonici exiſterent; Præpoſito tamen Eccleſiæ Valven. excepto, qui, etſi in receptione, recentior extiterit: aliis tamen Eccleſiarum prædictarum Canonicis in actibus præcedentibus præferatur &c. *in Summ. Epiſcopi n.* 2.

Alterum fuit Canonicos, & Clericos Diœceſis Valven. delinquentes ibi carcerari debere, non autem tranſportari ad Carceres Civitatis Sulmonæ.

Et pariter viſum eſt executioni non demandandum ex infraſcriptis.

Etſi enim uni ex DD. placeret admittendum hujuſmodi decretum Sacræ Congregationis, ut ex litteris huic Epiſcopo datis 17. Januarii 1604. videlicet, Cum Superioribus annis Capitulum, & Clerus Valven. ſæpiùs conqueſti eſſent apud Sac. Congregationem, quod etiamſi extarent Epiſcopales Carceres in Palatio Epiſcopali Valven. ubi Epiſcopi Vicarius morabatur, nihilominus Epiſcopus cum aliquis è Diœceſi Valven. in Carcerem erat coniiciendus, ad Civitatem Sulmonen. duci mandaret; in maximum reorum damnum, & incommodum, Sacra Congregatio ſic reſpondit Epiſcopo: Quandiù amplitudo tua Valven. & Sulmonen Eccleſiæ Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia præeſt, ipſam utriuſque Civitatem Diœceſanis æquè proſpicere decet, & propterea cùm aliquis ex dictis Valven. in carcerem fuit coniiciendus, non ad Sulmonen. Civitatem ducendus eſt, ſed carceribus Valven. Palatii Epiſcopalis, ubi amplitudo tua morabatur, mancipari debebit, nè accedat ſqualliori carceris, etiam itineris incommodum, ac rerum neceſſariarum defectus, quas ultrà propriam Patriam Conſaguinei reis ægrè ſuppeditant, id ſumma æquitas poſtulat, & ab amplitudine tua obſervari mandat, ut apud *Barboſ. jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 25. *&* 26. & breviùs *in collect. Doctor. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 6. *num.* 27. ad rationes in ipſis litteris expreſſas, & apud *Gratian. diſcept.* 892. *num.* 9. *& ſeqq.* & nè de Conſaguineis, & conterraneis transferantur ferè ad inimicos, & hoſtes, prout inter finitimos vetus, & antiqua ſimultas, immortale odium, & nunquam ſanabile vulnus perpetuis contentionibus inter has Diœceſes, & hos Diœceſanos.

4. Tamèn contrarium placuit aliis ad limites litterarios. Cùm amplitudo Epiſcopalis Valvæ moraretur, ut inquiunt litteræ, & confert *d. dec.* 537. *in fin.* aut Epiſcopi Vicarius, ut inquit *Barboſ.* quia cum ex deductis ipſæ duæ Eccleſiæ ſint inter ſe æquales, & utraque Cathedralis, ut ſuprà, non eſt viſa diſtantia coſiderabilis ad quinque paſſuum millia, & Rota intellexit aliter procedendum eſſe tantummodò, quandò locus valdè diſtat, & cauſa eſt modica, ut retulit *Barboſ. ad cap.* 7. *de offic. Ord. in* 6. *n.*6. *poſt. Rot. in Calciaten.* juriſdict. quæeſt *d. dec.* 537. & viſus eſt admittere etiam contrarius in ea cauſâ deciſâ *Gratian. d. diſcept.* 892. *n.* 8. 12. *& tota diſcept.*

Præſertim, dùm ex teſtimoniis Teſtium in hoc judicio examinatorum apparere viſum eſt in Diœceſi Valven. non eſſe carceres tutos.

Et ità utraque &c.

---

## EADEM CORAM EODEM.

*Mercurii* 15. *Junii* 1661.

### SUMMARIUM.

1. *Duæ Eccleſiæ Cathedrales æquè principaliter unitæ, licet utraque remaneat Cathedralis, tamen reſpectu Epiſcopi reputatur una Diœceſis.* 2. *No-*

2. *Nobilitas, & dignioritas differunt inter ſe.*
3. *Epiſcopus duarum Cathedralium, pœnas, & mulctas delinquentium applicare debet locis piis Diœceſis delicti.*

## DECISIO II.

1. IN Deciſis 5. Maii 1660. hodiè DD. ſteterunt, & præcipuè ratione, quod Eccl. Valven. & Sulmonen. ſunt inter ſe æquales, & utraque Eccleſia Cathedralis, ut dixit inter has Eccleſias *Rot. in Sulmonen. Status Cathedrat.* 18. *Maii* 1626. §. *Quibus non obſtat cor. Manzanedo cum aliis ibi allegatis.* Et quamvis cujuslibet jura integra remaneant, attamen reſpectu Epiſcopi reputantur una Diœceſis, & reſidendo in una, poteſt explere factum alterius, *Barboſ. de offic. & poteſtat. Epiſc. alleg.* 54. *n.* 131. *Grat. diſcept.* 655. *n.* 44. *Rota coram Cavaler. dec.* 418. *n.* 2. *& dec.* 537. *n.* 7. *&* 8. *tom.*3.*par.* 4.& noviſſimè *dec.*191.*n.*5.*&* 20.*par.*9.

2. Et quamvis multa hinc indè deducerentur ad effectum demonſtrandi qualis dictarum Eccleſiarum videretur eſſe major, & earum eſſet antiquior &c. DD.viſum eſt reiicere hanc contentionem, ut potè pertinentem ad aliam quæſtionem, quænam earum ſit nobilior, non verò ad quæſtionem præſentem quænàm ſit dignior, cum multum differant inter ſe ex *Tull. Verin.* 3. *apud Tiraquel. de Nobilit. cap.* 8. *ſub num.* 4. *&* 10. *& cap.* 20. *num.* 191. ſed inſupèr viſum eſt eiſdem non ſcalpere ampliùs hanc pruriginem, in quâ delectat, quicquid exaſperat, ſed mandare, ut præſentes Canonici ambarum Eccleſiarum, inhæreant veſtigiis ſuorum Prædeceſſorum, qui jàm ſuprà quatuor ſæcula anno nempè 1238. die 8. Martii ità ſanctè concordarunt: Nos ( inquiunt ipſæ Partes ) Præpoſitus Eccleſiæ Sancti Pelini, & Capitulum Sancti Pelini, & Sancti Pamphili conſiderantes, quod per diſcordias, & contentiones multiplices, quas Anteceſſores noſtri, & Nos à longis temporibus retroactis habuimus grandia animarum pericula, & rerum diſpendia nobis, & prædictis Eccleſiis provenierunt, habito inter nos communi tractatu, & utilitate communi dictarum Eccleſiarum, & ſpecialiter Eccleſiæ Sancti Pelini &c. de communi omnium voluntate, ut diximus ordinandum &c.Nos Præpoſitus,&Capitulũ S.Pelini recipimus in Fratres, & Socios noſtros in ipſâ Eccleſiâ S.Pelini Canonicos S.Pãphili,& Nos Canonici Sancti Pamphili è converſo recipimus in Fratres,&Socios Canonicos Sancti Pelini;Statuimus,& ordinamus præthereà,quod dictæ Eccleſię ſint una Eccleſia,in *Summ. Sulmonen. num.*6.

Et recentiùs prima Decembris 1628. in alia concordiâ approbatâ in Sac. Congregatione Epiſcoporum convenerunt, quod in præcedentiis non habeatur reſpectus, cujus Eccleſiæ ſint Canonici, ſed antianitatis ordo obſervetur, eſto quod antiquiores in receptione, ſivè in unâ, ſivè in aliâ dictarum Eccleſiarum Canonici, alios recentiores Canonicos in publicis functionibus in futurum faciendis præcedant, omniſque prioritatis, ac poſterioritatis contentio aboleatur, perindè ac ſi unius, & ejuſdem Eccleſiæ Canonici exiſterent, Præpoſito tamèn Eccleſiæ Valven. & ſucceſſoribus dignitatẽ obtinentibus exceptis,qui, etſi in receptione,recẽtior extiterit, aliis tamen dd.Eccleſiarum Canonicis in actis præcendentiæ præferatur &c.in Inſtrumento publico in *Summ.* Poſitionis Valven.5.Maii 1660.*n.*2.

3. Ex quibus DD. ſteterunt in deciſis non eſſe exequendum ſecundum Decretum in ordine, ideſt Epiſcopum pro Cauſis Diœceſanorum Valven. nec etiàm tertium, hoc eſt Canonicos, & Clericos Valven. ibidem carcerari debere,non autem tranſportari ad carceres Civitatis Sulmonæ, & ità utraque parte informante. Proclives tamen in exequutionẽ quinti, nempè Epiſcopum nominari alternatim, ſed tantùm Pontificalia prima debere exercere in Eccleſiâ Valven. & inſupèr in exequutionem octavi, Epiſcopum teneri mulctas, & pœnas delinquentium Diœceſis Valven. applicare piis locis ejuſdem Diœceſis, ad præſcriptum Sacri Concilii Tridentini *cap.* 3. *de Reformat. ſeſſ.* 25. ibi = *Locis piis ibi exiſtentibus.*

Et ità ſupèr his informantibus tantum Valven. cœtera Decreta, neutrâ Parte informante, non fuerunt examinata.

## EADEM CORAM R. P. D. EMERIX DECANO.

*Veneris* 18. *Junii* 1694.

### SUMMARIUM.

1. *Epiſcopus duarum Eccleſiarum unitarum unum tantum Vicarium Generalem pro utraque deputare poteſt.*
2. *Epiſcopus non cogitur habere Vicarium, ſed poteſt negocia explere per ſe ipſum.*
   *Secus de æquitate, & in Diœceſibus multum amplis, vel ubi adeſt Conſuetudo retinendi, ibi, & num. ſeqq. & in annot. num.* 1.
3. *Epiſcopus duarum Eccleſiarum poteſt Clericos carceratos in una Diœceſi, tranſmitti facere ad Tribunal, ubi Curia reſidet,*
   *Epiſcopus, poteſt in quacunque parte Diœceſis Tribunal erigere, ibi,*
4. *Epiſcopus duarum Eccleſiarum æquè principaliter unitarum poteſt Pontificalia ſuo arbitrio, prius in una, quam in altera exercere,*
5. *Nec tenetur deputare diſtinctos Examinato-*

*res Synodales, niſi deputari conſueverint.*
6. *Debet tamen pro unaquaque Cathedrali Canonicum Pœnitentiarium eligere.*
7. *Et pœnas, & mulctas delinquentium applicare locis piis Diœceſis delicti.*

## DECISIO III.

VEtuſtiſſima unio duorum Epiſcopatuum Valven. & Sulmonen. retroactis temporibus acerrimarum litium inter utrumque Capitulum Mater, & Auctrix anno 1650. novas peperit controverſias inter Capitulum Valven. & Epiſcopum, ſuper quibus propoſitis octo dubiis in Sac. Congregatione Concilii, videlicet, Primò: An Epiſcopus pro medietate anni teneatur reſidere in Terra Pentimæ, ubi extat Eccleſia Cathedralis Valven. cum Domo Epiſcopali aliqualitèr diſtante ab Eccleſiâ? Secundò: An Epiſcopus prò Cauſis Diœceſanorum Valven. deputare debeat Vicarium Generalem in Diœceſi Valven.? Tertiò: An Canonici, & Clerici Diœceſis Valven. delinquentes, debeant ibidem carcerari, & non tranſportari ad carceres Sulmonen.? Quartò: An Epiſcopus, qui priùs tenetur accedere ad Eccleſiam Valven. teneatur ibidem Pontificalia exercere? Quintò: An functiones Pontificales debeant alternatim peragi in dictis duabus Eccleſiis Cathedralibus, & an priùs in Eccleſiâ Valven. uti antiquiori? Sextò: An Epiſcopus teneatur in dictâ Eccleſiâ Cathedrali Valven. erigere præbendam Pœnitentiariam? Septimò: An in Civitate, vel Diœceſi Valven. ſint deputandi Examinatores Synodales diſtinctè ab illis, qui deputantur in Civitate, & Diœceſi Sulmonen.? Octavò: An idem Epiſcopus teneatur mulctas, & pœnas delinquentium Diœceſis Valven. applicare piis locis, & reſtaurationi Eccleſiarum ejuſdem Diœceſis. Prodierunt ab ipſa, Decreta tenoris ſequentis. Ad primùm; ſufficere, ut Epiſcopus in altera parte alterutrius ex Diœceſibus reſideat, dùm tamen in aliqua ex Eccleſiis ſuis reſideat, temporibus à Sacro Concilio præſcriptis *cap. 1. verſ. eoſdem ſeſſ. 23.* Ad ſecundum: Epiſcopum pro cauſis Diœceſanorum Valven. deputare debere Vicarium Generalem in Diœceſi Valven. Ad tertiùm: Canonicos, & Clericos Diœceſis Valven. ibidem delinquentes, ibidem carcerari debere, non autem tranſportari ad Carceres Civitatis Sulmonæ: Ad quartùm: non teneri in actu primi acceſſus. Ad quintùm: non teneri alternatim, ſed tantùm prima Pontificalia exercere debere in Eccleſiâ Valven. tanquàm digniori. Ad ſextùm: Epiſcopum teneri erigere præbendam Pœnitentiariam juxtà Decretum Conſiſtoriale. Ad ſeptimùm: deputandos eſſe Examinatores Synodales in Diœceſi Valven. diſtinctè ab Examinatoribus, qui in Civitate, & Diœceſi Sulmonen. deputantur. Ad octavùm: teneri mulctas, & pœnas delinquentium Civitatis, & Diœceſis Valven. applicare piis lociis ejuſdem Civitatis, & Diœceſis. Suſpensâ autem per Signaturam Sanctiſſimi exequùtione hujuſmodi Decretorum, & remiſſa Cauſa ad eamdem Sacram Congregationem cùm ordine procedendi cum voto noſtri Auditorii, datum fuit in Rotâ dubium per bo: mem: Cardinalem Taya: An, & quæ Decreta ſint exequenda, & informante Epiſcopo ſuper ſolis ſecundò, & tertiò, pro eorum dumtaxat non exequutione reſponſum fuit per geminas Deciſiones editas 5. Maii 1660. & 5. Junii 1661. impreſſas inter *Recent. deciſ. 215. & 346. par. 13.* Cauſaquè deinceps ſiluit ad hæc uſque tempora, quibus ego ad inſtantiam Capituli in Cauſâ ſubrogatus, ſubſcripſi dubium totius primordialis diſputationis Cauſæ reintegrativum, an ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis coram bo: mem: Cardinali Taya, & an, & quæ Decreta ſint exequenda. Eoquè hodiè propoſito, Domini poſthabito primò, & quartò, in quibus Capitulum manus dedit, cenſuerunt ſtandum in deciſis, & Decreta non eſſe exequenda præter ſextùm, & octavùm.

1. Incipiendo ſiquidem à deciſis, viſum non fuit exequendum ſecundum, quoniam Epiſcopus duarum Eccleſiarum unitarum, poteſt unum tantùm deputare Vicarium Generalem, ad quem accedant ſubditi ambarum Diœceſum, ut tradit *Card. in Clement. 2. q. 2. de reſcript. Sbrozz. de Offic. Vicar. lib. 1. par. 1. §. 2. ſect. 2. ſubſect. 5. num. 5. Melphiten. ad Gratian. diſcept. 655. num. 4. Card. de Luca de juriſd. diſc. 22. num. 10. & de præeminen. diſc. 7. n. 21. Poſth. de manut. obſervat. 53. num. 9. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. allegat. 54. n. 129. & ſeqq. Frances de Eccleſ. Cathedralib. cap. 8. num. 378. & 384. Rota deciſ. 418. num. 3. coram Cavaler. & deciſ. 2138. num. 12. & ſeqq. & ſignanter num. 16. coram Coccino.* Et ratio eſt, quia licet duæ ſint materiales Eccleſiæ, formalitèr tamen ratione unionis habentur prò unicâ *cap. primò nè ſed. vacant. cap. ſicut unire de exceſſib. Præl. Innocent. in cap. novit. in fin. de offic. leg. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſs. 5. §. 7. num. 29. Rota deciſ. 477. num. 2. coram Remboldo.*

2. Imò quod plus eſt, poteſt etiam nullùm habere Vicarium, & negocia explere per ſemetipſum, *ut in dicta deciſ. 418. num. 10. coram Cavaler.* Nec obſtant auctoritates firmantes, quod Epiſcopus duarum Eccleſiarum tenetur reſidere in digniori, & in alterâ deputare Vicarium Generalem, quia vel procedunt in duabus Eccleſiis ſeparatis ex diſpenſatione Apoſtolicâ exiſtentibus ſub gubernio unius Epiſcopi, vel declarat, *Rota dict. deciſ. 418. num. 11. verſ. denique coram Cavaler.*

vel

vel de æquitate in Diœceſibus multum amplis *Gemin. in cap. non poteſt §. illud autem n. 11. de præbend. in 6. Rot. dec.477.n.5.cor.Remboldo*, cujuſmodi non eſt Eccleſia Valven. ab Epiſcopali reſidentiâ diſtans per ſpatium quinque milliarium.

3. Et ex his ſuccedit reſolutio Tertii pro non exequutione, quia cùm agatur de duabus Eccleſiis unitis, quæ reſpectu Epiſcopi habentur pro unicâ, non ſunt delinquentes Canonici, aut Clerici Diœceſis Valven. conjiciendi in ipſis Diœceſis Carceribus, ſed tranſportandi ad Civitatem Sulmonæ, in qua cum Curiâ reſidet Epiſcopus, ut per *Merol. Theolog. moral. par. 3. diſput. 7. cap. 6. dub. 9. num. 81. Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 22. n. 9. & 10. de Præeminet. diſcurſ. 7. num. 21. & in adnot. ad Concil. diſc. 4. num. 5. & 6.* poteſt enim Epiſcopus in quacunque parte ſuæ Diœceſis Tribunal erigere, & ſubditorum Cauſas cognoſcere *cap. cùm Epiſcopus, ibique Doctores de offic. Ordin. in 6. Mandoſ. conſ. 27. num. 7. Bertachin. de Epiſcop. par. 5. lib. 4. quæſt. 38. n. 6.* nec ſic per indirectum cogi debent alibi, quàm in loco ſuæ reſidentiæ vel conſueto, Vicarium retinere, vel mittere contra mentem *Sac. Concil. Trid. ſeſs. 25. de reform. cap. 6.* ibi = *In ejus domo, aut conſueto Tribunali procedere teneatur, nec applicantur auctoritates, & decreta Sac. Congregationis Concilii in contrarium allata, quia intelligenda, ac recipienda ſunt, prout etiam pleraque loquuntur in caſu, quo ſubſit conſuetudo retinendi diſtinctum Tribunal, ac Vicarium, in utraque Diœceſi, aut maxima ſit inter unam, & alteram diſtantia locorum.*

4. Tranſcundo autem ad alia viſum fuit non exequendum quintum, quia (quidquid ſit, an quando agitur de duabus Eccleſiis, æquè principaliter unitis, prout æquè principalitèr unitæ præſumi debent Eccleſiæ Valven. & Sulmonen. dum earum unionis litteræ non habentur *Rota deciſ. 2138. num. 6. coram Coccino*, arbitrium ſit Epiſcopi priùs in una, quam in altera Pontificalia exercere, etiamſi aliàs altera earum ſit dignior, ut affirmare videtur *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 8. num. 394.*) non ſatis conſtat de hujuſmodi dignioritate Eccleſiæ Valven. non enim illa dimetiri valet ex antiquioritate conſtructionis, quia præcellentior militat antiquioritas favore Eccleſiæ Sulmonen. ſub limationis, ſcilicet in Cathedralem; nàm uſque de anno 499. mentio fit illius Epiſcopi in Concilio celebrato ſub Simmacho Papa, ut refert *Gratian. diſcept. 893. num. 1. Rot. in Sulmonen. Status Cathedratici coram Manzanedo inter illius impreſſas 865. num. 5.* dum vice verſa Epiſcopatus Valven. memoria non extat, niſi de anno circitèr 700. prout non obſtant Bullæ Summorum Pontificum Eccleſiam S. Pamphili de Sulmonâ recenſentes inter pertinentias Epiſcopatus Valven. quia vel confunduntur ab aliis anterioribus præſupponentibus Cathedralitatem Sulmonen. vel intelligi poſſunt de aliâ Eccleſiâ ejuſdem denominationis, ut reſponſum fuit *in dicta Sulmonen. Status Cathedratici coram Manzanedo num. 15.* nec denique turbant proviſiones conſiſtoriales, cum prænominatione, ſeù ſimplici nominatione Eccleſiæ Valven. peculiare Decretum Sac. Congregationis Concilii, quod per Epiſcopos noviter proviſos, priùs acceſſus fieret ad eamdem Eccleſiam Valven. nec non alia Decreta præcedentiæ favore ipſius prolata, quoniam proviſiones conſiſtoriales, ac Decretum ſuper primo acceſſu, provenire forſan valuerunt ex eo, quod tunc apud ipſammet, Eccleſiam Valven. reſidere conſueverant Epiſcopi, ut patet ex antiquis poſitionibus datis *in Summar. Capituli num. 19.* & Decretis præcedentiæ derogatum fuit per ſucceſſivam concordiam anni 1628 præcedentiam ſtatuente ſecundum ordinem antianitatis, cujuſque Canonici.

5. Nec ſimili modo viſum fuit exequendum ſeptimum, quia non tenetur Epiſcopus pro duabus Eccleſiis unitis deputare diſtinctos Examinatores Synodales, ut tradit *Card. de Luca de Juriſdict. diſcurſ. 56. num. 6.* ſicut non tenetur celebrare diſtinctam Synodum *Frances de Eccleſ. Cath. cap. 8. n. 370.* ex ſæpè dicta ratione, quod reſpectu Epiſcopi duæ Eccleſiæ unitæ habentur pro una, præſertim ſtante conſuetudine deputandi unicos Examinatores pro utraque Diœceſi, quæ optima dicitur Juris interpres *Text. in cap. cùm dilectus de conſuetud. & in l. ſi de interpretatione ff. de legib.* & contraria procedunt, ubi pro ſingulis Diœceſibus deputari conſueverunt ſinguli Examinatores, vel de facto deputati fuerunt, adeò ut in his terminis non ſubſtineatur concurſus ad Eccleſiã unius coram Examinatoribus alterius, ut per *Rot. dec. 2138. cor. Coccin. num. 6* Per oppoſitum verò exequendum viſum fuit 6. & 8. nàm quoad 6. clara, & literalis eſt diſpoſitio *Conc. Trid. ſeſs. 24. de reform. cap. 8.* necnon Decretum Conſiſtoriale in ſequelam ejus emanatum, quod in omnibus Cathedralibus Eccleſiis inſtituatur ab Epiſcopo Pœnitentiarius aliquis cum unione Præbendæ proximè vacaturæ, qui pœnitentes audiat, & Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtret, ut notat *Barboſ. ad idem Concil. ubi ſupra, & de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 55. num. 1. & 2.* nec officit, quod in Diœceſi Valvenſi, vel de gremio Capituli non abſit Doctor, aut licentiatus in Sacrâ Theologiâ, vel Jure Canonico, quia ſatis eſt, quod inſtituatur, qui aptior pro loci qualitate reperitur, ex præſcripto ejuſdem Concilii loco mox allegato ibi = *Sed aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperiatur.*

7. Et quoad octavum tenetur Epiſcopus mulctas, & pœnas delinquentium Diœceſis Valven. applicare locis Piis ejuſdem Diœceſis ex

ſis ex cenſurâ *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 3. ibi = *Quæ locis piis ibi exiſtentibus eo ipſo, quod exactæ fuerint, aſſignentur*, ut advertit ibi *Barboſ. num.* 26. dicens, quod in pari neceſſitate meliùs eſt ſubvenire pauperibus loci, in quo habitat Clericus condemnatus, nec averſantur auctoritates circà applicationem hujuſmodi, tribuentes arbitrium Epiſcopo, quia arbitrium intelligi debet intra perſonas, & locum habitationis delinquentis.

Et ita utraque Parte informante, ac omnibus Dominis ſuffragantibus deciſum fuit.

---

## EADEM CORAM EODEM.

*Veneris* 11. *Martii* 1695.

### SUMMARIUM.

1. *Duæ Eccleſiæ Cathedrales æquè principaliter unitæ retinent ſuas præeminentiales, & privilegia; ſed reſpectu Epiſcopi reputantur pro unica.*

   *Et idem unum tantum Vicarium Generalem deputat pro ambabus Diœceſibus, ibi.*
2. *Epiſcopus non cogitur Vicarium habere.*
3. *In actibus facultativis, ut eſt deputatio Vicarii Generalis non datur conſuetudo neque præſcriptio.*
4. *Epiſcopus duarum Eccleſiarum poteſt tranſmitti facere carceratos ad locum ubi reſidet.*
5. *Et Pontificalia exercere in una, vel in altera, prout ſibi placet.*
6. *Nec diſtinctos Examinatores Synodales deputare tenetur.*

### DECISIO IV.

Ex octo decretis à Sacrâ Congregatione Concilii æditis ſuper totidem dubiis, ſeù controverſiis exortis inter Epiſcopum Valven. & Capitulum, quorum exequutio per Signaturam Sanctiſſimi ſuſpenſa, & ad eamdem Sacram Congregationem remiſſa fuit cum voto noſtri Auditorii, reſponſum fuit die 5. Maii 1660. & 15. Junii 1661. corã b. m. Cardinali Taya, exequendum non eſſe ſecundum, & tertium, ac in novâ totius cauſæ diſcuſſione poſt ſilentium tot annorum, habitâ, die 18. Junii anni præteriti coram me, ſuffecto in locum dictæ bo. mem. Cardinalis Taya, omiſſo examine primi, & quarti, in quibus Capitulum manus dedit, quoad ſecundum, & tertium dictum fuit ſtandum in deciſis, & quoad alia præter ſextum, & octavum, non eſſe exequenda; nunc autem deciſione hujuſmodi ad trutinam revocatâ, in omnibus viſum fuit ſtandum in deciſis, quoniam exquutioni ſexti, & octavi jam Epiſcopus acquieſcit; prò non exequutione autem aliorum ſubſiſtunt fundamenta deducta in deciſione.

1. Quo enim ad ſecundum certum eſt., quod duæ Eccleſiæ vigore unionis etiam æquè principalis, exiſtentes ſub uno Epiſcopo (quidquid ſit reſpectu ipſarum Eccleſiarum, quæ conſervant ſingulæ ſuam eſſentiam, præeminentias, ac privilegia ſecundùm auctoritates in contrarium allegatas) reſpectu Epiſcopi habentur pro unica *cap.* 1. *ne ſed. vacant. cap. ſicut unire de exceſſib. Prælat. Rota in Ampurien. ſeù Civitaten. unionis* 10. *Junii* 1686. §. *Quoniam verſic. quoad Epiſcopum* coram Reverendiſs. D. meo Archiepiſcopo Mediolanen. & ideò ſufficit, quod Epiſcopus unum tantum Vicarium Generalem deputet pro ambabus Diœceſibus, ut præter vetuſtiores auctoritates in deciſ. relatas ex modernioribus tradunt *Peregrin. in prax. Vicar. part.* 1. *ſect.* 2. *ſubſect.* 5. *num.* 5. *Merol. in Theolog. moral. par.* 3. *diſput.* 7. *cap.* 6. *dub.* 9. *num.* 73. *Ventrigl. par.* 2. *in prax. Eccleſ. annot.* 14. §. 1. *num.* 4.

2. Idque procedit, nedùm quando Epiſcopus reſidet in Diœceſi, verum etiam, quando abeſſe cogitur ab illâ; nàm in utroque caſu militat eadem ratio unicitatis Eccleſiarum, ſeù Diœceſum, quoad ſemetipſum; Imò ſicut ubi reſidet, nec arctatur ullum retinere Vicarium Generalem, ſed poteſt per ſe ſolum cauſas cognoſcere, cæteraque explere negocia ſuæ Diœceſis, ut dixit *Rota deciſ.* 418. *ſub num.* 10. *coram Cavaler.* ita etiam abiens unum duntaxat Vicarium Generalem relinquere valet, qui vices ſuppleat ſui ipſius.

3. Nec ſubſiſtit peculiaris conſuetudo Epiſcoporum Valven. ſeù Sulmonen. retinendi duos Vicarios Generales in utraque Diœceſi ex *Ughell. in Ital. Sac. tom.* 1. *fol.* 250. *tit. Valven. & Sulmonen. Epiſcopi*, quia hic non loquitur nominatim de Vicario Generali, ſed de Vicario Viceſgerente, & ſic etiam intelligi valet de Vicario Foraneo. Ultrà quod quatenus etiam conſtaret quandoque Epiſcopus prò unaquaque Diœceſi deputaſſe Vicarium Generalem, ex deputationibus hiſce, tanquam merè facultativis, nulla adverſus ipſos allegabilis eſt conſuetudo, ſive præſcriptio, ut per *Rotam deciſ.* 306. *num.* 3. *coram Caputaquen. & deciſ.* 418. *num.* 9. *coram Cavaler.*

Proùt nec regit aſſumptum dignioritatis Eccleſiæ Valven. ob quam incongruum dicitur, teneri ſubditos Eccleſiæ Valven. ad Sulmonen. accedere prò complemento juſtitiæ, & ſic quodammodò ſubjici Eccleſiæ minùs dignæ, quia vel de dignioritate Eccleſiæ Valven. non ſatis coſtat, ut in Deciſione firmatum fuit, vel ſi quæ forſan antiquitùs dignioritas conſiderari valuiſſet in Eccleſiâ Valven. obliterata certè, ſeù abrogata remanſit recentioribus ſæculis, ut patet tùm ex concordiâ inter utramque Eccleſiam

cleſiam inita anno 1628. per quam ſtatutum fuit, præcedentiam inter utriuſque Eccleſiæ Canonicos dimetiendam ſecundum ordinem antianitatis uniuſcujuſque Canonici, non obſtante replicatione, quod concordia tangat ſolum inceſſum in Proceſſionibus, aliiſque ſimilibus functionibus, cæteraque illæſa relinquat; quia hoc ipſum comprobat,quod non erat in aliis undique certa, & irrefragabilis dignioritas Eccleſiæ Valven. quoniam alias in reliquis præcedentia ipſi poſitivè tributa fuiſſet: nec ſimiliter refragante, quod in eadem concordiâ præcedentia detur Præpoſito Valven. ſuprà Canonicos Sulmonen. quia id fieri potuit ratione dignitatis Præpoſituralis; Tùm etiam ex traditis per *Vghell. loc. ſupra cit.* ubi ſignanter refert, quod *quidquid* ſit (ut ſunt ejus præciſa verba) *de præteritis temporibus hoc noſtro Sæculo* à Sulmonen. tanquàm à digniori Valven. dignitas denominatur.

4. His firmatis reſpectu ſecundi plana res fit quoad tertium, quod nempè non debent delinquentes Clerici Diœceſis Valven in ejuſdem Diœceſis carceres detrudi, ſed tranſportari ad carceres Civitatis Sulmonen. in qua reſidet Epiſcopus ex auchoritatibus adductis in deciſ. quibus non officit *Text. in cap. ſtatutum* §. *Cum verò de reſcript. in* 6. quia loquitur de duabus Eccleſiis, ſeù Diœceſibus inter ſe diſtinctis, non autem de duabus(ut hic) per unionem effectis unica.

5. Prout quoque plana fit quoad quintum, quod Epiſcopus non tenetur prima Pontificialia exercere in Eccleſiâ Cathedrali Valven. quia agitur de duabus Eccleſiis æquè principaliter unitis, prout ultrà præſumptionem Juris ſtantem prò unione æquè principalitèr facta, ut in *deciſ.* 2138. *num.* 6. *coram Coccino* adeſt ejus actualis agnitio, ſeù Canonizatio in Brevi ſuper confirmatione concordiæ, de qua ſupra ædito à ſan. mem. Urbano VIII. quo, ſtante in arbitrio reſidet Epiſcopi in una vel altera prima Pontificalia exercere, nec regere valet dignioritas Eccleſiæ Valven. quæ ex præfatis ſublata fuit nec conſuetudo Epiſcopi, quæ non probatur; nec probata relevaret, tanquam de re ipſiuſmet Epiſcopi merè facultativa.

6. Et denique plana fit quoad ſeptimum, quod cogi nequit Epiſcopus diſtinctos deputare ExaminatoresSynodales pro utraque Diœceſi, prout cogi non valet habere diſtinctam Synodum, ut tradit *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.* 8. *num.* 370. ex ſæpe dicta ratione unicitatis Eccleſiarum, ſeù Diœceſum reſpectu Epiſcopi;

Et ità deciſum fuit utraque &c.

Rota eſt in voto Epiſcopum non teneri, & reſpectivè teneri ad petita per Capitulum Valven. prout in ſupraſcriptis Deciſionibus per rationes in eiſdem latiùs deductas.

I. Emerix Sac. Rotæ Decano.

## ADNOTATIO

1. Notandum hic eſt, quod licet Epiſcopus duarum Eccleſiarum, æquè principalitèr, ſeù acceſſoriè unitarum, unum tantum Vicarium Generalem regularitèr retinere teneatur, ut firmant Deciſiones mox relatæ: tamen ſi una ab altera notabiliter diſtet, Vicarium Generalem in Diœceſi in qua non reſidet, deputare debet, ut reſpondit Sac. Congregat. Concil. *in Geruntinen. & Cariaten.* 2. *Octobris* 1706. ad quintum, in qua diſtantia triginta milliarium notabilis ad hunc effectum reputata fuit, & admittit quoque tertia Deciſio ſupra adducta *in* §. *imò*, quod plus eſt, & favet *Frances de Eccleſ. Cathed. cap.* 8. *n.* 380. *& ſeqq*

---

# R. P. D. MATTHEIO.

*Mediolanen. jurium Paroch.*
*Veneris* 3. *Junii* 1673.

## ARGUMENTUM.

Cura Animarum unius Eccleſiæ Parochialis, poteſt eſſe penes plures ſi ſunt in titulum inſtituti, qui conſtituant unum Collegium non minus tribus, & habeant commune gubernium.

## SUMMARIUM.

1. *Parochi in adminiſtratione Sacramentorum, in exactione oblationum, & funeralium intra fines Parochiæ habent juris aſſiſtentiam.*
2. *In jure non repugnat, quod duo, vel plures non poſſint eſſe inſolidum Curati.*
3. *Plures unius Eccleſiæ Curati, licet non ſint ſponſi, tamen Sponſum nempè Parochum repræſentant.*
4. *Plures Eccleſiæ Curati proviſi in titulum, ſi non ſinguli actu, ſaltem habitu Rectores denominantur.*
5. *Plures Curati unius Eccleſiæ Parochalis quando & quomodo dicantur conſtituere Collegium oſtenditur, & n.* 6. 7. 8. *&* 9.
10. *Vicario Eccleſiæ Parochialis perpetuo, competit jus privativum quoad curam animarum, etiam quoad illum,cui adhæret Cura radicalis. Vicarius perpetuus habet Curæ exercitium auctoritate juris, ibi.*
11. *Clauſula,*ut prius,*operatur ut nulla inducta dicatur novatio,nec facta mutatio& n.*12.*&*13.
14. *Eccleſia Parochialis poteſt erigi in Collegiatam, & Cura remanere penes eum, qui illam antea habebat.*
15. *Executor litterarum Apoſtolicarum, non poteſt immutare, ſeù pervertere formam ſibi præſcriptam, & ſub certis modis limitatam, non obſtante Rectoris Eccleſiæ conſenſu, & n.* 16.

17. Bene-

17. *Beneficium liberum, non poteſt redigi in ſervitutem.*
18. *Una Eccleſia poteſt ſubeſſe pluribus independenter diverſis reſpectibus.*

## DECISIO V.

AB hoc Sac. Rotæ Auditorio poſtquàm per biennium Sacri Palatii Præfectura vacare me impulit, cum exardeſcenti cupiditate continuò æſtuarem ſub hujuſmodi aureo pondere, in quo verè virtus reperitur dorſum meum incurvare, & ad hoc aviditas à meis Condominis diſcendi aſſiduis ſtimulis animum meum excitaret, tandem ſtudiis Rotalibus, & Sac. Palatii negotiis inſimul incumbere, genio meo indulgendo, cauſam pro primâ vice propoſui aliàs agitatam cor. bo. me. Dunozetto inter Curatos Portionarios, & Præpoſitum, & Canonicos Eccl. S. Babylæ, cujus facti ſeriès ità ſe habet.

Erant conſumptis ſæculis quatuor Curati Portionarii in Eccl. Paroch. S. Babylæ, quibus innixum erat onus, eam regendi, & gubernandi, & ſequuto obitu unius, tempore quo Divus Carolus ſuam vitam ſanctitate, & miraculis illuſtrabat, de anno 1580. hanc eamdem portionem cum aliis tribus incorporavit, illaſq. ad invicem confudit, itaut imposterum tres ſolummodò remanere, & in Eccleſiæ ejuſdem gubernio præeſſe deberent, retentâ pro indiviſo poſſeſſione omnium bonorum, & jurium Parochialium, ut in ſummario præteritæ poſitionis 14. Martii 1678. num. 1. Qui ſupponendo eorum voluntates hujuſmodi incorporationi, conſtituerunt Syndicum, & Procuratorem, ut ea, quæ facta erant communia, communi nomine exigerentur, & agitarentur, ad hoc, ut Eccleſia utiliùs regi, & gubernari poſſet, ut in eodem ſummario num. 2.

Poſt nonnullos annos, nempè de Anno 1587. q. Hjeronyma Mazenta in Tabulis Teſtamentariis hærede univerſali ſcriptâ eadem Eccl. S. Babylæ ſivè ejus Rectoribus præſentibus, & pro tempore exiſtentibus, eiſdem onus injunxit, ut in dictâ Eccleſiâ erigeretur Præpoſitura cum octo Canonicis, & iſti quotidie horas Canonicas canere in dictâ Eccleſiâ, tenerentur. Et unum ex illis in Præpoſitum, alioſq. duos in Canonicos nominavit, adiectâ lege, quod Juſpatronatus dicti Præpoſiti, & quatuor Canonicorum laicis conſervaretur, ut in eodem ſummario num. 3.

Juxtà autem formam diſpoſitionis Teſtamentariæ ejuſdem Hjeronymæ Archiepiſcopus Mediolanenſis executioni demandando facultates ſibi elargitas à fel. rec. Papa Sixto V. in Bullâ æditâ 5. Kal. Junii 1588. eandem Eccleſiam in Collegiatam erexit, & Præpoſitum & octo Canonicos de Jurepatronatus inſtituit & juxtà præceptum ſibi in eadem Bullâ injunctum, omnia jura eiſdem Parochis competentia intacta, illæſa, integra, unità, & annexa, tam circà curam animarum, quàm circà alia præſervavit, ut in eodem ſummario num. 4. & 5.

Verùm cum poſteà Archiepiſcopus decreverit, *quod impoſterum Dominium Eccleſiæ, & omnes ſuppellectiles eſſe deberent penes Præpoſitum, & Canonicos*, & alia quamplurima firmaverit, quæ jurgia, & contentiones inter eoſdem Curatos Portionarios, & Præpoſitum, & Canonicos excitaverunt, itaut de anno 1614. rumor illarum in Rotâ ſtrepuerit, & ab eadem de anno 1615. capta fuit reſolutio coram bo. me. Dunozetto ad favorem ejuſdem Præpoſiti, & Canonicorum.

Pendente adhuc lite in Rotâ cum variæ emanaverint hinc inde Decreta in partibus, variæq. innovationes accumulatæ fuerint, Signatura ſub die 20. Maii 1677. reſcripſit: *Circumſcriptis omnibus geſtis in partibus poſt pendentium litis in Rota, omnia ad Rotam*. Et propoſito dubio à R. P. D. meo Calataju ſub die decima quarta Martii 1678. An Parochis Portionariis S. Babylæ danda ſit manutentio in poſſeſſione totius, & omnimodæ curæ Animarum, & omnium jurium, & functionum Parochialium privativè quoad Capitulum, nulla capta fuit reſolutio, ex quo placuit DD. reſpondere, *quod videretur de bono jure, etiam ad effectum manutentionis, & revideretur deciſio coram Dunozetto*. Quo dubio poſteà per me propoſito, & in loco ejuſdem ſubrogato DD. dixerunt. *Conſtare de bono jure Curatorum etiam ad effectum manutentionis, & declarandam eſſe deciſionem Dunozetti, ut infra*.

1. Præclarum, & irrefragabile eſſe videtur motivum, ſuper quo fundatur reſolutio, deſumptum ex juris aſſiſtentiâ, quam habent Curati Portionarii in adminiſtratione Sacramentorum, in exercitio omnium Actuum, & Jurium Parochialium, in exactione oblationum, ac Funeralium, tàm in Eccleſiâ Parochiali, quàm intrà fines totius Parochiæ privativè quoad omnes. *cap. dilectus de Cappell. Monac. cap. fraternitatem de Sepultur. Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 95. num. 12. & ſeqq. Barboſ. de Paroch. par. 1. cap. 12. num. 1. & par. 3. cap. 26. num. 66. Cavaler. deciſ. 101. num. 1. & coram Zarat. deciſ. 45. num. 1. & deciſ. 124. num. 1. deciſ. 214. num. 6. par. 12. rec.*

2. Tantoq. juris fomento aſſiſtit inevitabilis illa conſideratio, quod tàm antè, quàm poſt erectionem Collegiatæ, Cura Animarum penes eoſdem Portionarios privativè quoad omnes alios continuò extitit. Et hanc veritatem cum diſcernerent clariori lumine DD. in hac novâ reviſione, in hanc ſententiam convenerunt, quod deciſio ædita coram bo. me. Dunozetto ſub die 25. Maii 1615. eſſet declaranda in ea parte, in qua firmatum fuit, eoſdem Curatos Portionarios eſſe incapaces

paces ad Curam Animarum, ex quo iſta nequeat eſſe penes plures Curatos, cum monſtruoſum ſit, unam Eccleſiam eſſe pluribus ſponſis deſtinatam; quod cum corruat ex circumſtantiis novitèr in informationibus in facto examinatis, ut inferiùs demonſtrabo, ceſſat etiam fundamentum, in quo deciſio Dunozetti nititur; Cum verè, & realiter iſti ſint Curati, & ad eos ſpectet totale, & integrum Curæ Animarum miniſterium cum juribus, & emolumentis Parochialibus; Quia juri non repugnat, quod duo vel plures non poſſint eſſe inſolidum Curati *in cap. non ignores Joan. And. ſub n. 2. verſ. ſed contra de præbend. & dignit. Hoſtienſ. ibi n. 60. Butr. pariter n. 6. Mil. in Repert. in verb. Eccl.*

3. Penes quos propriè, verè, & realiter dicitur reſidere omnimoda cura actualis, & habitualis, pro quâ habendâ, non eſt neceſſaria formalitas ſponſi, ſed ſufficit titulus perpetuus abſq; dependentiâ ab alio Parocho; hoc enim caſu iſti plures, licet non ſint ſponſi, tamen rapreſentant ſponſum, nempè Parochum, & de cœtero verè habent Curam ipſam omnimodam, *Innoc. in cap. cum non ignores, num. 1. de præben. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 20. à num. 142. ad 145.*

4. Dùm enim in hujuſmodi Eccleſiâ Parochiali iſti tres Portionarii ſunt coæquales, & proviſi in titulum perpetuum, per concurſum ad inſtar Parochorum, quamvis ſinguli dici non poſſint Rectores actu, negari non debet, quod habitu tales denominari non poſſint, & in ipſis, tanquam in uno corpore conſervatur unicitas. *Lotter. de re benefic. eod. lib. 1. quæſt. 20. num. 198. in fin.*

5. Militante autem hujuſmodi juris aſſiſtentiâ ad favorem eorundem Portionariorum in exercitio functionum, & jurium omnium Parochialium, Præpoſitus, & Canonici conqueri nequeunt, quod Sac. Pagina, & Conſtitutiones fuerint neglectæ, mandantes conjugium ſpirituale eſſe regulandum cum carnali, quod ſicut iſtud plurimùm uno eodemque tempore virorum Conſortium abhorret, ità uno ſolo ſponſo illud contentum eſſe debet juxtà *Text. in cap. quoniam verſ. prohibemus de offic. Ordin. cap. cum non ignores de præben. & dignitat. & firmat deciſio, quæ revidetur in §. ratio eſt.* Conſiderabant autem DD. iſtos tres Curatos Portionarios, per ſe ipſos conſtituere unum Collegium juxtà ea, quæ de novo adducuntur, & quæ in deciſ. coram bo. me. Dunozetto examinata haud fuerunt, & ſtante hujuſmodi Collegialitate componente unum corpus integrale, Cura Animarum non reſidet penes eorum ſingulos, uti Eccleſiæ ſponſos, ſed tantummodò remanet penes unum Collegium, ſeù corpus ex pluribus membris conſtitutum, & compoſitum, & in eo conſervatur unitas, & conſiſtit Cura animarum *Bald. in l. 1. num. 5. verſ. 7. quæro ff. de offic. Conſul. Bellamer. conſ. 38. num. 12. verſ. cura Parochialis Eccleſiæ, Card. Tuſc. verb. Parochia concl. 96. num. 1. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 20. num 144. & ſeq.* Et in hoc caſu licèt ſint plures perſonæ, tamen unus eſt Curatus, quia omnes habentur loco unius, *gloſ. in Can. nunc autem verb. Diocletiani diſtin. 21. Lotter. de re benefic. l. 1. q. 20. n. 145*

6. Ponderabant inſuper DD. quod iſti tres Curati non cohoneſtantur ſimplici nomine Parochorum, ſed fulgent aliâ qualitate, nempè Portionariorum, ad effectum demonſtrandi, quod uti ſinguli, non fruuntur prærogativâ ſponſi Eccleſiæ, ſed uti corpus ex pluribus membris conflatum, ita ut iſtæ tres perſonæ omninò diſtinctæ, & ſeparatæ, ac coæquales conſtituant unum Parochum, & ſponſum Eccleſiæ S. Babylæ, & per conſequens, non dicuntur ſimplices Vicarii, ſed veri Parochi, & ſponſi Eccleſiæ, in qua ſunt perpetuò intitulati, ut in ſummario num. 1. & potiuntur jure decimandi, ut in præſenti ſummario num. 5. nec non jure funerandi, ut in eodem ſummario num. 6. & demum providentur per concurſum, qui non eſt neceſſarius, quoties Cura reſidet penes Capitulum, ut in ſummario num. 7. Quæ omnia propriè conveniunt illis, qui miniſterium Parochorum exercent, & de jure decimandi adſunt. *Text. in cap. cum contingat de decimis, & in cap. fin. de Paroch. Rot. coram Comitulo deciſ. 111. n. 15. & coram Zarat. deciſ. 53. num 2.* & de jure funerandi egregiè firmat *Barboſ. de Paroch. par. 1. cap. 1. n. 3.* & demùm de proviſione per concurſum loquuntur *Pac. Jordan. de benefic. lib 10. tit 8. de collat. Paroch. num. 64. & ſeqq. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 31. num. 22. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſ. 6. num. 158. cum plurib. ſeqq. Rot. deciſ. 579. num. 2. & deciſ. 710. num. 1. par. 2. recent. & in Leodien. Paroch. 12. Januarii 1671. §. 1. coram R. P. D. Calataju.*

7. Indubitatum eſt, iſtos tres Curatos Portionarios conſtituere de per ſe Collegium abſq. alia ſuperioritate Prælati, quæ de eſſentiâ Collegii perneceſſe non requiritur, ut firmat *Joann. Andr. in cap. cum non ignores n. 2. verſ. & ſi ſit Zabar. ibi num. 2. de præben. Archidiac. in Canon. ſicut num. 2. verſ. & licèt non habeant Prælatum cauſ. 21. quæſt. 2. Rom. conſ. 436. num. 6.* Quod manifeſtè reſultat, ne dum ex eo, quod D. Carolus in incorporatione unius portionis cum aliis tribus nunc exiſtentibus præcepit omnia debere eſſe communia, & pro indiviſo, & impoſterum Eccleſia per tres Curatos Portionarios regeretur; ac etiam quod ipſi immediatè conſtituerunt Arcam, fecerunt maſſam communem, & deputarunt Syndicum ad regendum, & adminiſtrandum bona communia ad eos ſpectantia, quod ſufficit ad hoc, ut dicatur Collegium, quod non eſt niſi: *Cœtus plurium coæqualium non minor tribus commune gubernium habentibus l. 1. §. quibus ff. quod cujuſq. univerſ. nomin. Innocent. in cap.*

*cum non ignores ſub n. 2. de præben. Card. in Clement. 2. n. 10. de ætate, & qualitate Abb. in cap. nobis n. 8. verſ. quando autem agnoſcatur de Jurepatr. Adden. ad Burat. deciſ. 455. n. 5. verſ. Præcipua autem Rota coram Greg. XV. deciſ. 482. n. 4. & coram Mantic. deciſ. 215. n. 1. in fin. & coram Cavaler. deciſ. 274. n. 3. & deciſ. 584. & deciſ. 585. utrobiq. n. 2. par. 4. diverſ. & deciſ. 673. num. 2. par. 1. recent.*

8. Conſolidataq. eò fortius remanet Baſis fundamentalis boni juris, concurrentis ad favorem eorundem Parochorum privativè quoad omnes alios, ex quo tam ante, quam poſt Collegiatæ erectionem nullo unquam tempore abſtinuerunt, à miniſterio exercendi hanc eandem Curam; Et ante erectionem in dubium revocari nequit, quod penes ipſos extiterit hoc jus privativè quoad omnes, dum ante illam erant coæquales, Eccleſiam Parochialem poſſidebant privativè quoad omnem alium pro indiviſo, & in communi, ejuſq. redditus communi nomine adminiſtrabantur, & ſic inſpecto juris rigore, penes eos uti Collegium formalitas ſponſi Eccleſiæ rectè eſſe potuit, prout in rei veritate fuit, quia cum agatur de Eccleſiâ Parochiali, in qua exiſtebant plures coæquales, qui illam poſſidebant in titulum perpetuum per concurſum ad inſtar Parochorum, etiam ſine qualitate Còllegii, dici poterant Vicarii perpetui, qui poſſidebant omnimoda Parochorum jura, remanente qualitate ſponſi apud Epiſcopum. *Gonzal. in cap. veniens 2. n. 8. Faguan. in cap. ex parte à n. 8. uſq. ad 28. ubi etiam Barboſ. n. 2. & ſeq. de offic. Vic. Navar. conſ. 11. de ſtat. Monac. n. 3. Ant. de But. conſ. 51. n. 12. Garzias de benefic. par. 9. cap. 2. n. 286.*

9. Hinc nullo modo obeſſe poſſe videtur *conſ. Oldrad. 67.* cui nititur *deciſ. bo. me. Dunozetti*, quia illud habet locum in deputatis temporaliter ad Curam Animarum, ideò non adaptatur caſui, de quo agitur, nempè in inſtitutis in titulum perpetuum, uti ſunt Parochi Portionarii, de quibus loquimur, ut inſinuat idem *Oldr. ad num. 2. verſ. ſecus ſi perpetuò, & explicat Lotter, lib. 1. quæſt. 20. n. 142.*

10. Verùm enim omnem difficultatem de medio tollit ipſa Bulla erectionis, & ex ea inevitabiliter patet, quod iſti tres Curati Portionarii ante erectionem Collegiatæ habebant omnimodum, & abſolutum jus exercendi omnes functiones Parochiales, & exigendi omnes oblationes, & emolumenta privativè quoad quoſcunque alios, prout gaudent veri Parochi, dum penes eoſdem tres Portionarios, uti priùs exiſtebat, mandat Summus Pontifex, quod Cura Animarum Parochianorum dictæ Eccleſiæ S. Babylæ immineat; itaut penes eos, de eo tempore, vel imminebat Cura omnimoda, vel ſaltem dicebantur Vicarii perpetui hujus Eccleſiæ, & utroq. modo illis competit jus privativè quoad omnes alios, ut in exercente omnimodam curam cadere poteſt, & de Vicariis perpetuis remanente titulo apud alium, paritèr compertum eſt in jure, quod habeant omnimodum jus privativè quoad omnes etiam quoad illum, cui adhæret cura radicalis, qui nequit ſe in aliquo ingerere ſine licentiâ Vicarii perpetui. *Abb. in cap. extirpandæ 3. §. qui verò Parochiale in 2. lectura n. 15. de præben. Azorius inſt. mor. par. 2. lib. 3. cap. 6. quæſt. 2.* propè finem. Et dato quod cura radicalis, & principalis extaret penes Canonicos, vel Epiſcopum, iſti nequeunt ſe in Curâ Animarum intromittere invitis Vicariis perpetuis penes quos actualis Cura Animarum reſidet; ex quo propriè dicuntur hujuſmodi Vicarii habere Curæ exercitium auc̄thoritate juris, non autem ab ipſo principali Eccleſiæ Rectore, quod egregiè, & latè firmat. *Barboſ. de Parochis par. 1. cap. 1. à num. 56. uſq. ad 58. & in cap. ex parte 6. n. 25. de offic. Vicarii Seraph. deciſ. 1009. n. 5.*

11. Quod autem poſt erectionem Collegiatæ Curati amiſſerint jus privativum quoad Capitulum, & Canonicos, nullibi docetur, immò contrarium ſuadet tenor litterarum Sixti V. ſuper hujuſmodi erectione in quibus præmiſſa narratione, *quod Eccleſia Parochialis S. Babylæ regi ſolita erat per tres Rectores Portionarios.* tranſit ad erectionem Collegiatæ hujuſmodi verbis effrenatis, ibi = *Et in ea ultra tres portiones ipſius Eccleſiæ, quæ ut priùs ſubſiſtant, nec per præſentes ullatenus ſuppreſſæ, vel extinctæ, neq. unitæ, annexæ, & incorporatæ, nec confuſæ ſint, aut cenſeantur, ſed illis in ſuo priſtino ſtatu remanentibus, itaut illas pro tempore obtinentibus Curæ Animarum Parochianorum dictæ Eccleſiæ S. Babylæ immineat.* Dum enim Summus Pontifex imperat, quod tres Portiones Curatæ ſubſiſtant, & in eorum robore remaneant, uti priùs, neceſſe eſt, ut nulla circa eas contigerit novatio, nec in ſubſtantia, nec in qualitate, cum hoc importet indoles clauſulæ, *ut priùs l. proponebatur ff. de Judic.* Perpenſis maximè ſequētibus verbis = *Sed illis in ſuo priſtino ſtatu remanentibus*, quæ magis præſeferunt, & manifeſtant enixam Papæ voluntatem, conſervandi Rectoribus Curatis ſtatum, in quo tunc ſivè de jure, ſivè de facto reperiebantur. Ità ut nulla fieri debeat mutatio, *Laderch. conſ. 95. num. 6. Lotter. de re benefic. lib. 1. qu. 38. n. 227. Poſth. de manut. obſervat. 73. num. 2. & ſeqq. Rot. deciſ. 193. num. 9. par. 3. recent.*

12. Quamobrem cum ex his appareat, Pontificem erigentem voluiſſe Curam Animarum remanere penes eoſdem Curatos, & ab ea excluſiſſe Capitulum, & Canonicos, uti facere potuit, vel ipſam Epiſcopo, vel Capitulo, vel aliis tradere, ut obſervat *Felin. in cap. in noſtra ſub num. 15. de reſcriptis*, & hoc jus eiſdem Portionariis præſervaverit, nullo modo Canonicis, & Capitulo hoc jus competit, quia ſi ad illos illam transferre voluiſ-

voluiſſet expreſsè eoſdem ad dictam Curam nominaſſet: Et talis eſt natura præſervationis prioris ſtatus, ut non permittat illum in aliquo immutari, *Innoc. in cap. dilectus num. 4. verſ. Monialium, ibique Abb. num. 9. de Capell. Monach. Anchar. conſ. 404. num. 9. Rot. cor. Dunozetto Jun. deciſ. 762. num. 8. & in rec. dec. 150. num. 11. & 12. par. 5.*

13. Undè ex mente Pontificis Cura Animarum manet, ſicut anteà erat penes portionarios, & ipſi manent in ſuo ſtatu, & honore, & propria jura agnoſcunt, & gaudere debent eorum privilegiis uti antè Bullam erectionis fruebantur; Et dum Summus Pontifex noluit quidquam Parochis demere; Ita nullum jus in Canonicos transferre voluiſse, cenſetur. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 66. num. 46. Garzias de benefic. par. 12. cap. 2. n. 37. Mandos. ad regul. 12. Cancell. quæſt. 1. num. 4. Rota in Toletana Depopulationis de Uzeda 7. Februarii 1661. §. finali coram bo. me. Veroſpio.*

14. Nec reperiri videtur repugnantia inter ſtatũ Collegialitatis, & ſtatũ Parochialitatis itaut in eadẽ Eccleſiâ inſimul uniri nõ poſſint, abſque eo quod inter ſe confundantur; Et juri nõ repugnat, quod Eccleſia Parochialis erigatur in Collegium, & nihilominus Cura non transferatur in dignitatem, aut Collegium, ſed remaneat penes eum. qui illam anteà habebat *Corrad. in prax. benefic. lib. 2. cap. 2. n. 50. Gemin. conſ. 132. ſub num. 1. Zabarell. conſ. 30. num. 50. Roſ. de execut. litterar. Apoſtolicarum cap. 5. num. 146. Caſſador. deciſ. 12. de præbend. num. 5. Rembold. deciſ. 376. num. 6.*

Neque hujuſmodi fundamenta ſuper quibus informantes pro parte Curatorum ædificium eorum jurium erexerunt, dilabi poſſunt, ex Decreto facto ab Archiepiſcopo in actu erectionis continente, quod dominium Eccleſiæ, & ſuppellectilium impoſterum ſpectare deberet ad Capitulum, & Canonicos. Quoniam inſpecto, quod in eodem Archiepiſcopo deficiebat, tàm poteſtas, quàm voluntas nullo modo Portionariis dictum Decretum aliquod præjudicium inferre valuit.

15. Defectus poteſtatis in Archiepiſcopo controverti nequit ob reſiſtentiam ortam ex diſpoſitione Summi Pontificis, qui cum in ea ſtabiliverit omnia in eodem ſtatu remanere debere, remanſit Idem Executor denudatus omni poteſtate, primævum ſtatum immutandi, & novum inducendi, & ei deficiebat omnis facultas, pervertendi formam ſibi in Brevi præſcriptam, & ſub certis modis limitatam *Cap. Venerabili 37. de offic. delegat. cap. cum dilecta 22. ibique gloſs. in verb. transponentes de Reſcript. Roſa de execut. litterarum Apoſtolicarum cap. 12. num. 8. Rota coram Eminentiſs. Otthob. dec. 153. num. 4. & coram Dunoz. Jun. deciſ. 242. num. 6. & in recent. deciſ. 277. nu. 4. & deciſ. 404. num. 13. par. 4. tom. 2. & dec. 261. num. 12. par. 7. recent.*

16. Attento præſertim, quod Breve erectionis reperitur munitum, Clauſulâ ſublatâ & Decreto irritanti, ex quo remanet excluſa omnis poteſtas in Archiepiſcopo aliquid in illius executione innovandi, etiamſi acceſſerit conſenſus Portionariorum ejus temporis, qui ſimul, & ſemel in erectione ejuſdem Collegiatæ juxtà præceptum Teſtatricis effecti fuerunt Canonici, dùm non agebatur de illorum privato favore, ſed de intereſſe Eccleſiæ, & ſucceſſorum. *Joann. de Anania in cap. quia fruſtrà num. 6. de uſuris Gabriel. conſ. 151. num. 16. & 17. lib. 2. Caputaquen. dec. 86. par. 2. Bich. deciſ. 98. num. 1. & 7.*

17. Accedit quod deficiebat in Archiepiſcopo omnis, & quæcumque poteſtas ſubiiciendi Portionarios dominio Præpoſiti, & Canonicorum, quia iſti erecti fuerunt ſub jurepatronatus laicorum; undè Cura, quæ priùs erat libera redacta eſſet in ſervitutem quod nulli Ordinario permittitur, & præcipuè eſſet facere illud quod prohibet *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat. Rot. deciſ. 63. num. 2. par. 16. recent.* Itaut ſi verum eſſet, quod Eccleſia ſervitutis jugo ſubjecta fuiſſet, opus eſſet in præſenti, primævo libertatis ſtatui eandem reſtituere, *ut diſponit idem Concil. dicta ſeſſ. 25. cap. 9. in fin. & egregiè ratiocinatur Vivian. de jurepatr. par. 3. lib. 19. cap. 5. num. 40.*

18. Certior autem viget voluntatis defectus in eodem Archiepiſcopo, qui dum in actu erectionis expreſſam declarationem emiſſit, quod non intendebat mutare ſtatum illius, ſed quod portiones, ut priùs ſubſiſterent, nec annexæ, nec incorporatæ, nec unitæ cenſerentur. Conceden do dominium Præpoſito, & Canonicis intelligi debet hoc perpetraſſe citrà innovationem præcedentis ſtatus Eccleſiæ; Et ideò quoad jus præeminentiale circa Collegialia, non quoad exercitium Curæ cenſeri debet ſuam authoritatem interpoſuiſſe, & hoc magis expreſsè poſt actum erectionis faſſus fuit, dum novam, & reiteratam declarationem emiſit, nempè. *Quod in his, quæ ſpectant ad Parochos ratione Curæ, & Animarum, & adminiſtrationis Sacramentorum, tàm onera, quàm commoda, & emolumenta, ad ipſos Parochos pertineant; In his verò, quæ propria ſunt Collegiatarum, & quæ jura Capituli concernunt pertineant ad Præpoſitum, & Canonicos, ut in præſenti ſummario num. 2.* Et huic apertæ ejuſdem Archiepiſcopi menti acceſſit declaratio per Vicarium Generalem antè motam litem promulgata, ut in *Summario n. 3.* & ob id clarè patet remanſiſſe illæſa jura Parochorum, & decreta ab Archiepiſcopo anteà emanata, intelligenda ſunt de Eccleſiâ merè Collegiatâ, reſpectu quorum non aderat Pontificis prohibitio, quia de jure non repugnat Eccleſiam ſubeſſe pluribus independentibus diverſis reſ-

ſpectibus, *Gloſ. in Clement. freq. verb. ad menſam in princip. de exceſſ. Prælat. Bellamer. conſ. 20. n. 10. Murga par. 2. quæſt. Paſt. quæſt. 2. de diviſ. unius §. 7. num. 23. in fine Cardinal. Tuſc. verb. Beneficiati concluſ. 68. num. 7.*

Et ex his reſolutum fuit. *Conſtare de bono jure Curatorum Portionariorum Eccleſiæ S. Babylæ etiam ad effectum manutentionis, & declarata fuit deciſio bo. me. Dunozetti juxtà ſenſum Dominorum, Utraq; parte informante &c.*

---

## R. P. D. VICECOMITE
### Romana Pecuniaria.

*Veneris 2. Decembris 1678.*

### ARGUMENTUM.

Diſpoſitio Teſtatoris declarata ab eo; cui fuit communicata non dicitur captatoria ſed valida, præſertim in relictis ad pias cauſas. Subſcribens ſcripturam cenſetur approbare omnia in ea contenta,

### SUMMARIUM.

1. *Declaratio voluntatis Teſtatoris facta ab eo, cui fuit communicata plenè probat ſi fiat cum juramento.*
2. *Subſcribens Scripturam, cenſetur approbare omnia in eadem contenta.*
3. *Dictio* imò *eſt correctiva præcedentium.*
4. *Teſtator communicans ſecretum ſuæ voluntatis, non dicitur, commiſiſſe in tertium ſubſtantiam diſpoſitionis, ſed tantummodò declarationem.*

   *Diſpoſitio Teſtatoris commiſſa in voluntatem tertii, eſt valida in relictis ad pias cauſas, ibi.*
5. *Legatum factum favore Confraternitatis cenſetur relictum ad piam cauſam, præſertim ſi habeat Eccleſiam annexam.*

   *Legatum relictum causâ ſtudii dicitur pium, ibi.*

### DECISIO VI.

1\. Domini permanentes in reſolutis die 28. Martii propoſiti iterum extimarunt, nullam pecuniarum quantitatem eſſe ad Bancum reportandam, quia illæ exactæ fuerunt de mandato Epiſcopi Teſtatoris directo eidem Banco totam earum ſummam continentem, & ſucceſſivè erogatæ in pia legata ſecundum voluntatem ejuſdem Teſtatoris per P. Joſephum ejus Confeſſarium, cui illam communicaverat, medio Juramento declaratam *per text. in l. Theopompus ff. de dot. prælegat. Bart. in leg. quem hæredi ff. de reb. dub. Caſtren. in l. ſi ita ſcripſero num. 3. ff. de condit. & demonſtr. Surd. conſ. 264. num. 18. & 19. & conſ. 380. ſub num. 51. verſ. quamvis Camer. var. reſol. lib. 3. cap. 20. ſub num. 89. & ſeqq. Torr. de pact. futur. ſucceſs. lib. 3. cap. 6. n. 82. Afflict. dec. 371. num. 4. & ſeqq. cum aliis allegatis in præterita deciſione §. & moti ratione.*

2\. Nec mandatum cenſeri debet reſtrictū ad ſola ſcuta 500. in calce ejuſdem aritmeticè per Teſtatorem adnotata, quia ut ponderatum fuit *in eadem dec. §. non relevante,* dum Teſtator monitus ab ejus familiaribus, quod mandatum continebat totam pecuniarum ſummam in Banco exiſtentem, adhuc illud ſubſcripſit, & verbis expreſſis non reſtrinxit, vel aliud continens ſolâ quantitatem ſcut. 500. conſcribi non mandavit, prout facilè poterat, cum eſſet ſanus mente, articulatè loqueretur, & triduo etiam poſt in propriis ſenſibus ſupervixerit, ut deponunt teſtes formiter examinati, non eſt præſumendum voluiſſe per dictam numeri adnotationem mandatum reſtringere, ſed benè dicendum expoſtaſſe pro tota ſumma, quam in corpore continebat effectum ſortiri, ita ut benè intret concluſio in præteritâ deciſione firmata, quod ſubſcribens ſimpliciter ſcripturam cenſeatur approbare omnia in eadem contenta de qua etiam *Natt. conſ. 287. num. 4. Menoch. de præſumpt. præſumpt. 66. num. 7. & ſeqq. lib. 3. Gabr. de probat. concl. 3. num. 1. & ſeqq. Rota coram Bichio dec. 630. num. 12. & in rec. dec. 276. n. 9. par. 17.*

3\. Sicuti non ſubſiſtit Teſtatorem reſtrinxiſſe facultatem P. Joſepho ad declarandam tantum quantitatem pauperibus, ſuiſque famulis diſtribuendam per illa verba Codicilli = *circa quello ſi doverà diſtribuire à poveri, & alla ſua ſervitù*; quoniam idem Teſtator inhærendo maximæ fidei, quam merito habebat in perſonam P. Joſephi proſequens diſpoſitionem, facultatem ampliavit generalitèr, & ſic ad alia ſuperiùs non expreſſa, ſcilicet ad diſtributionem, in quamcunque aliam piam cauſam, quam P. Joſeph declaraverit ibi: *Anzi ſecondo il detto, e dichiarazione del d. P. Fotio ordino è diſpongo certo, e ſicuro di non reſtar defraudato nella dilui confidenza, integrità, e bona conſcienza*, hæc enim ultima pars, ſivè diſpoſitio, primâ remanente correctâ attendi debet ex allegatis *in dicta deciſ. §. quoniam* cum aliis pluribus cumulatis *per Barboſ. de dict. dict. 151. n. 1. & ſeqq.*

4\. Nec relevat replicatio, quod iſta eſſet diſpoſitio commiſſa in voluntatem tertii, & captatoria, quia Epiſcopus, qui communicaverat ejus voluntatem P. Joſepho circa pecuniam in Banco exiſtentem, ut ſupra diſponendo, non dicitur commiſiſſe in voluntatem Patris Joſephi, ſubſtantiam diſpoſitionis, ſed tantummodò declarationem ejus, quod illi ſecretò dixerat, quod valdè differt à diſpoſitione commiſſa tertio, & captatoria, ut benè notant *Ruin. conſ. 19. num. 7. vol. 2.*

Canc.

*Canc. var. reſolut. lib. 3. cap. 20. ſub num. 89. verſ. quamvis, & ſeqq. Torr. de pact. futur. ſucceſs. lib. 3. cap. 6. num. 82.* aliiſque ab eis allegatis. Quamvis etiam cum verſemur in relictis piæ Cauſæ hujuſmodi diſpoſitio eſſet valida *cap. cum tibi de teſtam. Bart. in l. 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Ruin. conſ. 21. num. 4. vol. 2. Spin. de teſtam. Gloſs. 5. num. 68. & ſeqq. Cancer. dict. cap. 20. num. 103. Caſtill. contr. jur. lib. 2. cap. 6. num. 18. & 19. Tiraquell. de privileg. piæ cauſ. privileg. 64. Peregrin. de fideicomm. art. 33. num. 66. Graſs. de ſucceſs. §. inſtitutio qu. 18. n. 7. & 8. Rot. coram Martin. Andr. dec. 73. nu. 16.*

5. Inter hæc autem pia legata, connumerandum eſt tam illud relictum Ven. Congregationi nobilium Sanctiſſimæ Aſſumptionis, cum uti habens Eccleſiam annexam dicatur locus Pius juxtà *conſil. Bald. lib. 2. num. 4. & 5. lib. 5. Rota coram Carill. dec. 267. num. 1. & 2. coram Arguell. dec. 45. num. 6. & ſeqq. & in puncto Cyriac. contr. 94. num. 14. & ſeqq.* ubi etiam poſt multos Dotores, quos ibi cumulat, ampliat, quamvis non haberet Eccleſiam annexam, quia cenſetur relictum non loco, nec perſonis, ſed uſui pio, in quem illud diſtribuunt, & non inſpicitur perſona, ſed cauſa; Quam alterum relictum Nepoti cauſa ſtudii, ſcilicet pro educando eum per quinquennium, in aliquo ex Seminariis Nobilium Societatis Jeſu, ut firmat *Abb. conſ. 63. ſub num. 4. verſ. ſed relictum, & ſeqq. par. 2. Mart. de ſucceſs. lega.. par. 4. qu. 18. art. 4. ſub num. 43. verſ. relictum cauſa ſtudii cum ſeqq.* plenè *Ciarlin. contr. 5. num. 57. & in puncto dixit Rot. in Calaguritana Juriſviſitandi 21. Maii 1649. §. quoniam coram bo. mem. Card. Corrado.*

Et ita utraque &c.

---

## R. P. D. VICECOMITE.

*Romana Cappellaniæ.*
*Veneris 14. Junii 1680.*

### ARGUMENTUM.

Referuntur demonſtrationes quibus probatur exiſtentia juriſpatronatus laicalis: nec non caſus in quibus Cardinales Titulares Indultarii, Beneficia in Eccleſia titulari exiſtentia non conferunt. Publicatio reſignationis Beneficii ad formam Bullæ Greg. XIII. non requiritur, quando Reſignatarius fuit gratioſè ſubrogatus in juribus reſignantis.

### SUMMARIUM.

1. *Arbitrium regulatur à jure.*
2. *Clericatus probatur teſtimonialibus Ordinantis.*
3. *Litis conteſtatio probatur ex actibus judicialibus hinc indè geſtis.*
4. *Valor per non exceſſum probatur per expreſſionem factam in præcedentibus proviſionibus.*
   *Vel per confeſſionem partis, ibi.*
5. *Inſcriptiones antiquæ in lapide inſculptæ probant juſpatronatus.*
6. *Item inſignia familiæ inſculpta in pariete, & pavimento.*
7. *Item deſcriptiones in libris Eccleſiæ.*
8. *Item præſentationes continuatæ, & effectum ſortitæ per ſpatium centum annorum.*
   *Centenaria poſſeſſio habet vim immemorabilis, & facit præſumere titulum ex fundatione, ibi.*
9. *Item enunciativæ antiquæ emiſſæ in Viſitationibus.*
10. *Item declarationes factæ ab Ordinario de exiſtentia juriſpatronatus.*
11. *Item legata facta Cappellæ uti de jurepratronatus.*
12. *Indultum Cardinalis Titularis conferendi, non compræhendit Beneficia litigioſa, præcipuè vacantia apud Sedem.*
13. *Neque Beneficia juriſpatronatus, quæ non cadunt ſub reſervationibus Apoſtolicis.*
14. *Papa non obſtante Indulto, præveniendo Indultarium poteſt conferre.*
15. *Reſignatarius ſubrogatus à Papa in juribus Reſignantis, non tenetur docere de publicatione reſignationis, ſed de ſtatu litis, & de Clericatu.*
16. *Publicatio reſignationis facta in termino prorogato, habetur ac ſi facta eſſet à principio.*

### DECISIO VII.

Poſtquam Hiacynthus Capranica ſub die 24. Feruarii 1675. obtinuerat provideri à Sede Apoſtolicâ de Cappellaniâ ſub invocatione Sanctiſſimæ Conceptionis erecta in Eccleſiâ Sancti Marci de Urbe vacante per obitum Pauli Callimaci, & ſucceſſivè etiam Sententiam ab Eminentiſſimo Cardinali Vicario pro exequutione litterarum, ceſſit, & reſignavit jus ſuum ad favorem Julii Peniæ, qui vigore ejuſdem ceſſionis, & reſignationis obtinuit in dicto Jure per alias litteras Apoſtolicas gratioſè ſubrogari, ejus *Summario num. 1. 3. 4. & 5.*

Verùm quia Federicus Antonius Capranica eamdem Cappellaniam ſub die 11. Martii ejuſdem anni 1675. ſibi ab Eminentiſſimo Domino Cardinali Octobono dictæ Eccleſiæ Titulari conferri obtinuerat, *dicto Summario num. 2.* & poſſeſſionem etiam adeptus fuerat, hinc exequutioni dd. litterarum ſe opponens, Signatura Juſtitiæ ad ejus inſtantiam cauſam appellationis à præfatâ ſententiâ mihi commiſit cum clauſulâ *parito litteris arbitrio Rotæ*, & propoſito dubio ſub diebus 11. & 22. Martii præteriti, *an intret arbitrium pro retardatione exequutionis*, & non reſoluto, hodie in tertiâ

tertia propoſitione Domini negativè reſponderunt.

1. Quia cum arbitrium reguletur à jure, *Poſth. de manut. obſervat. 7. num. 60. Rota coram Gregor. deciſ. 189. num. 3.* ibique Add. *n. 8. & coram Eminentiſs. Otthobon. dec. 115. n. 1.* dictæ litteræ tam *n. 1.* quam in omnibus juſtificatæ de jure ſunt exequendæ, *cap. ſi Capitulo, ibique gloſſ. verbo exequatur de conceſſ. præben. in 6. Rot. in recent. deciſ. 73. num. 2. par. 13. & deciſ. 297. num. 1. par. 17. & coram Dunoz. Jun. deciſ. 876. num. 2. & in Aſtoricen. Beneficii 28. Junii 1673. §. 1. coram R. P. D. meo Emerix.*

2. Juſtificatio autem patet, quia quoad Clericatum tàm Hiacynthi cedentis, & reſignantis, quàm Julii Ceſſionarii, & Reſignatarii probatur ex litteris patentibus Eminentiſſimi Urbis Vicarii datis *in dicto Summario num. 24. Rota deciſ. 319. num. 11. par. 11. & deciſ. 73. num. 4. par. 13. rec.*

3. Quo verò ad litem ſuper pertinentia juriſpatronatus inter DD. de Capranica, & d. Paulum ab eis præſentatum ex una, & Cuſtodes Archioſpitalis ad Sancta Sanctorum de Urbe ex altera, probata remanet ex monitoriis hinc inde expeditis exequutis, in actis reproductis una cum aliis ſucceſſivis actibus judicialibus, ac Sententia lata ad favorem DD. de Capranicâ, de quibus *in d. Summ. num. 17. 18. & 21.*

4. Quoad valorem autem expreſſum per non exceſſum in ducatis 130. de Camera, benè juſtificatur ex ſimili expreſſione facta in antecedentibus ſupplicationibus, & proviſionibus *dicto Summario num. 22.* ut aliàs dixit *Rota deciſ. 572. num. 3. par. 1. & deciſ. 444. num. 6. par. 2. & deciſ. 258. num. 11. par. 9. recent. & in Lucana. Beneficii 1675. 28. Janu. §. minus obſtant coram Illuſtriſſimo Domino meo Calataju*, & multo magis, quia fuit etiam una cum dicta lite uniformiter expreſſum per Federicum Antonium in ſupplicatione porrectâ Summo Pontifici pro obtinendâ confirmatione dictæ collationis reportare à Domino Cardinali Titulari, eodem *Summario num. 23.* quod ſufficeret in præſenti, *Rota cor. Caval. deciſ. 33. num. 2. verſ. quod fructus, & coram Celſ. dec. 31. num. 1. cum ſeqq. & in rec. deciſ. 73. n. 3. par. 13.*

5. Et tandem juſtificatur etiã juſpatronatus ad favorẽ familiæ de Capranica, nam concurrit primo antiquiſſima inſcriptio inciſa in lapide ſepulchri bo. me. Pauli de Capranica Archiepiſcopi Beneventani exiſtenti propè dictam Cappellam, ibi = *Sacellum hoc moriens è ſuo dotatum familiæ ſuæ Capranicenſi reliquit* = *dicto Summario num. 6.* ex qua probari juſpatronatus tradit *gloſſ. communiter recepta in cap. cum cauſam, in verbo per libros antiquos, verſ. item ſi reperiatur de probat. Bart. in l. monumentorum C. de Religioſ. & ſumpt. funer. Caſtr. in l. ſi ſepulchrum num. 6. C. eodem tit. Bald. conſ. 310. num. 1. & per tot. lib. 5. Dec. conſ. 135. ſub 1. in fin. Ferret. conſ. 293. num. 9. Rocch. de Curt. de jurepatr. in verb. honorificum ſub num. 83. in fin. verſ. an autem juſpatronatus Lambertin. in ſimil. tract. lib. 2. par. 2. quæſt. 10. art. 9. num. 3. & 4. Vivian. pariter de jurepatr. par. 2. lib. 11. cap. 7. num. 25. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 72. num. 50. & ſeqq. Lotter. de re benefic. par. 5. cap. 9. num. 91. Rot. in rec. dec. 374. num. 7. par. 2. & coram Cavaler. dec. 378. num. 1. & coram Coccin. dec. 230. ſub. num. 1. verſ. de inſcriptione verò, cum alii in Mediolanen. Trioratus 14. Martii 1646. §. quinto inſcriptio coram bo. me. Card. Corrado.*

6. Secundò. Inſignia ejuſdem familiæ Capranicenſis inſculpta tam in pavimento, quàm in pariete Cappellæ, nec non ſepulchrum pro eadem familia ibi conſtructum, eodem *Summario num. 7.* hæc enim cum regulariter non ſoleant apponi, nec fieri in re aliena, præſumi debent appoſita, & facta fuiſſe per Patronos ad conſervationem illorum juris, & proindè illud probant, præſertim concurrentibus aliis adminiculis, & non aſſignata alia ratione talis appoſitionis, *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 97. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Anchar. conſ. 113. num. 4. Lambert. de jurepratr. lib 3. quæſt. 5. art. 4. num. 2. Lotter. de re Benefic. lib. 2. dicta quæſt. 13. num. 146. & ſeqq. Rota deciſ. 527. ſub. num. 6. & ſeqq. par. 4. diverſ. & deciſ. 13. ſub num. 3. & deciſ. 518. ſub. num 5. par. 1. recent. & coram Seraphin. deciſ. 1141. num. 7. & coram Coccin. dicta deciſ. 230. num. 1. & in dicta Mediolanen. Trioratus § ſexto inſignia cor. Corrado*

7. Tertiò favet deſcriptio hujus Cappellæ facta in libris dictæ Eccleſiæ S. Marci cum qualitate juriſpatronatus ad favorem familiæ de Capranica; nam in libro nuncupato Inventarium bonorum ſtabilium fol. 75. habetur = *L'Altare della Concezzione aella Madonna è de jurepatronatus di Caſa Capranica, è Monſignor Veſcovo Capranica n'è Cappellano* & fol. 44. iterum ſcriptum legitur = *Cappella della Concezzione n'è Cappellano il Signor Aſdrubale Capranica Canonico di San Giovanni è de Jurepatronatus di Caſa Capranica &c. dicto Summario num. 11.* Hujuſmodi autem deſcriptiones probare juſpatronatus in ſpecie dixit *Rot. cor. Coccin. dec. 174. n. 1. & coram Merlin. dec. 689. num. 7.*

8. Quartò. Juſpatronatus probant multiplicatæ, ac continuatæ præſentationes per hanc familiam factæ, & effectum ſortitæ per ſpatium centum, & ultra annorum, & reſpectivè conſenſus præſtiti in reſignationibus Cappellaniæ, ut in dicto *Summario num. 15. & 16.* ut tradit *Dec. conſ. 126. num. 3. Noguerol. allegat. 28. num. 8.* & pluries dixit *Rota, ut coram Royas deciſ. 446. num. 2. coram Peutinger. deciſ. 251. num. 1. & ſeqq. coram Arguell. deciſ. 87. ſub num. 5. & 6.* cum aliis congeſſis *in dicta Mediolanen. Trioratus §. ſecundo adducuntur præſentationes, coram Corrado, & hoc etiam in terminis Sacri Cancilii Tridentini ſeſſ. 25.*

cap.

cap. 9. de reform. dum centenaria quaſi poſſeſſio præſentandi habet vim immemorabilis & facit præſumere titulum ex fundatione, & dotatione, utrumque à Sac. Concil. præſervatum, ut de immemorabili Dec. conſ. 117. ſub n. 2. verſ. ſecundo non obſtat, & dicto conſ. 126. verſ. & hoc etiam, & Rot. in rec. dec. 29. n. 1. & ſeqq. par. 7. & cor. Buratt. dec. 142. num. 2. cum ſeqq. ibique Add. n. 15. & cor. Celſ. 193. num 4. & de titulo ex fundatione, & dotatione eſt conſ. Federic de Sen. 234. ſub num 3. verſ. ſic ad propoſitum paſſim à Rota receptum, ut cor. Burattt. dicta deciſ. 142. num 4. & deciſ. 172. n. 1. & ſeqq. & coram Merlin. deciſ. 850. num. 1. cum ſeqq. & coram Bichio deciſ. 118. num. 1. & 8. & in Bononien. Parochialis ſuper petitorio 1. Julii 1678. 3. Julii 1679. & 12. Februarii præteriti coram me & in Compoſtellana Parochialis 10. Martii 1679. 29. Januarii præteriti pariter cor. me.

9. Quintò. Urgent plures enunciativæ, & quidem antiquæ, emiſſæ in viſitationibus Apoſtolicis, & in inſtitutionibus præſentatorum, aicto Summario num. 12. & 13. cum enim Ordinarii, de quorum commodo, & intereſſe agitur, non ſoleant eſſe faciles in approbatione juriſpatronatus, multum faciunt pro illius comprobatione, Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 13. num. 141. & ſeqq. Rota coram Seraphin. deciſ. 1232. num. 2. & coram Duran. deciſ. 413. num. 3. & in recent. deciſ. 518. num. 3. part. 1. & deciſ. 329. num. 8. par. 9. & in dicta Mediolanen. Prioratus §. quarto concurrunt coram Corrado, & in dd. Bononien. & Compoſtellana Parochialis coram me, præſertim, quia quatuor ex illis emanarunt à Summis Pontificibus aſſerentibus ſe informatos de jurepatronatus, ut ponderavit, Rota in dicta Mediolanen. Prioratus §. nam adducitur primo.

10. Sextò. Concurrunt declarationes ſuper exiſtentiâ, & pertinentiâ Juriſpatronatus ad favorem familiæ Capranicenſis factæ? causâ cognitâ à tribus Viceſgerentibus in annis 1596. 1602. 1639. & 1642. ut in d. Summ. n. 14. quibus valdè eſt deferendum, Rota deciſ. 13. ſub num. 1. par. 1. & deciſ. 36. num. 11. part. 2. recent. & coram Coccin. deciſ. 229. num. unico, & coram Merlin. deciſ. 403. num. 1. 9. & 10. & dec. 689. num. 6.

11. Septimò. Accedunt legata eidem Cappellæ uti de Jurepatronatus familiæ de Capranica facta pro augumento dotis à Camillo Capranica de anno 1550. & à Fauſtina de Valle ejus uxore de anno 1554. executioni demandata per ſententiam Cardinalium Sfortiæ, & Urſini, ut in dicto Summario n. 8. 9. & 10. quæ in comprobationem Juriſpatronatus aliàs ponderavit Rota coram Coccin. dec. 230. num. 4.

12. Non obſtat, quod Cappellania exiſtat in Eccleſiâ Cardinalis Titularis, & Indultarii, quia indultum non compræhendit Beneficia litigioſa, ſed iſtorum collatio ſpectat ad Papam, cap. 2. & Clem. 1. ut lit. pendent. in 6. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 24. num. 27. præcipuè vacantia apud Sedem, ut in caſu præſenti, Summario num. 25. hujuſmodi enim vacatio inducit reſervationem cœteris fortiorem cap. 2. de præben. in 6. Gonzal. ubi proximè n. 26. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 27. n. 91. & ſeqq. Add. ad Gregor. dec. 291. n. 9. Rot. dec. 28. in fin. par. 6. rec.

13. Maximè, quia Cappellania exiſtit de Jurepatronatus Laicorum, ut ſupra iſtis enim nunquam præſumitur fuiſſe per conceſſionem hujuſmodi indultorum præjudicatum, adeò ut Beneficia, quæ ad illorum præſentationem conferuntur, nec cadant ſub reſervationibus Apoſtolicis, Gonzal. gloſ. 18. n. 2. & ſeqq. ubi plenè Spad. conſ. 21. n. 2. lib. 2. Rota coram Andrea deciſ. 22. num. 6. & in Avenionen. Canonicatus 11. Decembris 1662. coram Emin. Cerro.

14. Sed ceſſat etiam omnis difficultas, quia Papa derogavit indulto, & prævenit D. Cardinalem in providendo, d. Summario n. 1. in fin. non eſt enim ligata manus Papæ, quin præveniendo poſſit non obſtante Indulto conferre, ut in ſpecie tradit Tondut. reſolut. benefic. part. 2. tom. 1. cap. 3. §. 5. num. 36. & ſeqq. & Add. ad Gregor. deciſ. 271. in fin. habet ſiquidem jus præventivum, & cum omnibus Ordinariis concurrit juxtà Textum in cap. dudum 14. & cap. ſi à Sede, ubi communiter Doctores de præben. in 6. Gonzal. ad regul 8. §. 3. proem. num. 50. Rot. dec. 905. n. 5. coram Dunoz. Jun.

15. Prout non obſtat prætenſus defectus publicationis litterarum dictæ reſignationis, juxtà conſtitutionem ſa. mem. Gregorii XIII. tum quia cum Julius Reſignatarius fuerit etiam gratioſè ſubrogatus in Juribus Hyacinthi Reſignantis, & in ſpecie proſequendi recenſitam litem, iſtiuſque gratioſæ ſubrogationis expediverit litteras ad partes, ſive ſeorſim à litteris dictæ reſignationis, Summario additionali num. 1. non tenetur pro exequtione ſuæ gratiæ juſtificare dictam publicationem, ſed ſatis eſt, quod juſtificet eandem litem in ſtatu, & terminis, in quibus reperiebatur, & proprium Clericatum, prout expræmiſſis juſtificatur, ut tradit Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 20. num. 207. cum ſeqq. & melius lib. 3. quæſt. 13. num. 38. & ſeqq. & num. 67. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 1. num. 56. Argel. de legit. contradict. quæſt. 15. art. 5. num. 124. Thomas de Roſa de exequt. litter. Apoſtol. part. 2. cap. 16. num. 18. & 167. Rota coram Pæn. deciſ. 836. & deciſ. 901. per tot. & in recent. deciſ. 570. n. 1. part. 1. & deciſ. 302. num. 1. 5. & ſeqq. part. 13. & penes Novar. in Summ. Bullar. deciſ. 47. n. 1. & ſeqq. & in Derthuſen. Canonicatus, & Camerariæ 1. Junii 1676. §. ſecundò modo coram R. P. D. meo Rondinino.

16. Tum quia cum ad cauthelam obtinuerit reſtitutionem in integrum adverſus omiſſam publicationem, & intra terminum

à dicta

à dictâ conſtitutione præfixum facta fuerit publicatio, *dicto Summ. additionali n. 2. & 3.* iſta ſuffragatur, ac ſi ab initio facta fuiſſet *Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 11. quæſt. 7. num. 68. verſ. limita ſecundò & n. 69. Rota cor. Mantic. dec. 113. n. 1. & coram Em. Otthobono dec. 154. num. 9. & coram Celſo dec. 322. n. 1. & coram Bichio dec. 286. num. 10.*

Et ita &c.

---

## R. P. D. ALBERGATO.

*Oveten. Erectionis Parochialis*
*Lunæ 11. Maii* 1681.

### ARGUMENTUM.

Diſmembratio fieri non poteſt, niſi adſit neceſſitas, & periculum immineat animarum.

### SUMMARIUM.

1. *Diſmembratio loci ab antiquâ Parochiali, fieri non poteſt ſine juſtâ causâ.*
2. *Diſmembratio conceditur ob diſtantiam Parochialis, quando eſt nimis longa, & incommoda, & imminet periculum animarum.*
3. *Diſmembratio non eſt facienda, quando aliundè Parochianis provideri poteſt.*
*Non conceditur diſmembratio, quando per Cappellanum poſſunt Parochianis in aliâ Eccleſiâ Sacramenta miniſtrari, ibi.*

### DECISIO VIII.

SUB prætextu magnæ diſtantiæ, & pervii Itineris impedientis commodum acceſſum ad Eccleſiam Parochialem Sancti Felicis de Donis Oveten. Diœceſis ad Inſtantiam Incolarum, & Oppidorum del Pozzo, Pradella, e Pando ſitorum intrà limites dictæ Parochialis, Ordinarius dd. Loca ab antiquâ Parochiali diſmembravit, & âlteram eorum Parochiâ diſmembravit, & âlteram filialem erexit in Eccleſiâ, ſeù Oratorio alterius ex dd. locis ſcilicet Pando pro quatuor menſibus, dumtaxat hyemalibus, prò quibus obligavit Parochum de Donis ad ibidem ſuis ſumptibus apponendum Vicarium, ſeù ſubſtitutum approbatum ad effectum ſubminiſtrandi Sacramenta *Summario Parochi n. 3.* quam erectionem in gradu appellationis confirmavit Reverendiſſimus Nuncius Hyſpaniarum extendens illam indiſtinctè ad totum anni tempus, mandans congruam Vicario præſtari, non à Parocho antiquæ Eccleſiæ, ſed ab ipſis Incolis diſmembrationem, & novam Erectionem flagitantibus, & devoluta per appellationem cauſa ad Rotam, datoque particulari dubio = *An eſſet locus erectioni novæ Parochialis, & cujus ſumptibus*, reſponſum fuit: *Non eſſe locum erectioni, ſed proviſioni mox exprimen.*

1. Cum enim agatur de diſmembrandis locis ab antiquâ Parochiali, eiſque aſſignandis alteri ex integro erigendæ, concurrere debet juſta Cauſa id peragendi, nempè neceſſitas, vel evidens utilitas, *Abbas in Capitulo ad Audientiam num. 2. de Eccleſiaſticis Ædific. Rot. cum ibi relat. dec. 224. par. 10. recent. & in Ripana Præpoſituræ 6. Martii, & 1. Julii 1654. coram me, & Piſauren. Parochialitatis 11. Februarii 1660. coram bon. mem. Veroſpio.*

3. In propoſito non conſtat de tali causâ, & quamvis illa deſumatur ex neceſſitate ob diſtantiam locorum à ſolitâ Eccleſiâ juxtà Textum *in dicto Capitulo ad Audientiam* innovatum per Concil. Tridentinum *ſeſs. 21, de reformat. cap. 4.* ubi *Barboſ. num. 7. & 11. & de poteſtate Epiſcoporum par. 3. allegat. 68. Rota dec. 204. num. 2. par. 17. recent.* non tamen fuit à Teſtibus pro parte Incolarum examinatis probata diſtantia, cum alii de majori, alii de minori deponant, ut concludenter probandum erat; nàm non omnis diſtantia præbet cauſam Ordinario diſmembrandi, & erigendi novas Parochiales, ſed illa, quæ nimis longa incommodum reddit acceſſione Parochianis accedentibus ad ſuſcipiendum Sacramenta, Divinaquè Officia audiendum, Sacramentorumque miniſtrationem, conſtitutis in extremis Vitæ, itaut periculum Animarum reſultet, ut inquit *Rota dicta dec. 224. num. 6. par. 10. recent. Lotter. de re Benefic. par. 28. num. 27. lib. & deciſ. 204. num. 1. par. 16. recent.*

3. Nihilominùs licèt diſtantia neceſſaria non fuerit ſufficienter probata, conſtat tamen de itinere nimis pervio, & viâ aſperâ, per quam non poteſt iter fieri hyemali tempore ſine periculo vitæ, præcipuè propter magnam copiam Nivium, quæ cauſantes incrementum cujuſdam fluvii, ſeù torrentis intermedii inter Eccleſiam, & hos Populos, illi ſubjectos efficiunt, quod aquarum impetu diſiiciantur, ſeù abditus undis remaneat pons ligneus ſuper illo exiſtens, itaut Viatores pertranſire non poſſint, vel ſaltem ſine evidenti periculo ſubmerſionis; quapropter DD. conſulendo utrique parti cenſuerunt, quod pro quatuor menſibus hyemalibus Parochus de Donis deputet Vicarium, ſeù ſubſtitutum apptobatum, qui ſuo nomine, & ſuis expenſis in dictâ Eccleſiâ del Pando Populo Sacramenta dd. quatuor menſibus miniſtret, ſic enim ſatis occurritur neceſſitati Parochianorum, & conſulitur antiquæ Eccleſiæ abſque aliquâ diſmembratione, quæ ſine cauſa neceſſitatis, vel utilitatis non permittitur, quandò æquè ſine illa conſulitur

tur *Coccin. deciſ. 1428. num. 4.* cum ſit Sacris Canonibus odioſa plenè *Rota dicta deciſ. 224. num. 16. & 17. par. 10. recent.* ubi *num. 18. & ſeqq.* dicitur, quod quando aliundè provideri poteſt deficit neceſſitas, quæ eſt cauſa diſmembrationis. Et ceſſat diſpoſitio Capituli ad Audientiam, & Concil. Trident. & in ſpecie, quod non ſit deveniendum ad diſmembrationem quando deputatione alicujus Presbyteri poſſunt Sacramenta in aliquâ Eccleſiâ miniſtrare *Coſt. de remed. ſubſidiar. remed. 76. Barboſ. ad Concil. dicto cap. 4. ſeſs. 21. num. 10.*

Et Ita utraque &c.

---

## R. P. D. ALBERGATO DECANO.

*Bononien. Parochialis.*
*Lunæ 12. Januarii 1682.*

### ARGUMENTUM.

Juriſpatronatus pertinentia probatur ex pluribus nominationibus, quæ effectum fuerunt ſortitæ. Juſpatronatus non extinguitur per ſuppreſſionem Dignitatis unitæ, & tranſit in ſubrogatum ſub nomine jurium quomodolibet competentium.

### SUMMARIUM.

1. *Unio facta de omnibus bonis, & juribus univerſis, amplectitur etiam jus nominandi.*
2. *Jus nominandi probatur ex enunciativis inſtrumentorum præſertim antiquorum.*
3. *Nominationes in antiquis præſumuntur effectuatæ, dum non conſtat de contrariis proviſionibus*
4. *Collatio ab Ordinario facta ſine præjudicio jurium partium, nullum jus tribuit, ſed ſolum præſervat quatenus adſit.*
5. *Præſentationes, & nominationes per longum tempus effectum ſortitæ, probant juſpatronatus, non obſtante Concilii Trid. diſpoſitione.*
6. *Beneficium de menſâ Monaſterii, poteſt eſſe manuale.*
7. *Extinctio dignitatis Abbatialis, non extinguit jus nominandi ad Beneficium cui erat annexa.*
8. *Unio facta de omnibus bonis, ac de omnibus aliis juribus, amplectitur jus nominandi, quod tranſit cum bonis.*
9. *Concurſus non requiritur in Parochialibus unitis Monaſteriis.*

### DECISIO IX.

FIRMAT deciſio ædita coram Me 11. Januarii 1669. impreſſa in recent. in ordine 809. par. 18. Jus nominandi Rectorem Eccleſiæ Parochialis S. Laurentii in Porta Sterii ſpectare ad Aſſumptos Hoſpitalis S. Joannis Baptiſtæ, cui anno 1519. præviâ ſuppreſſione Abbatiæ SS. Naboris, & Felicis Ordinis S. Benedicti, Julius Secundus omnia bona, & Jura ejuſdem Monaſterii univit, & applicavit, à qua reſolutione, ut recederetur, duo potiſſimum in hodiernâ repropoſitione adducebant informantes pro menſa Archiepiſcopali Bononiæ defectum. Videlicet probationis pertinentiæ Juriſpatronatus ad Abbatiam priuſquam ſupprimeretur, allegando deciſionem ſuper hoc æditam coram Remboldo inter ſuas 223. Alterum, quod probata etiam pertinentia, adhuc tamen Beneficium per ſuppreſſionem dignitatis Abbatialis remanſerit liberum, & conſequenter collationis Eminentiſs. Archiepiſcopi, non autem Aſſumptorum d. Hoſpitalis, quamvis in eum omnia alia bona Monaſterii tranſiverint; ſed his non obſtantibus Domini permanſerunt in deciſis.

1. Oppoſitus enim defectus probationis non ſubſiſtit, quia licet Rota coram Remboldo reſpondens preciſè dubio, firmaverit non conſtare de Jurepatronatus, admiſit tamen Abbatem, & Monaſterium conſueviſſe nominare Rectorem jure ſubjectionis, ut ibi num. 6. & advertit præterita deciſio §. Non obſtat, quod etiam admittere viſa eſt Menſa dum deciſionem Remboldi non impugnat, ideòque cum hodie agatur ſtrictè de jure nominandi, quo ratione ſubjectionis gaudebant Abbas, & Monaſterium, de cujus menſa erat Beneficium, unde cum per ſuppreſſionem, & unionem omnia bona, & Jura Monaſterii tranſiverint in Hoſpitale in omnibus, & per omnia, in illius locum ſubrogatum tranſivit quoque hoc Jus nominandi, ut pro veritate reſpondit *Spada conſ. 4. lib. 3.* & plenè in præteritâ deciſione §. *Etenim*.

2. Prætereà tale Jus fuiſſe penes Monaſterium ſatis conſtat ex pluribus nominationibus factis per Abbatem, effectum ſortitis per longũ curriculũ duorum ſæculorum, videlicet ab anno 1272. uſque ad annum 1472. ut oſtendit antecedens deciſio *d. §. Etenim* junctâ potiſſimum ſubjectione reſultante ad favorem Monaſterii ex pluribus antiquiſſimis enunciativis emiſſis in Inſtrumentis annorum 1405. 1415. & 1503. & inter cœtera adeſt obligatio dandi certas præſtationes annuas Monaſterio in recognitionem ſuperioritatis, ut in ſummario Aſſumptorum num. 2. & fuit obſervatum in eadem deciſione eodem §. *Etenim*, & non fuit dubitatum in ipſa deciſione *Remboldi n. 2. 5. & 6.*

3. Nec ſubſiſtit nominationes non fuiſſe effectuatas per ſubſequutam poſſeſſionem Nominatorum, vel per ſucceſſivas nominationes factas per obitum defunctorum in poſſeſſione Beneficii, quia præter quod ex lapſu tanti temporis inſurgit valida præſumptio fuiſſe effectum ſortitas, ex hodie deductis apparuit effectuatio, dùm conſtat de poſſeſſione ab aliquibus ex nominatis adepta, ac

etiam ex remotione à Curâ nonnullorum ex illis, quod fieri non potuiſſet,niſi extitiſſent in actuali poſſeſſione, cum privatio ſupponat habitum , eò fortiùs , quia in dicto tempore nulla oſtenditur intermedia collatio de Parochiali facta per Ordinarios, ſignum evidens, quod Jus ſuper eam non habebant cum Epiſcopi præſumantur ſolliciti in tuendis Juribus Eccleſiæ, etſi omnimodam diſpoſitionem hujus Parochialis ad ſe ſpectare cognoviſſent, profectò contuliſſent, nec ſibi, & ſucceſſoribus præjudicaſſent, patiendo Rectorem nominari per Abbatem *Rot.deciſ.9.num.* 15.*par.*10. *rec.* Nil relevantibus proviſionibus per Archiepiſcopos factis ab anno 1614. quia regulantur à prima *S. M. Gregorii XV.* tunc Archiepiſcopi, qui contulit ſine præjudicio Jurium partium , & per modum proviſionis, donec controverſia decideretur; Ideòque ex illis nullum Jus fuit acquiſitum Menſæ, ſed dumtaxat præſervatum , quatenus illud habuiſſet, cùm præſervatio , præſervet quidem Jus quatenus adſit, & competat, non autem aliquod Jus novum tribuit, aut addit *Fælin. in cap. inter Monaſterium num.* 1. *de ſent. & re jud. Rot. deciſ.* 128. *num.* 11. *par.* 16. *rec. & deciſ.* 365. *num.* 9. *coram Triolo, & in rec. dec.*254. *num.* 12. *par.* 18.

5. Undè ſtantibus multiplicatis nominationibus factis per Abbatem, & Monaſterium effectum ſuum ſortitis per ſpatium duorum ſæculorum , & ultra non eſt dubitandum Jus nominandi fuiſſe penes Nominantem abſque eò quod obſtet diſpoſitio *Sac. Concil.Trident. ſeſs.* 25. *de reformat. cap.* 9. quia etiam in terminis ejuſdem Concilii multiplicatæ præſentationes per antiquiſſimũ temporis curſum memoriam hominum excedens ſufficiunt ad probandum Juſpatronatus , ut ibi *verſ. ſivè etiam ex multiplicatis*, & ibi notat *Barboſ. n.* 3. & ſequitur *Rota deciſ.* 193. *num.* 4. *coram Card. Celſo, & deciſ.* 576. *num.* 11. *& ſeqq. par.* 18. *recen.*

6. Nec turbat enunciata manualitas hujus Parochialis , quia non inde excluditur jus nominandi ad titulum ; nàm in Beneficiis de menſa Regularium Manualitas , ſeù potentia revocandi ad Clauſtra quandocunque Regularem præpoſitum regimini Beneficii reſpicit perſonam ipſius Rectoris amovibilis, non autem Beneficium , quod non ob id deſinit eſſe de menſa Monaſterii *Petr. Greg. Tholoſan. Syntagm. Jur. cap.* 36. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 15. *Caſſador. deciſ.* 4. *num.* 2. *&* 3. *de præben. & dec.* 10. *num.* 8. *par.* 14. *rec.*

7. Minùs obſtat alterum objectum Menſæ, quod per ſuppreſſionem dignitatis Abbatialis fuerit hoc qualecunque jus extinctum, & non tranſlatum in Hoſpitale; quia Jus nominandi non erat dumtaxat Abbatis,ſed etiam Monaſterii, ut habetur in Nominationibus, unde extinctâ dignitate Abbatiali remanſit Monaſterium, quod cum omnibus ſuis bonis, & Juribus fuit unitum Hoſpitali tranſlativè, & non extinctivè, ut firmat antecedens deciſio §. *ſuppreſſio*, & in proximis terminis de Eccleſiâ Regulari ſæcularizata *Rot. in rec. deciſ.* 358. *num.* 7. *par.* 5. *& deciſ.* 94.*n.*27. *coram Royas, & deciſ.* 495. *num.* 4. *par.* 2. *recen.*

8. Nec ad excludendum tranſitum hujus Juris nominandi placuit motivum , quod tanquam quid ſpirituale non venerit ſub nomine Jurium præſertim ad favorem Aſſumptorum , qui tanquam laici ſunt incapaces Juris ſpiritualis , quia , & unio generaliter loquitur de omnibus Juribus quomodolibet competentibus Monaſterio ; Ideòque in Hoſpitale omnia Jura cujuſvis generis tranſierunt vigore hujus generalitatis , ex traditis per *Barboſ. dict.* 241.*num.*3. *&* 6. *& dict.* 330. *num.* 2.4.6. *&* 8. & Aſſumpti quamvis laici poſſunt ſeminare, quia tale jus ſibi non arrogant jure proprio , ſed tanquam Miniſtri aucthoritate Apoſtolicâ deputati ad regimen Hoſpitalis, cui dicta Eccleſia Sancti Laurentii ſubjecta eſt *ad Text. in Clem.* per litteras ubi *Gloſs. verb. Eccleſiaſticos de præb.* cum aliis relatis in præteritâ deciſione §. *finali*.

9. Nec demùm relevare viſa ſunt , quæ dicebantur de concurſu faciendo in Parochialibus Juriſpatronatus Eccleſiaſtici, ſeù mixti; quia ubi agitur de Eccleſiis Curatis unitis Monaſterio non eſt neceſſarius concurſus, ſed ſufficit nominatio , & nominatum approbari ab Ordinario, prævio examine, ut cavetur in Conſtitutione *Beati Pii V. la* 47. §. 4. *de qua in rec. deciſ.* 443. *num.* 1. *&* 7. *par.* 5. *tom.* 2. *& deciſ.* 16. *num.* 12. *par.* 6. *& deciſ.* 184. *num.* 6. *par.* 8. *& deciſ.* 321. *num.* 1. *par.* 10.

Et ita ſtandum eſſe in deciſis Domini reſponderunt utraque parte informante &c.

---

## R. P. D. MATTHEJO.

*Ilerden. ſeù Tarraconen. Beneficii Ven. 20. Februarii 1682.*

### ARGUMENTUM.

Subrogato in juribus collitigantis, probatis requiſitis datur manutentio. Juſpatronatus in dubio præſumitur hæreditarium. Non poteſt annecti Caſtro à Patronis, ſine legitimâ Ordinarii facultate. In Dominis Caſtri præſumitur uſurpatum.

### SUMMARIUM.

1. *Gratiosè ſubrogatus in juribus collitigantis, manutenetur in poſſeſſione Beneficii, docto de requiſitis hic enumeratis & n.* 2.

3. *Juſpa-*

3. *Juſpatronatus in dubio præſumitur erectum cum qualitate hæreditariâ.*
4. *Confeſſio judicialiter emiſſa eſt omnium probationum præſtantior.*
5. *Annexio Beneficii alicui Caſtro fieri non poteſt à Patronis ſine Epiſcopi aucthoritate.*
6. *Juſpatronatus in Dominis Caſtri præſumitur uſurpatum, niſi conſtet de legitimo titulo dotationis.*
7. *Præſentatio facta contra legem fundationis per errorem, non præjudicat.*
7. *Manutentio conceditur poſſidenti legitimo titulo.*
9. *Qui Beneficii poſſeſſionem capit propriâ aucthoritate, cadit à jure ſuo.*
10. *Collatio Beneficii litigioſi pertinet ad Papam, ibi.*

## DECISIO X.

UNA cum approbatione legitimè factâ ab Ordinario fundatum fuit ſæculo elapſo, nempè de anno 1565. quoddam ſimplex Beneficium ſub invocatione S. Joannis Baptiſtæ in Cappella Caſtri de Almenar Illerden. Diœc. à Bajulo Juratis,& Univerſitate Villæ de Tamarite de Litera, quod fuit aſſignatum in Juſpatronatus Ludovico de Icart ejuſque hæredi, ſeù hæredibus univerſalibus, ut in *Summario Caroli num.* 2. & poſt undecim annos hoc eſt de anno 1576. Idem Beneficium Apoſtolicâ aucthoritate translatū fuit ad Capellam Caſtri Turris Dembarra Tarraconen. Diœc. ut in eodem *Summ. n.* 3.

Vacavit idem Beneficium de menſe Aprilis 1680. pro obitum Honuphrii de Reart, de quo Carolus de Lupia Clericus Barchinon. ad præſentationem Caroli de Lupia, & Vilanova ejus Patris, proviſus fuit etiam aucthoritate Apoſtolicâ, ut in *Summ. n.* 4. & 5. & è contra Balthaſſar Reart de Icart ſub aſſertione, & narrativâ, quod fuiſſet præſentatus ſaltem à medietate Patronorum, reportavit etiam de eodem Beneficio aucthoritate Apoſtolicâ proviſionem, ut in *Summ. n.* 6. cujus poſſeſſionem etiam conſequutus fuit, *ut in Summ. num.* 7.

Hinc coram Ordinario Tarraconen. introducto Judicio ſuper juſtificatione jurisſpatronatus Judice ad hunc effectum in litteris Apoſtolicis ſpecialiter deputato, prodiit ſententia, in qua pronunciatum fuit d. juſpatronatus ſpectare, & pertinere ad Carolum de Lupia, & Vilanova *Sum. n.* 8. & 9. Mihi autem commiſſa fuit cauſa ad inſtantiam Balthaſſaris, quo defuncto poſt inhibitionem obtentam, ut in *Summ. n.* 10. & 11. obtinuit Carolus ſubrogari in juribus collitigantis, ut in *Sum.n.*12.& vigore illius poſſeſſionemBeneficii, de quo agitur,legitimè adeptus fuit ut*Sum.n.*13.

Demum Melchior Reart q. Balthaſſaris Germanus frater cum ſuppoſito, quod à Sede Apoſtolicâ fuerit proviſus de controverſo Beneficio commiſſionem ſub Banca directa Eminentiſs. D.Card. Tayæ obtinuit, & ob id cum Carolus adiverit Signaturam ad effectum obtinendi lacerationem d. commiſſionis, reſcriptum fuit etiam mihi, ut in hac cauſa procederem, unde dato dubio An, & de cujus bono jure conſtet, etiam ad effectum manutentionis: reſponſum fuit conſtare de bono jure Caroli ad effectum manutentionis.

1. Quia ipſe fuit gratiosè ſubrogatus in juribus Balthaſſaris collitigantis, & ulterius docet de tribus ſolitis requiſitis, nempè de Lite, & clericatu, & Obitu in poſſeſſione collitigantis Beneficii, de quo agitur, quibus concurrentibus non eſt dubitandum, quod Beneficium non ſit Carolo adjudican. in vim gratioſæ ſubrogationis *Put. deciſ.* 495. *lib.* 2. *Mohed. deciſ.* 324. *Caval. deciſ.* 450. *Greg. dec.* 32, & *deciſ.* 103. & *deciſ.* 306. *Merlin. dec.* 418. *Buratt. deciſ.* 31. *Duran. deciſ.*391. *in omnibus num.* 1.

2. Clericatus probatus remanet ex fida Notarii Archiepiſcopi Barchinon. ut in *Sum. n.* 4. & Obitus defuncti collitigantis in poſſione pariter juſtificatus remanet ex *Summ. n.* 7. & 10. & demum Lis quam deficere informantes pro Melchiorre inculcatè dicebant, ſatis ſuperque deducitur ſuper titulo Beneficii, Nedum ex commiſſione in capſata Citatione cum inhibitione ad formam d. commiſſionis expedita, & in partibus executa, ut in *Summ. num.* 10. unà cum proceſſu in Rota producto; Sed etiam quia d. commiſſio fuit ad inſtantiam Caroli facta communis, & fuerunt expeditæ litteræ citatoriæ cum inhibitione in partibus legitimè executæ, & in actis reproductæ, ut in *Summ. add. nu.* 2. & de eadem lite ſuper titulo Beneficii coram Executore litterarum Apoſtolicarum proviſionis Caroli coſtat ex multiplicatis citationibus, unà cum proceſſu coram D. Executore fabricato productis, ut in codèm *Summ. add. n.* 3. Quæ omnia videntur ſufficientia ad hoc, ut dicatur lis introducta ſuper Beneficio, quod eſt principale fundamentum gratioſæ ſubrogationis *cap.* 1. & 2. *ut lit. pend. in* 6. *Rota coram Celſo dec.* 170. *num.* 7. & *in rec. dec.* 154. *n.* 1. *par.* 1. *deciſ.* 607. *num.* 2. *par.* 5. *tom.* 2. & *deciſ.* 165. *n.* 3. *par.* 18.

3. Quibus omnibus concurrentibus videbitur, ſatis fuiſſe fundatum bonum jus Caroli, dum habet pro ſe ſubrogationem gratioſam abſque eo, quod eſſet opus ulterius tranſire ad examen pertinentiæ jurisſpatronatus, ſed ut magis eluceſcat reſolutionis fundamentum, operæ prætium exiſtimavi etiam de pertinentiâ hujus beneficii, nonnulla, quæ ab informantibus pro eodem deducuntur recenſere, ut etiam illis bonum jus, ſuper quo Domini pedes fixerunt remaneat ex omni parte conſolidatum, & præcipuè ponderandum venit, quod ipſe fuit à Sede Apoſtoli-

Nn 2 ca de

cà de d. Beneficio, ut intra legitimum tempus ad hoc præſentatus à Carolo de Lupia, & Vilanova ejus Patre, ut in *Summ. num.* 14: qui cum ſit verus Patronus dicti Beneficii, ipſe etiam erit indubitatus illius poſſeſsor, ex quo in ejus inſtitutione, ac fundatione aſſignatum, & conceſſum fuit Ludovico, & ejus hæredi, ſeù hæredibus univerſalibus, ut in *Summ. n.* 1. & per conſequens in dubium revocari nequit, quod non ſit hæreditarium, & pertineat ad hæredes d. Ludovici de Icart tàm ex litterali diſpoſitione d. fundationis, quam quia cum non appareat de contrariâ, clarâ, & expreſsâ diſpoſitione, ſeù limitatione Juriſpatronatus intrat præſumptio, quod fuerit erectum cum qualitate hæreditariâ, & illius collatio ſpectat ad hæredem primi Patroni *Clem. planè de Jurep. Calder. conſ.* 5. *de Jurep. Lambert. de Jurep. par.* 4. *lib.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 2. *à num.* 3. *poſt med. Garz. de Benef. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 66. *&* 67. *Rot. deciſ.* 27. *n.* 1. *coram Ninot. dec.* 111. *n.* 4. *coram Vbald. & in rec. deciſ.* 89. *num.* 1. *par.* 6. *& dec.* 275. *num.* 4. *&* 5. *par.* 7. *& dec.* 185. *num.* 9. *& dec.* 430. *num.* 19. *par.* 9. *& dec.* 19. *num.* 1. *par.* 18.

Probatum etiam exiſtit Carolum de Lupia, & Vilanova eſſe hæredem univerſalem dicti Ludovici de Icart, dum in ejus ultimo teſtamento celebrato 30. Martii 1580. nominavit hæredem univerſalem Joannem de Icart ejus filium, ut in *Summ. n.* 15. ejuſque filium primogenitum, eique pupillariter ſubſtituit Chriſtophorum ejus filium, ut in *Summ. n.* 16. à quibus cauſam habet Carolus de Lupia, & Vilanova, ut juſtificatis ſingulis gradibus probatur in *Summ. à n.* 15. *uſque ad* 22.

4. Quæ omnia magis comprobata remanent ex quodam Inſtrumento tranſactionis, debitis cum ſolemnitatibus ſtipulato inter Carolum de Lupia, & Tutores, & Curatores Andreæ de Reart prætenſi Patroni de anno 1666. cum quo devenerunt ad declarationem, & apertè faſſi fuerunt contrahentes, & tranſigentes Juſpatronatus controverſi Beneficii ſpectare, & pertinere Jure dominii ad d. Carolum de Lupia, ut in *Summ. n.* 22. & hæc cum ſit confeſſio judicialiter emiſſa, eſt omnium aliarum probationum præſtantior, eique multum deferendum venit, & inter omnia alia documenta primatum obtinet *Caſſad. dec.* 7. *de jurep. Put. dec.* 6. *lib.* 3. *Rot. penes Garz. de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 276.

5. Non obſtat prætenſio Melchiorris, quod dùm hujuſmodi Juſpatronatus fuit auctoritate Apoſtolicâ tranſlatum è Capellâ Caſtri de Almenar ad Capellam Caſtri Turris Dembarra, fuerit etiam annexum dicto Caſtro; Quoniam nec in litteris Apoſtolicis, in quibus tribuitur Ordinario facultas transferendi, nec in tranſlatione factâ per Ordinarium legitur, quod fuerit facta ulla mentio prætenſæ annexionis, ſed ſimpliciter transfertur Beneficium de una ad aliam Capellam, & hanc annexionem facere nequeunt Patroni Beneficii, aut Domini Caſtri, ſed opus eſt ad hoc, ut illa ſubſtineatur, ut interveniat auctoritas Epiſcopi, & ejus legitima approbatio, ſine qua ulla annexio fieri valet *cap. illud verſ. tum quia Lucius, & cap. nullus de jurep. Roce. eodem tit. in verbo, ipſe, vel is quæſt.* 19. *num.* 36. *Lamber. eodem tract. par.* 2. *lib.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 19. *num.* 1. *&* 2. *Sanchez. conſ. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *diſp.* 76. *in fin. Rot. deciſ. ult. de jurep. in antiq. n.* 2. *& cor. Duran. dec.* 463. *ſub n.* 7.

6. Eoque magis, quia in Andrea, ſeù ejus Anteceſſoribus uti Dominis Caſtri præſumitur uſurpatio dicti juriſpatronatus, niſi conſtet de legitimo titulo Donationis, & fundationis ex *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 9. ibique *Barb. num.* 32. & ſæpius Rota etiam comprobavit coram *Put. deciſ.* 55. *lib.* 1. *& coram Duran. deciſ.* 413. *num.* 5. *& coram Pamphil. deciſ.* 166. *num.* 1. *& deciſ.* 245. *num.* 2. *par.* 9. *& deciſ.* 192. *num.* 10. *par.* 16. *recen.* & alibi paſſim

7. Minus obſtat, quod in duabus præſentationibus, altera nempè de anno 1614. alia verò 1662. fuerit à Patronis facta mentio dominii dicti Caſtri, & dd. nominibus præſentaverint cum ſucceſſivâ inſtitutione, & ſententiâ Ordinarii declaratoria pertinentiæ juriſpatronatus, quoniam cum expreſſio dominii dicti Caſtri legatur ſolum facta à Patronis in eorum præſentationibus, & nunquam in inſtitutionibus fuerat ab Ordinario approbata, hujuſmodi qualitatem neceſſe eſt fateri fuiſſe à Patronis expreſſam pro majori ipſorum decore, & ornamento, qui inſimul erant Domini Caſtri, & hæredes Ludovici primi Patroni, vel per errorem uti tales deveniſſe ad præſentationem, quod contra legem fundationis non venit attenden. *Rot. deciſ.* 183. *num.* 15. *coram Celſ. deciſ.* 694. *coram Dunoz. Jun. & deciſ.* 201. *num.* 12. *par.* 12. *recent.*

8. His legitimè comprobatis non hæſitarunt DD. quod non eſſet danda eidem Carolo manutentio, ex quo ipſe apprahendidit etiam corporalem poſſeſſionem Beneficii, de quo agitur *Summ. num.* 12. & proptereà ipſi poſſidenti legitimo titulo concedenda venit manutentio *vulgat. §. Retinendæ inſtit. de interd. Rota penès Poſth. de manut. deciſ.* 57. *n.* 14. *& cor. Eminent. Otthob. dec.* 186. *n.* 1. *& dec.* 191. *in fin. par.* 11. *recen.*

9. Nullatenus relevante, quod ipſe Melchior poſſeſſionem ejuſdem Beneficii cœperit, quia animadverſum fuit hanc eamdem poſſeſſionē illi non poſſe ſuffragari, dum capta fuit propriâ auctoritate, & nulla præcedente collatione, aut inſtitutione auctoritate Apoſtolicâ, aut Ordinariâ facta, & cum ex illa nullo modo juvari poſſit, nec effici valet legitimus contradictor ad impedien. Carolo immiſſionem, & ob id dicitur cecidiſſe à quolibet jure, quod

ſibi

ſibi competere poſſet in dicto Beneficio juxtà famigeratum *text. in cap. Avaritiæ de elect. in 6.* & eo magis, quia cum hujuſmodi Beneficium antecedenter, & ad inſtantiam defuncti Balthaſſaris fuiſſet effectum litigioſum, de eo nullus diſponere poterat præter Papa ad quem ſpectabat collatio *cap. 1. & 2. ut lit. pend. in 6. Clem. 1. eodem tit. Gonz. ad regul. 8. gloſ. 6. num. 145. & 146. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. alleg. 57. num. 47. & 48.*

Et ita utraque &c.

---

## R. P. D. EMERIX.

*Remana, ſeù Florentina Legatorum. Veneris 26. Junii 1682.*

### ARGUMENTUM.

Executores Teſtamentarii, non tenentur propriis ſumptibus litem agere.

### SUMMARIUM.

1. *Executores Teſtamentarii litem ſuſtinent expenſis hæreditatis.*
2. *Expenſæ litis cedunt in computum legati.*

### DECISIO XI.

UNA cum Dubio principali hac eadem die deciſo ad favorem Monaſterii, & Monachorum Sanctiſſimæ Trinitatis Florentiæ reſolutum quoque fuit eis subminiſtrandas eſſe expenſas litis, juxtà modum inferius exprimen.

1. Cùm enim Executores Teſtamentarii, non teneantur propriis ſumptibus litem agere, adhoc ut voluntas Teſtatoris adimpleatur, ſed id fieri debeat expenſis hæreditatis, ut tradunt *Covar. in cap. Joannes in fin. verſic. expenſas autem de teſtam. Molin. de Juſt. & jur. tom. 1. diſp. 248. litt. C. §. utrum verſic. obſervat Pariſ. conſ. 26. ſub num. 17. verſic. quo ſtante cum duobus ſeqq. lib. 4. Carp. de executione teſtam. lib. 3. cap. 3. num. 60. & cap. 8. gloſs. 1. n. 19. Burſatt. conſ. 28. num. 20. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap. 2. gloſs. 13. ſub num. 21. verſ. ſed eo in caſu par. 1. Coccin. in annot. deciſ. 245. num. 1.* conſequens eſt, quod Monachis in quorum Eccleſiâ ſepultum fuit corpus Alexandri Teſtatoris, & ad quos ex teſtamento ſpectat onus curandi adimplementum legati, veniunt ſubminiſtrandæ litis expenſæ.

2. Nil refragante, quod Teſtator pro eadem curâ, & diligentiâ Monachis commiſſa eis reliquerit annua ſcuta quatuor, quia viſum fuit DD. hoc ſolùm poſſe operari, quod pecuniæ ſubminiſtrandæ pro expenſis litis, cedant in diminutionem eorum annui legati, non autem quod expenſæ non ſint interim ſubminiſtrandæ ex auchoritatibus ſuprà allegatis.

Et itá utraque &c.

---

## R. P. D. ALBERGATO DECANO

*Burgen. juris deputandi Curatum Lunæ 21. Februar. 1684.*

### ARGUMENTUM.

Curati Eccleſiarum Parochialium, quæ ſunt unitæ menſæ Monachorum, non habent ſtatum collativum, ſed deputantur ad illas etiam Monachi ad nutum Abbatis.

### SUMMARIUM.

1. *Beneficia ſæcularia Sæcularibus, regularia Regularibus conferuntur.*
2. *Beneficia manualia non conferuntur in titulum, ſed in adminiſtrationem.*
3. *Beneficium ſæculare per unionem Monaſterio Regularium facta, acquirit naturam Regularis.*
4. *Unio ex quibus probetur, oſtenditur.*
5. *Monachi S. Benedicti habent facultatem deputandi Curatos amovibiles in Eccleſiis Parochialibus dependentibus ab eorum Monaſteriis, etiam Religioſos Monaſterii, & n. 7. & 8.*

*Rota reverenter amplectitur Decreta Sac. Congreg. Concilu, ibi n. 6.*

9. *Confeſſio partis eſt omnium probationum maxima.*
10. *Teſtes debent reddere rationem ſcientiæ, quando qualitas ſuper qua deponunt aliter ſciri non potuit.*

*Beneficii vacatio non datur in manualibus, ibi.*

12. *Teſtibus in concurſu major eſt adibenda fides, quorum depoſitiones ſcripturis corroborantur.*
13. *Papa non cenſetur derogare Conſuetudini immemorabili, neque juri quæſito per Conſtitutionem præcedentem.*
14. *Conſtitutio quæ nunquam habuit effectum, nullam vim legis acquirit, & n. 15. & 18.*
16. *Nemo præſumitur ſpernere, & voluntariè ſe illaqueare velle cenſuris.*
17. *Conſtitutiones ordinis à Papa confirmatæ, derogant prioribus.*
19. *In collatione Beneficiorum ſola idoneitas eſt ſpectanda non autem origo.*

### DECISIO XII.

REvocatâ ad examen Deciſione coram me edita, quo ad inſtantiam Conſilii, ſeù Univerſitatis Oppidi de Arredondo ſub die 11. Decembris 1682. per contradictas

ctas reſponſum fuerat non licere Abbati Regulari SS. Salvatoris de Ogna nominare in Curatum Parochialis Eccleſiæ ejuſdem loci unum ex Monachis ſui Monaſterii, ſed potius teneri ad nominationem Presbyteri Sæcularis, & filii patrimonialis ejuſdem loci; hodie informante etiam Abbate, & Monaſterio, Dominos meos conſulvi ſuper viribus præfatæ reſolutionis; qui ex novis facti circumſtantiis, diverſoque Jure inde derivante, ab illa recedendum eſſe cenſuerunt.

1. Non enim impugnabatur regula de Jure certiſſima, quod Beneficia ſecularia Sæcularibus conferantur, regularia verò Regularibus ex diſpoſitione *Sac. Concil. Trident. ſeſſ.* 14. *de reform. cap.* 10. *&* 11. *& ex regula Cancell.* 42. *ſeù* 43. ſuper quibus primariò nititur contraria Deciſio: ſed in hac hypoteſi Domini reſolverunt illam non applicari, ſed verſari in caſu limitationis, cum non agatur de Beneficio habente ſtatum collativum, quod conferatur in titulum, ſed de Eccleſiâ unita menſæ Abbatiali cujus Curatus, ſeù Cappellanus deputatur ad nutum Abbatis, ſeù Superiorum amovibilis, quo caſu præmiſſa regula non intrat, quæ ſolum locum ſibi vindicat in Beneficiis conferendis, ſecus autem in manualibus *Gonz. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. §. 6. *num.* 9. *& ſeqq. & num.* 63. *&* 64.

2. Cum hæc ſint incapacia collationis, & ad inſtar famulatus, & conducti ſervitii dentur in ſimplicem, & momentaneam adminiſtrationem *cap. cum acceſſiſſet de conſtit. Clement.* 1. §. *quidam etiam Eccleſ. de exceſſ. Prælat. Lotter. de re benef. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 104. *Garz. eod. tract. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 12. *idem Gonzal. ad reg. Cancell. gloſ.* 5. §. 7. *num.* 2. *& ſeqq. Add. ad Greg. dec.* 112. *n.* 5. *Add. ad Pamphil. dec.* 686. *n.* 6. *Rot. cor. Merlin. dec.* 37. *n.* 1. *& ſeq. cor. Peuting. dec.* 135. *n.* 1. *& cor. Bich. dec.* 421. *n.* 3. *& in dec.* 32. *ſub num.* 10. *dec.* 773. *à n.* 5. *ad.* 8. *par.* 19. *rec.*

3. Quinimò, & ſi præfata Regula in hac Beneficii ſpecie admitteretur potius Abbati, & Monachis favere, cum hujuſmodi Beneficium per antedictam unionem Monaſterio Regulari factam, naturam, & qualitatem Regularis ſortitum fuerit, juxtà notata per *Gloſ. in Clem. unica* §. *quidam etiam verb. ad menſam poſt med. & circa fin. de exceſſ. Prælat. Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 93. *Hoyed. de incompat. par.* 1. *cap.* 15. Quem ſanè effectum inter præcipuos unionis connumerat P. Murga celeber in hac materiâ, & in aliis Doctor *quæſt. paſt. par.* 2. *qu.* 6. *num.* 1. *&* 2. *Rot. poſt eundem deciſ.* 9. *ſub num.* 2. *deciſ.* 10. *ſub num.* 3. *& deciſ.* 11. *ſub num.* 5. *& noviſſimè in rec. deciſ.* 773. *ſub num.* 5. *& ſeqq. par.* 18. Ideòque in his terminis potius retorqueri, & applicari, quod tale Beneficium, uti Regulare, Regulari conferatur, juxtà alteram ejuſdem Regulæ partem prout ad rem noſtram arguunt *Angel. conſ.* 247. *per. tot. Novar. in Sum. Bull. commen.* 66. *ſub num.* 25. *Rota in Pampilonen. Vicariæ* 13. *Martii* 1664. §. *Cenſuerunt in fin. confirmata coram Eminentiſs Cerro deciſ.* 886. *ſub num.* 8. *&* 9. *inter ejus impreſſ.*

4. Talem autem unionem extinctivam tituli Beneficii cum tranſmutatione ſtatus collativi in merè manualem, licèt à parte non controverſam, Domini apertè deſumebant, tum ex pluribus Deciſionibus hujus S. Tribunalis antiquitus in hac causâ emanatis ſuper manutentione in poſſeſſione deputandi hujuſmodi Cappellanum Regularem, vel Præsbyterum Sæcularem Abbati pro tempore beneviſum, & ad ejus nutum amovibiem, de quo ſunt binæ deciſiones *coram b. m. Ghislerio impreſſæ apud eundem P. Murg. ad conſtit. Apoſt. deciſ.* 7. *&* 8. Tum ex ſententiis per proprium Ordinarium ac per *R. P. D. Nuncium de annis* 1630. & 1632. *in prima, & ſecunda inſtantia* hujus præſentis cauſæ ſuper prædictâ unione necnon deputatione prolatis, & ex antiquiori Sententiâ in contradictorio Judicio contra Promotorem Fiſcalem ab Abbate, & Monaſterio uſque de anno 1549. obtenta; Necnon ex teſtibus tunc temporis; & poſtmodum de anno 1630. in hac eadem cauſa examinatis de prædictâ unione, & Monaſterialitate tanquam de re indubitata concludenter, & uniformiter deponentibus. Tum ex perceptione Decimarum, ac onere manutenendi, & reſtaurandi Eccleſiam ipſi Monaſterio injuncto. Tum ex arrendamentis prædictæ Eccleſiæ S. Pelagii uti propriæ, & Monaſterialis, ejuſque bonorum, & jurium factis ab Abbate de Ogna antiquiſſimis temporibus ſcilicet annis 1320. & 1523. ex pluribus Viſitationibus ejuſdem Eccleſiæ, nec non ex Deputationibus Cappellanorum ad ipſius arbitrium amovibilium cum certo ſalario ab eodem Abbate tàm antiquitus, quàm recentius pacificè factis; Tum demum ex Deſcriptionibus, Cataſtris, ſeù ut hiſpanicè dicitur Apeis Bonorum Monaſterii de Ogna ſequutis anno 1488. vigore mandati Ordinarii Burgenſis, anno verò 1664. vigore Commiſſionis Regiæ, in quibus prædicta Eccleſia S. Pelagii uti Monaſterialis, & propria dicti Monaſterii de Ogna adnotatur: Ex his autem tanquam ex ſignis, & probationibus indubitatis qualitatem Monaſterialitatis, ac plenariam, & veram unionem concludi teſtantur *P. Murg. quæſt. Paſtor. par.* 1. *quæſt.* 2. *diviſ.* 2. *n.* 14. *cum duob. ſeqq. Rota coram Seraph. deciſ.* 1304. *in fin. & in rec. deciſ.* 153. *n.* 2. 3. *&* 4. *deciſ.* 88. *n.* 11. *&* 12. *part.* 9. *deciſ.* 62. *per totam par.* 15. *& latè in Pampilonen. Vicariæ* 13. *Martii* 1664. *coram bo. me. Veroſpio.*

5. Facultatem verò deputandi in Curatum Monachum, ſeù quemcumque Presbyterum Sæcularem ſibi beneviſum ultra aſſiſtentiam Juris ſuperius expenſam favore Abbatis, & Monaſterii, manifeſtè comprobant duo

Decre-

Decreta Sac. Congregationis Concilii: Alterum de anno 1638. ad inſtantiam Benedictinorum Italiæ editum, quo præmiſsâ ſpecialis Dubii diſputatione ſancitum fuit, contra Epiſcopum Patavinum itidem informantem, licere Abbatibus Monachos deputare ad ipſorum nutum amovibiles pro ſervitio Eccleſiarum quomodolibet dependentium à Monaſteriis, etiam ſi Presbyteris Sæcularibus per prius addicta eſſet Adminiſtratio, dummodò cum Socio Eccleſiis præficerent; quod ſanè Decretum à fel. mem. Urbano VIII. per Breve ſpeciale datum ſub die 6. Septembris 1638. approbatum extitit; Alterum, & antiquius favore totius Congregationis Benedictinorum Hiſpaniæ confirmatum à fel. mem. Clemente VIII. uſque de anno 1596. quo eadem facultas deputandi Monachum, vel Presbyterum cum eadem conditione impartita fuerat; Quæ ſanè Decreta Pontificio placito roborata, ſunt abſque dubio amplectenda, prout ſemper, & reverenter monuit hoc Sac. Tribunal, & ſignanter coram *Burat. deciſ. 479. num. 3.* & ibi *Add. ſub num. 20. coram Celſ. deciſ. 5. num. 12. coram Eminentiſs. Otthobon. deciſ. 46. ſub num. 16.*

7. Non refragante quod primum Decretum amputet ſolum controverſiam cum Benedictinis Italiæ, nàm, & alterum ſpecialitèr quoad Benedictinos Hiſpaniæ illam removet, & (ultra quod non militat potior ratio pro illis quam pro iſtis) ob jurium, ac Privilegiorum communicationem inter Monaſteria Congregationis Hiſpaniarum, & illa Congregationis Italiæ, perindè eſt, ac ſi diſtinctè de utraque loqueretur idem *Murg. ad Conſtit. 4. Gregorii IX. §. 2. num. 18. fol. 34. & ad Conſtit. 16. §. 2. num. 14. fol. 371. & poſt deciſ. 22. ſub §. 1.* & in individuo hujus Brevis poſt *deciſ. 28. num. 3. & 9.* referendo Conſtitutionem Julii II. dixit *Tambur. de jur. Abbat. tom. 1. diſp. 17. quæſt. 1. num. 6.*

8. Quibus adſtipulantur aliæ Conſtitutiones Apoſtolicæ hujuſmodi facultatem tribuentes, ſignanter verò ad favorem Monaſterii de Ogna extat illa Sixti IV. de anno 1481. ubi præſuppoſitâ hujuſmodi conſuetudine, & facultate pro indubitata deputandi Monachos proprii Monaſterii, diſponitur, quod durante quadam clauſurâ tunc ab ipſis Monachis pro reformatione Religionis propoſita, liceret Abbati, & Monaſterio deputare Presbyterum Sæcularem eodem modo ad nutum amovibilem. Generaliter etiam ad favorem totius Religionis Hiſpaniæ adſunt aliæ Conſtitutiones Julii II. & Leonis X. prima de anno 1503. ſecunda de anno 1515. editæ, ubi pariter, prædictâ conſuetudine indubitanter admiſsâ, eadem facultas Monachis impartitur cum ampliatione deputandi etiam Regulares alterius Religionis: Viget itidem alterâ Conſtitutio B. Pii V. *la 47. in Bull. tom. 2. pag. 183. ſub §. 5.* expreſsè id ipſum concedens omnibus Monachis quarumcùmque Religionum, non obſtante quod à Gregorio XIII. fuerit revocata; Nàm id proceſſit, ex quo illa expoſceret, quod unà cum Monacho deputato extra clauſtra degerent alii quatuor Regulares, ut demonſtravit illius revalidatio ab eodem Summo Pontifice Gregorio decreta, cum declaratione, quod unus dumtaxat ſocius Monacho deputato ſufficiat, ut teſtantur *Cherubin. ſuper eadem Conſtit. 47. ſchol. 1. fol. 48. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſs. 5. §. 3. num. 79. Rot. deciſ. 88. num. 17. cum duob. ſeqq. par. 9. recent.*

9. Confluunt in idem quamplures Teſtium depoſitiones Immemorabilem conſuetudinem, & poſſeſſionem Monaſterii ſuper hujuſmodi facultate concludentes *Summ. Abbatis num. 15.* Mandatum de manutenendo Nuncii Hiſpaniarum, & hujus Sac. Tribunalis de anno 1632. ab ipſo Abbate, & Monachis reportatum, cum ſubſecutâ, & pacificâ poſſeſſione ab indè citra ex ſupra recenſitis ſub §. *Talem autem unionem &c.* Confeſſio publici, & totius Conſilii, ac Univerſitatis emanata poſt litis introductionem per viam recognitionis veritatis, ac renunciationis liti *Summ. Abbatis num. 16.* Alia conſimilis confeſſio per Deputatos ab eadem Univerſitate emiſſa in deſcriptione bonorum Monaſterii in vim Regiæ Commiſſionis de anno 1664. quæ de per ſe ſufficerent, uti omnium probationum maximæ *vulgat. cap. per tuas de probat. l. cum te C. de tranſact.* atque in ſimilibus terminis *P. Murg. quæſt. Paſtoral. par. 2. quæſt. 7. n. 2.*

10. Teſtes, & ipſi ad inſtantiam ipſius Communitatis inducti, qui uno ore fatentur vidiſse inſervire eidem Eccleſiæ Monachum Abbati beneviſum, & licèt affectando eorum dicta conentur aſserere, quod tales deputationes fuerunt dumtaxat pro interim, & donec de Patrimoniali Presbytero Eccleſiâ provideretur: Attamen cum de hujuſmodi interimnaria qualitate, nullam prorſùs rationem ſcientiæ reddant, puta quod illam in litteris patentibus Monachorum legerint ad contradictionem aliarum litterarum patentium Presbyterorum Sæcularium, ſeù aliam quamcumque certiorem cauſam, uti teſtantes de qualitate, quæ aliter ſciri non potuit, nullam fidem, quoad affectatam reſtrictivam merentur *ad theoricam Bart. in l. ſolam 3. ſub num. 3. verſ. ſed ſi depoſuit ſuper eo, quod ſententia non percipitur, & num. 14. verſ. ſed in his etiam Bald. & Caſtren. C. de Teſtib. Farinacc. eodem tract. quæſt. 70. num. 6.* ubi concordantes *Rota coram Buratt. deciſ. 325. ſub num. 4. Rota coram Peuting. deciſ. 53. num. 3.* Ponderando præcipuè, quod licet prædicti Teſtes ſæpè viderint Monachos amoveri, id tamen non valet inducere ſcientiam hujuſmodi qualitatis interimnariæ, cum ob firmatam Beneficii manualitatem, talis muta-

mutatio evenerit, quinimmò impropria redduntur eorum teſtificata, cum Deputationes pro interim aſſerantur factæ durante vacantiâ Beneficii, quæ tamen ex ſupra firmatis in hac ſpecie Beneficii non datur, ut potè merè manuali, ut præter adductos *in §. Non enim* firmarunt *Card. de Luca de benef. diſc. 97. ſub. num. 18. & 19. Rot. coram Merl. deciſ. 37. num. 2. coram Pamphil. deciſ. 68. num. 3. ubi Add. num. 6.* Et fas ſit dicere, prorſus mendacia convincuntur cum Deputationem P. Martini del Hoyo pro interim factam teſtentur, quando ex ipſius lectura contrarium depromitur, & omnimodè conformis cæteris Deputationibus legitur, *ut in Summ. Abb. n. 19. & 20.* Aliorum verò Monachorum adminiſtratio vigore propriarum Deputationum fuit per tempus conſiderabile ſeptem, & octo menſium, ac etiam plurium annorum excludens metam interminariam. Quod ſanè mendacium de per ſe ſolum ſufficiens reputatur ad detrahendum in reliquis quamcumque fidem Teſtibus inductis præſtandam, ut in ſimilibus voluit *Rota in deciſ. 3. num. 8. par. 18. & deciſ. 73. num. 5. & deciſ. 116. num. 6. par. 19. rec.*

12. Quæ eò magis admittenda veniunt in concurſu tot Teſtium contrarium de directò deponentium, quorum dicta uti fulcita juris aſſiſtentiâ, & uniformia Pontificiis indultis, & publicis documentis ſuperius enunciatis omne veritatis fomentum ad favorem Rei poſſeſſoris præbent, ex regula *Text. in cap. cum ſunt de reg. Jur. in 6. & ibi gloſſ. in figuratione caſus, Rota coram Zarat. deciſ. 23. ſub num. 26. & ſeqq. coram Peunting. deciſ. 246. num. 4. & coram Priolo deciſ. 206. num. 14.*

13. Corruere pariter Domini cenſuerunt ſecundũ deciſionis fundamentum innixum Pontificiæ Conſtitutioni Pii Quarti expreſsè vetanti Monachis Benedictinis Hiſpaniæ Regulares deputari in Curatos Eccleſiis eorum Monaſteriis unitis; Tum ex eo quod hujuſmodi Conſtitutio nullam præſefert mentionem immemorabilis conſuetudinis ſuper contrario jure deputandi, vel Monachum, vel Sæcularem ad libitum favore eorumdem Benedictorum inductæ, & probatæ, ſeù centenariæ poſſeſſionis illi æquipollentis, de quibus *in §. Confluunt &c.* prout neque Conſtitutionum Apoſtolicarum ſupra enunciatarum, ac eamdem facultatem tribuentium, ideoque nunquam, neque dictæ conſuetudinis, neque harum Conſtitutionum derogatoria cenſeri debet, ut de immemorabili tradit *Gonz. ad reg. 8. gloſ. 33. num 2. Gratian. diſcept. for. cap. 578. num. 10. Rot. deciſ. 614. num. 1. par. 2. & deciſ. 286. num. 1. par. 4.* Et de Conſtitutionibus præcedentibus *Rota coram Duran. deciſ. 83. num. 16. coram Dunoz. Jun. deciſ. 131. à num. 2. ad 4. & deciſ. 32. num. 23. par. 10. rec.*

14. Tum, & evidenter ex eo, quod illa non doceatur in ulla ſui parte effectuata, & conſequenter uti deſtituta omni vi, & effectu nullam vim legis acquirere potuit, ut diſtinguendo tradiderunt *Felin. in cap. 1. ſub num. 13. verſ. Nihilominus de Treg. & Pace, Vermigliol. conſil. 355. n. 8. Rota deciſ. 628. n. 16. par. 18. recent.*

Ineffectuatio quoad omnia in illa contenta, colligitur, cum eligendi forma primo præſcripta ſuper electione Generalis Congregationis, quod ſcilicet Abbas fixus Monaſterii Vallisoletani cœteris præferatur, certum ſit, & notorium non ſervari, ſed Capitulum Generale elegit, & eligit liberè in Generalem prædictum quemcumque Monachum ſibi beneviſum, juxtà litteralem diſpoſitionem Conſtitutionum ejuſdem Congregationis, poſt dictam Bullam Pianam æditarum, confirmatarum à ſan. mem. Paulo V. cum expreſsâ derogatione quibuſcumque Conſtitutionibus, & exhibitarum *in Summ. Abbatis ſub n. 22.*

15. Unio verò, ſecundò injuncta, Prioratuum, ſeù Monaſteriorum minoris redditus Generali, ac aliis Executoribus commiſſa, itidem ineffectuata remanet, cum neque Executorum deputatio ad id peragendum oſtendatur. Prohibitio demùm tertiò demandata inſerviendi Eccleſiis unitis per Regulares ſub pœnis Exequutoribus benè viſis tantum abeſt, quod effectuata, & ad actum redacta doceatur, quia potiùs contrarium evidenter apparet, ex quo nec conſtet de deputatione hujuſmodi Executorum, ſeù Commiſſariorum, & pro parte Abbatis de contrariâ continuatâ uſque in præſens obſervantiâ etiam immemorabili ex depoſitionibus Teſtium, & deputationibus Regularium ab indè citrà ſubſecutis in vim præcedentium, & poſteriorum Conſtitutionum ſupra memoratarum abſque comminatæ pœnæ luitione ad oculum fuerit demonſtratum, licet pro omnimodâ Bullæ inobſervantiâ, non uſus quoad unam partem ſufficeret, *Rota Coram Carillo deciſ. 155. ſub n. 5. coram Bichio deciſ. 133. num. 21. cum ibi congeſt.*

16. Accedit pro totali ineffectuatione nimia inveriſimilitudo, quod tot graviſſimi Viri, ac Superiores hujuſce Congregationis diſpoſitionem Pontificiam voluiſſent eludere, & illam ſpernendo excommunicationis, & cenſurarum vinculis ſemetipſos innodari, quam ſanè præſumptionem in perſpicua animi qualitate omnia Jura abhorrent adnotata *per Berov. conſ. 92. num. 2. lib. primo Vermigl. conſ. 225. num. 6. & 275. n. 14. Rot. deciſ. 106. ſub num. 7. par. 2. rec.*

17. Et demùm tollitur omnis difficultas ex Conſtitutionibus d. Congregationis compilatis de anno 1610. in quibus *cap. 57.* hujuſmodi uſus, & facultas deputandi Monachos pro ſervitio Eccleſiarum unitarum curam animarum habentium, vel in Prioratus, & Gran-

& Grancias erectarum ex causâ neceſſariâ præſupponitur cum præſcriptione certæ formæ in ſimilibus deputationibus Monachorum ſervandæ *Summario Abbatis num. 22. litt. G.* Quæ cum confirmatæ fuerint à ſa. me. Paulo V. ſub expreſſo mandato, quod nullæ aliæ leges, præter in eiſdem Conſtitutionibus præſcriptas, eſſent in poſterum ſervandæ, & cum derogatione quibuſcumque Statutis, Indultis & Litteris etiam Apoſtolicis contrarium diſponentibus, utique non ſolùm d. uſum, & conſuetudinem immemorabilem, ut ſuprà probatam confirmant, ſed tollunt quodcumque obſtaculum quod poſſet deduci ex dicta Pii Quarti vel alia præcedenti Conſtitutione.

18. Nec obeſſe viſum fuit, quod allegata Conſtitutio B. Pii V. & relatæ Confirmationes Apoſtolicæ Clementis VIII. & Urbani VIII. Decretorum Sac. Congregationis Concilii, uti nullam præſeferentes mentionem Litterarum Pii Quarti, licet poſteriores, non cenſeantur iſtius Derogatoriæ; nam præterquod idem argumentum retorquetur, cum Piana Conſtitutio nec ullam mentionem faciat de antiquioribus privilegiis Sixti IV. Julii II. Leonis X. quæ liberam facultatem, & conſuetudinem deputandi Monachum canonizant, ideòque ſi hæc illi non derogent, nec illa antiquioribus derogare potuit, ut uno, eodemque Jure metiantur ad tradita per *Rotam deciſ. 60. ſub num. 6. par. 15. & deciſ. 227. ſub. n. 11. par. 19. rec.* ſemper remanet inevitabilis reſponſio, quod de illa uti inobſervata, nulla eſt habenda ratio, tanquam de actu ineffectuato, ut præter ſuprà allegata decidit *Text. in cap. non præſtat de reg. Jur. in 6. Rota deciſ. 460. num. 5. & 6. par. 5. rec. cum ibi allegatis.*

19. Firmatâ itaque penes Abbatem, & Monaſterium facultate deputandi Monachum Regularem in Curatum Eccleſiæ Oppidi de Arredondo, ſublata fortius remanet illatio in contrariâ deciſione deducta, Quod Abbas teneatur nominare Presbyterum Sæcularem, & filium Patrimonialem ejuſdem loci, cum tamen non minus corrueret quando etiam admitteretur non ſubſiſtere d. facultatem, ex quo non eſt bona conſequentia, non poteſt deputare Monachum, ergo tenetur deputare Presbyterum Sæcularem, qui ſit filius Patrimonialis loci de Arredondo; Adhuc enim eſſet in poteſtate Abbatis vel hunc, vel Exterum deputare, nam in collatione Beneficiorum ſola idoneitas, non autem origo ſpectatur, cum apud Deum non detur exceptio perſonarum *Text.* eſt clarus *in cap. ad Decorem. 5. de Inſtit.* ubi *Innocentius Tertius* improbat conventiones factas, ut Canonicatus, & Beneficia Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Clericis nonniſi certæ Nationis conferantur ipſumque Patriarcham acriter reprehendit, & arguit, quem etiam poſteà in litteris ſpecialibus abſoluit à conventionibus factis, & Juramento pro illis abſolvendis præſtito, ut refert *Gonz. in eod. cap. ad decorem de Inſtit.* & latè tradit *Mandoſ. conſ. 55. ſub n. 21. verſ. Imò non eſt abſolutè verum cum ſeqq. Garz. de benef. par. 7. cap. 9. num. 4. Maſſobr. in prax. hab. concurſ. prælud. 7. dub. 21. num. 36. Caſtropal. oper. Moral. tom. 2. tract. 13. diſp. 4. punct. 9. num. 1. Rota deciſ. 63. ſub num. 3. verſ. & facit par. prima & deciſ. 29. num. 2.* ubi in ſpecie de Rectoribus *par. 2. rec.*

Neque obligatio prætenſa deputandi Patrimonialem ex teſtibus ab Univerſitate adductis probatur, prout ſupra expenſum fuit; Imò de contrario conſtat ex Deputationibus exhibitis pro parte Abbatis, in quibus tantùm abeſt adminiſtrationem Eccleſiæ S. Pelagii Patrimoniali loci de Arredondo fuiſſe conceſſam, quod ut plurimum vel Monachi, vel Presbyteri extranei à loco de Arredondo pro illa, fuerunt deputati *Summario Abbatis num. 20.* & ſi aliquando Patrimonialis electus fuit, id evenit ſub expreſsâ conditione, & Juramento, quod non cenſeretur deputatus ex quo eſſet Patrimonialis *Summario ejuſdem num. 26.* ex quibus facultas prædicta Abbatis de Ogna convalidatur, & Jus ab Univerſitate prætenſum penitus deſtruitur;

Et ita utraque Parte audita reſponſum fuit, &c.

---

## R. P. D. BENINCASA.

*Romana Quindenniorum, Veneris 13. Martii 1689.*

### ARGUMENTUM.

Emphyteuſi translatâ ad manus mortuas, debentur Domino directo de æquitate, Quindennia ſingulis quindecim annis, etiam nullâ factâ conventione. Melioramenta non augent laudemium.

### SUMMARIUM.

1. *Quindennium debetur loco laudemii Domino directo ſingulis quindecim annis ob tranſitum Emphyteuſis in manus mortuas.*
   *Quindennia ſunt ſolvenda juxtà antiquum rei valorem, nullâ habitâ ratione melioramentorum, ibi.*
2. *Quindennium nihil aliud eſt: quam ipſum laudemium determinato tempore decimi quinti anni ſolvendum, quamvis non conventum.*
3. *Laudemium non augetur, ſi fiant melioramenta.*
4. *Fictio in caſu ficto operatur quantum veritas in caſu vero.*
5. *Vbi militat eadem ratio, militare debet eadem juris diſpoſitio.*

6. *Fictio legis, non admittitur ultrà caſus expreſſos.*
*Laudemii ſolutio facienda eſt juxtà loci conſuetudinem, ibi.*
7. *Nemo debet cum alienâ jacturâ locupletari.*
8. *Vtilius eſt habere pro Emphyteuſi Quindennium, quam exigere laudemium.*
9. *Melioramenta facta in re ſacrâ, & religioſâ non cedunt ſolo.*
*Monaſterium auctoritate Ordinariâ erectum in fundo Emphyteutico, non cedit ſolo, ibi.*

## DECISIO XIII.

POſtquam ſub die 6. Junii 1687. reſolutum fuit conſtare de bono jure Capituli Sanctæ Mariæ Tranſtyberim ad effectum manutentionis in exigendis quindenniis ſibi debitis, pro quadam Domo Emphyteuticâ à Monialibus Beatæ Virginis ſeptem dolorum, titulo emptionis modò poſſeſſa, eademque quindennia regulanda fore ſecundum valorem ipſius domus de tempore, quo empta fuerat, non autem juxtà ſtatum præſentem ex novâ Fabricâ Monaſterii, & Eccleſiæ totalitèr mutatum, & pluribus melioramentis adauctum, diſputatum hodiè fuit: An ſtandum, vel recedendum eſſet à deciſis, & DD. inhærentes fundamentis præteritæ reſolutionis pro illius confirmatione, ſteterunt, rejectis novis objectionibus in contrarium excitatis.

1. Præmiſſo ſiquidem, quod quindennia in jure penitus ignota ſucceſſerint loco laudemii, quod ex quadam æquitate à praxi fingitur decimo quinto deberi quolibet anno Domino directo, quia aliàs nullam haberet ſpem devolutionis ob tranſitum Emphyteuſis in manibus mortuis *Ricc. in prax. reſol.* 633. *par.* 1. *per tot. Rot. coram Coccino deciſ.* 233. *num.* 15. *& coram Cerro deciſ.* 2. *n.* 12. *uſque ad* 21. *& deciſ.* 192. *num.* 4. *par.* 19. *recen.* ſicuti, ubi non proceditur per viam novæ Inveſtituræ favore diverſæ perſonæ, ſed potiùs ſimplicis renovationis in perſonam Emphyteutæ ſemel inveſtitæ, quando laudemium debetur, ſolvendum eſt juxtà Taxam in primâ acquiſitione conventam, non conſiderans melioramentis rei Emphyteuticæ, ex firmatis per Rotam *coram Otthobon. deciſ.* 183. *num.* 6. *& ſeqq.* cùm aliis ibidem adductis, ſic etiam quindenniales præſentationes ad ejus normam, & ab eadem perſonâ ſolvendæ regulari debent, juxtà antiquum rei valorem, nullâ habitâ ratione Emponematum, ex quibus hoc medio tempore ejuſdem incrementum derivat; Nàm eadem in æquiparatis militat ratione, & ſubrogatus naturam induit ejus, in cujus locum ſubrogatur *l. Pomponius* 13. *§. Cùm quis ff. de acquiren. poſſeſ. Oldrad. conſ.* 224. *num.* 25. *Rota deciſ.* 44. *num.* 16. *par.* 8.

Nec attendi meretur, quod applicabilis non ſit caſui regula propoſita, vel quià nec laudemium, nec quindennia fuerint unquam taxata poſt acquiſitam domum Monialibus, vel quia non verſemur in terminis ſimplicis renovationis, ſed veræ novæ inveſtituræ, dùm controverſa Domus per dictam Duciſſam de latere Monialium Auctricem olim empta, uſque ad obitum poſſeſſa, noviſſimè ſolum ad manus mortuas Monialium pervenit, & non niſi poſtquam converſa fuit in Monaſterium, & adaucta enunciatis melioramentis.

2. Quoniam fruſtrà quæritur de ſpeciali conventione quantitatis quindenniorum, dùm ea nihil aliud ſunt, quàm ipſum laudemium determinato tempore decimi quinti cujuslibet anni ſolven. *Niger. de laudem. par.* 12. *art.* 3. *num.* 145. *Rot. dec.* 474. *num.* 18. *par.* 9. ſicuti autem laudemium ſecluſà contrariâ conſuetudine ſuam habet menſuram *à l. final. §. ne avaritia Cod. de Jur. Emphyt.* ſic etiam quindennium, abſque eò quod opus ſit aliquâ conventione; cùm ipſo laudemio commenſuratur, *Rot. dec.* 40. *num.* 30. *par.* 7. *& deciſ.* 280. *num.* 4. *par.* 1. *& coram Cerro, deciſ.* 2. *num.* 134.

3. Quod autem in caſu noſtro extranei ſint termini novæ Inveſtituræ patet ex ipſo Inſtrumento emptionis Domus, de qua agitur à Ducisſâ acquiſitæ prò ipſiſmet Monialibus, & ad earum favorem ſolummodò ſtipulatur, accedente etiam ipſius Capituli conſenſu *Summario num.* 7. Quamobrem non ſolum ex facto ceſſat objectum, & convincitur, quod poſſeſſio uſque ad obitum non fuerit penès Duciſſam, nec quod ad Moniales pervenerit, exiſtentibus jam melioramentis ab ea factis, ſed in neceſſariam ſequelam venit, quod nullum pro eis debeatur augumentum quindennii, ſicut non augetur laudemium, quod ab ipſo meliorante perſolvitur, *Brun. conſ.* 44. *num.* 12. *& ſeqq. Soccin. Jun. conſ.* 70. *num.* 2. *lib.* 3. *Amad. à Ponte de laudem. par.* 13. *num.* 1. *&* 2. cùm aliis congeſtis *in deciſ.* 90. *poſt Salgad. de labyr. credit. num.* 4.

4. Neque ex eo quia loco laudemii, quod in qualibet nova Inveſtitura ſolven. eſſet, ſucceſſerint quindennia, cum ſuppoſito quod Bona Emphyteutica ſi penès privatam perſonam exiſterent, de 15. in quindecim Annis alienari poſſent dici meretur, quod cum in caſu veræ alienationis regulariter quindennium habitâ etiam ratione melioramentorum exinde eveniat, quod eodem modo commenſurari debeat in caſu ſuppoſitæ alienationis ut fictio in caſu ficto operetur, quod veritas in caſu vero *l.* 1. *§. hoc autem Sen. Conſ. ff. ad Sen. Conſult. Trebell. Dec. conſ.* 1. *num.* 150. *lib.* 1. *Gonzales ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 51. *num.* 28.

5. Nàm ultrà quod Emphyteuſis in manus

nus mortuas tranſivit, apud quas perpetuò duratura eſt, nulla prorſus fingi valet nova Inveſtitura, niſi in perſonam ejuſdem Emphyteutæ, quo caſu, cum pro melioramentis laudemium non augeatur, ut dictum fuit: Ità nec quindennia, ut eadem militet Juris diſpoſitio, ubi eadem ratio procedit *l. his ſolis C. de revocand. donat. Rot. deci.* 84. *num.* 4. *par.* 4. & *dec.* 348. *num.* 13. *par.* 17.

6. Reſponſum etiam fuit, quod quamvis ex fictione æquitativâ, conſuetudine inducta ſingulis 15. annis ex ſuppoſitâ alienatione oriatur favore Domini directis Jus novæ Inveſtituræ, & exactionis laudemii, non tamen probatur in jure diſpoſitum, ut ab eadem conſuetudine inductum, quod illud etiam debitum ſit pro melioramentis ipſius rei Emphyteuticæ, cujus nova fingitur Inveſtitura, & tritum eſt quod fictio legis tanquam jus ſingulare ultrà caſus expreſſos non admittitur *l.* 2. §. *Codicill. ubi Bald. ff. de Jur. Codicillor. l. ſingulare ff. ſi cert. pet. Giovagnon. conſ.* 73. *num.* 64. *lib.* 1. *Mantica de tacit. lib.* 8. *tit.* 2. *lib.* 13. *num.* 7. *Ricc. deciſ.* 102. *n.* 16. præcipuè in hac materiâ laudemii, in qua conſuetudo præciſè obſervanda venit, eo modo, & forma, qua fuit introducta *Soccin. Jun. conſ.* 70. *num.* 73. & *ſequen. lib.* 3. *Gratian. diſcept.* 377. *num.* 19. *Fulgin. de Jur. Emphyt. tit. de laudem. par.* 15. *num.* 2.

7. Movere tandem non potuit DD. exageratum præjudicium, quod reſultare videtur in hoc caſu Domino directo, qui ſi fundum Emphyteuticum in manus mortuas diſtrahi non promiſiſſet, potuiſſet ſemper à novo Emphyteuta laudemium etiam expoſcere ratione Emponematum, prout præciſè exactum fuit pro aliis ſimilibus fundis ab eodem Capitulo, cujus jactura non debent Moniales locupletari eodem textu *in cap. unico* §. *ſed duorum de alienat. fund. Innocent. in cap. ſecundum Canonicam n.* 3023. *quæſt.* 8.

8. Etenim cum evenire poſſet, ut quomodolibet decimoquinto anno non ſolum non augeatur, ſed fortaſsè diminutus remaneat valor rei Emphyteuticæ, etiam ex causâ inordinatâ; Major fortaſsè reſultat utilitas Domino directo ex invariabili taxâ ſemèl firmata quam ſi determinato tempore eſſet renovanda, ut ad propoſitum notat *Papon. in collectan. arreſt. lib.* 1. *tit.* 14. *arreſt.* 4. *per tot.* Undè hoc etiam practicari ſolet in quindenniis Cameræ Apoſtolicæ debitis, à quibus uſus proceſſit quindennialium hujuſmodi ſolutionum, *Caſſador. ad regul. Cancell. deciſ.* 19. *n.* 60. *Urſell. concluſ.* 100. *n.* 20. *Niger de laudem. par.* 12. *art.* 3. *n.* 219. *Rot. dec.* 198. *n.* 4. *par.* 19.

9. Cœterum omnis tollitur dubietas in præſenti hipotheſi, ſi conſideretur, quod melioramenta, de quibus agitur tanquam Sacra, & Religioſa, cum cedere nequeant ſolo, nunquam favore Domini directi reſolui poſſunt; Unde quod ad ea fruſtranea remanet quæſtio tam laudemii, quam quindennii, ut latius dictum fuit in deciſione, quæ revidetur, quod non ſolum intelligendum eſt de Eccleſiâ, ut à Capitulo non controvertitur, ſed etiam de toto Monaſterio authoritate Ordinariâ erecto, *Calderin. conſ.* 5. *de Religioſ. Dom. Gizzarell. deciſ.* 37. *num.* 3. & ſequitur *Rota deciſ.* 308. *num.* 6. *par.* 4. *tom.* 1.

Et ità approbando in reliquis præteritam deciſionem reſponſum fuit utraque &c. & omnibus DD. ſuffragantibus.

---

## R. P. D. EMERIX DECANO.

*Mediolanen. Nullitatis Profeſſionis.*
*Ven.* 3. *Martii* 1690.

### ARGUMENTUM.

Profeſſio emiſſa ante legitimam ætatem, non ratificatur per annalem habitus geſtationem, nec per exercitium actuum profeſſorum, datâ probabili ignorantiâ nullitatis præcedentis profeſſionis.

### SUMMARIUM.

1. *Profeſſio emiſſa ante legitimam ætatem præſcriptam à Concilio, eſt irrita, & nulla.*
*Reſtitutio in integrum adverſus lapſum quinquennii, tollit obſtaculum agendi de nullitate, ibi.*
3. *Monachus geſtans per annum habitum indiſtinctum Religionis, & exercens actus ſolis Profeſſis ſpectantes, cenſetur tacitè profeſſionem nullam ratificaſſe, tametſi ignoraverit nullitatem præcedentis profeſſionis.*
4. *Monachus quoties ex juſtâ, & probabili causâ habuit ignorantiam nullitatis ſuæ profeſſionis expreſſæ, permanendo in Religione, non dicitur illam tacitè ratificare, & probatur rationibus à n.* 5. & *ſeqq. per tot. & in* 2. *deciſ. coram eodem, ibidem.*

### DECISIO XIV.

Pater Joannes Thomas Foppa, Antonius Maximus in ſæculo nuncupatus, qui, licèt natus die 7. Martii 1663. nihilominus in libro Baptiſmatum ex incuria Parochi deſcriptus fuit, natus ſub die 7. Martii 1662. & cùm fide Baptiſmatis, deſumpta ex hac erroneâ deſcriptione, tanquam exiſtens ſupra decimum ſextum ſuæ ætatis annum, ſub die 13. Martii 1678. profeſſionem Regularem emiſit in Congregatione Olivetanâ. Comperto, occaſione perquirendi novam fidem Baptiſmatis ad effectum ſuſcipiendi

endi Ordines, anno 1684. hujuſmodi errore, prævià licentià Patris Generalis, instituit judicium ſuper nullitate ſuæ profeſſionis coram Vicario Generali Eminentiſſimi tunc temporis Archiepiſcopi Mediolanen. & Superiore Ordinis, obtinuitque ſententiam favorabilem, in cujus ſequelam diſceſſit è Clauſtris, ac publicè, & palàm geſtare cœpit habitum ſæcularem. Verùm delata Cauſa in gradu appellationis, ſivè recurſus ad Sac. Congregationem Eminentiſſimorum Sac. Concilii Tridentini Interpretum, Eminentiſſimi PP. animadvertentes, quod ipſe per ſpatium quinque annorum, & ultrà poſt emiſſam expreſsè profeſſionem in Religione permanſerat, quodquè per conſequens ex Decreto ejuſdem Concil. *ſeſſ. 25. de Regul. cap.* 19. admitti non potuerat ad reclamandum contra illam, non obtentâ priùs reſtitutione in integrum adversùs lapſum quinquennii, circumſcripſerunt præfatam ſententiam, ulteriuſque injunxerunt Ordinario, ut eum juris remediis cogeret ad redeundum ad Monaſterium, ac reaſsumendum habitum Regularem. Reaſsumpto itaque per ipſum ea, quà decuit promptitudine, habitu monaſtico, propoſita fuit in eadem Sacrâ Congregatione Cauſa ſuper reſtitutione in integrum, & ſub die 10. Maii 1687. recedendo à geminis contrariis reſolutionibus, reſcriptum decernendam illi reſtitutionem, deindè per ſpeciale Breve ſa. mem. Innocentii XI. confirmatam, hac tamen lege, quod Cauſa ſuper nullitate Profeſſionis diſcuti deberet in ipſamet Sac. Congregatione. Cùm autem aſſumpta per Eminentiſſimos Patres hujuſmodi diſcuſſione, ſub die 10. Aprilis 1688. reſponſum fuerit *Conſtare de nullitate, & referendum Sanctiſſimo*, ac relatione factâ Sanctiſſimo, dequè illius præcepto repropoſita Cauſa ſub die 30. Aprilis 1689. ſigillatim vocatis omnibus ejuſdem Sacræ Congregationis Cardinalibus, nulla, ob ſciſsuram votorum, capi potuerit reſolutio, in hoc rerum ſtatu placuit Sanctiſſimo Domino Noſtro Papæ Alexandro VIII. ob gravitatem ſimùl, & exemplaritatem materiæ, mandare Eminentiſſimo ipſius Sacræ Congregationis Præfecto, ut deſupèr exquireret Votum totius Rotæ; Undè communicato mihi de more mandato Sanctiſſimi, propoſui hodiè Dubium *An conſtet de nullitate Profeſſionis*? Et Domini maturè diſcuſſis fundamentis, hinc indè deductis: affirmativè reſponderunt.

1. Nullitas enim Profeſſionis reſultat ex ſerie facti ſuperiùs recenſiti, juxtà quam conſtat, quod Ioannes Thomas natus die 7. Martii 1663. cùm erroneâ fide Baptiſmatis, putans ſe natum die 7. Martii 1662. profeſſionem emiſit ſub die 13. Martii 1678. & ſic in ætate quindecim annorum, & paucorum dierum contra Decretum Sac. Concilii Trident. *ſeſſ. 25. de regular. cap.* 15. diſponens, quòd nemo admittatur ad Regularem Profeſſionem faciendam, non completo decimo ſexto ætatis anno, ac declarans nullas, & irritas quaſcumque Profeſſiones anteà peractas, ut plenè notat *Barboſ. ibidem num* 1. *& de poteſt. Epiſc. allegat.* 100. *num.* 3. *& ſeqq. Navar. conſ.* 23. *num.* 1. *de Regular. lib.* 3. *Adden. ad Pamphil. deciſ* 552. *num.* 8. nec hodiè amplius agendum de quinquennali perſeverantiâ, ſeù acquieſcentiâ Monachi in Religione, ſtante præfatâ reſtitutione in integrum, per quam ipſe repoſitus fuit in eo ſtatu, in quo futurus fuiſſet, ſi quinquennium non fuiſſet elapſum, ut tradit *Adden. ad Bellarmin. in not. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 19. *Rot. deciſ.* 705. *num.* 6. *in fin. par.* 2. *recent. & deciſ.* 25. *num.* 23. *coram Arguelles.*

3. Non obſtat igitur unicum obiectum in quo verſatur tota vis hodiernæ diſputationis, quod videlicèt Monachus per annalem geſtationem habitus indiſtincti, & exercitium actuum ad Profeſsos ſpectantium, cenſeatur emiſiſse novam tacitam Profeſſionem, ſeù ratificationem productivam novæ obligationis permanendi in Religione, tametſi aliàs ignoraverit nullitatem præcedentis Profeſſionis expreſsæ, ut latiſſimè tradit *Fagnan. in cap. ſignificatum ex num.* 19. *uſque ad finem de Regular.* & tenent *Spad. conſ.* 94. *lib.* 3. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 104. *num.* 19. *Ventrigl. tom.* 1. *annot.* 47. §. *unico num.* 30. *Antonell. de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 63. *num.* 3. *Dian. reſol. moral. par.* 6. *tract.* 7. *reſol.* 56. *in fin. Hurtad. de reſid. tom.* 2. *lib.* 2. *reſol.* 8. *ſub reſolut.* 5. *num.* 43. *Pignatell. conſult. canon.* 88. *num.* 5. *& conſult.* 146. *num.* 53. *lib.* 1. *Panimoll. deciſ.* 29. *adnot.* 3. *n.* 3. *Adden. ad Rot. deciſ.* 179. *num.* 8. *par.* 4. *recent. Rot. deciſ.* 39. *num.* 15. *& deciſ.* 178. *num.* 24. *coram Carillo*, ac pluriès reſolviſse videtur Sacra Congregatio Concilii, ut *in Romana, ſeù Sorana* 28. *Maii* 1578. *in Nullius* 13. *Januarii* 1583. *in Romana* 13. *Januarii* 1618. *in Neapolitana* 3. *Aprilis* 1621. *& in Carinen.* 14. *Decembris* 1624. cujus Sac. Congregationis reſolutiones vivæ vocis oraculo laudàvit, & approbavit ſa. mem. Urban. VIII. ut teſtatur bon. mem. Cardinalis Paulutius tunc ipſius Sacræ Congregationis à ſecretis in ejus Voto, recenſito in liberculo particolaritèr dato.

4. Siquidem quoties ex parte Monachi concurrit juſta, & probabilis ignorantia Nullitatis præcedentis ejus profeſſionis, & ſignanter, ut hic, orta ex erroneitate fidei Baptiſmatis, quæ quoſcumquè etiam ſagaces viros decipere valuiſset, verior omninò viſa eſt Dominis contraria ſententia, nempè non dari hanc tacitam profeſſionem, ſeù ratificationem, prout etiam magis communiter firmant Doctores, tàm Theologi, quàm Juriſtæ, & inter primos *Cajet. in D. Thom.* 2. 2. *qu.* 189.

artic.

artic. 5. Rodriquez par. 2. ſumm. cap. 8. num. 5. Sanchez. de matrim. lib. 1. diſput. 16. num. 7. & lib. 2. diſput. 36. num. 3. lib. 7. diſput. 37. num. 59. Bonaccin. quæſt. 2. de clauſ. par. 10. difficult. 1. num. 3. Suarez. de Religion. tom. 3. lib. 7. cap. 1. num. 3. Layman. lib. 4. tract. 5. cap. 5. num. 9. Leſſ. de Juſtit. & Jur. lib. 2. cap. 40. dub. 7. num. 60. Caſtropal. tom. 3. tract. 16. diſput. 2. punct. 5. num. 3. Portell. dub. Regul. verb. Profeſſio num. 5. Mirand. in manual. Prælat. tom. 1. quæſt. 30. artic. 3. concluſ. unic. Coton. controv. lib. 4. controv. 4. cap. 2. num. 6. à S. Fauſt. lib. 5. quæſt. 251. num. 1. Pieryn. de Prælat. quæſt. 3. cap. 1. num 144. Bordon. controv. 32. de ratific. profeſſ. num. 19. Sanctarell. var. reſolut. 48. num. 40. Scrof. reſol. moral. quæſt. 8. Caſaing. de privil. Regular. tract. 4. cap. 6. propoſit. 7. §. Reclamatio, Piſtach. de vot. to. 1. tract. 5. cap. 4. num. 6. Donat. rer. regular. tom. 2. tract. 8. quæſt. 5. n. 2'

5. Ex ſecundis Navar. conſ. 23. num. 2. conſil. 31. num. 4. conſ. 89. num. 5. verſ. ſeptimo profeſſio de Regular. lib. 3. & in comment. 4. cap. ſtatuimus de Regul. lib. 3. & in manual. cap. 12. num. 7. Zoeſ. lib. 3. Decretal. tit. 31. num. 39. Zipæus in Analytic. Jur. Pontific. lib. 3. de Regular. num. 25. Piringh. in Decretal. lib. 3. tit. 31. ſection. §. 9. num. 149. Spad. conſil. 93. num. 13. lib. 3. Vermigl. conſil. 484. num. 14. Altograd. 63. num. 67. lib. 2. Gratian. diſcep. 440. num. 22. Ciarlin. contra. 108. num. 61. Ciriac. contr. 371. num. 23. & ſeqq. Paſqualig. quæſt. moral. Juridic. 22. num. 6. & quæſt. 35. num. 6. Dulph. controv. 138. num. 3. & ſeqq. Tamburin. de Jure Abbat. tom. 3. diſput. 6. quæſt. 17. num. 5. & quæſt. 23. num. 4. Capon. controv. 14. num. 22. & ibi Epiſcop. Brun. in ſuo vot. ex num. 28. & in addit. num. 20. Avendan. de met. lib. 2. cap. 10. num. 40. Graff. deciſ. aur. par. 1. lib. 3. de Regular. cap. 5. num. 22. Sperell. deciſ. 8. num. 30. tom. 1. Cammerat. reſponſ. dec. 1. num. 107. Tondut. reſol. benef. lib. 1. cap. 78. num. 10. Paſſerin. de ſtat. homin. tom. 3. quæſt. 189. artic. 10. inſpect. 8. num. 375. & ſeqq. Card. de Luca de regul. diſc. 40. ſub num. 19. diſcurſ. 42. num. 4. & diſcurſ. 43. num. 14. ac ſæpiùs probavit Rot. ut in deciſ. 370. num. 10. par. 9. deciſ. 116. num. 26. & deciſ. 134. num. 7. & 8. par. 14. recent. deciſ. 421. num. 8. coram Royas deciſ. 277. num. 13. coram Ubald. deciſ. 227. num. 23. coram Priol. Et ingenuè faſſus fuit ipſe Fagnanus aliàs' acerrimus vindex contrariæ opinionis, illam ſuis temporibus fuiſſe aucthoritatibus ferè deſtitutam, ut in dicto cap. ſignificatum num. 42. verſic. atque ex his omnibus.

6. Prævaluit autèm apud Dominos hæc ſententia ex tribus potiſſimum fundamentis, Primò ſcilicèt, quià omnes textus de materià profeſſionis agentes, in caſu præexiſtentis profeſſionis expreſſæ nullæ, loquuntur de illius ratihabitione, ſeù ratificatione, non autem de novâ tacitâ profeſſione, ſeù ratificatione independenti à profeſsione expreſsâ, ut videre eſt in cap. ſignificatum 11. de Regular. ibi = Poſt decimum quartum profeſſionem à ſe priùs factam ratam habuerit, in cap. cum Virum 12. eodem tit. ibi = Præſertim ſi ratihabitione ſecutâ quod anteà geſtum fuerat, roboratur, in cap. ſicut tenor 15. eodem tit. in argum. ibi = Furioſus profitendo non obligatur niſi factus ſanæ mentis ratum habuerit, in cap. 1. in fin. de his, quæ vi, met. cauſæ, ibi = Si probatum fuerit non timore mortis præfatam mulierem Religionem intraſſe, aut quod fecit poſtmodum ratum habuiſſe, & plenè, ac magiſtraliter in cap. 1. de Regul. in 6. in quo Summus Pontifex recenſet quinque modos profitendi, primum ſcilicet per viam expreſſæ profeſſionis, ibi = Niſi eo completo profeſſionem faciat in ſequenti, ſecundum per viam ſuſceptionis habitus profeſſorum, ibi = Vel habitum Religionis ſuſcipiat, qui dari profitentibus conſuevit, Tertiùm per viam expreſſæ ratificationis antecedentis profeſſionis nullæ, ibi = Seù profeſſionem à ſe priùs factam ratam expreſsè habeat. Quartum, per viam delationis annalis habitus indiſtincti, ibi = Quod ſi per totum ſequentem annum in Monaſterio permanſerit, ubi Profeſſorum, & Novitiorum ſunt habitus indiſtincti, profeſſionem per hoc feciſſe. Quintùm deniquè, qui pertinet ad rem noſtram per viam tacitæ ratificationis expreſſæ profeſſionis nullæ, ibi = Vel ſi quampriùs fecerat ratam habuiſſe videtur. Undè noſtrum non eſt aſſerere, ſeù ſuperaddere novam tacitam profeſſionem, ſeù ratificationem fundatam in ſolis actibus profeſſorum geſtis, abſque ſcientià Nullitatis prioris profeſſionis expreſſæ, juxtà illud quod lex non dicit, nequè nos dicere debemus ad Text. in cap. is, qui ibi = Cum id non ſit expreſſum in Jure, & in leg. diſſentientis Cod. de repud. ibi = Nulla præceſſit Juris Conſtitutio.

7. Secundò, quia ad inducendam hujuſmodi tacitam profeſſionem, ſeù ratificationem requiritur conſenſus profitentis cap. ſignificatum, cap. ſicut tenor, & cap. conſulti de regular. iſque debet eſſe omninò certus, & liber, nam igitur de ſubiiciendo profeſsum novæ obligationi, contra quam in dubio fieri ſemper debet interpræratio l. Arrianus ff. de oblig. & act. l. quidquid. aſtringendæ ff. de verbor. oblig. Undè cum profeſſus ignoret nullitatem ſuæ profeſſionis, nullo pacto dici poteſt præbere conſenſum alteri profeſſioni tacitæ, nàm voluntas non fertur in incognitum, ut inquit Ariſtotel. lib. 3. de anim. comment. 39. nec quidquam magis contrarium eſt conſenſui, quam ignoratia, vel error l. ſi per errorem ff. de juriſdict. omn. jud. l. non idcircò C. de Jur. & Fact. ignor. Tantoque certius, quia de jure profeſsus præſumitur in Religione perſiſtere vigore tituli præambuli, de quo conſtat, ac per conſequens tanquam ſemel validè profeſsus, non tanquam iterum profeſsurus, & adimplendam obligationem jam contractam, non autem ad novam contra-

hendam

hendam, ut communiter advertunt Doctores ſupra allegati.

8. Tertiò, quia ſi præcedens expreſſa profeſſio ſubſtineretur de Jure, nemo planè diceret, geſtationem habitus profeſſorum, & alios hujuſmodi ſubſequentes actus fuiſſe ex parte Profeſſi directos, & ordinatos ad effectum emittendi novam tacitam profeſſionem, ſeù ratificationem; ſiquidem fruſtrà inducitur tacitum, ubi reperitur expreſſum, ut tradit *Bald. in l. cum multa C. de donat. ant. nupt. Aretin. in l. 3. ff. de legat.* 1. in his terminis *Navar. conſ.* 89. *num.* 4. *de Regular.* Undè eodem modo dicendum in caſu, quo, prout hic, præcedens expreſſa profeſſio non ſubſtinetur de Jure, neque iſte Juris defectus devenit ad notitiam profeſſi, nam eadem ſemper, & ubique mens eſt, & intentio profitentis, quæ proindè neutro caſu, diverſo jure cenſeri debet, ad *text. in l. jam hoc jure ff. de vulg. & pupil. Rota in Viterbien. ſeù Balneoregien. ſucceſſionis* 4. *Martii* 1689. §. *Secunda* coram me. Imò quemadmodum poſt peractam profeſſionem expreſſam licet irritam, & nullam, dari non poteſt caſus, quod emittatur nova profeſſio expreſſa, ſaltem juxtà ſenſum, & opinionem profeſſi, qui divinare non potuit nullitatem præcedentis ejus profeſſionis, ſimili modo, nec dari poteſt caſus tacitæ profeſſionis, ſeù ratificationis, nec contingat, plus per tacitam mentis operationem fieri, quam poteſt fieri per expreſſam, contra regulam *Text. in cap. ſcienti de regul. jur. in* 6. de qua per *Barboſ. axiom.* 89. *n.* 2.

9. Nec admodum viſa ſunt urgere fundamenta contrariorum ſentientium, non enim relevat, quod duo reperiantur in Jure diſtincti modi profitendi, expreſsè ſcilicèt, & tacitè, quodque profeſſus in actu ſuæ oblationis ſeù promiſſionis factæ corā Deo, cenſeatur utrique ſeſe alligaſſe, juxtà regulam præſumptæ cōformationis agentis cum Juribus loquentibus de eo, quod agit. Quoniam id locum habet in ſuis terminis habilibus, nempè in caſu, quo non præceſſit expreſſa Profeſſio nulla, aut ſi præceſſit, profeſſus novit ejus nullitatem, ſecùs autem in caſu, quo prout hic, Monachus fuit expreſsè profeſſus, & ignarus nullitatis ſuæ profeſſionis, nàm cum ex præfatis nullo Jure cautum ſit, quod in his terminis detur tacita profeſſio, ſeù ratificatio, quodque plus eſt, illa ex defectu voluntatis, ſive conſenſus dari non poſſit, nihil deſuper operari valet præſumptio conformationis, quæ non procedit ultrà terminos, ſivè caſus, de quibus jura loquuntur, ut in terminis Statuti tradit *Andreol. controverſ.* 248. *num.* 8. *Rota deciſ.* 1553. *num.* 9. *coram Pen. & in Æſina Immiſſionis, & diviſionis* 26. *Junii* 1682. §. *Statutum Æſii coram bon. mem. Pauluccio.*

10. Minùs officit, quod non omnis ignorantia faciat involuntarium, ſed dumtaxat ignorantia illius rei, quàm homo nollet, ſi ſciret, quæ à Theologis dicitur ignorantia antecedens, non autem ignorantia ejus rei, quàm quis vellet, etiamſi ſciret, quæ dicitur ignorantia concomitans, quaſi, quod Monachus poſtquàm per actum profeſſionis explicavit propoſitum inſerviendi Deo in Religione, cenſeatur in illo perſeverare, cum voluntatis mutatio non præſumatur, præſertim quoties, ut hic, agitur de meliori bono profitentis. Quoniàm ad effectum hujuſmodi tacitæ profeſſionis, ſeù ratificationis non ſufficit tollere involuntarium, ſed neceſſe eſt ponere voluntarium, ut inquit *Paſſerin. de Stat. homin. tom.* 3. *quæſt.* 189. *artic.* 10. *inſpect.* 8. *num.* 375. *Suarez de Religion. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 21. aliud eſt enim credere profeſſionem validam, & illam exequi tanquàm talem, aliud verò ipſam emittere, ſeù ratificare de novo; Nàm actus credendi pertinet ad intellectum, & actus exequendi licèt admixtam habeat voluntatem, hæc tamen non reſpicit profeſſionem, ſed ejus ſequelam; actus autem profitendi, ſeù ratificandi de novo omnimodò pertinet ad voluntatem, & dicit novum propoſitum, ſivè conſenſum, quo quis nunc ex integro vult, vel denuò vult, quod olim voluit, ut egregiè diſtinguit *Cajetan. in Div. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 89. *art.* 5. undè cùm pro hac tacitâ profeſſione, ſeù ratificatione, requiratur novus conſenſus, & nova voluntas, in nihilo ſuffragatur præſumptio continuationis veteris voluntatis, ut tradit *Suarez loco ſupra citat. num.* 3. *Tambur. de jur. Abbat. tom.* 3. *diſput.* 6. *qu.* 17. *num.* 1. Prætereà nec abſolutè videtur deferendum hujuſmodi præſumptioni ad effectum de quo agitur, imponendi Profeſſo perpetuum jugum religioſæ ſervitutis, cum in rei veritate ſciri non poſſit, quid tractu temporis acciderit Profeſſo, quod ipſi ſuadere voluiſſet egreſſum à Religione, ſi nullitatem ejus profeſſionis ſciviſſet, ut benè obſervat *Paſſerin. ubi ſupra num.* 383.

11. Denique non refragantur reſolutiones, ac Decreta Sacræ Congregationis Concilii, ut præfertur, Apoſtolico oraculo roborata. Quia omnia loquuntur in terminis reſtitutionis in integrum adversùs lapſum quinquennii, & ſignanter in caſu, quo vel ignorantia verſabatur in facto proprio, contra quàm militat juris præſumptio, ut in Romana 13. Januarii 1618. in qua Nullitas profeſſionis petebatur ex capite interrupti anni probationis, & in Cirinen. 14. Decembris 1624. in qua petebatur ex capite anni probationis non completi, vel agebatur de ignorantiâ juris, quæ nemini ſuffragatur, ut in Nullius, 13. Januarii 1583. in qua mulier ajebat, ignoraſſe Decretum Sacri Concilii Tridentini irritantis, quaſcumque profeſſiones

nes emiſſas antè completum decimum ſextum ætatis annum. *Vel demùm ſimpliciter allegabatur ignorantia facti, nullis autem rerum Circumſtantiis, ſivè adminiculis fulciebatur*, ut in Romana, ſeù Sorana 28. Maii 1578. & in Neapolitana 3. Aprilis 1621. in quibus Regularis narrabat ſe Profeſſum antè decimum ſextum ætatis annum, & ex ſola legali præſumptione ignorantiæ Nullitatis profeſſionis contendebat refundere onus probandi ſcientiam in Religionem. Et in his, vel ſimilibus terminis videtur intelligendum oraculum Sanct. mem. Urban. VIII. tanquàm ſimplicitèr confirmatorium hujuſmodi reſolutionum, ac Decretorum Sacræ Congregationis.

12. Cœterum quatenùs etiam per modum diſcurſus hæc tacita Profeſsio ſubſiſteret in Jure, adhùc illa ceſſat in hypotheſi caſus noſtri. Conſtat enim, quod Joannes Thomas pro tempore, quo permanſit in Religione, ſemper oſtendit animum averſum ſtatui religioſo, itàut ſæpiùs de hoc ipſo conquereretur apud amicos, & familiares, ac pervagante quondam fama ſuppreſsionis ejus Religionis, dederit magna ſigna lætitiæ, quaſi tunc ei ſpes aliqua affulgeret evadendi Religioſam diſciplinam, ut deponunt plures teſtes, & meliùs docuit ſucceſsivus eventus, quod ſcilicet per tot annos nunquàm induci potuit ad accipiendos ordines, imò nec ipſammet primam Clericalem Tonſuram, in quibus ordinibus præcipuè conſiſtit perfectio religioſa, *cap. inſinuante, qui Cleric. vel voven. &c.* Ibiquè *Hoſtien. num. 3. Butr. num. 10. Præpoſ. num. 4. Calderin. conſ. 11. de Regul. Rota deciſ. 211. num. 12. par. 13. recent.* Poſita ſiquidem hujuſmodi animi averſione à ſtatu religioſo, nè utiquam allegari valet Profeſſio tacita, quæ fundatur in ſimplici præſumptione Juris, ac per conſequens eliditur ex quibuſcumquè actibus, ſeù declarationibus æditis in contrarium, ut tradit *Gloſs. in cap. tuarum V. ſignatos*, & ibi *Abb. num. 6. & Dec. num. 33. de privileg. Innoc. in cap. relatum nu. 3. ibique Hoſtien. num. 12. Imol. num. 16. Jo. Andr. num. 9. & Butr. num. 25. de his, quæ vi met. cauſ. Silveſter in verb. Religio num. 19. Cyriac. contr. 371. num. 36. Suarez de Religion. tom. 3. quæſt. 17. artic. 15. in princ. Adden. ad Gregor. deciſ. 385. ſub num. 6. verſ. excluditur, Rot. deciſ. 94. n. 4. par. 9. tom. 1. recent. deciſ. 3. num. 8. poſt Tamburin. de Jur. Abbat. deciſ. 229. num. 3. coram Carill. deciſ. 552. num. 18. & 19. coram Ubald. & deciſ. 9. num. 34. deciſ. 25. num. 10. coram Arguelles.*

13. Nec quicquam monet, quod unus dumtaxat ex præfatis Teſtibus præcisè deponat de animi averſione intrà tempus tacitæ Profeſsionis, videlicet intrà annum immediatè defluxum à die æditæ Profeſſionis expreſſæ, quoniam alii Teſtes non contrariantur ejus diſpoſitioni, ſed dumtaxat indefinitè loquuntur de conqueſtionibus, & reclamationibus, ac per conſequens, vel dici debent abſolutè conteſtes ex traditis per *Hodiern. contr. 16. num. 63. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 99. num. 28. Rot. deciſ. 191. num. 4. par. 1. diverſ. & dec. 1369. num. 59. coram Coccin.* vel ſaltem recipiendi ſunt prò adminiculo, & conjecturâ, præſertim in caſu, quo prout hic, agitur de facto ſucceſſivo, & certa eſt generalis recuſatio, ſeù abnuentia quorumcumque ordinum, ſtantibus enim tàm fortibus adminiculis, & conjecturis, Teſtis etiam unicus plenè probat juxtà theoricam *Bald. in l. prima §. iidem Cornelio num. 2. ff. de quæſtion.* quam ſecuta eſt *Rot. in Leodien. Nullitatis Ordinis Subdiaconatus 10. Januarii 1689. §. Non obſtante coram me.*

Et ità deciſum fuit utraque Parte acriter informante &c.

---

## EADEM CORAM EODEM.

*Mercurii 5. Julii 1690.*

### SUMMARIUM.

1. *Sumptus litis debentur ei, qui habet bonum jus, & eſt pauper.*

### DECISIO XV.

1. CUm Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Interpretum Sacri Concilii Tridentini exquiſierit de Ordine Sanctiſſimi Votum hujus noſtri Auditorii, ne dum ſuper nullitate Profeſſionis P. Joannis Thomæ Foppæ, ſed etiam quoad expenſas factas, & faciendas. Ideò Domini in eadem hodiernâ relatione Cauſarum, in qua ordinarunt, ut traderem Votum ſuper nullitate ad formam duarum deciſionum deſuper emanatarum, demandarunt pariter, ut extenderem hanc aliam Brevem quoad expenſas illi à Fratre, occupatore omnium bonorum Paternorum, & Maternorum ſubminiſtrandas. Quod enim illæ ſint ab iſto debitæ, nulla cadit difficultas, quia bonum Jus P. Joannis Thomæ abundè liquet ex Sententiâ Ordinarii, reſolutione Sac. Congregationis, & ex deciſionibus Rotalibus. Et Paupertas, quæ eſt alterum ex requiſitis, quibus concurrentibus Rota paſſim jubet illa ſubminiſtrari à Colligante, juxtà *Text. in l. ſi Inſtituta §. de inoff. ff. de inoffic. Teſtam.* & tradita per *Surd. de alimentis tit. 1. quæſt. 127. num. 11. cum aliis allegatis deciſ. 402. part. 18. recent.* eſt notoria, attento ſtatu Regulari, in quo de præſenti reperitur.

Solum Domini aliqualiter hæſerunt circa liquidan. quantitatem, quam interim, quo maturiori ſuo, ſeù quorum de jure, examini reſervarunt, prò nunc ſubminiſtranda cenſuerunt

ſuerunt ſcuta tercenta in Cauſam declarandam, computatis in illis ſcutis quinquaginta ordinatis ante propoſitionem Cauſæ.

Et ità &c.

## Votum Sacræ Rotæ.

Rota per rationes deductas in duabus primis ſupraſcriptis deciſionibus, eſt in Voto conſtare de Nullitate Profeſſionis P. Joannis Thomæ Foppæ, & per rationes deductas in tertiâ illi prò nunc ſubminiſtranda eſſe ſcuta 300. in Cauſam declarandam prò expenſis, reſervatâ ulteriori illarum liquidatione ſibi, ſeù quibus de Jure.

Jacobus Emerix S. Rotæ Decanus.

### SUMMARIUM.

1. *Regularis volens dicere de nullitate ſuæ profeſſionis, tenetur illam probare coram ſuo Superiore, & Epiſcopo loci profeſſionis conjunctis.*
2. *Superior Regularis poteſt cognoſcere de nullitate profeſſionis, etiamſi Religio ſe opponat.*
3. *Expenſæ judicii nullitatis profeſſionis ſunt ſubminiſtrandæ à Religione, ſi Monachus non habet aliundè.*

### ADNOTATIONES.

1. Notandum hic eſt, quod ſi Regularis intra quinquennium nullitatem ſuæ profeſſionis deducat, tenetur illam probare conjunctim coram ſuo Superiore Regulari ejus Monaſterii in quo profeſſionem emiſit, & coram Ordinario loci in quo exiſtit Monaſterium in quo profeſſus eſt: etiam ſi agatur de nullitate ratione morbi, ſeù alterius defectus naturalis, ut reſpondit Sac. Congreg. Concilii 1. Decembr. 1593. & 12. Decembr. 1665.

2. Hæc autem facultas cognoſcendi cauſam nullitatis conjunctim cum Epiſcopo, competit Superioribus, etiam in caſu quo Religio ſe opponat, & contradicat, ut declaravit eadem Congreg. *in Olomucen.* 10. *Junii* 1684. *lib.* 31. *fol.* 45.

3. Expenſæ verò volenti dicere de nullitate, ſunt ſubminiſtrandæ per Religionem, dummodò maneat in Clauſtris, ut deciſum refert *Nicol. lucubr. can. lib.* 3. *tit.* 31. *n.* 31. *limit.* 4. *verſ. expenſæ*: & abſolutum eſt, quod religioſo non habenti aliundè; ut poſſit cauſam propriam agere, expenſæ debentur à Monaſterio, ut probat *Paſſerin. de ſtat. hom. tom.* 2. *quæſt.* 187. *art.* 2. *n.* 72.

## R. P. D. EMERIX DECANO.

*Hiſpalen. præcedentiæ.*
*Ven.* 21. *Aprilis.* 1690.

### ARGUMENTUM.

Præcedentia debetur Fratribus diſcalceatis ſtrictioris obſervantiæ S. Franciſci ſupra Fratres Ordinis S. Auguſtini, & jam ſi non incedant uniti cum Fratribus Obſervantibus.

### SUMMARIUM.

1. *Fratres reformati S. Franciſci profitentur eamdem regulam quam profitentur Fratres de Obſervantia, & ideo gaudent præcedentiâ ſupra Fratres S. Auguſtini, & n.* 2. 3. 5. *&* 6.
4. *Antiquioritas unius Conventus, communicat præcedentiam omnibus aliis ejuſdem Ordinis quomodolibet poſterioribus.*

### DECISIO XVI.

Contendentibus Fratribus Ordinis S. Auguſtini quatuor Civitatum Provinciæ Hiſpalen. videlicet Portus S. Mariæ, Xeres, Sanlucar, & Arcos vindicare ſibi præcedentiam in Proceſſionibus, aliiſque publicis functionibus ſupra Fratres Diſcalceatos Strictioris Obſervantiæ, ſeù Reformatos Ordinis S. Franciſci, quotieſcumque iſti non incedunt mixti, ſeù interpellati cum Fratribus de Obſervantiâ, ſeù de Familiâ nuncupatis, inſtructaque deſuper lite coram Proviſore Hiſpalen. pronuntiatum fuit, manutenendos eſſe Fratres Diſcalceatos in quaſi poſſeſſione præcedendi Fratribus Auguſtinianis, ſolùm in caſu quò incedunt uniti, ſeù incorporati cum Fratribus Obſervantibus. Sed Judex Synodalis ab Eminentiſſimo D. meo Card. Millino, tunc Hiſpaniarum Nuncio delegatus in gradu appellationis tulit ſententiam prioris revocatoriam, deinceps ab eodemmet Eminentiſſimo D. Nuncio confirmatam, decernentem eiſdem Fratribus Diſcalceatis manutentionem etiam quando incedunt ſoli ſub propriâ Cruce. Unde devolutâ tandem Cauſâ ad Curiam, eaque mihi commiſſa, dedi dubium ſub die 2. Decembris anni proximè præteriti, *An præfatis Fratribus Diſcalceatis, accedentibus ad Proceſſiones, & alias functiones publicas ſolis ſub propriâ Cruce, abſque Fratribus ejuſdem Ordinis nuncupatis de Obſervantiâ, ſeù de Familiâ, competat præcedentia ſupra Fratres S. Auguſtini?* Et Domini, nulla tunc capta reſolutione, hodie re melius enucleata, reſponderunt, *Præcedentiam competere Fratribus Diſcalceatis.*

1. Fun-

1. Fundamentum reſolutionis conſtitutum fuit in Bulla ſa. mem. Clementis VIII. *inter ejus impreſſas 92. Bullar. nov. tom. 3.* per quam declaratum fuit Fratres Diſcalceatos profiteri eandem Regulam, quam profitentur Fratres de Obſervantiâ, ipſoſque eſſe veros filios, & indubitatos Fratres Ordinis S. Franciſci, ac potiri debere ubique locorum, omnibus, & ſingulis gratiis, ac privilegiis, & præſertim præcedentiâ in Proceſſionibus, aliiſque actibus, tàm publicis, quàm privatis, prout gaudent Fratres de Obſervantiâ, additâ clauſulâ ſublata, & decreto irritanti. Undè cum certum ſit, quod in locis, de quibus agitur, Fratres de Obſervantiâ in Proceſſionibus, aliiſque publicis functionibus gaudent præcedentiâ ſuprà Fratres S. Auguſtini, conſequens eſt, ut eadem gaudere debeant etiam Fratres Diſcalceati, non ſolùm in caſu, quò incedunt uniti, ſeù interpolati cum ipſis de Obſervantiâ (qui hodie non cadit in controverſiam) verùm etiam in caſu, quò (prout in dubio) incedunt ſoli ſub propriâ Cruce, nam in utroque viget ratio præfatæ Bullæ, quod videlicet ipſi conſtituunt unum, & identificum Ordinem S. Franciſci, ac proindè ſemper, & ubique debent locum eidem Ordini debitum occupare, nè aliàs contingat abſurdum, quod membra ſeparentur à corpore, ac unus, & idem Ordo, modò uno, modò autem alio jure cenſeatur, ut in puncto perpenſo tenore ipſius Bullæ inter eoſdemmet Fratres decrevit Congregatio Sacrorum Rituum, ac decreta hujuſmodi Sacræ Congregationis confirmavit, & approbavit, atque impoſterum ſervari juſſit ſa. mem: Urban. VIII. prout liquet ex ipſiſmet decretis, ac Brevibus exhibitis per Informantes.

2. Non obſtat, quod hujuſmodi Decreta, ac Brevia Apoſtolica fuerint per ſubſequens Breve ſa: mem: Innocentii X. reducta ad terminos Juris, & Conſtitutionis per fel. rec. Gregorium XIII. editæ ſuper præcedentiis in Proceſſionibus, quæ eſt *inter ejus impreſſas 48. Bullar. nov. tom. 2.* Siquidem Breve non fuit generalitèr promulgatum pro quibuſcumque cauſis, ac locis, ſed particularitèr pro cauſa loci de Vinaros, & aliis ſimilibus, ut clarè præſeferunt illius verba ibi: *Præfatas dicti Urbani Prædeceſſoris litteras ad terminos juris non ſolùm in præſenti, ſed etiam in quacumque ſimili cauſa, tàm in dicto loco de Vinaros, quàm in aliis in iiſdem litteris contentis Apoſtolicâ auctoritate tenore præſentium reducimus, & ubique terrarum ſervandam eſſe eamdem dicti Gregorii Prædeceſſoris Conſtitutionem declaramus, ſtatuimus, & ordinamus &c.* Quò fit ut cum ex deductis in poſitione ipſius cauſæ Loci de Vinaros conſtet, quod in eo non aderant antiquiora Monaſteria Fratrum de Obſervantiâ, ex quibus metiri poſſet præcedentiam Familia Diſcalceatorum, prout extra controverſiam adſunt in locis, de quibus agitur Decreta, ac Brevia, de quibus ſupra, reſpectu hujuſmodi locorum perſeverent in ſuo robore. Quod enim non mutatur quid ſtare prohibetur? ut inquit *Juſtinian. in l. ſancimus 27. in princip. Cod. de Teſtam.*

3. Et nihilominùs præſcindendo etiam per modum diſcurſus à præallegatis Decretis, ac Brevibus Apoſtolicis, & procedendo cum reſcripto Gregorianæ Conſtitutionis, adhuc iſta perſpecta præcedentia debetur Fratribus Diſcalceatis. Conſtitutio ſiquidem mandat, præcedere debere primùm illos, qui reperiuntur in quaſi poſſeſſione præcedendi, ac deinceps eos, qui in locis habent antiquiores Conventus, ſeù Monaſteria, horum autem utrumque militat in hac hypotheſi favore ipſorum Diſcalceatorum, nam quaſi poſſeſſio præcedendi in hoc ipſo caſu, quò contingat, illos incedere ſub propriâ Cruce abſque Fratribus de Obſervantiâ probatur, tùm ex actibus poſſeſſoriis relatis in eorum Summario præteritæ poſitionis *Num. 4. & 6.* Tùm etiam ex pluribus mandatis de manutenendo nuper obtentis à Judicibus Nunciaturæ Hiſpanæ, dicto *Summ. num. 7.* non attento contrario mandato de manutenendo uſque de anno 1637. relaxato favore Fratrum Auguſtinianorum, ac depoſitionibus Teſtium datis in eorum *Summ. num. 4. & 5.* quia mandatum fuit deindè per ſupradicta Decreta, ac Brevia Apoſtolica revocatum, & depoſitiones Teſtium loquuntur de præcedentia in Concionibus, ac Circulis diſputationum, non autem in Proceſſionibus, de quibus eſt quæſtio.

4. Antiquioritas verò Conventuum, ſeù Monaſteriorum in confeſſo eſt apud Partes; Et parum refert, quod illa verificetur ſolùm reſpectu Conventuum, ſeù Monaſteriorum Fratrum de Obſervantiâ, non autem reſpectu particularium Conventuum Fratrum Diſcalceatorum. Quia quoties in locis exiſtunt plures ejuſdem Ordinis Conventus diverſis temporibus fundati, antiquioritas unius influit, & communicat præcedentiam omnibus aliis ejuſdem Ordinis quomodolibet poſterioribus, ut expreſsè diſponit eadem Bulla, ibi = *Si contigerit nova Monaſteria, aut Domus alicujus Ordinis mendicantium, in loco, in quo alterius Ordinis ex dictis Mendicantibus Monaſteria, aut Domus prius erecta, & inſtituta ſint, ille Ordo, qui priùs Monaſterium, ſeù Domum in loco habuerit, præcedat,* & inhærendo illius diſpoſitioni tradunt *Card. de Luca de Præemin. diſc. 25. Lantuſc. in Theatr. Regular. verb. Præcedentia n. 11. & 19. in fine, Novar. in Summ. Bullar. comment. 96. num. 11. Bordon. Oper. moral. in Theatr. Præcedent. num. 478.* ac reſpondit Sac. Rituum Congregatio in *Salernitana Præcedentiæ ſub*

*die 3. Junii* 1617. Et ſummâ quidem ratione nam aliàs ſcinderetur unitas Ordinis, ac non levia ſcandala, & confuſiones orientur in populo, ut advertit *Card. de Luca d. diſcurſ.* 25. *de Præemin.*

5. Nec juvat replicare, quod Papa in ſine præfatæ Conſtitutionis declaraverit præſervare Jura Fratrum Capuccinorum incedentium ſub Cruce Fratrum de Obſervantiâ, ibi = *Nolumus per præſentes &c. Fratribus Capuccinis nuncupatis, qui in Proceſſionibus publicis, ſub Conventualium S. Franciſci, aut Minorum de Obſervantia Fratrum nuncupatorum, Cruce, ut ſolent incedere poſſint, aliquod præjudicium generari &c.* & ſic contrarium videatur ſenſiſſe reſpectu eorundemmet Fratrum incedentium ſub propriâ Cruce, quia vel id non pertinet ad rem noſtram, ſtante diverſitate inſtitutionis Ordinis, vel ſolùm poteſt, ac debet intelligi in caſu, qui deinceps evenit, quo ſcilicèt Fratres Capuccini, accedentibus etiam Fratribus de Obſervantiâ, voluerunt erigere propriam Crucem, & ſic ex propriâ voluntate, ac facto conſtituere corpus diſtinctum, & ſeparatum à Fratribus Obſervantibus. At in præſenti Fratres Diſcalceati, accedentibus Fratribus Obſervantibus, profitentur non ſolùm incedere velle ſub eorum Cruce, verùm etiam mixti, & incorporati cum ipſis, prout ad hæc uſque tempora inconcuſsè ſemper ſervarunt; ac ſolùm in caſu quò ipſimet Obſervantes nollent, vel non poſſent intervenire, intelligunt erigere propriam Crucem ac tenere locum ſuprà Fratres alterius Ordinis, quem aliàs tenuiſſent, ſi iidem Obſervantes interveniſſent, quod planè videtur juſtum, & rationabile, cum per non interventum Fratrum de Obſervantiâ, totus Ordo conſolidetur in ipſis intervenientibus, ut de Jurepatronatus reſidente penès plures patronos tradunt *Gloſs. & DD. in cap.* 1. *de Jurepatr. Rota deciſ.* 388. *num.* 23. *&* 24. *coram Bichio, & in Neapolitana Abbatiæ* 12. *Decembris proximi præteriti* §. *Minus relevat coram Me.*

6. Neque applicabiles viſæ ſunt plures reſolutiones Sacræ Rituum Congregationis in oppoſitum cumulatæ. Nam Decretum in dicta Salernitana Præcedentiæ in fine ubi dicitur, ſervandam eſſe anterioritatem fundationum, etiam inter ejuſdem Ordinis Monaſteria, debet intelligi, reſpectu Præcedentiæ inter Familias, ſeù Monaſteria ejuſdem Ordinis, non autem reſpectu præcedentiæ inter Familias, ſeù Monaſteria Ordinis diverſi, nam aliàs implicaret contradictionem cum præcedenti diſpoſitione, ut tradit *Novar. in Summ. Bullar. comment.* 96. *num.* 11. alia Decreta collecta per *modern. Salentin. conſul.* 19. *tom.* 4. loquuntur de Reformatis aliorum Ordinum, qui vel non recognoſcunt eundem Superiorem cum Fratribus non Reformatis, prout recognoſcunt Obſervantes, ac Diſcalceati, vel volunt erigere propriam Crucem, etiam in concurſu eorumdem non Reformatorum, vel demum carent antiquioribus Conventibus Fratrum ejuſdem Ordinis non Reformati, ut videre eſt ex eorum lectura. Ac denique Decretum in *Cartaginen. Præcedentiæ* 17. *Junii* 1689. prodiit inter Conventus aliorum locorum, in quibus Fratres Diſcalceati non conſueverant incedere in Proceſſionibus mixtim, ſeù interpolatè cum Fratribus Obſervantibus, qui modus incedendi eſt ſignum omnimodæ unionis, & incorporationis, nec fuerunt in eo caſu ſuppoſitæ Judicio Eminentiſſimorum PP. ponderationes, ſeù circumſtantiæ, ex quibus hodie compertum fuit Breve ſa: mem: Innocentii X. non fuiſſe generalitèr reductorium priorum Decretorum Sac. Congregat. ac Brevium ſa: mem: Urbani VIII. ſed particularitèr pro Cauſis, & locis, in quibus non aderant antiquiora Monaſteria Fratrum de Obſervantiâ, ut conſtat ex poſitione ipſius Cauſæ data in hodierno Summario Fratrum Diſcalceatorum.

Et ita deciſum fuit utraque &c.

---

## EADEM CORAM EODEM.

*Lunæ 29. Januarii 1691.*

### SUMMARIUM.

1. *Fratres Reformati S. Franciſci profitentur eandem regulam quam profitentur Fratres de Obſervantiâ, & tanquam membra unius corporis gaudent iiſdem privilegiis, & n.* 2. 3. 4. *&* 6.
5. *Verba derogationis, ſed reductionis executiva, reſtringi debent ad limites partis diſpoſitivæ.*
7. *Antiquioritas unius monaſterii communicatur aliis ejuſdem Ordinis licet poſterioribus.*
8. *Fratres Carmelitæ, & Auguſtiniani Diſcalceati ſunt quidem ejuſdem Ordinis, ſed non ejuſdem corporis cum aliis Carmelitis, & Auguſtinianis calceatis.*

*Fratres Reformati abſolutè faciunt unum corpus cum Obſervantibus, ibi.*

### DECISIO XVII.

EX eiſdem rationibus, quibus ſub die 21. Aprilis anni proximè elapſi deciſum fuit, Fratribus Reformatis Ordinis S. Franciſci accedentibus ad Proceſſiones, & alias publicas functiones, ſub propriâ Cruce abſque Fratribus ejuſdem Ordinis nuncupatis de Obſervantiâ, ſivè Familiâ, competere præcedentiam ſuprà Fratres Ordinis S. Auguſtini, hodie repropoſita de more Cauſa, ac negocio rursùs in conflictu contrariarum allegatio-

num

num maturè perpenſo, concluſum fuit pro confirmatione deciſionis.

1. Habent enim pro ſe Fratres Reformati claram diſpoſitionem Bullæ ſa. mem. Clementis VIII. *inter ejus impreſſas 92. Bullar. nov. tom. 3.* declarantis ipſos profiteri eandem Regulam, quam profitentur Fratres de Obſervantiâ, ac eſſe veros filios, & indubitatos Fratres Ordinis S. Franciſci, necnon potiri debere ubique locorum omnibus, & ſingulis gratiis, & privilegiis, & præſertim præcedentiâ, in Proceſſionibus, aliiſque actibus tàm publicis, quàm privatis, prout gaudent Fratres de Obſervantiâ. Undè cum iſti in quatuor Civitatibus, de quibus agitur, videlicet Portu S. Mariæ, Xeres, Sanlucar, & Arcos citrà cotroverſiam gaudeant præcedentiâ in Proceſſionibus, aliiſque publicis functionibus, ſuprà Fratres Ordinis S. Auguſtini, utique eadem gaudere debent etiam ipſimet Reformati, tanquam membra conſtitutiva unius, & ejuſdem Corporis S. Franciſci cum Fratribus Obſervantibus, ut in ſimilibus terminis firmant *Barboſ. de Canon. & Dign. cap. 18. num. 52. Novar. in Summ. Bull. comment. 96. num. 25. Modern. Salentin. conſult. Canon. 104. num. 7. & ſeqq. tom. 4. Rot. deciſ. 224. num. 1. & ſeqq. par. 7. rec. deciſ. 211. num. 4. & 5. cor. Gregor. & deciſ. 113. num. 3. poſt Tamburrin. de Jur. Abb.*

2. Nec viſum fuit ſubſiſtere, quod præcedentia Fratrum Obſervantium communicetur, & competat ſolùm Fratribus Reformatis in caſu, quo iſti incedunt uniti, & incorporati cum illis, non autem in caſu, quo (prout in dubio hodie vertente) incedunt ſoli ſub propriâ Cruce. Siquidem objectum urgere poſſet quotieſcumque Fratres Reformati ſemper, & omni caſu, ſivè accedentibus, ſivè non, Fratribus Obſervantibus, profiterentur, ac vellent incedere ſoli ſub propriâ Cruce, & ſic ex propriâ voluntate, & facto ſeparare, ac ſcindere unitatem Corporis. Secùs autem quoties (ut hic) ſemper, & indiſtinctè (quantum ad eos pertinet) intelligunt incedere ſub Cruce Fratrum Obſervantium, ac uniti, ſeù incorporati cum ipſis, & ſic in unitate Ordinis perſeverare, nam in his terminis, ſi quandoque forſan contigat, quod Fratres Obſervantes nolint, vel non poſſint accedere ad Proceſsiones, non ideò minùs juvari debent eorum præcedentiâ Fratres Reformati, quia cum omnes inſimul conſtituant unicum Ordinem, iſte, non intervenientibus Fratribus Obſervantibus, totus repræſentatur per Reformatos intereſſentes, ut nuper de Capitulo dictum fuit *in Burgen. juriſdictionis ſuper Exceſſibus 15. Januarii proximè præteriti §. Prout nec in eo coram Me*, adeò ut ſi per hypoteſim Fratres Reformati procederent in loco inferiori, hoc ipſo videri poſſet derogatum etiam præcedentiæ illorum de Obſervantiâ, qui per viam unitatis, & identificationis Ordinis interpretationem juris continentur in Reformatis.

3. Tantò magis, quoniam videtur omninò abſurdum, ac plenum novitatis, & admirationis in Populo, quod Fratres Reformati, qui ſunt unum, & idem cum Fratribus Obſervantibus, debeant modò unum, modò alium locum in Proceſsionibus occupare, ſecundùm quod in eis interveniunt, vel non illi de Obſervantiâ. Imò hoc ipſum parere poſſet confuſionem in Proceſsionibus; Nam cæpta quandoque forſan (prout etiam caſus præbuit) Proceſsione cum interventu dumtaxat Fratrum Reformatorum incedentium poſt Fratres Auguſtinianos, ſupervenientibus Fratribus Obſervantibus, cogerentur Reformati dimittere locum inferiorem Auguſtinianis, & convolare ad alium Superiorem unà cùm illis de Obſervantiâ: quæ quidem confuſiones debent in Eccleſiaſticis functionibus omninò vitari, ut per *Text. in l. conſulta verſ. abſurdum C. de Teſtam.* monet *Tondut. quæſt. benef. par. 3. cap. 163. num. 5. & 7.* Non attentâ ponderatione, quod poſſent in his terminis Reformati perſiſtere in loco primitùs occupato poſt Fratres Auguſtinianos, & ſic facilè deludere hujuſmodi confuſionem, quoniam hoc nimium præjudicium irrogare poſſet eiſdem Reformatis, tanquam præſeferens evidentem ſciſſuram, ac ſeparationem in ordine.

4. Sed ceſſat quavis occaſio diſputandi, dum reſpectu Provinciæ Hiſpalen. in qua ſitæ ſunt Civitates præfatæ, & inter eoſdemmet Religioſos, ac ſuper hoc ipſo puncto præcedentiæ in Proceſſionibus, quoties Fratres Reformati in illis incedunt ſoli ſub propriâ Cruce, emanarunt tria Decreta, duo nempè Sacræ Rituum Congregationis, & alterum Auditoris Cameræ favore Fratrum Reformatorum, quorum ſingula fuerunt per ſeparata Brevia à ſa. mem. Urbano VIII. confirmata, & approbata cum præcepto, quod ubique terrarum ſervari deberent, ut ex ipſis Decretis, ac Brevibus Apoſtolicis recenſitis in *Summ.* primæ Poſitionis Fratrum Reformatorum ex *Num. 2. uſque ad 7.* Undè fruſtrà contenditur reſuſcitari lis jamdiù ſopita juxtà *Text. in l. cauſas 16. C. de tranſact.* Maximè quia in executionem hujuſmodi Decretorum, ac Brevium Familia Fratrum Auguſtinianorum Civitatis Xeres capitularitèr decrevit anno 1634. dandam eſſe præcedentiam Fratribus Reformatis, ſivè unitìm incedant cum illis de Obſervantiâ, ſivè ſoli ſub propriâ Cruce dicto *Summ. Num. 3.* eamque actualitèr ceſſit anno ſequenti 1635. in proceſſione litaniarũ majorũ *Num. 4.* ac eandẽmet præcedentiã de anno 1642. Vicarius Generalis adjudicavit eiſdem Reformatis in Civitate Portus S. Mariæ in Proceſſione Sanctiſſimi Corporis Chriſti *Num. 6.*

5. Nec juvat replicare, quod prælega-

ta Decreta, ac Brevia Apoſtolica fuerint deinceps, per aliud Breve ſa. mem. Innocentii X. reducta ad terminos Juris, & Conſtitutionis editæ per ſa. mem. Gregorium XIII. ſuper præcedentiis in proceſſionibus, quoniam reductio particularitèr emanavit pro Cauſa loci de Vinaros, in quo non aderant antiquiora Monaſteria Fratrum de Obſervantiâ, necnon pro aliis Cauſis ſimilibus, ut clarè præſeferunt verba ipſius Brevis, in priori deciſione relata, ac proindè trahi non poteſt ad cauſam locorum, de quibus agitur, in quibus eadem antiquiora Monaſteria reperiuntur, nam reductio, ſeù derogatio tantùm capit, quantùm ſonat, & non ultra *l. præcipimus Cod. de appellat.* ibi, *& ubique terrarum ſervandam eſſe eandem dicti Gregorii Prædeceſſoris Conſtitutionem declaramus, ſtatuimus, & ordinamus,* quia iſta tanquam executiva reſtringi debent ad limites pàrtis diſpoſitivæ, in qua dumtaxat facta fuit mentio Cauſæ loci de Vinaros, & aliarum ſimilium, ut in terminis ſimilis diſpoſitionis monuit *Rota in Romana, ſeù Januen. Legati 19. Junii proximi præteriti §. Non obſtat coram Me.* Neque paritèr reſiſtente, quod Brevia (ut ſupra) reducta præſupponant concurſum, ſeù præexiſtentiam anteriorum Conventuum Fratrum de Obſervantiâ; Quoniam illa generalitèr tribuunt præcedentiam Reformatis, ſive ſolis, ſive unitis cum Obſervantibus, nec diſtinguunt inter caſus anterioris, vel poſterioris fundationis Monaſteriorum eorundem Obſervantium, & ſic nihil repugnat, quod reſpectu unius caſus fuerint reducta, reſpectu autem alterius in ſuo robore præſervata.

6. Cœterum procedendo etiam ulterius ad examen Gregorianæ Conſtitutionis, iſta quoque ſuffragatur, ac favet Fratribus Reformatis. Siquidem ad effectum decernendi præcedentiam in Proceſſionibus mandat primo loco ſpectari quaſi poſſeſſionem præcedendi, & deinceps antiquioritatem Monaſteriorum. Quaſi poſſeſſio autem præcedendi favore Fratrum Reformatorum probatur ex ipſiſmet actibus poſitivæ ceſſionis, & adjudicationis præcedentiæ ſuperiùs adductis, necnon ex pluribus mandatis de manutenendo per eos obtentis à Judicibus Nunciaturæ Hiſpanæ, de quibus in priori deciſione in principio, quæ probant quaſi poſſeſſionem, *Poſth. de manutent. obſerv. 29. num. 12. Rot. poſt ipſum dec. 410. num. 13. & dec. 396. num. 5. cor. Dunoz. Jun.* Nec quicquam facit, quod hujuſmodi actus, & mandata proceſſerint in ſequelam Decretorum, ac Brevium (ut præfertur) reductorum, quia ex præfatis, reductio non afficit caſum noſtrum, & in omnem caſum ad effectum Gregorianæ Conſtitutionis attenditur factum ipſum quaſi poſſeſſionis, non autem illius titulus, & origo. Prout nec urgent contrarium mandatum de manutenendo relaxatum uſque de anno 1637. necnon depoſitiones Teſtium adductæ pro Fratribus Auguſtinianis, quoniam mandatum fuit per ſæpedicta Decreta, ac Brevia revocatum, & poſſeſſio potiſſimum ſpectari debet de tempore motæ litis *vulg. §. reſtitutæ inſtit. de interdict.* ac Teſtes non deponunt ſpecificè de caſu, qui eſt in lite, videlicet inceſſus Fratrum Reformatorum in Proceſſionibus abſque illis de Obſervantiâ.

7. Nec deficit favore eorumdem Reformatorum antiquioritas Monaſteriorum, licèt aliàs iſta non ſint eorum propria, ſed Fratrũ de Obſervantiâ, quia ſufficit quod ſint ejuſdẽ Ordinis, nàm antiquioritas unius Monaſterii communicatur, & influit in omnia alia ejuſdem Ordinis, quandocumque poſtea fundata, ut clarè diſponitur in eadem Gregoriana Conſtitutione ibi: *Si contigerit nova Monaſteria, aut Domus alicujus Ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius Ordinis ex dictis Mendicantibus Monaſteria, aut Domus prius erecta, & inſtituta ſint, ille Ordo, qui prius Monaſterium, ſeù Domum in eo habuerit, præcedat,* & præter allegatos *in præterita Deciſione §. Antiquioritas* firmat *Tondut. qu. benefic. cap. 81. num. 3. & ſeqq.* Non ſubſtinente ponderatione, quod ad hunc effectum requiratur non ſolum identitas Ordinis, verùm etiam identitas denominationis, & obſervantiæ, quia cum Fratres Reformati non modò profiteantur eandem Regulam, verùm etiam faciant unum, & idem Corpus cum Fratribus Obſervantibus, prout etiam latiùs inferiùs enucleabitur, parum refert, quod diverſimodè deſignentur, quia non cortex nominum, ſed rerum ſubſtantia ſpectari debet. Imò ſi ſubſiſteret hujùſmodi ponderatio, Fratres Reformati, nec intervenientibus illis de Obſervantiâ gaudere poſſent iſtorum præcedentiâ contra praxim hucuſque ſemper, & inconcuſsè ſervatam, ac ab ipſiſmet Fratribus Auguſtinianis non controverſam.

8. Hinc nulla vis fieri valet in exemplis Beneficiatorum, & familiarium Cardinalium, qui gaudent præcedentiâ Capituli, & reſpectivè Dominorum dumtaxat, quando incedunt uniti cum illis, non autem quando incedunt ab illo diſiuncti, quia id provenit ex eo, quod Beneficiati, & familiares non ſunt ejuſdem Ordinis cum Capitulo, & reſpectivè Dominis, nec illis fuerunt iſtorum privilegia communicata, prout ejuſdem Ordinis ſunt, & iiſdem privilegiis, ac præcedentiis decorari Fratres Reformati, quibus illi de Obſervantiâ. Nec ſimilitèr in exemplis Fratrum Carmelitarum Congregationis Mantuæ, ac Diſcalceatorum S. Auguſtini, qui licèt ſint ejuſdem Ordinis cum âliis Carmelitis, & Auguſtinianis Calceatis, præcedentiam tamen metiuntur dumtaxat à fundatione propriorum Monaſteriorum. Quoniam iidem

Carme-

Carmelitæ, & Auguſtiniani Diſcalceati ſunt quidem ejuſdem Ordinis, ſed non ejuſdem corporis cum aliis Carmelitis, & Auguſtinianis Calceatis, cùm ſemper incedant ſeparatìm ab illis ſub propriâ Cruce, regantur à diverſis Superioribus, nec eligi poſſint ad munera aliorum Carmelitarum, & Auguſtinianorum Calceatorum. At Fratres Reformati abſolutè faciunt unicum Corpus cum Obſervantibus, nàm ſemper incedunt ſub illorum Cruce, imò mixti, & interpolati cum ipſis, recognoſcunt eundem Prælatum, & Commiſſarium, ac Definitores Generales, & paſſim eliguntur ad ſuprema munera totius Ordinis, prout hodie accidit in Commiſſario Generali, qui eſt ex familiâ Reformatorum, ac ſolùm in particularibus Conventibus, & Provinciis retinent particulares Cuſtodes, & Provinciales ex eo, quod aliàs in ipſis in concurſu cum Obſervantibus ſtrictiùs (ut faciunt) ſervare non poſſent Regulam S. Franciſci abſque eo, quod replicari valeat, quod ſciſſura Corporis fiat hoc ipſo, quod non accedentibus Fratribus Obſervantibus, Reformati erigunt propriam Crucem, quia hujuſmodi erectio tanquam accidentalis, & momentanea non facit ſeparationem.

9. Denique non obſtant duo Decreta Sacræ Rituum Congregationis in oppoſitum laudata, non quidem primum editum de anno 1617. in quo poſtquam Sacra Congregatio ſtatuit præcedentiam unius Monaſterii antiquioris ſuffragari aliis modernioribus ejuſdem Ordinis, demandavit plures Familias ejuſdem Ordinis debere unitim procedere, & non diviſim, quaſi quod communicatio præcedentiæ fiat ſolùm in caſu ſimultanei inceſſus plurium ejuſdem Ordinis Familiarum. Quia Decretum loquitur in caſu concurſus ad Proceſſiones plurium Familiarum ejuſdem Ordinis, non autem in caſu, de quo agitur, concurſus dumtaxat Familiæ poſterioris in fundatione, cui quidem rectè ſuffragatur præcedentia Monaſterii antiquioris, utpotè quæ per Gregorianam Conſtitutionem datur Ordini, non Monaſteriis. Neque ſecundum editum de anno 1689. in quo dictum fuit, Fratribus Auguſtinianis deberi præcedentiam, quando Fratres Reformati incedunt ſub propriâ Cruce. Quia (ultrà alias reſponſiones datas in præterita *Deciſione* §. *finali*) procedit quando Fratres Reformati contenderent incedere ſub propriâ Cruce, etiam in concurſu Fratrum de Obſervantiâ, qui ex præfatis non eſt caſus noſter.

Et ità reſolutum fuit utraque Parte acritèr informante &c.

## EADEM CORAM R. P. D. CAPRARA.

*Veneris 11. Januarii 1692.*

### SUMMARIUM.

1. *Declarationi Papæ ſuper dubio juris ſtandum eſt.*
   *Fratres Reformati tanquàm membra corporis Fratruum de Obſervantia gaudere debent eiſdem privilegiis, ibi.*
2. *Jus Univerſitatis, ſeù Capituli remanet in iis, qui ſuperſunt, vel præſentes ſunt.*
   *Fundatio unius Monaſterii, quoad antiquioritatem ſuffragatur univerſo Ordini ibi.*
3. *Lis ſemel extincta, non eſt iterum ſuſcitanda.*

### DECISIO XVIII.

Sententiam Reverendiſſimi Decani, qua pronunciatum fuit Fratribus Diſcalceatis, ſeù Reformatis Ordinis S. Franciſci accedentibus ad Proceſsiones, & alias publicas functiones ſub propriâ Cruce abſque Fratribus ejuſdem Ordinis nuncupati de Obſervantiâ, ſeù de Familiâ, competere præcedentiam ſupra Fratres Ordinis S. Auguſtini, Domini confirmandam cenſuerunt, quia novo examini in gradu appellationis hodie ſubjecta, inventa fuit valida ex revolutione actorum, & juſta, ex deductis in duabus deciſionibus de more anteà æditis ſub die 21. Aprilis 1690. & 29. Januarii 1691.

1. Nitebantur enim Dominorum ſuffragia in diſpoſitione Bullæ ſan: mem: Clementis VIII. qua Summus Pontifex declaravit Fratres Reformatos eandem regulam obſervare, quam obſervant Fratres de Obſervantiâ, eſſeque veros filios, & indubitatos Fratres Ordinis S. Franciſci, ac frui, & gaudere debere ubique locorum omnibus, & ſingulis privilegiis, & indultis, & ſignantèr præcedentiis in Proceſsionibus, & in omnibus aliis actibus publicis, & privatis, quibus utuntur iidem Fratres de Familiâ: qua ſtante Pontificia declaratione, cui ſtandum eſt *cap. ſi Papa de Privileg. in 6. & Clem. litteris de probat. Oldrad. conſ.* 257. *num.* 1. 2. *& ſeqq. Rota coram Cavaler. dec.* 612. *num.* 52. *& deciſ.* 271. *num.* 5. *par.* 1. *rec.* ſequitur ut cum in pluribus locis Fratres de Obſervantiâ præcedant Fratribus Ordinis S. Auguſtini, pari modò debeant præcedere Fratres Reformati, qui tamquam pars, & membra ejuſdem Ordinis, non debent diverſo jure cenſeri *cap. cognovimus* 12. *qu.* 2. *l. cum qui ædes ff. de uſucap.* & in his terminis *à Pont. dec.* 8. *num.* 16. & in ſi-

in ſimili Bullâ, *Rot. coram Coccin. deciſ.* 197. *num.* 1. *&* *dec.* 1731. *num.* 3. *&* 4. Sed eadem præfulgere debent præcedentiâ, qua totum Corpus Ordinis gaudet, ut præter relatos in poſtremâ *Deciſione Reverendiſs. Decani* §. *Habent enim*, dixit in his terminis *Rot. in Bojanen. Præcedentiæ coram Card. Seraphin. dec.* 1223. *num.* 1. *&* *num.* 2. *in fin. verſ. & hanc præcedentiam*.

Non obſtat, quod id procedere poſſet quando Diſcalceati unitim, & mixtim incedunt cum Fratribus de Obſervantiâ ſub eorum Cruce, secùs eſt quando iſtis abſentibus ſoli, & ſub propriâ Cruce interveniunt, cum tunc teneantur metiri eorum præcedentiam, vel à poſſeſsione præcedendi, in qua reperirentur, vel ab antiquioritate Conventus in loco juxtà formam præſcriptam à ſa: mem. Gregorio XIII. in ejus Conſtitutione 84.

2. Etenim objectum vim faceret, ſi Fratres Reformati, ſeù Diſcalceati ſemper, & quandocunque etiam accedentibus Fratribus de Obſervantiâ, vellent erigere propriam Crucem, & ſic ita ſcindere unitatem Corporis, & Ordinis; At ſecus eſt, ubi ut in præſenti illam diſſolvere non intendunt, ſed in eâ quantum in ipſis eſt manere, & ſub eorum Cruce, & cum ipſis mixti incedere intelligunt; hoc enim caſu; ſi contingat abeſſe Fratres de Obſervantiâ, non inde ceſſat præcedentia Reformatorum, ſed in ipſis uti membris, & partibus conſtitutivis totius Corporis, & Ordinis remanet idem jus præcedendi, ut remanet jus Univerſitatis, vel Capituli, in iis, qui ſuperſunt, vel præſentes ſunt *cap. ſi fortè* 9. *diſtinct.* 65. *& ibi gloſs. verb. ſuperſtes, & gloſs. in cap.* 2. *de poſtulat. verb. pauciores, & ibi Panorm. num.* 5. 8. *&* 9. *Innoc. & Oſtien. in cap. quia propter quæſt.* 2. *de elect. nu.* 5. *Barboſ. in cap.* 2. *de poſtulat. num.* 4. *Mirand. manual. Prælat. qu.* 23. *concl.* 2. *& Rot. coram Seraphin. dec.* 1050. *num.* 5. cum in Univerſitatibus nihil referat utrum omnes iidem maneant an pars maneat, ut inquit *Text. in l. ſicut municipium* §. *In Decurionibus ff. quod cujuſque Univerſit.* ex qua Corporis, & Ordinis unitate, ſequitùr etiam, ut antiquioritas Conventus Fratrum de Obſervantiâ influat in eodem loco præcedentiam in omnes alios ejuſdem Ordinis, licèt aliis diverſarum Religionum poſteriores, ut ſancitur in eadem Conſtitutione Gregoriana, ibi = *Si contingerit nova Monaſteria, aut Domus alicujus Ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius Ordinis ex dictis Mendicantibus Monaſteria, aut Domus prius erecta, & inſtituta ſint, ille Ordo, qui prius Monaſterium, ſeù domum in loco habuerit, præcedat*, ut inhærendo etiam eidem Sanctioni decrevit Sac. Congregatio Rituum *in Salernitana Præcedentiæ ſub die* 3. *Junii* 1617. *ut ex decreto relato per P. Lantuſcam in Theatro Regularium verb. Præcedentia num.* 11. *in fin. fol. mihi* 524. & tradit *Card. de Luc. de Præeminentia diſc.* 25. *per tot. & Tondut. quæſt. benef. cap.* 81. *num.* 3. *& ſeqq.*

3. Prædicta verò omnia, eò faciliùs fuerunt per Dominos admiſſa, ſtante quod ſuper hoc eodemmet articulo præcedentiæ in Proceſsionibus inter Reformatos, & Auguſtinianos in locis, & Civitatibus Provinciæ Hiſpalen. de quibus agitur tria prodierunt decreta, duo ſcilicet Sacræ Congregationis Rituum, & alterum Auditoris Cameræ, quorum quodlibet fuit ſucceſsivè approbatum à ſan: mem: Urbano VIII. qui per tria ſeparata Brevia illa confirmavit; & fuerunt etiam ab ipſis Fratribus Auguſtinianis nedum capitularitèr acceptata, verùm etiam obſervata, & executioni demandata in ſubſequenti Proceſsione, ubi actualiter ceſsit præcedentiam Fratribus Reformatis, & ulterius accedit alterum decretum Vicarii Generalis in Civitate Portus S. Mariæ adjudicans præcedentiam Fratribus Reformatis, qui omnibus attentis, controverſia adeò ſolemnitèr ſopita, non videtur amplius ſuſcitanda *cap.* 1. *de lit. conteſt. in* 6. *l. Fratres, & l. Cauſas Cod. de tranſact.*

Non attentis reſponſionibus, quæ in contrarium deducebantur cum illis plenè ſatisfaciant deciſiones Cauſæ coram Reverendiſſimo Decano, cum quibus Domini tranſiverunt, informantibus tantùm Fratribus Reformatis, ſæpius monitis, & diù expectatis PP. Auguſtinianis.

---

## EADEM CORAM EMANUEL.

*Veneris 16. Januarii 1693.*

### SUMMARIUM.

1. *Fratres Reformati Ordinis Sancti Franciſci conſtituunt unus corpus cum Fratribus de familiâ Obſervantium, & tanquam membra, gaudent omnibus privilegiis, quibus iſti fruuntur, & n. ſeqq. per tot.*

### DECISIO XIX.

BINIS Sententiis; altera coram Reverendiſs. D. meo Decano, & altera coram R. P. D. meo Caprara, præviis tribus deciſionibus emanatis, pronunciatum fuit PP. Diſcalceatos Strictioris Obſervantiæ Ord. S. Franciſci, accedentes ad Proceſſiones, aliaſque publicas functiones ſolos, ac ſub propriâ Cruce, & abſque Fratribus de Obſervantiâ, ſeù de Familiâ ejuſdem Ordinis præcedere debere ſupra Fratres S. Auguſtini in locis de Xeres, Portus S. Mariæ, Sanlucar, & Arcos Provinciæ Hiſpalen. à quibus denuò appellantibus dd. PP. Auguſtinianis in cauſaque

ſaque mihi in tertiâ inſtantiâ commiſſa deſuper de more DD. conſului, qui pro Sententiarum confirmatione reſponderunt.

1. Earum quippè validitas non fuit controverſa, Juſtitia verò reſultat ex iiſdem prorsùs fundamentis, ex quibus præcedentes prodierunt reſolutiones, inter quæ inconcuſſum planè viſum fuit illud deſumptum *ex Conſtit. fel. rec. Clem. PP. VIII. inter ejus impreſſas la 92.* in qua expreſsè ſancitur, & declarat Fr. Reformatos eſſe veros filios, ac indubitatos Fr. Ord. S. Franciſci, necnon conſtituere unum, idemque Corpus cum Fr. de Familiâ, & tamquam tales potiri debere omnibus privilegiis, prærogativis, ac præcedentiis, & ſignantèr in Proceſſionibus, quibus fruuntur præfati Fratr. de familiâ; ideòque ſicuti iſti abſque ullâ controverſiâ in locis, de quibus agitur præcedunt Fratribus S. Auguſtini, ita eadem præcedentiâ præcedere debent Reformati, qui utpotè membra ejuſdem Corporis, atque Ordinis diverſo Jure cenſeri, aut regulari non debent, ut in his terminis tradit *Card. de Luc. de præeminen. diſc. 25. per tot.* qui ita deciſum teſtatur per S. Rituum Congregat. & in aliis ſimilibus ſcripſerunt *Tondut. qu. benef. lib. 1. cap. 81. pariter per tot. Modern. Mutilanen. in ſumma diverſ. tract. §. Præcedentia ſub num. 6.* & reſpondit *Rot. in rec. dec. 148. num. 5. par. 14. ubi concordantes.*

2. Nullatenus refragante, id procedere quoties Reformati incedunt unitim cum Fr. de Familiâ, & ſub unicâ Cruce, ſecùs verò, dum incedunt ſoli, & ſub proprio Vexillo, quoniam adhuc placuit reſponſio aliàs præcedentèr admiſſa, objectum tunc urgere, quando Reformati vellent ſemper, & quandocumque, accedentibus etiam Fratribus de Familiâ erigere propriam Crucem, & ita ſcindendo unitatem Corporis aliud ſeparatum efficere; Cùm autem hoc non prætendant, ſed quantùm in ipſis eſt intendant perſeverare in eadem unitate, inde ſequitur, quod ſi quandoque caſus præbeat Fratres de Familiâ non intervenire in Proceſſionibus, in quibus adſint Reformati cum propriâ Cruce adhuc præcedentia iſtis debetur uti partibus totius Ordinis, & Corporis, ut in ſpecie reſpondet *Card. de Luca de præem. d. diſc. 25. ſub num. 8.*

3. Atque hinc inapplicabilia remanent exempla PP. Carmelitarum Congr. Mantuanæ, ac Diſcalceatorum Ord. S. Auguſtini, quia quamvis iſti ſint ejuſdem Ord. cum aliis antiquæ Religionis profeſſoribus, attamen corpus omninò diſtinctum conſtituunt, & quidem ſub proprio capite, ad cujus activam electionem ipſi ſoli, ac privativè jus habent, & quod magis ad rem pertinet, accedendo ad Proceſſiones, etiam quando interveniunt alii antiquæ Religionis profeſſiores, ſeparatim volunt incedere, propriamque erigunt Crucem unde nil mirum, ſi ſua quique tenent loca, cum id proveniat *ex voluntaria illorum ſeparatione*, quorum neutrum verificatur in Reformatis S. Franciſci, qui unicum dumtaxat Corpus conſtituunt, ſola regulæ ſtrictioris inter proprios Conventus obſervatione diſtincti, ut benè diſtinguendo unum caſum ab altero obſervat *Card. de Luca de præem. d. diſc. 25. num. 8.*

4. Poſita itaque ex his unicitate Corporis, ac Ord. favet quoque PP. Reformatis *Conſtit. 84. fa. mem. Gregorii XIII.* In ea enim cavetur præcedentiam in Regularibus metiri debere, vel à quaſi poſſeſſione præcedendi, vel ab antiquioritate Conventuum, quarum utraque concurrit in hoc caſu ad favorem Reformatorum; Quaſi poſſeſſio ſiquidem præcedendi etiam quando ſoli, & abſque Fratribus de Obſervantiâ incedunt, reſultat, tàm ex pluribus actibus poſſeſſoriis, quàm ex reiteratis mandatis de manutenendo ab ipſis obtentis, ut juſtificatum fuit in *Summ.* dato in præteritis inſtantiis; Quocircà Jure merito in ea veniunt conſervandi, cum in hac materiâ ſervandâ ſit conſuetudo, illaque potiſſimum attendenda *Bald. in cap. cum olim n. 2. & ſeqq. de conſuetud. Fellin. in cap. ſtatuimus in princip. de major. & obed. Tondut. quæſt. benef. lib. 1. cap. 8. num. 3. Rot. cor. Burat. dec. 903. n. 20. & ſeqq.*

5. Aſſiſtit etiam antiquioritas Conventuum, nam licèt iſti non ſint proprii Reformatorum, ſed Fratrum de Familiâ, nihilominus ſat eſt, quod ſint ejuſdem Ordinis, dum anterioritas unius Conventus influit etiam in alios, quamvis ex poſt fundatos, ut litteralitèr ſancitur *in d. Conſtit. Gregoriana ſub §. 3. & comprobat Tondut. d. cap. 81. à n. 4. cum ſeqq.*

Nec prædictis adverſantur gemina decreta Sac. Congreg. Rituum edita de annis 1617. & 1689. quia iſta non applicantur huic hypotheſi cùm prodierint ex diverſis facti circumſtantiis, ut benè earum ſingulas expendendo advertitur *in 2. d. dec. Reverendiſ. D. Mei Decani §. Denique.*

Et ità in reliquis approbantibus DD. præcedentes reſolutiones, ad quas ſe relativè habuerunt reſolutum fuit. Utraque &c.

---

## EADEM CORAM MOLINES.

*Veneris 26. Junii 1693.*

### S U M M A R I U M.

1. *Læſio eſt fundamentum reſtitutionis in integrum.*
2. *Juſtitia ſententiarum oritur ex Deciſionibus emanatis.*

3. *Fra-*

3. *Fratres Reformati fruuntur privilegiis Fratrum Obſervantiæ tanquam membra ejuſdem corporis, num. ſeqq. per tot.*

## DECISIO XX.

ADverſus tres Sententias Rotales, quibus pronunciatum fuit PP. Reformatos Diſcalceatos Strictioris Obſervantiæ Ord. S. Franciſci accedentes ad Proceſſiones, aliaſque publicas functiones ſub propriâ Cruce, & abſque Fratribus ejuſdem Ord. nuncupatis de Obſervantiâ, ſeù Familia, debere præcedere Fratribus S. Auguſtini in locis de Xeres, Portus S. Mariæ, Sanlucar, & Arcos Provinciæ Hiſpalen. cum reclamaſſent prædicti Fr. S. Auguſtini in Signatura Juſtitiæ obtinuerunt commiſſionem appellationis cum clauſula *ſine præjudicio trium conformium*, in cujus ſequelam hodie dubium propoſui *An conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum*, quod fuit *Negativè* reſolutum.

1. Validæ quippè, & juſtæ apparuerunt præfatæ ſententiæ, propter quod excluditur læſio, quæ eſt fundamentum reſtitutionis in integrum *Abbas in cap. ex litteris de reſtitut. in integrum Rot. dec.* 153. *n.* 5. *par.* 15. *& dec.* 194. *n.* 1. *&* 2. *par.* 19.

2. Non enim controvertitur validitas. Juſtitia verò eſt manifeſta, & lata comprobata in 4. deciſionibus in hac Cauſa editis, duabus nempè *cor. Reverendiſs. D. meo Decano die* 21. *Aprilis* 1690. *&* 29. *Jan.* 1691. *& coram R. P. D. meo Caprara die* 11. *Jan.* 1692. & demum *coram R. P. D. meo Manuel die* 16. *Jan. proximè elapſi.*

3. Et profectò juſtè adjudicata fuit ſupradictis PP. Reformatis Diſcalceatis præcedentia ſupra Fr. Ord. S. Auguſtini in præfatis locis, cum clara ſit diſpoſitio Bullæ fel. rec. Clem. VIII. *inter ejus impreſſas* 92. *Bullar. novi to.* 3. ubi expreſsè determinatur, & declaratur prædd. PP. Diſcalceatos profiteri eandem regulam, quam profitentur Fr. de Obſervantiâ, eſſeque veros filios, & indubitatos Fr. S. Franciſci, & uti conſtituentes unum, idemque Corpus cum Fratribus de Obſervantiâ, ſeù de Familia frui debere ubique locorum omnibus privilegiis, & indultis, & ſignantèr præcedentiis in Proceſſionibus, & aliis publicis actibus, & privatis, quibus gaudent Fr. de Obſervantiâ. Ex quo ſequitur quod quemadmodum iſti ſine contradictione in præfatis locis fruuntur præcedentiâ in Proceſſionibus, aliiſque actibus ſupranumeratis ſuprà Fr. Ord. S. Auguſtini, ità pariformitèr hos præcedere debeant dd. PP. Reformati Diſcalceati *Card. de Luca de præem. diſc.* 25. *per tot.* qui teſtatur in hoc caſu ità fuiſſe deciſum per Sac. Congreg. Rituum, & in ſimile ſcripſerunt *Tondut. quæſt. benef. lib.* 1. *c.* 81. *Pignatel. conſult.* 104. *n.* 7. *& ſeq. tom.* 4. *Rot. dec.* 148. *num.* 5. *par.* 14.

4. Abſque eo quod replicari valeat, quod id locum habeat in caſu, quo diſcalceati unitim incedant, & ſub unicâ Cruce cum Fr. de Obſervantiâ, non autem quando diviſim, & ſub propriâ Cruce: quoniam iterum hodie approbata fuit reſponſio data in præcedentibus Cauſæ deciſ. nimirum quod id urgeret ſi Diſcalceati ſemper, & omni caſu vellent, ſivè accedentibus, ſivè non Fr. de Familia erigere propriam Crucem, ſeù Vexillum, & ſcindere unitatem corporis, & aliud diſtinctum efformare; verùm quia hoc non prætendunt, intendentes in eadem unitate continuare quantùm in ſeipſis eſt, hinc fit quod ſi ex aliquo accidenti PP. de Obſervantiâ non interveniant Proceſſionibus aliiſque actibus publicis, & privatis, & in iſtis adſint PP. Diſcalceati cum ſua Cruce, præcedentia ipſis debeatur uti partibus totius Corporis, & Ordinis, qui tunc conſervatur, & repræſentatur per Patres Diſcalceatos intereſſentes, ut dicit *Card. de Luc. d. diſt.* 25. *num.* 8.

5. Comprobata ex his unicitate Corporis, & Ordinis aſſiſtit etiam PP. Diſcalceatis Conſtit. 84. Greg. XIII. in qua diſponitur, quod norma præcedendi inter Regulares deſumatur à poſſeſſione præcedendi, vel ab antiquioritate Conventus, cum utraque qualitas illis ſuffragetur. Et quidem poſſeſſio præcedendi juſtificatur tàm ex pluribus actibus poſſeſſoriis, quàm etiam ex reiteratis mandatis de manutenendo ab ipſis reportatis, propter quod in eadem conſervandi veniant *Rot. deciſ.* 903. *num.* 20. *coram Buratt.* Ac etiam antiquioritas Conventus, cum notorium ſit PP. de Obſervantiâ, ſeù de Familia habere in præd. locis antiquiores Conventus, quam PP. S. Auguſtini; iſtaque antiquioritas prodeſt Fr. Diſcalceatis, quia ſufficit quod ſint ejuſdem Ord. cum Fr. de Obſervantiâ, nam anterioritas unius Monaſterii, quoad præcedentiam influit in omnia alia ejuſdem Ord. licèt ex poſt fundata, ut litteralitèr habetur in *d. Coſt. Greg. XIII. ſub* §. 3. & comprobat *Tondut. quæſt. benef. cap.* 8. *num.* 3. *& ſeqq. cum aliis adductis in prima hujus Cauſæ deciſ.* §. *Antiquioritas.*

6. Præterea habent dd. PP. Diſcalceati ad defendendam præcedentiam ſuprà PP. S. Auguſtini tria decreta, duo nempè S. Congreg. Rituum, & alterum A. C. confirmata à ſa. mem. Urbano VIII. cum præcepto quod ubique ſervari debeant. Contra quæ non obſtat Breve poſteà obtentum à ſa. mem. Innoc. X. reducente dicta Decreta ad terminos juris, & Conſtit. Greg. XIII. quia hæc reductio eſt localis, & particularis pro loco de Vinaros, in quo non aderant antiquiora Monaſteria Fr. de Obſervantiâ, ſicque non applicatur præſenti caſui, & locis, de quibus agitur, ubi adſunt antiquiores Conventus PP. de Obſervantia, ut benè *in ſecunda deciſ. hujus Cauſæ* §. *Nec juvat.*

7. Similitèr non obſtant duo Decreta Sac. Con-

Congreg. Rituum emanata de anni 1617. & 1689. nam primum loquitur de modo præcedendi inter plures Conventus ejuſdem Ordinis, non reſpectu præcedentiæ inter Monaſteria Ord. diverſi: Secundum autem haberet locum quoties Fr. Diſcalceati prætenderent efformare Corpus diſtinctum, & ſub propriâ Cruce, etiam intereſſentibus PP. de Obſervantiâ, quod tamen, ut dictum eſt, PP. Diſcalceati non prætendunt.

8. Tandem non obſtat allegare exempla PP. Carmelitarum Congregationis Mantuæ, & Diſcalceatorum Ord. S. Aug. quia licèt ſint ejuſdem Ord. cum aliis profeſſoribus antiquæ Religionis, conſtituunt tamen Corpus diſtinctum, & ſub proprio, ac ſeparato Superiore, quem ipſi ſoli eligunt; & in Proceſſionibus ſeparatìm incedunt propriam erigentes Crucem, ſeù Vexillum, etiam intervenientibus aliis antiquæ Religionis profeſſoribus, ut obſervat *Card. de Luc. d. diſ. 25. de præcm. num. 8.*

Et ita altera &c.

## R. P. D. CAVALLERINO.

*Romana Laudemii*
*Ven. 16. Junii 1690.*

### ARGUMENTUM.

Dominium ad effectum recognitionis in Dominum, probatur levioribus probationibus. Laudemium (pro quo competit Domino directo hypotecaria actio) ſolvi debet ab Emptore, etiamſi emerit cum pacto redimendi.

### SUMMARIUM.

1. *Dominium rei Emphyteuticæ ad effectum recognitionis in Dominum probatur præſumptionibus, & enunciativis, & num. 2.*
3. *Dominus directus non cogitur alienationi conſenſum præſtare abſque ſolutione laudemii.*
4. *Laudemium debetur ex alienatione facta cum pacto redimendi.*
5. *Laudemium ſolvitur ab emptore.*
6. *Pro Laudemio datur actio perſonalis in rem ſcripta.*
7. *Emptor rei emphyteuticæ qui ſe obligavit ſervare omnia contenta in Inſtrumento ſub obligatione camerali, poteſt conveniri viâ exequutivâ pro ſolutione laudemii.*
8. *Negligentia Rectoris juribus Eccleſiæ præjudicare non valet.*

### DECISIO XXI.

OBtinuit Reverendus D. Joannes Franciſcus Topinus Rector Eccleſiæ Sanctiſſimi Salvatoris de Cuppellis mandatum pro duplici Laudemio ſibi debito occaſione geminæ venditionis Vineæ poſitæ extrà portam Flaminiam ab Innocentio Valdabrino factæ primo loco Donato Contuccio pro ſcut. 300. cum pacto redimendi, ſecundò loco Antonio Moraldo prò ſcut. 500. ſed commiſſa mihi cauſa appellationis per Signaturam Juſtitiæ cum clauſula *ſi quid exequendum* datoque conſueto dubio, an mandatum foret exequendum: Affirmativè DD. reſponderunt.

1. Et pro majori claritate præmittere decet, quod ubi agitur de probando dominio incidenter ad effectum ſcilicet recognitionis in Dominum, ſolutionis Canonum, ſeù laudemii non requiritur adeò exquiſita probatio, qualis pro devolutione deſideratur, ſed leviora documenta ſunt ſatis DD. communitèr *in l. Judicia Cod. de rei vindicat. Fulgin. de jur. Emphyt. de laudem. qu. 36. Rota in recen. dec. 128. num. 18. par. 6.* & faciunt fusè relati *in dec. 464. num. 1. coram clar. mem. Card. Cerro.*

2. Sufficiens autem probatio viſa fuit DD. reſultare. Primò ex Inſtrumento anni 1577. In quo Ricciardus prævià narrativâ à ſe poſſideri Vineam controverſam ſub propietate dictæ Eccleſiæ exiſtens, aſſignavit Altopaſſo, tunc Rectori pro annuis reſponſionibus cador. quatuor Vini decurſis, & non ſolutis portionem Vindemiæ ſibi de eo anno tangen. ſecundò ex mandato de manutenendo in poſſeſſione exigendi dd. Cados quatuor muſti, & ſucceſſiva ſententia de anno 1603. promulgata à R. P. D. Trivultio Ponente Eminentiſs. Vicarii declarante ad favorem Forlini, tunc Rectoris ejuſdem Eccleſiæ contra Lamatolam Ricciardi præſenti ſucceſſorem Vineam, de qua agitur eſſe gravatam onere dd. quatuor Cadorum, tertiò ex commiſſione appellationis à prædictâ ſententiâ munita clauſula, *non retardata ſolutionis reſponſionis Vini*, juncta cum tranſactione inita ab hæredibus d. Lamatola, in qua decurſos, & decurrendos annuos terminos ſolvere promiſit, quartò ex receputis Canonum ab Innocentio Valdabrino Auctore Moraldi productis aſſerente Jus exigendi Canonem ad Rectorem prædictæ Eccleſiæ ſpectare, quinque ex quietantiis factis eorumdem Canonum in publico inſtrumento, ſextò ex ſuſceptione termini facta ab eodem Valdabrino, quæ omnes ſolutiones ſimul junctæ concludunt Canonum ſatisfactionem ab anno 1577. citrà, ſeptimò eandem ex annunciativâ emiſſa in eadem venditione facta Contuccio in qua aſſeritur Vinea gravata dicto annuo Canone. Ex quibus omnibus ſimul junctis DD. non dubitarunt ſuperabbundantem undique redundare recognitionem Dominii etiam contra ſingularem ſucceſſorem, ut de longè minoribus documentis contenta fuit *Rota in deciſ. 249.*

*ciſ. 249. prima parte recent. & dicta dec. 464.n.2. & 3. coram clar. mem. Card. Cerro.*

3. Hinc neceſſariò reſultat jus petendi Laudemium; Nàm conſtito de dominio remanet inalienabilis abſque conſenſu Domini, qui alienationem laudare non cogitur, abſque recognitione. Undè laudemium dicitur *ad Text. in l. fi. §. ne avaritia C. de Jur. Emphyt.* quem in præciſis terminis expendit *Rota in Neapolitana Domus 28. Junii 1606. cor. Otembergo, & coram Cavaler. deciſ. 121. num. 1. & ſeqq.*

4. Non refragante, quod prima venditio Contucci contineat pactum redimendi, ex quo impedita perpetuâ tranſlatione dominii, laudemium non debeatur, quia contraria ſententia communior eſt, eamque ab omnibus objectis latiſſimè vindicat, ſolus præceteris viden. *Niger. de Laudem. par. 2. qu. 5. art. 1. num. 24. 27. uſque ad finem*, & admiſit *Rota in dicta deciſ. 94. num. 23. par. 15. recent.*

5. Minus relevat, quod Topinus dirigere debeat actionem pro Laudemio contrà venditorem, quia in Jure receptum eſt Laudemium ab Emptore ſolvendum *Gloſs. in l. fin. verſic. accipere Cod. de Jur. Emphyt. ibique Baldus num. 7. Jaſ. num. 41. Gozadin. con. 65.nu.5. & 13. Fontanell. deciſ. 279. num. 16. Surd. deciſ. 200. num. 4.*

6. Et reſpectu Domini directi Concluſio eſt indubitata, quia pro Laudemio datur hypotecaria, vel actio perſonalis in rem ſcripta, quæ proſequitur quemcumque fundi poſſeſſorem *Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 11.n. 43. Pacif. de Salviano inſpect. 3. cap. 4. num. 562. & tenuit Rot. cor. clar. nem. Card. Cerro deciſ. 2.num. 5. & 6.*

7. Si quis verò defectus opponi poſſet circa viam exequtivam tolli videtur, non ſolum, ex quo agitur de parvâ ſummâ, ſed etiam, quia cum Moraldus in Inſtrumento Emptionis ſeſe adſtrinxerit ad omnia in eo contenta in formâ Cameræ. Virtus hujus obligationis eſt comprehendere ea omnia quæ veniunt denarrata contractus, ſeù inſunt ex Juris interpretatione *Rota deciſ. 84. num. 7. & deciſ. 265. num. 12. poſt Zacch. de obligatione Camerali.*

8. Proinde nullius eſt momenti defectus Citationis Valdabrini, non ſolùm, quia ex facto ſublatus, ſed eſſet quia ex prædictis conſtat citatum fuiſſe legitimum debitorem, qui fruſtrà opponit, numque aliàs fuiſſe ſolutum Laudemium, vel quia de alienationibus ſubſecutis, ut negativa ſolutionis non docetur, vel quia negligentia Rectoris Eccleſiæ Juribus nocere non valet *Rot. coram Sanctiſſimo dec. 185. num. 5.*

Et ita utraque &c.

## R. P. D. MOLINES.

*Burgen. juris inſtituendi, ſeù conferendi. Ven. 23. Junii 1690.*

### ARGUMENTUM.

Jus inſtituendi in Beneficiis juriſpatronatus erectis poſt Concilium Trid. ad ſolum Epiſcopum pertinet, non autem inferiori, qui juriſdictionem Ordinariam non habet. Epiſcopus fundator Beneficii, reſervationem juriſpatronatus ſibi, & ſuis non auctorizzat.

### SUMMARIUM.

1. *Res judicata oritur ex tribus ſententiis conformibus.*
*Læſio eſt fundamentũ reſtitutionis in integrum, ibi.*

2. *Jus inſtituendi in Beneficiis juriſpatronatus ſpectat ad Epiſcopum tam de jure communi, quam ex diſpoſitione Concilii Trid.*

3. *Fundator Beneficii in limine fundationis de conſenſu Epiſcopi poteſt apponere conditiones ſibi bene viſas, etiam juri communi contrarias.*
*In limine fundationis de conſenſu Epiſcopi poteſt reſervari inferiori jus inſtituendi, ibi, & num. 5.*

4. *In fundationibus Beneficiorum poſt Concilium Trid. factis, jus inſtituendi inferiori Epiſcopo reſervari non potuit.*

6. *Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 12. intelligitur non ſolum de inſtitutione auctorizzabili per examen perſonæ præſentati, ſed etiam de collativa tituli, & num. 7.*

8. *Jus inſtituendi etiam poſt Concilium competit inferiori Epiſcopo, qui habet Ordinariam juriſdictionem.*
*Ordinarius dici non poteſt, qui habet juriſditionem limitatam ad certas cauſas, ibi.*

9. *Epiſcopus, qui eſt fundator Beneficii, non poteſt ſibi, & ſuis juſpatronatus reſervare & auctorizzare.*
*Fundationis legis non poſſunt poſt actum fundationis perfectum etiam de conſenſu Epiſcopi mutari, vel alterari, ibi.*

10. *Clauſula* dummodò *reddit gratiam conditionalem, quæ corruit conditione non purificatâ.*

### DECISIO XXII.

1. IN reviſione trium Sententiarum latarum extrà Curiam adjudicantium Archiepiſcopo Burgen. Jus inſtituendi in ſeptem Cappellaniis fundatis anno 1679. ab Archiepiſcopo Peralta cum reſervatione juriſpatronatus prò ſe, & ſua familiâ in Cappellâ ſita in Eccleſiâ Metropolitanâ ſub Invocatio-

catio-

catione Sancti Ecce Homo, & Sancti Henrici, cujus ſitus prò ejuſdem Cappellæ conſtitutione dicti Archiepiſcopo donatus fuerat à Capitulo dictæ Eccleſiæ, quarum reviſio per reſcriptum Signaturæ Juſtitiæ mihi directa fuit cum clauſulâ ſine præjudicio trium conformium in ea parte, in qua ſunt conformes, præmiſſo conſueto dubio, an conſtet de re judicatâ trium conformium, quoad jus inſtituendi, vel de Cauſis reſtitutionis in integrum, dilata ſub die 14. Aprilis proximipræteriti reſolutione in hodierna repropoſitione, reſponſum fuit conſtare de re judicatâ, quæ oritur ex tribus Sententiis conformibus *l. Unica C. nè liceat in una, & eadem Cauſa tertiò provocare, Rota deciſ. 86. num. 2. par. 17.* Cumque validæ, & juſtæ ſint indè deficit læſio quæ eſt fundamentum reſtitutionis in integrum *l. nam poſteà §. ſi minor ff. de Jure Juran. l. minoribus C. de in integrum reſtit. cum concordant. adductis per Rot. deciſ. ſi de reſtit. in integr. in novis, & deciſ. 32. num. 18. par. 16.*

2. Validitas controverſa non eſt, & Juſtitia patet, nam Jus inſtituendi in Beneficiis juriſpatronatus ſpectat ad Epiſcopum, ne dùm de jure cõmuni *cap. 1. de cappell. Monachor. cap. cũ ex injuncto in fine de hæreticis cap. nobis de jurepatron. cap. cum ex frequentibus de Inſtit. cap. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. Vivian. de jurep. lib. 12. cap. 2. num. 1. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 12. num. 1. 2. 3. Pax Jordan. elucubrat. Juris tom. 2. lib. 10. tit. 7. num. 410. Rota coram Coccino deciſ. 448. num. 9. deciſ. 567. num. 1. 9. & 11. par. 18.* ſed etiam ex ſpeciali diſpoſitione *Sac. Concil. Trident. in cap. 12. & 13. ſeſſ. 14. de Reform.*

3. Et quamvis fundator poſſit de conſenſu Epiſcopi in limine fundationis apponere conditiones ſibi benè viſas etiam juri communi contrarias *cap. nobis, cap. præterea il 2. de jurepatron. cap. quanto de Cenſibus, Sanchez. conſil. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 10. num. 11. Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 5. num. 103. Vivianus part. 1. lib. 4. cap. 5. num. 56. Lotter. lib. 1. quæſt. 32. Corrad. in prax. Benefic. lib. 4. cap. 2. num. 61. & 62. & cap. 6. num. 42. Rota coram Bichio deciſ. 110. num. 19. Merlin. deciſ. 800. num. 1. Roxas deciſ. 274. num. 4. & 5.* Præſertim quod in limine fundationis poſſit inſtitutio de conſenſu Epiſcopi reſervari alteri inferiori de jure capaci, docent *Abb. in cap. nobis num. 5. de jurepatronatus Lambert. eod. tract. lib. 2. par. 3. quæſt. 1. artic. 10. Vivian. lib. 2. cap 3. num. 8. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par 3. alleg. 72. num. 187. in fine, Murga de Benefic. quæſt. 3. num. 90. Marius Antonius lib. 1. reſol. 12. num. 4. Card. de Luc. de jurep. diſc. 64. num. 32. Pax Jordanus ubi ſupra num. 41. Rota d. deciſ. 110. num. 18. & 19. coram Bichio deciſ. 382. num. 2. coram Dunozett. Jun.*

4. Hoc tamen non procedit in fundationibus, quæ fiunt poſt Concil. Trident. quod expreſsè prohibuit, ne Inſtitutio in Beneficiis juriſpatronatus erectis poſt Concilium poſſit in limine fundationis reſervari alteri inferiori, ſed debeat competere tantum Epiſcopo, ut ex clarâ litterâ Concilii *d. cap. 12.* ibi = *In caſu autem fundationis, aut dotationis hujuſmodi inſtitutio Epiſcopo, & non alteri inferiori reſervatur,* tenent *Fagnan. in cap. cum Eccleſia Vulterana n. 31. & 32. de elect. Moneta de commut. ultim. volunt. cap. 11. num. 169. Vivianus de jurep. lib. 2. cap. 8. num. 3. & lib. 12. cap. 3. num. 9. & 10. Corrad. in prax. Benefic. lib. 4. cap. 3. num. 26. Garz. de Benefic. par. 9. cap. 3. num. 6. Azzor. inſtit. moral. tom. 2. lib. 4. cap. 22. quæſt. 3. in fine. Barboſ. d. cap. 12. Concilii num. 18. & 19. & de jure Eccleſ. lib. 3. cap. 12. num. 209. Ventriglia in prax. Eccleſ. tom. 2. adnot. 1. de jurepatron. §. 3. num. 40. Marius Antonius lib. 1. reſolut. num. 4. & reſolut. 47. num. 6.* & ita diſputato formiter articulo cenſuit *Sac. Congreg. Concilii in Vulterana juris inſtituendi 3. Auguſti 1686.* ubi poſtquam juxtà votum noſtri Tribunalis decreverat Capitulo Collegiatæ S. Geminiani competere jus inſtituendi ad Beneficia ſimplicia d. loci, poſtmodum declaravit d. decretum non habere locum in Beneficiis erectis poſt Concil. & confert etiam aliud decretum ejuſdem Sacræ Congregationis *in Civitatis Caſtelli Canonicatuum 31. Martii 1685.* per quod decernitur ab Epiſcopo non eſſe probandam erectionem juriſpatronatus, in qua inſtitutio reſervabatur Capitulo.

5. Non obſtantibus pluribus auctoritatibus ſuprà allegatis §. *& quamvis verſ. præſertim,* quià aut aliquæ loquuntur generaliter non diſtinguentes inter fundationes patronatuum ſecutas antè, vel poſt Concilium, ut in ſpecie *Rot. d. deciſ 110. coram Bichio, & deciſ. 382. coram Dunozetto jun.* & non expenſâ d. Conciliari diſpoſitione: aut intelliguntur de fundationibus patronatuum antè Concilium, in quibus inſtitutio expreſsè de conſenſu Epiſcopi erat reſervata alteri inferiori, quas Concilium non ſuſtulit, nec in illis aliquid innovavit, & de his eſt intelligendum in *ſeſſ. 24. de reform. cap. 18. verſ. cum verò inſtitutio, & ſeſſ. 25. de Refor. cap. 9. verſ. quod ſi ad inferiores* ſolumquè Concilium in *dicto cap. 12. ſeſſ. 14. de reformat.* providere voluit, ne in poſterum in futuris fundationibus patronatuum poſſit, alteri quam Epiſcopo, etiam de conſenſu ejuſdem reſervari Inſtitutio, ut ex mente Sacræ Congregationis explicant *Fagnan. Monet. Corrad. Marius Antonius, Vivianus locis ſuprà citatis.*

6. Nec meretur allegari, quod Concilium *in dict. ſeſſ. 14. de reform. cap. 12.* intelligendum veniat de inſtitutione auctorizabili faciendâ ab Epiſcopo per examen perſonæ præſentati; non autem de collativa tituli, quã ide in Concil. *in ſeſs. 24. de refor. cap. 18. verſ. cum verò inſtitutio, & ſeſs. 25. de refor. cap. 9. verſ. quod ſi ad inferiores* præſervat aliis, quam Epiſcopo, *Barboſ. in collectan.*

*collectan. ad Concil. Trident. ſeſs.* 14. *de reformat. cap.* 13. *num.* 1. *& in ſeſs.* 25. *de reformat. cap.* 9. *num.* 75. *Garz. de benefic. par.* 9. *cap.* 3. *num.* 5. *& ſeqq.* Nàm iſte intellectus pugnare viſus eſt proprietati verborum, & menti Concilii, & quidē proprietati, quià dum generaliter *in dict. cap.* 12. *ſeſs.* 14. *de reformat.* loquitur de inſtitutione, ſub ea propriè venit Inſtitutio collativa ad præſentationem Patronorum, *Fagnan. in cap. cum pridem num.* 91. *de pact. & in cap. eam te num.* 6. *de ætat. & qualit. Ordin. Gonzal. in cap. cum ſatis num.* 3. *verſ. Inſtitutio de offic. Archid. Lambertin. de Jurepatron. part.* 3. *lib.* 2. *artic.* 1. *qu.* 11. *num.* 4. *&* 5. *Murga de benefic. qu.* 3. *num.* 80. *& quæſt. Paſtor. par.* 1. *qu.* 3. §. 1. *num.* 16. *Vivian. lib.* 12. *cap.* 1. *num.* 1. *Garz. de benef. par.* 4. *cap.* 1. *num.* 4. *Lotter. lib.* 2. *qu.* 1. *num.* 11. *&* 12. & quia de Inſtitutione collativa eſſe intelligendum *dict. cap.* 12. declaravit Sacra Congregatio Interpres Concilii Decretis ſuprà relatis, quæ Rota reverentèr ſuſcipit.

7. Et revera de hac Inſtitutione collativa intelligendum eſſe Conciliùm *in dict. cap.* 12. apertè colligitur; Tùm quià antecedenter ſpecialitèr providerat *in ſeſs.* 7. *cap.* 13. *de reform.* de examine faciendo per Epiſcopum in electis nominatis, & præſentatis in quibuſvis Beneficiis Eccleſiaſticis, ex quò bene inferri poteſt (nè poſterior diſpoſitio *dict. cap.* 12. ſuperflua remaneat) quod in iſto loquatur de Inſtitutione collativa; Verùm etiam, quia Concilium *in dict. cap.* 12. non reſtringit reſolutionem ad beneficia habentia curam animarum, ſed generalitèr loquitur de Eccleſiis, beneficiis, & Capellis, quorum appatitione continentur Capellaniæ, & beneficia ſimplicia, undè dicendum venit, quod loquens in genere de Inſtitutione intellexerit de ea collativa tituli, non de aucthorizabili, cujus ſubjectum aliud non eſt, quam cura animarum, & conſiſtit in licentiâ, quam prævio examine dant Epiſcopi ad adminiſtranda Sacramenta perſonis ſubjectis *Lotter. de re benef. lib.* 1. *qu.* 33. *num.* 99. *Barboſ. de offic. & poteſtat. Epiſcop. par.* 3. *allegat.* 72. *num.* 173. *verſ. aliud deniquè, & num.* 175. *verſic. duplo, Murga de benefic. qu.* 3. *num.* 99. *& ſeq. & quæſt. Paſtor. par.* 1. *quæſt.* 3. §. 1. *num.* 9. *Fagnan. in cap. eam de ætat. & qualit. ordin. n.* 3.

8. Minùs applicatur limitatio deſumpta ex mente Sac. Congregationis Concilii, ut referunt *Fagnan. & Corrad.* in locis citatis, quod nempè prohibitio Concilii *in dict. cap.* 12. reſervando Inſtitutionem favore inferioris non intelligatur de illis inferioribus, qui Ordinarii ſunt, ordinariaque funguntur Juriſdictione; Nàm Capitulum Cathedralis Burgen. non habet Juriſdictionem ordinariam pleno jure cum omnimoda exemptione à Juriſdictione Archiepiſcopi, ut pluries dixit *Rota coram Seraphin. dec.* 696. *num.* 4. *deciſ.* 709. *num.* 2. *dec.* 720. *num.* 1. *deciſ.* 733. *num.* 3. *deciſ.* 738. *num.* 1. 2. *&* 3. & licet habeat Juriſdictionem criminalem, illam habet ex titulo particulari Concordiæ Alexandrinæ, & reſtrictam ad certos caſus, & actus particulares, quos egredi non poteſt in præjudicium Ordinarii, ex qua limitatâ Juriſdictione Ordinarius dici nequit *cap. ſi Papa* 10. *verſ. bis enim de privileg. in* 6. *cap. cum venerabilis* 7. *verſ. quia agitur de relig. dom. Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 24. *à num.* 100. *ad num.* 104. *Fagnan. in cap. cum contingat num.* 23. *&* 26. *de foro competen. Barboſa ex declaratione Sac. Congregat. Concilii de poteſt. Epiſc. par.* 3. *allegat.* 81. *in appendice num.* 4. *Rota coram Priolo deciſ.* 340. *num.* 4. *&* 5. *coram Coccino dec.* 346. *num.* 7. *&* 8. *deciſ.* 69. *à num.* 12. *ad* 16. *par.* 19. *& in Toletana Juriſdictionis* 17. *Junii* 1689. §. *& quamvis coram Me.*

Nec Capitulum habet Inſtitutionem, ſeù Collationem omnium beneficiorum Cathedralis, dum plura confert Archiepiſcopus, ut deponunt Teſtes examinati pro parte Capituli Summario hodierno Archiepiſcopi *num. Unico*, & illam, quam exercet Capitulum eſt, vel ex lege fundationum antè Concilium, ut eſt videre in Summario Capituli primæ propoſitionis *num.* 5. vel ex privilegio Apoſtolico, ut eſt illa Capellæ Nativitatis erecta poſt Concil. de anno 1570. Summario præterito Archiep. *num.* 11. *litt. B.*

9. His poſitis ſuperfluum exiſtimarunt Domini aggredi examen, an in limine fundationis hujuſmodi Capellaniarum poſſit dici interveniſſe conſenſum Ordinarii pro reſervatione juris inſtituendi favore Capituli, quod tamen non caret difficultate propter multas rationes adductas à ſcribentibus pro Archiepiſcopo, quia conſenſus Archiepiſcopi Peralta fundatoris non ſufficit, cum erigendo Cappellanias ex propriis bonis reſervando Juſpatronatus pro ſe, & ſuæ familiæ non potuerit erectionem aucthorizare, quia partes Judicis, & fundatoris in examinando juſtitiam illarum ſuſtinere non poterat *ad Text. in clement.* 2. & ibi *Gloſs. verbo menſæ ſuæ de reb. Eccleſ. non alien. Abb. in cap. cum in veteri n.* 11. *de elect. Garz. de benef. par.* 12. *cap.* 2. *nu.* 168. *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. gloſs.* 5. *num.* 21. *Corrad. in prax. benefic. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 29. *&* 30. *Tondut. qu. benef. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 6. *Rota deciſ.* 331. *num.* 5. *par.* 4. *rec.* Et licet intervenerit aſſenſus, ſeù beneplacitum Nuncii Hiſpaniarum, ut ſuppleretur iſte defectus, tamen cum ille non fuit in ipſa fundatione Capellaniarum ſequuta de anno 1679. ſed multò ante ſcilicet de anno 1671. pro confirmatione donationis ſitus Capellæ, factæ à Capitulo, dicebatur inſufficiens prò reſervando Jure inſtituendi favore Capituli. cum requireretur in ipſo actu fundationis, *Barboſa par.* 3. *allegat.* 72. *num.* 186. *verſ. reſpondetur*

*enim*

*enim illud*, *Lotter. lib.* 1. *quæſt.* 32. *num.* 8.

10. Et in omni caſu beneplacitum Nuncii continet clauſulam, *dummodò Sacris Canonibus, & diſpoſitioni Sacri Concil. Trident. non adverſentur* = ac proindè cum reſervatio Juris inſtituendi favore Capituli in fundationibus factis poſt Concil. adverſetur diſpoſitioni expreſſæ ipſius Concilii nulla uis fieri poteſt in Beneplacito Nuncii, quod ob clauſulam dummodo reddit confirmationem conditionalem, & efficit, ut illa corruat conditione non purificatâ, ex deductis per *Barboſ. dict.* 95. *num.* 8.

Reſervato tamen particulari diſputationi articulo, an donatio Cappellarum facta à Capitulo fuerit conſpicua ad promiſſionem reſervationis Juris inſtituendi favore ipſius; Itaut propter Clauſulam non aliàs, alitèr, nec alio modo reſoluta dicatur talis donatio, & reſtitui debeant Capellæ ſub dicta conditione conceſſæ Archiepiſcopo Peralta, quem articulum uti extraneum à præſenti diſputatione Domini hodie examinare noluerunt.

Et ità utraquè parte informante, reſolutum fuit &c.

---

## R. P. D. EMERIX DECANO

*Cæſarauguſtana juriſdictionis*
*Lunæ* 10. *Decembris* 1691.

### ARGUMENTUM.

Remiſſoria denegatur, quoties articuli ſunt irrelevantes. Jus viſitandi nullo temporis decurſu, ſivè conſuetudine contrariâ præſcribitur.

### SUMMARIUM.

1. *Obſervantia equivoca non relevat.*
2. *Obſervantia deſtruitur ex actibus contrariis, ibi.*
   *Viſitatio nullo temporis decurſu præſcribitur, ibi.*
   *Epiſcopus viſitat Eccleſias Cathedrales, non obſtantibus privilegiis aut conſuetudinibus immemorabilibus, ibi.*
3. *Conſuetudo etiam interpretativa, quando eſt contra juris diſpoſitionem debet eſſe legitimè præſcripta.*
   *Negligentia Epiſcopi anteceſſoris, non præjudicat Eccleſiæ, nec ſucceſſoris, ibi.*
   *Ex ſola juris aſſiſtentiâ conceditur pro exercitio juriſdictionis, manutentio.*

### DECISIO XXIII.

INſignis Regularis Eccleſia B. Mariæ del Pilar, quam ſan. mem. Sixtus V. poſt tres reſolutiones Rotales firmantes Juriſdictionem Archiepiſcopi in Eccleſiam, Monaſterium, & Canonicos Regulares; anno 1588. cauſam ad ſe avocando, & litem extinguendo, atque inhærendo, quibuſdam antiquioribus Privilegiis Summorum Pontificum Alexandri III. Innocentii II. Eugenii III. & Clementis VII. ex integro generalitèr exemit, & liberavit ab omni ordinariâ Juriſdictione, viſitatione, & correctione Archiepiſcoporum, exceptis, dumtaxat concernentibus Curam Animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, poſt tres ſententias Rotales declarantes exemptionem ſuffragari, dumtaxat illis perſonis, quæ verè, realitèr, & cum effectu continuatam habitationem haberent intrà Clauſtra Monaſterii cum Archiepiſcopo latas, fuit anno 1620. ad aliud Judicium in Rota vocata per commiſſionem Jactationis Jactationum ſuper prætensâ Cathedralitate ad inſtantiam Metropolitanæ Eccleſiæ S. Salvatoris antiquis temporibus pariformitèr regularis, & poſteà ad ſtatum ſæcularem reductæ à San: mem: Clement. VIII. in quo obtinuit tres ſententias conformes, ac Litteras executoriales, & declaratorias cenſurarum, & ultimo loco Decreta Apoſtolica pro illarum confirmatione, & executione, quibus omnibus detrectante, ſeù ſuſpendente Capitulo Eccleſiæ S. Salvatoris indurato corde exhibere debitam paritionem, cum gravi ſcandalo totius Populi, ac non modico etiam periculo alicujus publicæ commotionis; San: mem: Clem. X. ad enixas inſtantias Regis Catholici, ac Reginæ Matris tunc ejus Regnorum Gubernatricis, pro bono pacis, & ad tollendas quaſcunque diſſenſiones, & ſcandala, rem totam compoſuit mediante Brevi ſpeciali, quo Eccleſiam B. Mariæ redegit ad ſtatum ſæcularem, & eam ſic redactam, necnon alteram S. Salvatoris invicem perpetuò univit, & incorporavit, itaùt quamvis duæ eſſent materiales Eccleſiæ una tamen Cathedralis, ac Metropolitana Eccleſia nuncuparentur; atque unum, & idem Capitulum efformarent. Verùm ex hoc Brevi, quo ſublatæ fuerunt lites inter ipſas Eccleſias, nova nupèr lis germinavit inter Eccleſias, & Archiepiſcopum; Nàm novum Capitulum contendens vigore præfatæ unionis, & incorporationis fuiſſe Eccleſiæ S. Salvatoris communicatum Privilegium exemptionis per Sixtum V. conceſſæ Eccleſiæ B. Mariæ, ac per conſequens non ſubeſſe Juriſdictioni, & viſitationi Reverendiſſimi Archiepiſcopi, capta prius juxtà quemdam Regionis abuſum, quaſi poſſeſſione libertatis in Tribunali Juſtitiæ Regni, curavit deſuper

cauſam

cauſam Rotæ committi, à qua tamen ſan: mem: Alexandri VIII. providè præcavendo, ne per ſpatium litis in ipſa finiendæ per tres ſententias conformes, tamdiù Capitulum confoveretur in præfatâ illicitâ quaſi poſſeſſione, illam avocavit, ac Sacræ Congregationi Concilii cum totius Rotæ voto decidendam remiſit. Undè ſubſcripto per me duplici dubio; uno ſcilicet ſuper meritis, & altero ſuper Remiſſoria, per Capitulum expetita ad probandam obſervantiam Exemptionis, & utroque hodiè propoſito, informante tamen ſuper meritis dumtaxàt Reverendiſſimo Archiepiſcopo, Domini reſponderunt, Remiſſoriam eſſe denegandam, demandando, quod ſuper meritis, Cauſa proponatur omninò in tertia poſt Reges.

1. Fundamentum denegandi Remiſſoriam fuit irrelevantia materiæ contentæ in tribus articulis ad hunc effectum exhibitis per Capitulum. Primus enim continet, quod Eccleſia B. Mariæ tam antè, quam poſt declaratam ejus Cathedralitatem, nunquam fuerit per Archiepiſcopos viſitata, niſi quoad concernentia Curam Animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum. Iſte autem, quatenùs percutit tempus præcedens declarationem ipſius Cathedralitatis, ultrò admittitur pro parte Reverendiſſimi Archiepiſcopi, quia tunc vigebat extra controverſiam Privilegium Sixtinum, contra cujus formam non licuit Archiepiſcopis viſitare: quatenus verò percutit tempus ſubſequens pariter admittitur, & in nihilo confovet intentionem Capituli, quia lis ſuper Cathedralitate, ſaltem de facto duravit uſque ad Bullam ſæcularizationis, ut patet ex ejuſdemmet ſæcularizationis litteris utrinque datis; undè cum ex hac cauſâ Archiepiſcopus abſtinere potuerit à viſitando, imò forſan etiam debuerit ad præcludendam viam majoribus diſcordiis, & ſcandalis, nulla valuit adversùs ipſum induci obſervantia, ut tradit *Aretin. conſil.* 115. *num.* 3. *Menoch. conſ.* 337. *n.* 37. *Rota deciſ.* 364. *num.* 5. & 6. *coram Buratt. deciſ.* 204. *num.* 38. *part.* 8. *recent.* & *deciſ.* 290. *num.* 21. *part.* 18.

2. In ſecundo ponitur, quod Eccleſia Sancti Salvatoris nequè antè, nequè poſt Bullam ſæcularizationis Clem. VIII. viſitata fuerit per Archiepiſcopos quoad Capitulum ac perſonas, & actus Capitulares, ſed tantum quoad Curam Animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, ſeù Confraternitates, & alia extrà Capitulum. Verùm cotrarium apparet ex viſitationibus, & ex ſtatutis conditis poſt ſæcularizationem datis in *Summ.* Archiepiſcopi *num.* 1. & 2. quæ, vel ſola ſufficiunt ad elidendam quamcunque contrariam obſervantiam, ut notat *Bartol. in l.* 2. *num.* 22. *ff. ſolut. matrim. Rot. dec.* 2001. *nu.* 22. *par.* 15. & *dec.* 223. *num.* 13. *par.* 19. *rec.* & nihilominus probatio non revelat, quoniam Jus viſitandi nullo temporis decurſu in deſuetudinem abire valet, juxtà *Text. cap. ubi cùm ex offic. de præſcript.* & *ibi Abb. antiq. n.* 4. *Panorm. num.* 4. *Felin. num.* 9. *Innoc. in cap. venerabili num.* 6. *ibique Fagnan. num.* 23. *in fin. de Cenſib. Spad. conſ.* 135. *num.* 6. *lib.* 2. *Fuſc. de viſitat. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 21. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 50. *Chokier. de juriſd. in exempt. par.* 4. *quæſt.* 23. *num.* 4. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 73. *n.* 4. *Rot. dec.* 101. *n.* 3. & 4. *coram Merlin.* Præſertim reſpectu Eccleſiarum Cathedralium, quarum viſitationem Sac. Concilium Tridentinum Epiſcopis reſtituit, & commendavit non obſtantibus privilegiis, etiam ex fundatione competentibus nec non Conſuetudinibus etiam immemorabilibus, Sententiis, Concordiis, & juramentis, ut in *ſeſſ.* 6. *cap.* 4. & *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de reform. Fagnan. in cap. veniens num.* 10. & 11. & *ſub num.* 16. *de tranſact. Rot. dec.* 207. *num.* 2. *uſque ad* 7. *coram Dunoz. Jun. dec.* 204. *num.* 17. & *ſeqq. par.* 7. & *dec.* 254. *num.* 20. & *ſeqq. par.* 19. *recent.* cujus quidem Sacri Concilii Decreta dubio procul obtinent in hac Eccleſiâ, ex diſpoſitione Bullæ ipſius ſæcularizationis, præſervantis illi omnes præeminentias, ac privilegia, præterquam, quæ Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis ac ejuſdem Sacri Concilii Tridentini Decretis adverſantur.

3. Tertius deniquè tendit ad probandum, quod poſt Bullam ſæcularizationis Eccleſiæ Beatæ Mariæ, ac mutuæ utriuſque Eccleſiæ unionis, & incorporationis, neutra viſitata fuerit per eoſdem Archiepiſcopos, niſi in ſpectantibus ad Curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, quodque generalitèr Eccleſia Cæſarauguſtana ſe ſemper habuit, ac geſſerit pro exemptâ. Sed recurrit idem defectus irrelevantiæ, quia, quatenus etiam ex hoc contendatur elici obſervantiam interpretativam, adhuc iſta non ſuffragatur, quoniam à die præfatæ Bullæ ſæcularizationis uſque ad hodiernam litem effluxerunt pauci anni. Et conſuetudo etiam interpætativa, quando (prout hic, eſt contra Juris diſpoſitionem, debet eſſe legitimè præſcripta, ut docet *Anton. de Butr. in cap. cum dilectus n.* 18. *verſ. ita*, & *in quantum de Conſuetud. Soccin. Sen. conſ.* 260. *n.* 19. *lib.* 2. *Rot. dec.* 15. *n.* 4. *par.* 3. *coram Put.* & *deciſ.* 70. *n.* 11. & 12. *par.* 11. *recent.* Ponderando propterea, quod obſervantia pro majori parte temporis contigit in vita Archiepiſcopi anteceſſoris, cujus negligentia non eſt apta præjudicium inferre Eccleſiæ, & ſucceſſori, ut dixit *Rot. dec.* 144. *n.* 5. *coram Coccin.* & *dec.* 342. *n.* 3. *coram clar. mem. Card. Cerro.*

4. Et faciliùs moti fuerunt Domini ad remiſſoriam denegandam, quoniam Capitulum ob prærecenſitam apprehenſionem quaſi poſſeſſionis libertatis in Tribunali Laico præbuit

buit impedimentum, ne Reverendiſſimo Archiepiſcopo decerni poſſet manutentio, quæ aliàs ex ſola Juris aſſiſtentiâ debuiſſet illi decerni in uſu, & exercitio ſuæ Ordinariæ Juriſdictionis, etiam non conſtito de poſſeſſione, juxtà *Text. in cap. cum perſonæ de privil. in 6. Mareſcot. var. reſol. lib. 6. cap. 11. n. 1. Addens ad Ludoviſ. dec. 312. Rot. dec. 346. num. 3. & dec. 506. num. 2. coram Coccin. deciſ. 536. num. 6. & ſeqq. coram Dunozett. Jun. & in Leodien. Juriſdictionis 15. Martii 1688. §. Etenim coram bo: mem. Rondinino, & in Brixien. Juriſdictionis 5. Junii ejuſdem anni §. fin. coram R. P. D. meo Caprara.*

Et ità deciſum fuit, utraque &c.

---

## EADEM CORAM EODEM.

*Veneris 8. Februarii 1682.*

### ARGUMENTUM.

Epiſcopus pro explendâ Viſitatione habet juris aſſiſtentiam in omnibus Eccleſiis ſuæ Diœceſis. Privilegium exemptionis Eccleſiæ à juriſdictione Epiſcopi extinguitur per ſæcularizzationem, & erectionem in Cathedralem.

### SUMMARIUM.

1. *Epiſcopi in Viſitatione quarumcumque Eccleſiarum ſuarum Diœceſum habent juris aſſiſtentiam.*
   *Epiſcopi viſitans Eccleſias Cathedrales, non obſtantibus exemptionibus, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, ibi.*
2. *Vnio Eccleſiarum tribuit privilegia pinguiora.*
3. *Privilegium exemptionis extinguitur per mutationem ſtatus Eccleſiæ, & num. 4.*
   *Privilegium corruit ex defectu intentionis Papæ, ibi.*
5. *Scientia Papæ ubi requiritur certa, & irrefragabilis, non ſufficit poſſibilis, & æquivoca.*
6. *Privilegium titulo oneroſo conceſſum, non ſubiacet revocationi.*
   *Privilegium non dicitur oneroſum ex ſolutione facta pro componenda, ibi.*
   *Privilegium etiam oneroſum reſolvitur ſi contingat extingui ex diſpoſitione legis generalis, ibi.*
7. *Idem eſt non eſſe, & non apparere.*
8. *Clauſula* ſublata &c. *&* *Decretum* irritans *evaneſcunt cum evanuit privilegium.*
9. *Privilegium conceſſum Regularibus, evaneſcit illis ſublatis.*
10. *Ex proemio privilegii rectè deſumitur cauſa finalis conceſſionis.*
11. *Dictio* proindè *deſignat cauſam ex qua Papa motus fuit ad concedendum.*
12. *Dictio* propterea *idem deſignat.*
13. *Exemptio conceſſa Regularibus, cenſetur elargita ratione vitæ religioſæ, cæteræ autem cauſæ dicuntur occaſionales.*
14. *Privilegium exemptionis non dicitur præſervatū, quoties modificatur per verba hic expreſſa.*

### DECISIO XXIV.

CUM ſub die 10. Decembris proximè elapſi, propoſito duplici Dubio per me ſubſcripto, primo ſcilicèt ſuper Remiſſoria, & altero ſuper meritis, reſponſum fuerit *Remiſſoriam eſſe denegandam*, ac ſuſpenſâ ſuper meritis reſolutio, cum ordine tamen, quod Cauſa deſupèr reproponeretur omninò in tertiâ Rotâ poſt Reges, dedi hodiè, expectatis paulò ulterius Agentibus pro Capitulo, quò magis commodè parari poſſent ad Cauſæ diſputationem. Dubium *An poſſit Reverendiſſimus Archiepiſcopus viſitare Eccleſias Sancti Salvatoris, & B. Mariæ del Pilar Cathedralem Metropolitanam Cæſarauguſtanam nuncupatam, ejuſque novum Capitulum, & in dictis Eccleſiis, & contra idem Capitulum omnimodam Ordinariam juriſdictionem exercere, & reſpectivè procedere juxtà formam Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 25. cap. 6. de Reformat. vel potiùs obſtet prætenſa exemptio?* Cui Domini, maturè perpenſis elaboratis allegationibus utrinque datis, *Affirmativè quoad primam, Negativè autem quoad ſecundam partem* reſcripſerunt.

1. Moti ſunt autèm in hunc ſenſum ex generali juris aſſiſtentiâ, quam habent Epiſcopi pro explenda viſitatione quarumcumque Eccleſiarum ſuarum Diœceſum, *Can. Relata, Can. Epiſcopum, & Can. Placuit 10. quæſt. 1. cap. conquerente de offic. Ordin.* & ſignantèr Cathedralium, earumque Capitulorum, *cap. 1. in princ. & §. 1. de Cenſib. in 6. Extravagan. debent de offic. Ordin.* ac pro exercenda in ipſis Eccleſiis, & Capitulis omnimoda Ordinaria juriſdictione, *cap. 1. cap. irrefragabli, ubi gloſſ. in v. Capitulum de Offic. Ordin. cap. cum Epiſcopus eod. in 6. & cap. cum perſonæ de privil. in 6.* Maximè poſt Sacrum Concilium Tridentinum, quod Epiſcopis reſtituit, ac ſummoperè commendavit Viſitationem, & Correctionem Cathedralium Eccleſiarum, & Capitulorum, ſublatis quibuſlibet contrariis privilegiis, etiam ex fundatione competentibus, necnon conſuetudinibus etiam immemorabilibus, ſententiis, concordiis, & juramentis, ut *in ſeſſ. 6. cap. 4. & ſeſſ. 25. cap. 6. de Reformat.* ac referendo illius diſpoſitionem notat *Spad. conſ. 155. num. 4. lib. 1. Rota deciſ. 743. par. 1. deciſ. 709. num. 3. par. 4. diverſ. deciſ. 105. num. 19. par. 7. deciſ. 254. num. 20. par. 19. recent. & deciſ. 109. ferè per tot. coram Dunozett. Jun.*

2. Neque ad elidendam hanc juris aſſiſtentiam recurri valet ad privilegium exemptionis, quo pro ſa. mem. Sixtum V. anno 1588.

deco-

decorata fuit Eccleſia B. Mariæ, contedendo, quod illud fuerit ſucceſſivè transfuſum etiam in Eccleſiam Sancti Salvatoris, vigore promiſcuæ, & incorporativæ unionis utriuſque Eccleſiæ, factæ per ſa. mem. Clementem X. quæ efficit, ut Eccleſia formalis ex duabus materialibus conſtituta, potiatur, & gaudeat privilegiis pinguioribus, ac magis proficuis alterutrius earum, ut tradit *gloſſ. in Can. & temporis qualitas v. venire 16. quæſt. 1. & in cap. novit v. uniendo nè ſed. vacant. &c. ubi Innocent. num. 1. Panormitan. num. 6. Imol. num. 7. Jo. de Anan. num. 3. Butr. num. 10. Fagnan. num. 3. Petr. de Peruſ. de Union. Eccleſ. cap. 1. num. 1. & ſeqq. Campeg. eod. tract. num. 5. & ſeqq. Garz. de Benefic. par. 12. cap. 2. num. 7. Sanchez. ad præcep. Decalog. lib. 7. cap. 29. num. 146. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 3 cap. 16. num. 5. & ſeqq.* & in puncto privilegii Exemptionis firmat *Lap. in cap. cum perſonæ §. Si verò num. 5. de privileg. in 6. ibique Gemin. num. 3. Ancharan. num. 6. Jo. Andr. num. 9. Franc. num. 4.*

3. Quandoquidem hujuſmodi privilegium Eccleſiæ B. Mariæ, quod eſt unicum ſubjectum totius controverſiæ, ex duplici capite caducatum fuit, ac reſolutum ante ipſam unionem, primò nempè ex declaratione Cathedralitatis ejuſdem Eccleſiæ, ac ſecundò ex ipſius ſæcularizatione. Ex declaratione inquam ipſius Cathedralitatis, quia de tempore, quo privilegium emanavit, ignota prorsùs erat Cathedralitas Eccleſiæ B. Mariæ, nedum Papæ concedenti, qui in toto privilegio, in quo etiam inſeruit aliud eidem Eccleſiæ elargitum per ejus Prædeceſſorem Clementem VII nunquam illam nuncupavit honorabili titulo Cathedralis, ſed modò Monaſterium, modò Conventum modò autem ſimplicitèr Eccleſiam. Verùm etiam ipſiſmet Capitulo, & Canonicis præfatæ Eccleſiæ, qui in longa ſerie litium, tam præcedentium, quàm ſubſequentium, quas in hoc noſtro Tribunali ſubſtinuerunt ſuper diverſis juribus, & præeminentiis, contrà Archiepiſcopũ, contrà Eccleſiam S. Salvatoris, & contra alias Cathedrales Eccleſias Regni Aragonum, uſque ad annum 1620. quo demùm tempore Cathedralitatis contentio inter eaſdem Eccleſias promota, ac in Judicium deducta fuit, Privilegium ſemper, & ubique præſuppoſuerunt, & allegarunt Eccleſiam pro ſimplici Collegiata, non autèm pro Cathedrali, ut in pluribus deciſionibus adductis per Informantes; imò ex defectu ipſius Cathedralitatis pluriès ſuccubuerunt in præcedentiis, & aliis juribus præeminentialibus, ut *in deciſ. 1619. & deciſ.* 1651 *coram Coccin. ac deciſ* 284. *coram ſa. mem. Greg. XV.*

4. Declaratâ igitur poſt annum 1620. per tres Sententias Rotales conformes, Eccleſiæ Cathedralitate, ceſſavit ipſo jure privilegium exemptionis, ratione mutationis ſtatus Eccleſiæ, quæ per hanc declarationem transformata fuit in novum Corpus cum novo Præſule, qui eſt Epiſcopus, ut tradunt communitèr *Canoniſtæ in cap. cum inferior per eum Textum de majorit. & obedient. Gratian. diſcept. 458. num 9. & plurib. ſeqq. Card. de Luc. de juriſdict. diſcurſ. 10. num. 5. Rota deciſ. 1444. num. 6. verſ. ſexto allegatur coram Card. Seraphin. & in Lauretana juriſdictionis impreſſa deciſ. 313. num. 9. & ſeqq. par. 4. Recent.* ac etiam ex defectu intentionis Papæ, qui ſi ſciviſſet, Eccleſiam eſſe Cathedralem, aut illam non exemiſſet, aut certè longè difficiliùs ob nimiam exorbitantiam, ac monſtruoſitatem hujuſmodi exemptionis, per quam Epiſcopus privatur ſua Sponſa, ac membra ſeparantur à ſuo capite, quod ſufficit ad hoc, ut privilegium corruat ex defectu intentionis, *cap. cæterum 3. de Reſcript. Abb. in cap. ad aures 8. num. 5. eod. tit. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 54. num. 13. & 14. Rot. deciſ. 225. num. 5. par. 7. deciſ. 205. num. 5. & 6. par. 13. deciſ. 235. num. 16. par. 15. recent. deciſ. 612. num. 29. coram Canal. & in Januen. Abbatiæ 8. Junii 1676. §. Non obſtat, coram me* Præſertim quia poſt Concilium Tridentinum vix forſan allegari valet caſus, quo per Sedem Apoſtolicam conceſſa fuerit ſimilis exemptio.

5. Nec ſcientia Cathedralitatis in Sixto elici valet ex eo, quod ipſe moram traxerit in Hiſpaniis, quod verſatus fuerit in hiſtoriis, & antiquis documentis, ex quibus Cathedralitas plenè firmata fuit in deciſionibus deſupèr emanatis, quodque demùm in privilegio Clementis VII. per ipſum recenſito, agnoverit, illam denominatam Hiſpaniarum Primam, ſiquidem mora facta in Hiſpaniis nihil influit ad ſcientiam Cathedralitatis, quæ ex præfatis latebat ipſiuſmet Eccleſiæ Canonicos in Hiſpaniis natos. Generales autem exercitationes, & ſtudia in hiſtoriis, ac veterum traditionibus nullum paritèr adminiculum præbent notitiæ rei particularis, de qua agitur, ac deniquè denominatio Hiſpaniarum Primæ, ſatis congruè verificatur in prima quoad fundationem, abſque eo, quod trahatur ad primam quoad dignitatem, & juriſdictionem, videlicèt Cathedralitatem. Et tamen ad effectum, de quo eſt quæſtio, durationis privilegii tam exceſſivi, ſcientia Cathedralitatis in Papa probari debet undique certa, & irrefragabilis, neque ſufficit poſſibilis, & æquivoca per *Text. in cap. nonnulli de Reſcript. & in cap. quod translationem de offic. leg. ac tradita per Butr. conſ. 19. num. 9. Barboſ. de jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 26. §. 3. num. 41. Rot. deciſ. 214. num. 5. par. 2. deciſ. 213. n. 19. par. 12. Recent. deciſ. 181. num. 7. coram bo. me. Card. Cerro, & in Carpentoracten. Decimarum 27. Aprilis 1678. §. Quo verò, coram bo. mem. Roudinino.*

6. Non obſtat quod privilegium obtentum

tum fuerit præviâ ſolutione notabilis pecuniarum ſummæ titulo compoſitionis, quaſi quod ex hac causâ effectum fuerit oneroſum, itaùt non ſubiaceat revocationi, ut innuit *Rota deciſ. 711. num. 2. par. 4. diverſ. & deciſ. 1082. num. 3. coram Seraphin.* quoniam privilegium dici nequit oneroſum ex ſolutione facta pro compoſitione, utpotè, quæ nunquam æquivalet privilegii valori, ut in puncto notat *Garz. de Benefic. par. 6. cap. 2. n. 194. Barboſ. clauſ. 8. num. 18. Tamburin. de jur. Abbat. tom. 1. diſput. 16. quæſt. 12. num. 14.* & firmavit *Rot. dec. 457. num. 17. par. 1. diverſ.* ubi quod hæc opinio fuit ſemper in praxi ſervata. Et in omnem caſum concluſio forſan urgere poſſet, ubi ageretur de privilegii revocatione proveniente ex facto Principis particulari, in quibus terminis loquuntur deciſiones in objecto allegatæ, ſecùs autèm quando, proùt hic, agitur de revocatione, ſeù magis propriè loquendo, reſolutione privilegii contingente ex diſpoſitione legis generalis: nam in his terminis reſolutio locum ſibi vindicat quandocumque privilegium ſit oneroſum, ut tradit *Bald. in leg. final. verſ. nam video ff. de Senator. Roland. conſ. 1. num. 137. Gozzadin. conſ. 5. num. 21. Menoch. conſ. 112. num. 3. & conſil. 350. num. 10. & 11. Surd. conſil. 210. num. 63. & ſeqq. Becc. conſil. 56. num. 44. & duobus ſeqq. Rot. dec. 457. num. 15. par. 1. diverſ.*

7. Minùs relevat quod ex capite ſupervenientis Cathedralitatis expiret privilegium exemptionis, dumtaxat in caſu quo illius qualitas imprimitur de novo, non autem in caſu, quo, ut hic, detecta fuit jam impreſſa, licèt adhuc latens, & ignorata. Quoniam in utroque caſu viget eadem ratio mutationis ſtatus Eccleſiæ, quæ non ſtat in actu materiali, & phyſico, ſed in declaratione Papæ, atque hominum opinione: paria enim ſunt in jure noſtro non eſſe, & non apparere, juxtà *Text. in l. duo ſunt Titii ff. de Teſtam. tutel. Rota in Leodien. Canonicatus 3. Junii 1680. §. fin. coram bo: me: Pauluccio.* Neque caſus variatur ex eo, quod ante detectionem Cathedralitatis, Eccleſia ſubjecta eſſet immediatè Papæ, non autem Prælato inferiori ab Epiſcopo, in quibus terminis eſſet ratio inſinuata *in dict. cap. cum inferior de Majorit. & obedien.* quod ſcilicet inferior juriſdictionem exerceat in Superiorem. Hæc enim ratio reddita fuit in eo Textu, quia ibi agebatur de Archidiacono, qui Juriſdictionem ad ſe ſpectantem in Monaſterium, retinere præſumebat poſt illius erectionem in Cathedralem, tàm in ipſum, quàm in Epiſcopum; at ubi, proùt in hac hypoteſi, Eccleſia ipſa poſt declarationem ejus Cathedralitatis allegat Priorem illius exemptionem adversùs Epiſcopum, obſtant etiam aliæ rationes ſuperiùs adductæ, ac per Scribentes *in d. cap.* potiſſimùm ponderatæ, nempè mutationis ſtatus Eccleſiæ, & Conjugii ſpiritualis inter ipſam, & Epiſcopum, quæ æquè obtinent, ſivè Eccleſia præcedentèr ſubeſſet inferiori, ſivè Superiori.

8. Nec demùm turbant clauſulæ privilegii tollentes omnem quemcumque defectum ſubreptionis, obreptionis, & intentionis, munitæ clauſula *ſublata &c.* & decreto *irritanti*; quia dum idem privilegium ob tam inſignem Eccleſiæ mutationem evanuit ex ſuperiùs firmatis, ità etiam evanuerunt omnes clauſulæ, quæ ſunt illi famulatoriæ, ad *Text. in Clement. unic. de conceſs. præben. Gabr. de clauſ. concl. 3. num. 82. Rota coram Caſſador. deciſ. 10. num. 4. ſuper Regul. Cancell. & deciſ. 32. num. 12. par. 6. & deciſ. 247. num. 9. par. 11. recent.* Prout nec etiam decretum anni 1669. datum *in hodierno Summario Capituli num.* 5. quia illud mandat quidem Archiepiſcopum parere Brevi ſa: me: Alexandri VII. ſuper alternativa functionum in utraque Eccleſiâ, non obſtantibus per eum deductis in precibus Sanctiſſimo oblatis, in quibus inter cætera recenſuit exemptionem Eccleſiæ B. Mariæ, ſed nullibi dicit, an exemptio non obſtet, quia ſcilicèt duret cùm Eccleſiæ Cathedralitate, vel potiùs quia per canonizationem Cathedralitatis abrogata remanſerit.

9. Et facto etiam ſæcularizationis privilegium, exemptionis defecit, quoniam illud conceſſum fuit Eccleſiæ tanquam Monaſterio Canonicorum Regularium, & ex cauſa finali Regularis Inſtituti, quod in ipſo vigebat, prout paſſim hujuſmodi exemptiones Regularibus indulgere conſuevit Sedes Apoſtolica, ut teſtatur *Gloſs. in Clement. 1. v. proprii de reb. Eccleſ. non alienan. Campanil. diverſ. In. Can. rubr. 12. cap. 16. num. 2. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. allegat. 105. num. 3. Card. de Luc. de juriſdict. diſcurſ. 1. num. 5.* undè ſublatâ de medio regularitate, tollitur privilegium, *cap. Abbate 25. in fin. ubi Innocent. propè fin. Abb. num. 16. verſic. Item dicit, Hoſtienſ. num. 17. Butr. num. 22. Gonzal. Tell. in fin. de verbor. ſignificat. Oldrad. conſil. 267. num. 2. verſic. ſed ubi tantùm Rebuff. conſil. 105. num. 2. & ſeqq. & num. 9. Suarez. de legib. lib. 8. cap. 33.* Non obſtante quacumque aſſertâ illius realitate, ac perpetuitate, quia ſtante Regularitatis intuitu, intelligitur quatenus Regularitas perſeveret, ut benè explicat *Jo: Andr. in cap. cum perſonæ num. 6. verſic. qui verum dixit, Geminian. in dict. cap. §. Si verò num. 3. verſic. refert Fratrem Jacobum, Ancharan. num. 6. poſt med. de privileg. in 6.*

10. Nec ambigi valet, quin qualitas Monaſterialis Eccleſiæ, ac ſtatus, & obſervantia Regularis fuerint cauſa finalis privilegii, id enim clarè colligitur ex omnibus illius partibus, primò ſcilicèt ex parte proemiali ibi = *Circumſpecta Romani Pontificis providentia &c. contentiones, & lites, quæ Regularium perſonarum quietem, & tranquillitatem perturbare*

*conſueverunt, è medio ſubmovet, ut perſonæ ipſæ, nulla re, quæ eas à Divino Cultu avocet, præpeditæ, ſecundùm Ordinum ſuorum Regularia Inſtituta, tranquillis mentibus gratum Altiſſimo impendere poſſint famulatum &c.* Ex proemio ſiquidem rectè deſumitur cauſa finalis privilegii ad *Text. in. leg. final. ff. de hæred. inſtit. Gomez in Regul. de Annal. quæſt. 1. num. 1. & 2. Gonzal ad Regul. 8. Cancellar. §. 7. probem. num. 122. Chokier. de juriſdict. in Exempt. par. 3. quæſt. 7. num. 3. Rota deciſ. 229. num. 15. coram ſa. mem. Alexandro VIII. & deciſ. 668. num. 4. coram bon. mem. Card. Cerro.*

11. Secundò ex parte narrativa, ſive expoſitiva ſtatus Eccleſiæ ibi = *Proindè nos attendentes quod iidem Prior, & Canonici dictum Ordinem tunc profeſſi intrà ſepta Monaſterii vitam degunt, habentque ſuum immediatè Prælatum, videlicèt dictum Priorem de triennio in triennium à dictis Conventu juxtà Indulta ab eadem Sede eis conceſſa eligi ſolitum, in cujus manibus profeſſionem emittunt, ac illius correctioni, & obedientiæ, tùm in reſpicientibus Regularem obſervantiam, tùm in aliis nonnullis ſubſunt, quodque contentiones ſæpè numero inter Prælatos immediatos Regularium Eccleſiarum, ac locorum Ordinarios ſuper exercitio juriſdictionis utrique competentis exoriri, ac pleraque gravamina à ſæcularibus perſonis, Religioſis ut plurimùm inferri conſueverunt, necnon quod Diæceſis Cæſarauguſtana eſt ampla, ac in Regno Aragonum adſunt alia Monaſteria ejuſdem Ordinis exempta &c.* Ponderando primordialem illam dictionem *proindè*, quæ eſt deſignativa cauſæ, ex qua Papa motus fuit ad concedendum, ex firmatis per *Barboſ. diction. 293. Gratian. deciſ. March. 60. nu. 2. Rota deciſ. 1471. num. 46. coram Coccin. & dec. 469. num. 11. coram Buratt.*

12. Tertiò demùm ex parte concluſiva, ſivè exemptiva ibi = *propterea quieti communi Religioſorum occurrere &c.* Et rursùs ibi = *Monaſterium B. Mariæ; & Eccleſiam hujuſmodi, ac illius Prioratum, Dignitates, & Officia Regularia, ipſius Monaſterii B. Mariæ, Portionarios, & Beneficiatos nunc, & pro tempore exiſtentes intrà Clauſtrum dicti Monaſterii B. Mariæ degentes, & habitantes &c. omninò, & perpetuò eximimus &c.* Patet enim reſpectus ad Regularitatem ex eo, quod exemptio nominatim directa, ſeù collata fuit in ejus Monaſterium, & ejus Religioſos, cùm totiès repetitâ qualitate Religioſitatis, Conventus, & Monaſterii. Ac rurſùs ex eo, quod ſpecificè reſtricta fuit ad degentes, & habitantes intrà Clauſtra Monaſterii.

13. Neque in contrarium urget, quod inter cauſas privilegii narrata fuerit etiam illa litium, & controverſiarum, celebritatis Eccleſiæ, & cultus fidelium, quod deficiat in illo clauſula *dummodò Regularis ordo ſervetur*, quodque demùm exemptio conceſſa fuerit nedùm Monaſterio, ac Religioſos, & eorum bonis, verùm etiam ſæcularibus perſonis intrà illius Clauſtra degentibus: quia quoties agitur de exemptione Monaſterii, ejuſque religioſorum, ſemper cauſa finalis exemptionis cenſetur ratio vitæ Religioſæ, cùm ex hac etiam Summi Pontifices plerumque moveantur ad exemptiones Regularibus impertiendas. Cœteræ autem cauſæ cenſentur acceſſoriæ, ſeù potiùs occaſionales, & impulſivæ, ut de cauſa litium, & controverſiarum tradit *Chokier de juriſdict. in exempt. par. 3. quæſt. 7. num. 2.* & de altera cultus fidelium *Rota in Hiſpalen. Decimarum de Xeres 17. Aprilis 1679. §. Quibus non adverſatur, coram clar. mem. Card. Matthejo* Defectus præfatæ clauſulæ *dummodò &c.* (ultrà quod petit principium) nihil officit, cùm non ſemper in Regularium privilegiis apponi ſoleat, ut conſtat ex pluribus collectis *apud Lezzan. Oper. moral. tom. 3.* Et demùm exemptio bonorum Monaſterii, ſæcularium perſonarum in eo degentium: famulatur eidemmet cauſæ motivæ Regularitatis, proùt etiam patet ex eo quod, ut præfertur, reſpectu ſæcularium perſonarum exemptio limitata fuit ad degentes intrà Clauſtra Monaſterii.

14. Nulla deniquè vis fieri valet in præſervativâ privilegiorum, & exemptionum Eccleſiæ contentâ in litteris ſæcularizationis, quia illa fuit ſucceſſivè modificata *quoad ea, quæ (, ut ſonant verba præciſa) ſunt in uſu, nec revocata, nec ſub generali revocatione compræhenſa, nec ſtatui ſæculari, & Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon Concilii Tridentini decretis adverſantur*, proùt certè ex huc uſque firmatis, & generalitèr revocata, & cum ſtatu ſæculari incompatibilis, & præfatis omnibus Canonicis ſanctionibus adverſa eſt exemptio, de qua agitur; imò ex eiſdemmet litteris ſæcularizationis exemptio videtur adempta potiùs, quàm confirmata, cùm in illis expreſſa legatur lex, ſivè conditio, quod in omnibus, in quibus non fuiſſet ſpecialitèr derogatum, ſervarentur litteræ alterius ſæcularizationis Eccleſiæ S. Salvatoris, quæ (ut ex earum lectura conſtat) præſeferunt explicitam ſubjectionem Eccleſiæ, & Capituli, Juriſdictioni, ac Viſitationi Archiepiſcopi.

Et ità &c. Utraque &c.

---

## EADEM CORAM EODEM.

*Veneris 13. Junii 1692.*

### ARGUMENTUM.

Privilegium exemptionis Eccleſiæ, & Collegii à juriſdictione Epiſcopi reſolvitur per ſæcula-

ſæculariʒʒātionem, & erectionem in Cathedralem. Conjugium Spirituale Epiſcopi cum Eccleſia Cathedrali quomodò accipiatur, oſtenditur.

## SUMMARIUM.

1. *Eccleſia Collegiata erecta in Cathedralem, efficitur novum corpus, cum novo Capite.*
2. *Eccleſia, quæ per transformationem effecta fuit novum Corpus, ſubiici debet ſuo capiti.*

*Eccleſia Cathedralis cum Epiſcopo facit unum Corpus, quemadmodum Vir, & Uxor dicuntur una caro, ibi & num. 3.*

4. *Eccleſia inferior Collegiata, aut Conventualis ſi auctoritate Papæ erigatur in Cathedralem, ipſo facto fit exempta à juriſdictione Prælati Epiſcopo inferioris, & num. 5.*
6. *Contractus ſpiritualis Conjugii, quod Epiſcopus contrahit cum Eccleſia Cathedrali, quomodo ſit intelligendum, num. 7.*
8. *Solutio quæ fit nomine componendæ, nunquam æquivalet privilegii valori.*

*Clauſulæ effrenatæ privilegii ſemper famulantur gratiæ, & cum ea evaneſcunt, ubi defectus intentionis concedentis adeſt, ibi.*

9. *Exemptio conceſſa Regularibus, ceſſante Regularitate ceſſat exemptio.*
10. *Canones, & Concilia quoties non ſunt abrogata, ſeù abolita ſemper exemptioni reſiſtunt, licet eorum reſiſtentia propter auctoritatem Papæ reddatur inefficax.*

## DECISIO XXV.

*Die 23. Aug. 1622. S. Concilii Congregat. decrevit* – Poſſe Archiepiſcopum viſitare, & alia peragere juxta Votū Rotæ.

QUoniam in deciſione æditâ ſub die octava Februarii proximè elapſi, firmatum fuit, privilegium Exemptionis anno 1588. conceſſum per ſan: mem: Sixtum V. Eccleſiæ Beatæ Mariæ del Pilar, non obſtare Reverendiſſimo Archiepiſcopo, quo minus ipſe viſitare valeat Eccleſias S. Salvatoris, & B. Mariæ Cathedralem Metropolitanam Cæſarauguſtanam nuncupatas, earumque novum Capitulum, ac in eiſdem Eccleſiis, & contrà idem Capitulum omnimodam Ordinariam Juriſdictionem exercere, ac reſpectivè procedere juxtà formam Sac. Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. de reformat. cap. 6.* cum fundamento, quod illud jamdiù caducatum, ac reſolutum fuerit per geminos caſus in eadem Eccleſiâ B. Mariæ ſubſecutos, nempè declarationis ejus Cathedralitatis, ac ipſius ſæculariʒationis; Capitulum in hodiernâ Cauſæ repropoſitione totum laborabat in oſtendendâ inſubſiſtentiâ hujuſmodi fundamenti, contendendo per ſubtiles ponderationes, & argumenta, quod neuter ex præfatis caſibus operetur de jure caducationem, ac reſolutionem privilegii exemptionis. Sed his minimè refragantibus placuit iterum Dominis fundamentum deciſionis, quàm proindè confirmandam eſſe reſponderunt.

1. Subſiſtit etenim caducatio, ac reſolutio privilegii Exemptionis per utrumque ſuperiùs memoratum caſum, tam declaratæ Cathedralitatis Eccleſiæ, quàm etiam ipſius ſæculariʒationis. Per caſum, inquam declaratæ Eccleſiæ Cathedralitatis, quia cum Eccleſia per quingentos circiter annos ante hujuſmodi declarationem ſemper fuerit in opinione ſimplicis Collegiatæ, & immediatè ſubjecta Priori Regulari, per declarationem qualitatis Eccleſiæ Cathedralis, transformata fuit in novum Corpus cum novo Capite, quod eſt Epiſcopus, ut notant communitèr Canoniſtæ *in cap. cum inferior, ac ſignantèr Innocent. num. 2. Hoſtien. n. 12. Abb. n. 1. verſ. ſed hæc ſolutio de majorit. & obedient. Gratian. diſcept. foren. 458. num. 9. & ſeqq. Rot. in Lauretana Juriſdictionis impreſſa deciſ. 313. num. 9. & ſeqq. par. 4. rec.* Non obſtante, quod declaratio de ſui natura non faciant novitatem, ſeù mutationem, quia ſecùs eſt in caſu diverſæ praxis, & obſervantiæ præcedentis ipſam declarationem, nam in his terminis declaratio dicitur novativa, ſeù immutativa, ſi non inſpecto primordio veritatis, ſaltèm ſucceſſivo uſu, & opinione, ut declarat *Jaſ. in leg. non dubium n. 11. Cod. de legibus.*

2. Stante autem hac Eccleſiæ transformatione in novum Corpus cum novo Capite quoad ſolam etiam actualitatem, & æſtimationem, corruit illicò quævis ejus exemptio, tum ex naturali incompatibilitate quod unum Corpus, quod ut præfertur, debet actu ſubeſſe Epiſcopo tamquam Capiti, poſſit inſimul ſubeſſe alteri Capiti, ſeù Superiori, ut dicitur *in Can. in unaquaque 21. quæſt. 2. Can. in apibus 7. quæſt. 1. & ponderant auctoritates mox allegatæ.* Tum etiam ex defectu intentionis Papæ, qui tribuit exemptionem Eccleſiæ tamquàm Collegiatæ, non autem tamquam Cathedrali. Si enim Papa ſciviſſet illam eſſe Cathedralem, exemptionem ipſi non conceſſiſſet, aut certè longè difficilius ob peculiarem naturam, & conditionem Eccleſiæ Cathedralis, quæ cum Epiſcopo facit unicum Corpus, *cap. novit de his quæ fiunt à Prælato &c.* atque eidem Epiſcopo ſpirituali conjugio copulatur, *cap. cum inter Canonicos de elect. & cap. inter corporalia de tranſlat. Prælat.* adeòut ipſa dicatur in Epiſcopo, & Epiſcopus in ipſa, quemadmodum vir, & uxor dicuntur una caro, *cap. ſicut vir 7. quæſt. 1.* quod

ſufficit ad hoc, ut privilegium ceſſet ex defectu intentionis *cap. cæterum de reſcript.* cum aliis adductis in præteritâ deciſione §. *Declarata*, & nuper *in Alerien. Parochialis* 5. *Maii proximè tranſacti coram me*.

3. Non obſtat motivum noviter adductum pro parte Capituli, quod ſcilicet actus qui per Epiſcopum exercentur in Eccleſiâ Cathedrali, ſint in duplici differentiâ; Alii enim Epiſcopo competant in Cathedrali, qua Cathedralis eſt, ac ex peculiari inſtituto, & eſſentia Cathedralitatis, cujuſmodi ſunt retentio Sedis Epiſcopalis, celebratio Synodi, obedientia, reverentia, collatio Ordinum, benedictio Chriſmatis, & Olei Sancti, ac ſimilia; Alii verò eidem Epiſcopo competant in Cathedrali, non ſimpliciter qua Cathedralis eſt, ſed generaliter, qua eſt una ex Eccleſiis ſuæ Diœceſis, ratione Univerſalis dominii, & juriſdictionis, quod in eas habet prout ſunt viſitatio, collatio Beneficiorum, & alia, quæ non dicunt ſpecialem relationem, ſeù connexionem cum ipſa Cathedralitate, quodque per declarationem qualitatis Eccleſiæ Cathedralis privilegium exemptionis expiret ſolum quoad primum genus actuum, quorum reſpectu privilegium dicitur incompatibile cum novo ſtatu Cathedrali, tamquam implicans diſtractionem qualitatis ſubſtantialis Eccleſiæ, ac privationem Cathedræ, & Epiſcopum faciens non Epiſcopum. Secus autem quoad ſecundum, quorum reſpectu nulla ſubeſt incompatibilitas privilegii in Eccleſiâ Cathedrali, prout non ſubeſt in aliis Eccleſiis inferioribus, in quibus illi explicantur eodem prorſus jure, quo in Eccleſiâ Cathedrali.

4. Siquidèm, quicquid ſit de veritate hujuſmodi diſtinctionis actuum in abſtracto, illa redditur inapplicabilis in concreto caſus noſtri ex duplici ponderatione. Prima ſcilicèt, quod hic non agitur de duobus privilegiis diſtinctis, ac ſeparatis, quorum unum præſeferat exemptionem ab his, quæ ſunt de ſubſtantia, & jure Cathedræ, aliud verò ab his, quæ ſunt de ſimplici dominio, & juriſdictione, in quibus terminis intrare poſſet inſpectio, utrum per ſupervenientiam Cathedralitatis caducum fieret primum dumtaxat, an etiam ſecundum: ſed agitur de unico privilegio, complectente Univerſitatem exemptionis ab omni Ordinaria Juriſdictione, ac Viſitatione, exceptis ſolùm concernentibus Curam Animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum; Cumque hæc Univerſitas ſit quid individuum, ſequitur quod ſi ad ſenſum Capituli privilegium reſoluitur quoad actus reſpicientes conſtitutiva Cathedræ, ratione individuitatis cauſæ, reſolvi debeat etiam quoad alios profluentes ex ſimplici dominio, & juriſdictione, idque clarè colligitur ex cenſurâ ipſiuſmet *cap. cum inferior de majorit. & obed.* quod eſt magiſtralis, & unica ſedes noſtræ materiæ, in cujus caſu Archidiaconus, qui in Archidiaconatu Monaſterium habebat ſibi ſubjectum, poſt Monaſterii erectionem in Cathedralem rejectus fuit ab omni genere Juriſdictionis in novâ Eccleſiâ Cathedrali, nulla facta diſtinctione inter actus involventes ſubſtantiam Cathedræ, vel potiùs dominium, & Juriſdictionem, imò factus fuit novæ Eccleſiæ, ac novi Epiſcopi ſubditus, ut ſcribit *Hoſtien. in d. cap. cum inferior num.* 13. *Jo: Andr. num.* 12. *Abb. in fine verſ. quinimò*, *Piringh. in Jus Canon. lib.* 1. *tit.* 33. *ſect.* 1. §. 3. *n.* 30. *verſ. Hinc ſequitur*.

5. Et ſecunda, quod ratio compatibilitatis, vel incompatibilitatis privilegii cum novo ſtatu Eccleſiæ Cathedralis ponderari dumtaxat ſolet, & debet quoties quæſtio eſt de nova erectione Eccleſiæ in Cathedralem, quia cum erectio præſumi debeat facta ſine præjudicio tertii, vel etiam ſine præjudicio Eccleſiæ, quæ in Cathedralem erecta fuit, juxtà *Text. in cap. cum olim de Cenſib. & in eodem cap. cum inferior verſic. abſque alieni Juris præjudicio*, & ibi *Gonzal. num.* 2. privilegium in Eccleſiâ competens alicui tertio, vel etiam Eccleſiæ ex præſumptâ voluntate Papæ, cenſetur ipſis præſervatum, niſi ſit incompatibile cum novo ſtatu Cathedrali; Et hi ſunt termini, in quibus, præciſo Lezzana, qui hac in re procedit abſque fundamento Juris, loquuntur omnes authoritates in oppoſitum cumulatæ, at ſecùs eſt quoties quæſtio (prout in hoc caſu) eſt de privilegio conceſſo Eccleſiæ tamquam ſimplici Collegiatæ, quam deinceps compertum fuit, eſſe Cathedralem itaut principaliter dubitetur de voluntate honorandi Eccleſiam Cathedralem: Nam in his terminis: non hoc mordicùs inſpici debet, an privilegium ſit compatibile, vel incompatibile cum novo ſtatu Eccleſiæ Cathedralis ſed an ipſummet privilegium, quod conceſſum fuit Eccleſiæ tamquam Collegiatæ, fuiſſet æquè facile conceſſum Eccleſiæ Cathedrali, quod utique numquam affirmari valet ob præmiſſam rationem unicitatis corporis, & conjugii ſpiritualis, quod ſuprà cœteras Eccleſias habet Cathedralis Eccleſia cum Epiſcopo; Præſertim poſt Sacrum Concilium Tridentinum, quod ſpeciali Cura, ac ſtudio Viſitationem, & correctionem Cathedralium Eccleſiarum, atque Capitulorum Epiſcopis reſtituit, & commendavit abolendo quaſcumque contrarias exemptiones, & conſuetudines etiam immemorabiles, *ut in ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 6. ac poſtquam ipſemet Sixtus in privilegio, de quo agitur, ad normam ipſius Sacri Concilii excepit ab exemptione concernentia cura Animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, qui proindè eo minùs videri poteſt eidem Concilio derogaſſe, cui ſe conformavit.

6. Nec

6. Nec quicquam movet, quod Spirituale Conjugium, quod Epiſcopus contrahit cum Eccleſiâ, non ſit intelligendum cum materiali Eccleſiâ Cathedrali, ſed cum Eccleſiâ formali ex omnibus Diœceſis Eccleſiis, ac Populo conſtituta; Quoniam, quicquid in hoc puncto dixerit *Card. de Luca de præbemin. diſc.* 3. *num.* 16. forſan ad opportunitatem Cauſæ, in qua ſcribebat, vinculum hujus Spiritualis Conjugii eſt ſolùm cum Eccleſiâ Cathedrali, conſtante ex materia tamquàm corpore, ac ex Capitulo, tamquàm anima, non autem cum aliis Eccleſiis, ac Populo Diœceſis, quæ ſe habent ad inſtar filiarum, & ſubditorum, ut quoad Eccleſias patet, *ex cap. Requiſiti* §. *Secus autem*, ibi = *Quoniam non eſt tanta Communio inter Epiſcopum, & inter Cappellas, vel Monaſteria, ſeù alia loca pia, quanta eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam Cathedralem, cui eſt Spirituali Conjugio copulatus de Teſtamen.* Et quoad alios de populo *ex cap. Inter corporalia* §. *ſicut*, ibi = *Inter perſonas eligentium, & electi Conjugium ſit ſpirituale contractum de tranſlact. Epiſcop.* prout etiam vulgò Doctores Cathedralem ſolum Eccleſiam vocant Epiſcopi Sponſam, ut videre eſt apud *Butr. conſil.* 10. *num.* 3. *Archaran. conſil.* 186. *n.* 1. *Caſſan. in Cathalog. glor. mund.* 4. *part. coſiderat.* 32. *argumen.* 7. *Franc. de Eccleſ. Cathed. cap.* 6. *num.* 107. *& ſeqq.* non attenta replicatione, quod ſi peculiariter Eccleſia Cathedralis eſt Epiſcopi Sponſa, ratio Conjugii poſtulet, quod illa regatur ſolùm amore Paſtorali, non autem imperio, & Juriſdictione; quia hoc ampliùs habet Spirituale Conjugium inter Epiſcopum, & Eccleſiam, quod ipſam Epiſcopo ſubjicit etiam quoad imperium, & juriſdictionem, juxtà *Text. in cap.* 1. *in princip. &* §. 1. *de Cenſibus cap.* 1. *& cap. Irrefragabili de offic. Ordin. & cap. cum Epiſcopus eodem in* 6. itaut quæ reſpectu Conjugii temporalis foret abſurditas privare Virum aliquo obſequiorum genere, quod ſibi competit in Uxorem, ea etiam reſpectu Conjugii Spiritualis ſit privare Epiſcopum imperio, & Juriſdictione, quod habet in ſuam Eccleſiam.

7. Prout nec turbat, quod Sacrum Concilium Tridentinum *in dicta ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 6. æqualiter obſtet Exemptioni à Viſitatione, & Correctione Epiſcoporum tam in Eccleſiis Cathedralibus, quam in Eccleſiis Collegiatis, ibi = *In omnibus Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis &c.* quaſi quod dum Papam non retraxit ad Exemptione qualitas Eccleſiæ Collegiatæ, veriſimile ſit, quod nec etiam ipſum retraxiſſet, aut difficiliorem præbuiſſet qualitas Eccleſiæ Cathedralis: Maximè quia Exemptio conceſſa fuit ex cauſa litium vertentium inter Archiepiſcopum, & Eccleſiam, quæ ſolent eſſe cauſæ eximendi Eccleſias etiam Cathedrales. Quoniam par quidem eſt obſtantia Concilii quoad Exemptionem præfatam in Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis, ſed non par in utraque Eccleſiarum ſpecie illius ratio. Non enim (ut ſunt verba præallegati *Text. in cap. Requiſiſti de Teſtamen. Eſt tanta communio inter Epiſcopum, & inter Cappellas, vel Monaſteria, ſeù alia loca pia, quanta eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam Cathedralem, cui eſt Spirituali Conjugio copulatus*, nec cauſa litium variat ſubſtantiam èxemptionis, cum fuerit cauſa occaſionalis, & impulſiva, non autem motivâ, & finalis, quæ ut latè probatum fuit in præterita deciſione §. *Nec ambigi, & ſeqq.*) fuit ſolùm ratio inſtituti, & obſervantiæ regularis.

8. Sublato igitur ex his præmiſſo novo motivo, atque omnibus animadverſionibus factis in illius corroborationem, facilè corruunt objecta denuò repetita, non enim relevat, quod *Text. in cap. Cum Inferior de majorit. & obedient.* firmans, Eccleſiam Monaſterialem ſitam intrà limites Archidiaconatus per ejus erectionem in Cathedralem ſolui à Juriſdictione Archidiaconi, eam ſolum rationem alleget, quod abſurdum ſit, ut inferior poteſtatem exerceat in Superiorem, quodque proindè ceſſare debeat ejus diſpoſitio in Caſu, quo, prout hic Eccleſia præcedenter ſubjecta erat Superiori, videlicet ipſi Papæ. Quoniam ultrà reſponſionem prædicto Textui datam in priori deciſione, ponderatum fuit, quod Textus nititur etiam aliæ rationi efformationis novi corporis cum novo Capite inſinuatæ *in cap. Cum Cleric. de verb. ſignificat.* ibi = *Et ſi Capitulum intelligatur Eccleſiæ Cathedralis, is tamen, qui præſtat hujuſmodi juramentum, Epiſcopo tamquàm capiti principaliter obligatur* prout illum interprætando obſervant *Innocent. Hoſtien. Abb. ibidem numeris ſuperius allegatis*, quæ ratio æquè locum ſibi vindicat in caſu præcedentis Eccleſiæ ſubjectionis inferiori, ac ſuperiori. Deindè quod Textus loquitur de nova erectione in Cathedralem, & ſic in caſu in quo nullus erat allegabilis defectus intentionis concedentis adversùs privilegium: quod ſecùs eſt (ut præfertur) in caſu Cathedralitatis tempore Conceſſionis ignoratæ, ac poſteâ detectæ. Nec pariter urget, quod privilegium non ſubſit revocationi tamquam conceſſum ex causâ onerosâ, præviâ ſcilicet ſolutione notabilis pecuniarum ſummæ titulo Componendæ, quia, præter quod ſemper recurrit defectus intentionis, qui objici poteſt adversùs quodcumque genus privilegii, adhuc ceſſat etiam titulus oneroſus, ex eo, quod ſolutio, quæ fit nomine Componendæ numquam æquivalet privilegii valori, ut præter allegatos in præteritâ deciſione tradit *Gonzal. ad regulam VIII. Cancellariæ gloſſ.* 28. *num.* 27. Nec demùm adverſantur effrenatæ clauſulæ; quod adverſus privilegium dari nequeat de ſubreptione, & obreptione, ac defectu intentionis, quoniam hæ ſemper famulantur

lantur gratiæ, & cum ea evaneſcunt, neque impediunt quo minùs Judex, ubi verè defectus intentionis adeſt de illo cognoſcat, ut firmant *Dec. conſil.* 199. *n.* 6. *Lap. allegat.* 7. *in fine*, *Mareſcott. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 169. *Rota deciſ.* 84. *num.* 10. *verſ. non obſtat poſt ſecundum volumen conſiliorum Farinaccii*.

9. Per caſum denique ſæcularizationis ſubſiſtit paritèr caducatio, ac reſolutio privilegii Exemptionis, quia cum ex latè firmatis in priori deciſione exemptio conceſſa fuerit Eccleſiæ Regulari, & Monachis in ea degentibus, ex cauſa finali Regularis Inſtituti, quod in illa vigebat: ceſſante in ea Regularitate, ceſſat exemptio, juxtà *Text. in cap. Abbate, ubi communiter Scribentes de verbor. ſignificat. Rebuff. conſil.* 105. *verſic. ſecundus caſus cum aliis adductis in dicta deciſione* §. *ex facto*, quibus non obſtant plures in contrarium adducti, quia loquuntur, & procedunt in Exemptione conceſſa, vel loco, vel Ordini, vel utriuſque, abſque tamen peculiari contemplatione, & finali reſpectu ad ipſam Regularitatem. Neque officit, imò potiùs favet diſtinctio, quam faciunt *Suarez. de legib. lib.* 8. *cap.* 30. *num.* 6. & 7. *Piringh. in decretal. lib.* 5. *titul.* 33. *ſect.* 6. §. 1. *verſic. Limitatur tertio*, quod defectus cauſæ finalis tunc ſolùm præſtet privilegii ceſſationem, quando Cauſa deficit contrariè: Secus quando negativè, quoniam utique in hac hypotheſi ceſſaſſe videtur prorſus contrariè, quia nempè exemptio, quæ in ſtatu Regularitatis videri potuit rationabilis, & juſta, In ſtatu Sæcularitatis evaſit irrationabilis, & iniqua, tamquàm ſubtrahens Cathedralem Eccleſiam Epiſcopi Sponſam ab illius Juriſdictione, ac Viſitatione quodque plus eſt, non modò ipſammet Eccleſiam Beatæ Mariæ, verum etiam ratione illarum unionis, & incorporationis, etiam alteram Cathedralem Eccleſiam Sancti Salvatoris.

10. Nec recurri valet ad præſervativam privilegiorum, & exemptionun, contentam in Bulla ſæcularizationis, quia illa ſtatim modificata fuit, *quoad ea quæ ſunt in uſu, nec revocata, nec ſub generali revocatione comprehenſa, nec ſtatui ſæculari, & Sacris Canonibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non Concilii Tridentini decretis adverſantur*. Non attentâ replicatione, quod nec Statui Sæculari, nec Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, neque Concilii Tridentini Decretis, adverſa dici poſſit Exemptio, de qua agitur, tamquàm munita privilegio Papæ, qui omnia poteſt ſuprà quoſcumque Canones, & Concilia. Quoniam quotieſcumque Canones, & Conſtitutiones, atque Concilia non ſunt generaliter abrogata, ſeù abolita ſemper dicuntur exemptioni reſiſtere, licèt aliàs eorum reſiſtentia propter aucthoritatem Papæ reddatur inefficax. Ultra quod ſi intellectus iſte ſubſiſteret, inanis prorſus, & ſupervacva fieret modificatio præfata, & contra mentem Papæ, qui per ipſam intendit reformationi; Nullum enim eſſet privilegium quantumvis exorbitans (quod eſſe non poſſet, niſi Apoſtolicum) quod non eſſet præſervatum. Et ità deciſum fuit ùtraque &c.

---

## R. P. D. CAVALLERINO.

*Æſina Emphyteuſis.*
*Veneris* 14. *Martii* 1692.

### ARGUMENTUM.

Bona Emphyteutica licet Eccleſiaſtica redacta ad inſtar allodialium, tranſire poſſunt, etiam ad manus mortuas.

### SUMMARIUM.

1. *Bona emphyteutica redacta ad inſtar allodialium, conpræhenſa intelliguntur ſub unverſali hæredis inſtitutione.*
2. *Emphyteuſis Eccleſiæ quibus clauſulis dicatur conceſſa pro hæredibus quibuſcumque.*
3. *Emphyteuſis neceſſariò renovanda, dicitur hæreditaria, & ad inſtar allodii.*
4. *Obſervantia longi temporis declarat naturam Emphyteuſis.*
5. *Confeſſio partis probat naturam Emphyteuſis.*
6. *Pactum in Inveſtitura conventum, quod in alienatione, Dominus debeat præferri, reddit illá liberam, & hæreditariam, & n.* 7. *&* 8.
9. *Emphyteuſis, quando eſt hæreditaria, hæredes inſtituti quamvis Extranei ſint, præferuntur proximioribus, quibus poſt lineam finitam ultimi inveſtiti vigore ſtatuti facienda ſit renovatio, quia intelligitur nulla per Emphyteutam facta diſpoſitione.*
10. *Declaratio mulieris erronea, ex falſo ſuppoſito emanata, nec ipſi, nec aliis cauſam ab ea habentibus præjudicat, & num.* 11. *&* 12.
13. *Bona Emphyteutica ad inſtar allodialium redacta poſſunt tranſire in manus mortuas.*
14. *Emphyteuſis Eccleſiæ poteſt tranſire ad manus mortuas accedente conſenſu Eccleſiæ Dominæ directæ.*

### DECISIO XXVI.

INter Venerabile Conſervatorium Pœnitentium Civitatis Æſinæ ex Teſtamento hæredem trium Sororum de Galvanis, ac Fratres de Baldaſſinis, uti proximiores Canonico Philippo Baldaſſino legatario Margaritæ pariter de Galvanis ex dd. Sororibus ultimo loco defunctæ, Ortâ controverſiâ ſuper renovatione Inveſtituræ quorundam bo-

norum

norum Emphyteuticorum ſub directo dominio menſæ Epiſcopalis Æſinæ prodiit Sententia Judicis de partibus favorabilis Conſervatorio Pœnitentium, demandans eaſdem inveſtire debere pro duabus ex tribus portionibus ad dictas Sorores ſpectantibus, quam ſucceſſivè in ſecunda Inſtantia A. C. confirmavit. Cauſa deindè in gradu appellationis mihi commiſſa, conſului Dominos; An, & quibus, & pro qua rata debeatur renovatio Emphyteuſis. Quam hodie juxtà normam præcedentium ſententiarum eſſe concedendam favore Pœnitentium pro duabus ex tribus partibus reſponderunt.

1. Ratio reſolutionis unicè fundata fuit in qualitate hujus Emphyteuſis, quæ licet Eccleſiaſtica, cum tamen ex infrà dicendis ſit ſimpliciter hæreditaria, & bona de quibus agitur redacta ad inſtàr allodialium, non dubitarunt Domini, quin ea conpræhenſa intelligerentur ſub univerſali hæredis Inſtitutione factâ per Sorores de Galvanis ad commodum Pœnitentium *ex Fulgin. de jure Emphyt. tit. de alienat. quæſt. 1. ſub num. 221. verſ. quod venit declarand. Gratian. diſcep. 481. num. 61. & ſeqq. Niger. de laudem. tom. 1. quæſt. 12. art. 3. n. 93. il 2. Adden. ad Gregor. deciſ. 520. ſub num. 14. verſ. limita primo. Rota in recen. deciſ. 261. n. 7. & dec. 280. n. 3. par. 1. & deciſ. 377. n. 3. & 4. par. 14. recen.*

2. Quod autem verſemur in ſimili Emphyteuſi ex pluribus reſultare viſum fuit. Et primò quidem ex formula Inveſtituræ, ſub qua reperitur ea revocata Jacobo Galvano, & Fratribus pro ipſorum Filiis, & Nepotibus, tàm maſculis, quàm fœminis, cum clauſula ad habend. in diſpoſitivis ampliſſimè extenſa, nimirum *ad habend. tened. & quid quid Inveſtitis facere placuerit faciend.* Quæ juncta pacto, quod Eccleſia domina directa teneatur in cauſa alienationis conſenſum præſtare, immutat naturam Emphyteuſis Eccleſiaſticæ, illamque reddit tranſitoriam ad quoſcumque hæredes, etiam extraneos, ut cœteris omiſſis fuit dictum in alia *Æſina Immiſſionis 26. Junii 1682. §. additis clauſulis cor. bo. me. Pauluccio & 5. Julii 1683. §. quo verò, & §. ſeqq. cor. R. P. D. meo Urſino* In quà ex clauſulis, & verbis contentis in ſimili Inveſtitura (cujus formula, ut deprænhenditur ex originali eſt eadem cum noſtra) firmatum fuit hujuſmodi conceſſiones ab Epiſcopo Æſino fieri ſolitas eſſe abſolutè hæreditarias, atque ad extraneos quoſcumque tranſmiſſibiles; Ac proindè non attentis auchoritatibus in contrarium relatis probarunt Domini deciſiones in ſpecie caſum definientes, ut monuit aliàs *Rot. coram Buratt. deciſ. 87. num. 8. & 9. & deciſ. 721. num. 5. par. 2. recen.*

3. Ulteriùs natura hujus Emphyteuſis non minùs clarè declaratur à Brevi ſa. mem. Urbani VIII. per extenſum relato *in Summario Baldaſſinorum num. 1.* In illo enim prævià narratione (quod major pars bonorum in Diœceſi Æſina exiſtentium, licèt non ſint verè Emphyteutica, attamen renovari, ac etiam denuò concedi ſolent) expreſsè cavetur, quod perpetuis futuris temporibus Eccleſia illorum domina directa, nullatenùs pro ſe retinere valeat. Cum igitur bona controverſa nunquam ſub directum dominium redire poſſint, neceſſariò ſequitur, quod intelligi debeant ad inſtar allodialium effecta; Ut in terminis ſimilium bonorum Abbatiæ Nonantulanæ, & Farſen. ac Diœceſis Mantuanæ, & Ravennaten. tradit *Card. de Luca de Emphyt. diſc. 3. num. 24. uſque ad finem, & diſc. 9. n. 10. Rota deciſ. 1221. num. 1. & ſeqq. coram Penia, & deciſ. 87. num. 1. & ſeqq. coram Buratt. & deciſ. 196. num. 6. coram Celſ. & deciſ. 122. nu. 2. & 3. coram Priolo, & in recen. deciſ. 377. n. 4. par. 14.* Atque hæc interpretatio recepta pariter fuit per *Rot. in d. Æſina Immiſſionis coram Pauluccio §. & firmat Breve, & coram Urſino §. eoquè magis.*

4. Tertiò loco affertur obſervantia centum, & ultra Annorum. Ab anno enim 1547. uſque in præſentem diem hujuſmodi Emphyteuſis liberè ſemper tranſivit in extraneos, habitaque ab omnibus pro ſimplicitèr hæreditaria, *ut in Sum. Pœnitentium à num. 13. uſq. 17.* Quæ quidem obſervantia adeò longæva plurium confert ad naturam illius declarand. *Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 13. num. 9. & ſeqq. Mar. Antonin. lib. 1. reſolut. 21. num. 15. Card. de Luca de Emphyt. diſc. 28. §. final. Rota coram Cavaler. deciſ. 556. num. 3. & coram Priolo deciſ. 218. num. 5.*

5. Potiſſimè quià tàm Canonicus Philippus, quam ipſi Baldaſſini hæc bona uti hæreditaria agnoverunt, permittendo etiam illa à Creditore ſubhaſtari *dict. Sum. num. 19. litt. A B.* Quo facto utpotè præſeferente confeſſionem partis, nulla datur efficacior probatio *Rota in dict. Æſina Emphyteuſis 26. Junii 1682. §. Ideoque agnovit coram bo: me: Pauluccio.*

6. Quartò demùm id ipſum ſuadet aliud pactum in Inveſtitura appoſitum, in quo cavetur, quod volente Emphyteutâ bona ſibi conceſſa alienare, teneatur id Domino denunciare, ut ſi ipſe infrà quindecim dies à tempore petiti conſenſus declaraſſet ſe velle præferri pro eodem pretio, pactis, & conditionibus ſemper foret præferendus; *ut in dict. Sum. num. 11. & 12.* Ex hoc autem pacto immutari naturam Emphyteuſis Eccleſiaſticæ, & liberam cenſeri conceſſam facultatem alienandi ſalvâ dictâ prælatione dixit *Rota dec. 294. num. 6. & 7. par. 2. & deciſ. 26. num. 6. par. 3. recen. & deciſ. 218. num. 3. coram Priolo.*

7. Ex quibus reſultare DD. exiſtimaverunt claram conceſſionem ad favorem etiam extraneorum tranſitoriam, non obſtantibus iis, quæ longo calamo fuerunt per Informantes

mantes pro Baldaſſinis deducta, præſertim inefficacia prædictæ clauſulæ ad habendùm, ac alteriùs cujuſcumque attributæ facultatis alienandi, aſſerentes iſtam licèt ampliſſimam remanſiſſe reſtrictam, & moderatam ab alia clauſula *durante Inveſtitura*, quæ pariter in diſpoſitivis contenta pariformiter operari deberet *Rota deciſ.* 74. *num.* 8. *&* 9. *par.* 6. *rec.*

8. Siquidem ad removendam inſtantaneam contrahentium correctionem objectum evitari poteſt, intelligendo iſtam potius fuiſſe appoſitam in gratiam domini directi, nè bona eo irrequiſito alienarentur, quàm pro reſtringendâ facultate alienandi inveſtitis jàm liberè conceſſa; quæ alioquin reſultabat, vel ex clauſulis ampliſſimè extenſis, ac peculiari pacto quod ſemper Dominus conſentire teneretur alienationi, vel ex Breve San. Mem. Urbani VIII. ab obſervantia ſucceſſivè declarato, vel demùm ex pacto prælationis ſuperiùs examinato; Quibus omnibus ſimul junctis, aut prædicta clauſula non relevat, *ut ex deciſ.* 1221. *num.* 1. *& ſeqq. coram Pœnia confirmata coram Buratt. dec.* 87. Aut ſub ſilentio prætermitti poteſt tanquam inefficax, ut ſervatum fuit ſæpè dicta Æſina Immiſſionis coram Pauluccio, & coram Urſino.

Minùs relevat, quod juxtà formam dicti Brevis San. Mem. Urbani VIII. bona in Diœceſi Æſina exiſtentia licet redacta ad inſtar allodialium, ſint tamen renovanda proximioribus per lineam finitam ultimi Inveſtiti.

8. Quandoquidem pro reſponſione advertebatur, quod cum agatur de Emphyteuſi hæreditaria, favor proximorum allegari poſſet, nullâ factâ diſpoſitione per ultimum Inveſtitum, quo caſu in excluſionem domini directi proximior eſſet inveſtiendus. Secus autem in noſtra hypotheſi, in qua habemus hæredis inſtitutionem; Quia tunc veriùs eſt, quod hæredes inſtituti, quamvis ſint penitùs extranei, præferantur proximioribus *Fulgin. de jur. Emphyt. tit. de renovat. quæſt. prima n.* 37. *& ſeqq. Mareſcott. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 26. *Gabriel. de Jur. Emphyt. concluſ.* 1. *num.* 18. *Rot. coram Seraph. dec.* 610. *num.* 10. *& coram Celſ. dec.* 192. *num.* 6. *&* 7. *& in recen. dec.* 319. *n.* 1. *& ſeqq. par.* 5. *&c.*

Nec quidquam turbat declaratio in Codicillis facta à Margarita, quod nimirum Franciſca, & Maria illius ſorores prædefunctæ in earum teſtamentis nunquam intellexerint de controverſis bonis diſponere, ſed voluerint ea pertinere ad quos de Jure ſubdens ex ſe Codicillatrix, quod cum eſſet proximior Conſanguineus Canonicus Philippus Baldaſſinus, eidem illa omnia pleno Jure relinquebat, ut latiùs *in Summa Baldaſſinorum num.* 4. quo poſito iidem Baldaſſini tanquam hæredes prædefuncti Canonici pretendunt Jure hæreditario illius, eis in omnem caſum eſſe debita præfata bona Emphyteutica vigore enunciati codicilli.

10. Quoniam prædicta declaratio, quæ undequaque inſubſiſtens detegitur, tamquam ex erronea Cauſa, & falſo ſuppoſito emanata, nec præjudicat Margaritæ declaranti, nec Pœnitentibus, quæ ab ea cauſam habent *l. finali ff. de hered. inſtit. Rota coram Merlin. dec.* 545. *num.* 10. *& in rec. dec.* 68. *num.* 16. *par.* 15. *& dec.* 735. *num.* 23. *& ſeqq. par.* 18. *& deciſ.* 346. *num.* 10. *& ſequen. & num.* 17. *par.* 19.

11. Error in facto probatur ex duplici circumſtantia. Quarum prima reſultat ex teſtamentis earundem ſororum Margaritæ relatis *in Summario Pœnitentium num.* 1. *&* 2. In quibus ocularitèr apparet diſpoſitio ab eis facta de Domo Emphyteutica relinquendo illius uſumfructum Canonico Baldaſſino, proprietatem verò Pœnitentibus. Altera verò ſuadetur ex nominatione in hæredem fiduciarium per dd. ſorores fact. de Epiſcopo Æſino caſu, quo Pænitentes non eſſent capaces ſuccedendi in earum bonis; Quamobrem cum dubitatio verificari non poſſet, niſi in Emphyteuticis, conſequens eſt quod de illis præcisè Teſtatrices intellexerint *l.* 4. *§. toties ff. de damn. infect. Rota dec.* 463. *num.* 17. *par.* 14. *recen.*

12. Accedente præſertim quod Margarita ultrà erroneitatem facti, erravit etiam in Jure, autumando quod prædicta bona Emphyteutica ſpectarent ad Canonicum Baldaſſinum uti proximiorem, quod tamen ex jam deductis conſtat non ſubſiſtere; Undè ſequitur, quod eo faciliùs illius declaratio ſit rejicienda, & ſolummodò attendendum id quod in Jure procedit *Rota coram Celſo dec.* 411. *num.* 17. *dec.* 10. *num.* 28. *& ſeqq. par.* 15. *& deciſ.* 204. *num.* 4. *par.* 18. *& deciſ.* 43. *num.* 4. *par.* 19. *rec.*

13. Quibus ità firmatis non relevant objecta Pœnitentium incapacitas retinendi bona controverſa, tanquam manus mortuas: Vel quià poſito, quod ſimus in bonis ad inſtar allodialium redactis benè illa alienari, & retineri poſſunt etiam per Eccleſiam, & quamcumque aliam manum mortuam ex Juribus in primo §. *allegatis*, quibus addi poteſt *Rota deciſ.* 65. *num.* 7. *&* 8. *par.* 17. *rec.* Vel quia intercèdente conſenſu domini directi hæc exceptio tamquam de Jure tertii ad præſens non eſt allegabilis. *Rota coram Buratt. deciſ.* 394. *num.* 6. *& deciſ.* 65. *num.* 11. *par.* 17. *& deciſ.* 593. *num.* 9. *par.* 18. *recen.* Et ità omiſsis aliis levioribus ponderis objectis reſponſum fuit utraque, &c.

R. P. D.

## R. P. D. PIO.

*Leodien. Parochialis.*
*Veneris 4. Julii 1692.*

### ARGUMENTUM.

Regulares retinere non poſſunt in titulum Beneficium Parochiale.

### SUMMARIUM.

1. *Litteræ Apoſtolicæ exequi debent poſtquam fuerunt juſtificatæ.*
2. *Canonici Regulares de jure communi poſſunt præfici regimini Parochialium.*
   *Canonici Regulares quicumque ſint jure novo ſine Indultu Apoſtolico, non poſſunt provideri de Eccleſiis Parochialibus, ibi.*
3. *Decreta Sac. Congregationum ſunt reverenter amplectenda.*

### DECISIO XXVII.

1. OB incapacitatem Chriſtiani Bleis Canonici Regularis Ordinis S. Auguſtini ab Archipresbytero Aquiſgranen. proviſi de Eccleſia Parochiali S. Petri ejuſdem Oppidi, Henricus Scholla è Sede Apoſtolica gratiam collationis præfatæ Parochialis reportavit, expeditiſque ſubinde litteris ſolitis, ab Executore in eis deputato ſententiam immiſſionis obtinuit, à qua ad provocationem Chriſtiani cauſa ad Rotam devoluta, cum clauſula = *Parito litteris arbitrio*: Dubitavi de more in hodierna audientia, An intret arbitrium pro illarum executionis retardatione, & negativè fuit reſolutum, quia cum in omnibus viſæ fuerint juſtificatæ, debitâ executione fraudari non debent, ità edocente *Textu in cap. ſi Capitulo de conceſſ. Præbend. in 6.*

2. Neque fundamentum gratiæ ab Henrico impetratæ, quod ſuper incapacitate Chriſtiani conſtituitur, meretur in dubium revocari, licet enim Innocentius III. adverſus Lateranenſis Concilii Sanctionem, vetantis Monachos Eccleſiarum Parochialium regimini præponi poſſe, indulſerit Canonicis Regularibus, tamquàm laxiori regulæ inſervientibus, ut curam animarum regere valerent, eoſdemque retinendi Parochiales Eccleſias capaces effecerit per Decretum inſertum *in cap. Quod Dei timore* §. *licet*, *de Stat. Monac.* Attamen id eis etiam cum licentia Generalis abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ Indultu hodie interdicitur ex declaratione Sac. Congregationis Concilii facta de mandato *Sa: Mem: Gregorii XIII.* quemadmodum uno ore referunt *Nicol. in Floſcul. ver. Regulares num. 25. Sanchez. ad præcept. decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 71. Quarant. in ſum. Bullar. ver. Canonicus Regularis. Gavant. in manual. Epiſcop. verb. Canonici Regulares. Corrad. in prax. diſpen. lib. 2. cap. 1. num. 18. verſ. Et ego verò. Barboſ. in collect. ad Concil. ſeſſ. 14. de reform. cap. 11. n. 5. & ſeqq. & ad d. cap. Quod Dei timorem num. 3. & de Jure Eccleſ. lib. 3. cap. 4. n. 79. verſ. Quare hodie*, ubi allegat aliam revolutionem *Sac. Congregationis Epiſcop. & Regular.* quam etiam advertit *Tondut. quæſt. Benef. tom. 1. cap. 80. per tot. & ſignanter n. 14. & 15. Marant. reſponſ. Jur. tom. 4. cap. 89. n. 35. & ſeqq. Card. de Luca de donat. diſc. 25. num. 6.*

3. Quia imò cum in vim ſpecialis auctoritatis à *S. M. Clemente X.* attributæ idem ſub die 17. *Martii* 1671. cenſuerit *S. Congr. Epiſcop. & Regularium*, ut conſtitit ex exhibitione Decreti, removetur inde quælibet quæſtio, quia cum dictæ Sac. Congregationis Decretum per viam univerſalis legis emanaverit, & publicè in conſuetis Urbis locis affixum omnibus innotuerit, præcisè ligat, præterquod ubi etiam pro ſimplici ipſius Sac. Congregationis reſolutione eſſet habendum, ſemper tamen reverenter deberet amplecti juxtà laudabilem, atque inconcuſſum noſtri Tribunalis morem, de quo teſtatur *Celſ. deciſ. 161. n. fin. & alibi* frequentiſſimè.

Et ità concluſum, Henrico tantum informante &c.

## EADEM CORAM EODEM.

*Veneris 6. Martii 1693.*

### SUMMARIUM.

1. *Clerici Regulares Ordinis S. Auguſtini, ſunt incapaces Parochialium.*
   *Decreta Sac. Congregat. Concilii indefinitè, & univerſaliter loquentes, compræhendunt Regulares, tam Italiæ, quam Germaniæ ibi.*

### DECISIO XXVIII.

1. IN ſequelam deciſionis à me editæ ſub die 4. Julii præteriti firmatis, non intrare arbitrium pro retardatione litterarum Apoſtolicarum, ad favorem Henrici expeditarum hodie DD. reſponderunt eſſe perſiſtendum in reſolutis, ex quo eædem litteræ iterum in omnibus fuerunt viſæ juſtificatæ, & præcipuè quoad incapacitatem Chriſtiani ad Parochialem controverſam utpotè Clerici Regularis Ordinis S. Auguſtini, quemadmodum per apertiſſimam declarationem *Sac. Congregationis Concilii*, & per plura jura latè probatum habetur in præfata deciſione

 Cau-

Cauſæ *Sub* §. *neque fundamentum* uſque ad finem, quod Decretum cum indefinitè, & univerſaliter loquatur, & per viam legis emanaverit, utique æquè comprænhendit Canonicos Lateranenſes Italiæ ac illos in Germania degentes.

Nil profectò relevante aſſertâ obſervantiâ alias in oppoſitum adductâ, cum eadem adhuc per legitima documenta, ut juris eſſet probata non extiterit, imò tantum abeſt quod juſtificari queat, ut potiùs contrarium convincatur ex atteſtatione Reverendiſſimi Epiſcopi Hierapolitani Suffraganei Colonien. ex qua patet, quod juxtà Conſtitutiones Diœceſanas Archiepiſcopatus Colonien. prohibentur Canonici Regulares abſque Apoſtolicæ Sedis diſpenſatione Animarum Curæ præeſſe, quodque poſt ultimam Synodum Diœceſanam, qui ſæcularium Parochialium gubernio aderant præpoſiti, remoti ab hoc regimine fuerunt, atque ad propria Monaſteria remiſſi, ut latius in prædicta atteſtatione exhibita Summario Henrici Informantis numero unico.

Et ità Chriſtiano etiam in hac propoſitione comparere recuſante reſolutum fuit &c.

---

## R. P. D. MOLINES.

*Hortana Parochialis.*
*Lunæ* 4. *Maii* 1693.

### ARGUMENTUM.

Approbatus in concurſu ab Examinatoribus de facto in Synodo deputatis, licèt nulliter ) & à Sede Apoſtolica de Parochiali proviſus, ex quo expreſſit fuiſſe examinatum ab Examinatoribus Synodalibus, validè dicitur proviſus, ſi ſine dolo hoc expreſſit.

### SUMMARIUM.

1. *Concurſus Parochialium coram Examinatoribus non Synodalibus eſt nullus.*
2. *Electio Examinatorum facta in Synodo ſub nomine Officii, vel Dignitatis eſt nulla.*
3. *Electio Vicarii Generalis in Examinatorem cum adjuncto* pro tempore *vel Superioris Conventus*, qui ſit Magiſter ſeù lector Theologiæ, *dicitur valida.*
4. *Approbatus in concurſu ab Examinatoribus nulliter in Synodo electis, ſi obtinuit à Dataria Apoſtolica de Parochiali provideri factâ expreſſione, ſe fuiſſe examinatum ab Examinatoribus Synodalibus ſine dolo, & cum probabili credulitate, dicitur validè proviſus attentâ clauſulâ* ſivè præmiſſo, ſivè alio &c.
5. *Ad verificandam narrativam, quem fuiſſe examinatum ab Examinatoribus Synodalibus, ſufficit hos fuiſſe deputatos in Synodo, quamvis nulliter.*

### DECISIO XXIX.

INdicto per Epiſcopum Hortanum concurſu ſuper parochiali Eccleſiâ Sanctiſſimi Salvatoris Oppidi Baſſanelli vacata per obitum Petri Coraliæ, in eo, ut magis dignus, & idoneus ad dictam curam regendam renunciatus fuit Petrus Paulus Celeſtinus, qui attento quod vacatio contingerat in menſe Februarii Apoſtolicæ Sedi reſervato, obtinuit munitus atteſtatione d. Ordinarii litteras Apoſtolicas collationis in forma gratioſa, quarum vigore Parochialis poſſeſſionem adeptus fuit. Cum autem Felix Marianus approbatus etiam ipſe in eodem concurſu impetraſſet ſucceſſivè d. Parochialem, narrando quod proviſio in perſonam d. Petri Pauli nulla, & invalida exiſtat, eo quia forma Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *de Reformat. cap.* 18. obſervata non fuerit, hinc delata controverſia intèr dictos Proviſos Apoſtolicos coràm A. C. Tomato, iſte tulit ſententiam, qua declaravit, litteras Apoſtolicas Felicis Mariani non eſſe exequendas, à qua appellationis causâ mihi commiſſa, dedi dubium, an litteræ Apoſtolicæ d. Mariani ſint exequendæ? cui DD. negativè reſponderunt. Dedit reſolutioni motivum validitas præcedentis gratiæ obtentæ à d. Petro Paulo Celeſtino cujus vigore fuit conſumpta vacatio, itaut non eſſet locus ulteriori proviſioni, & conſequentèr poſtrema impetratio à Mariano obtenta locum ſibi vindicare nequit.

1. Nec adverſus gratiam Celeſtini meretur adduci nullitas concurſus, ob non ſervatam formam Concilii Tridentini in *dict.cap.*18. circa electionem Examinatorum, in quo diſponitur, quod ſingulis annis ab Epiſcopo, ſivè ejus Vicario in Synodo Diœceſana eligantur Examinatores ad minùs ſex, ex quibus tres eligat Epiſcopus prò concurſu perficiendo in caſu vacationis Parochialis, quæ ſervata non fuiſſe in præſenti caſu, expoſuit Marianus in ſua impetratione, & probare ſatagebat, ex quo ultima Synodus Hortana celebrata fuit de anno 1667. Ideòque Examinatores, qui intervenerunt in d. concurſu, non poſſent dici Synodales, cum non fuerint deputati in Synodo celebrata quolibet anno, & licet ex d. Synodo anni 1667. ſupereſſent duo, qui intervenerunt in controverſo concurſu, nempè Dominicus Scaffola, & Petrus Antonius Caſtra, hos non ſufficere prò illius validitate, vel quia ad minùs tres requirantur, vel quia quando, elapſo anno ex ſex deputatis aliqui prædecedunt, omnium expirat deputatio, & alios duos, qui interfuerunt,

runt, ſcilicèt P. M. Franciſcus Varano, & Franciſcus Palea Vicarius Generalis non poſſe dici Examinatores Synodales, cum fuerint deputati in Synodo, ſub nomine Dignitatis vel Officii.

2. Etenim quicquid ſit, an forma Concilii Tridentini in *d. cap.* 18. adimpleta dicatur, quoties in Synodo deputantur Examinatores ſub nomine Officii, vel Dignitatis, quod fieri non poſſe pluries declaraſſe Sac. Congregationem Concilii adducebant Scribentes prò Mariano, *& Garz. de Benefic. par.* 9. *cap.* 2. *à num.* 334. *cum pluribus ſeqq. Maſſob. in prax. habend. concurſ. requiſit.* 11. *dub.* 3. *num.* 20. *in fine, & num.* 5. *Barboſ. ad Concil. Triden. d. cap.* 18. *n.* 86. *idem de offic. & poteſt. Paroch. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 56. *in fine, & in collect.* 341. *num.* 6. *Caſtropalao oper. moral. tit.* 2. *tract.* 13. *de Benefic. diſput.* 3. *punct.* 3. §. 3. *num.* 8. *Thomas Tambur. de Cenſur. lib.* 10. *cap.* 3. §. 2. *num.* 1. *& ſeqq.* & dixit *Rot. in Toletana Parochialis coram Arigonio* 10. *Maii* 1596. *relat. per Garz. d. cap.* 2. *num.* 341. & nuper declaravit Sac. Congreg. Concilii in Sypontina Concurſus 14. Februarii currentis anni.

3. Prout omiſſo etiam, an idem procedat quandò ut in caſu, deputatio in Synodo non fuit ſimplicitèr in perſonam Vicarii, ſed cum adjuncto illo *prò tempore*, ut cum alia circumſtantia reſpectu Superiorum Regularium, quod nempè ſint Magiſtri, ſeù Lectores Sac. Theologiæ, & aliquandò eam legerint, quo caſu perſonas prædictas reputandas eſſe prò Examinatoribus Synodalibus legitimè deputatis, ex quo tunc iſta electio facta per Synodum non reſpiciat perſonas incertas de incertis, & cum omnimoda incertitudine qualitatum à Concilio requiſitarum, ſed perſonas incertas de certis cum certitudine, & concludente qualitates ſcientiæ, & idoneitatis requiſitas ab eodem Concilio, ut in Vicario Generali prò tempore, & in Superioribus Conventuum Magiſtris, ſeù Lectoribus S. Theologiæ, qui aliquando eam legerint validè eſſe deputatos defendunt *Gavant. in prax. Synod. Diœceſ. par.* 1. *cap.* 31. *de Examinatoribus* §. 5. *verſic. fortaſsè valeret, & par.* 4. *cap.* 9. *n.* 16. *in fine, Tancred. de Religion. tractat.* 2. *lib.* 4. *diſput.* 7. *quaſt.* 12. *Diana oper. moral. tom.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 96. *per totum, & in ſumma verb. Examinare, Villalobos in Summa Theolog. & mor. tractat.* 8. *poſt. difficult.* 5. *de Examinatoribus Synodalibus num.* 3. *med. Vrtad. reſol. moral. tractat.* 12. *reſol.* 5. *n.* 65. *de Examinatoribus Synodalibus.*

4. Quæ omnia DD. non neceſſaria examinanda in præſenti caſu cenſuerunt, cum prò ſubſtinenda gratia Celeſtini, qui expoſuit ſe eſſe examinatum ab Examinatoribus Synodalibus ſufficiat, quod ad talem expreſſionem devenerit abſque dolo, & fraude, & cum probabili credulitate, & communi opinione reputante eos, qui illum examinarunt eſſe Examinatores Synodales comprobata, nedùm ex generali obſervantia plurium Diœceſum; verum etiam particulari hujus Diœceſis, quibus concurrentibus, & juncta clauſula *ſivè Præmiſſo, ſivè alio quovis &c.* ſubſtinetur gratia Celeſtini, quamvis dubitaretur de validitate Concurſus, cum per hanc clauſulam cenſetur Papam providere voluiſſe, etiam in caſu nullitatis Concurſus, cum per illa comprehendat quemlibet alium vacandi modum ultrà expreſſum, excluſo tamen dolo, & data juſta credulitate, & communi reputatione, ut dictum eſt, quæ facit Jus *l. Barbarius ff. de offic. Prætor. ut in ſimilibus tenet Pariſius de Reſignat. lib.* 8. *quaſt.* 7. *n.* 137. *Genuen. in prax. cap.* 109. §. *Declaratur quinto Lotter. de re beneficiaria lib.* 3. *quaſt.* 8. *n.* 68. *cum ſeqq. Faber. in eod. lib.* 5. *tit.* 2. *diſinit.* 4. *Rota deciſ.* 5. *in fine de Præbend. cor. Caſſadoro, & in Pampilonen. Parochialis* 29. *Aprilis* 1591. *relat. per Garz. de Benefic. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 89. *in fine, & in Hipporiſien. Canonicatus, & Præben.* 22. *Octobris* 1584. *coram Orano, & conferunt deducta in Eugubina Canonicatus* 10. *Martii* 1690. *coram Reverendiſs. Hiſpaniarum Nuncio.*

5. Abſque eo quod opponi valeat, quod ut operetur clauſula, ſivè præmiſſo, ſivè alio quovis modo neceſſe ſit narrativam, in qua cadit controverſia verificare ſaltem de facto ex deductis in *deciſ.* 732. *à num.* 4. *ad* 6. *coram Vbaldo, & dec.* 561. *num.* 34. *coram Bichio*, quia pro parte Celeſtini juſtificatur, eos, qui ipſum examinarunt in concurſu, fuiſſe de facto deputatos Examinatores in Synodo, & uti Examinatores Synodales publicè haberi, quod ſufficit prò verificanda narrativa de facto *d. deciſ.* 732. *n.* 6. *coram Vbaldo, & d. dec.* 561. *num.* 30. *coram Bichio*, an autem deputatio iſtorum ſit ritè, & legitimè facta dependet à Jure, quod nihil habet agere cum juſtificatione narrativæ de facto, & caſus, *deciſ.* 732. *coram Vbaldo* eſt longè diverſus à præſenti, dum ibi non omnes Examinatores, qui intervenerunt examini fuerunt deputati in Synodo, ſed aliqui electi per Ordinarium extrà Synodum, in quibus etiam terminis loquitur *deciſio* 561. *coram Bichio, & dec.* 476. *coram Buratto*, ſicque in caſu iſtarum deciſionum, neque de facto poterat verificari narrativa, quod Examen eſſet celebratum per Examinatores Synodales deputatos in Synodo.

Et ità utraque &c.

## R. P. D. PRIOLO.

*Romana Penſionis*
*Lunæ* 15. *Martii* 1694.

### ARGUMENTUM.

Congrua ſcutorum centum à Concilio Trid. Rectoribus Parochialium reſervata, intelligitur de moneta illius regionis in qua Eccleſia Parochialis exiſtit. Decreta Sac. Congreg. Concilii habent vim legis Conciliaris.

### SUMMARIUM.

1. *Clauſula* dummodò centum Ducati pro Rectore remaneant *intelligitur de ſcutis monetæ currentis.*
*Valor Congruæ Parochorum determinatur ſecundum morem Regionis in qua Eccleſia Parochialis exiſtit, ibi.*
2. *Lex particularis non ſubjacet diſpoſitioni legis generalis*
3. *Onus Penſionis nullum infert præjudicium Eccleſiæ, neque fructuum diſmembrationem importat, & num.* 8.
*Parochus, qui conſenſit reſervationi Penſionis ſupponitur contentus de Congrua, ibi.*
4. *Concilium Trident. determinat quantitatem Congruæ, & non valorem.*
5. *Sac. Congregatio Concilii explicando ſenſum Concilii promulgat Decreta per modum legis, & compræhendit omnes alios caſus, qui ſub eadem ratione continentur.*
6. *Declarationes Sac. Congregat. Concilii, habent vim Decreti Concilii.*
*Reſervatio Congruæ in ſcutis centum, ſemper intelligitur de moneta currenti, quoties non fuerit addita illa particula* auri, *vel ſimilium, ibi.*
7. *Congrua aſſignata pro Eccleſia differt à Congrua debita Rectori.*
9. *Expenſæ pro oneribus, & ſervitio Parochiæ taxantur in ſcut.* 30.
10. *Sententia à qua non fuit reclamatum facit ſtatum quoad omnes, donec ſublata non remaneat.*

### DECISIO XXX.

QUÆ diviſim pro faciliori Cauſæ reſolutione prius examinata fuerunt, hodiè inſimul unita propoſui, & quoad congruam Domini ſteterunt in deciſis coram me ſub die 10. Aprilis 1693. circà verò onera cenſuerunt illa eſſe detrahenda prò Summa in Sententia R. P. D. Vicesgerentis ſpecificata.

1. Reſolutum quippè fuit Congruam reſervatam Parocho in impoſitione penſionis ex ſolita clauſula = *Dummodò* 100. *ducati pro Rectore remaneant* Intelligendam eſſe de Scutis monetæ currentis, & non in auro juxtà generalē diſpoſitionem Sac. Concilii Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. de reformat. in qua ſancitum fuit, quod Parochiales Eccleſiæ, quarum redditus ſummam ducatorum 100. non excedunt ſecundum Communem valorem nullis penſionibus, aut reſervationibus fructuum graventur, arguendo proindè à contrario ſenſu illas Eccleſias gravari poſſe, quæ talem ſummam excedunt, idemque etiam deſumptum fuit ex particulari declaratione Sac. Congregationis Concilii, volente, quod hic in Urbe illa ſcu. 100. reſervata à Concilio prò Congrua Parochorum intelligi debeant de ſcutis monetæ Juliorum decem prò quolibet ſcuto. Cumque ex his duobus principiis habeamus certam quantitatem, & determinatum valorem, ſatis proviſum videtur non minus Parochis, quam Penſionariis neque illis ulla remanet reclamandi facultas, etiamſi in totum id, quod excedit ſummam proſcriptam proprias Eccleſias gravatas reperiant. Ideoque in ſequelam iſtorum decretorum apud Doctores Communis invaluit opinio valorem congruæ determinandum eſſe ſecundum morem illius regionis in qua Eccleſia Parochialis exiſtit; Nàm cum talis Congrua reſervata ſit pro ſubſtentatione Parochi à loco deſumenda eſt, in quo neceſſaria ſunt comparanda, ut prætèr authoritates in alia deciſione allegatas advertunt *Gomez. in regul. de valor. exprimen. fol. mihi* 464. *verſ. nàm Romæ Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 27. *Pirr. Corrad. in praxi benefic. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 35. *& Rota coram Gregor. deciſ.* 507. *num.* 6.

2. A tali determinatione Scribentes pro Parocho in præſenti diſputatione illam tantum eximere prætendebant vigore Brevis *S. me. Pauli V.* ex quo in unione duarum Eccleſiarum facta huic Eccleſiæ, eidem aſſignata reperiantur ſcuta in auro, ideòque tanquam quædam lex particularis ſubjecta non remaneant ſub diſpoſitione legis generalis.

3. Nàm etiàm in præcedenti dictum fuerat, quod hic non agitur de minuendis redditibus Eccleſiæ, ſed tantum cedit in altercatione, àn, & quæ Congrua remanere debeat prò Parocho. Qua proptèr in caſu iſto nulla eſt habenda ratio de dicto Breve ſicuti neque de illo ulla fuit facta mentio in Impoſitione penſionis, quia nullum Eccleſiæ inferebatur præjudicium, cum onus penſionis temporale ſit, & nullam diſmembrationem importet reddituum Eccleſiæ aſſignatorum, ſed tantum agitur de majori, vel minori utilitate Parochi, cui ſatis conſultum eſt cum reſevatione Congruæ Conciliaris, & maximè quando Parochus conſenſit propriam Eccleſiam gravari, vel de

illa

illa ita gravata provideri voluit, quia ſupponitur contentus de tali ſtipendio prò illius ſervitio.

4. Ulterius opponebatur, quod cum Concilium determinet tantum quantitatem, & non valorem, & decretum Sac. Congregationis ſit valdè poſterius reſervationi hujus penſionis, quando etiàm tale decretum habendum eſſet prò legè, quod ex adverſo impugnabatur, & prætendebatur emanatum ſolum in eo caſu, & cum illis circumſtantiis. Ideoque ad omnes non eſſe referibile, dicendum ſit Pontificem neque potuiſſe excogitare de tali limitatione superventa, ſed potius voluiſſe uniformare cum Breve *Pauli V.* vel ſaltèm noluiſſe præjudicare Parocho ex Jure, quod illi competebat ex propria Eccleſia exigendo Congruam in ſcutis centum auri.

5. Non poteſt enim dubitari, quod tale decretum Sac. Congregationis non ſit generale, & afficiat omnes Parochos Urbis non habentes aliquam particularem clauſulam in ſuis proviſionibus, quia Sac. Congregatio illud pronunciavit per modum legis compræhendendo omnes Parochos, dùm non reflectendo ad caſum partticularem, de quo tunc agebatur, ſed explicando ſenſum ipſius diſpoſitionis Conciliaris voluit, quod illa *verba ducati* 100. *de quibus in cap.* 13 *ſeſſ.* 24. *de reformat. in Urbe intelligi deberent de ſcutis* 100. *monetæ Romanæ, & ad rationem Juliorum decem prò ſcuto ſumm. Parochi num.* 4. Talis autem eſt vis legum, quæ licet unum caſum determinent quando tamèn generalibus verbis concepta ſunt, etiam omnes alios caſus compræhendunt, qui ſub eadem ratione continentur: cum iſta ſit anima legis, & non caſus proptèr quem orta eſt per *Text. in l. his ſolis Cod. de revocan. donat. & l. illud Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. Bald. conſ.* 433. *num.* 6. *lib.* 3. *Pariſ. con.* 83. *num.* 25. *cum. ſeqq. lib.* 3. *Gonzal. ad regulam Cancellar.* §. 7. *prohæm. num.* 104. *cum ſeqq. & Rota coram Carillo deciſ.* 51. *num.* 15.

6. Cum autèm talè decretum nihil aliud faciat, quam declarare quomodò intelligenda ſit Congrua per Concilium aſſignata, ut præſeferunt verba decreti ſuperius adnotata: idem eſt, ac ſi uſque ab initio Patres in eodem Concilio illam declaraſſent ad notata per *Sarnen. ſupèr Regulis de jur. quæſit. non tollen. quæſt.* 13. *num.* 6. *cum ſeqq. Rota. coram Caputaquen. deciſ.* 27. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 3. *& in puncto Fagnan. in cap. quoniam n.* 42. *& ſeqq. de conſtit.* Cumque ſummus Pontifex in poſitione reſervaverit tantum ſcuta 100. prò Rectore, dicendum eſt ſe uniformaſſe cum diſpoſitione Juris Conciliaris maximè quando talis ſtylus Datariæ, quod ſcilicet ſi in reſervatione Congruæ non fuerit addita illa particula *auri, vel ſimilium*, ſemper dicta ſcuta 100. intelliguntur de moneta currenti, ut ſatis juſtificatum fuit in alia præcedenti deciſione.

7. Nec dici poteſt, quod Congrua aſſignata prò Eccleſia eadem eſſe debeat etiàm prò Parocho, quia ſi regularitèr Congrua eſt portio debita ex fructibus Eccleſiæ prò ſuſtentatione Rectoris, non ſolum eſt quid diverſum à redditibus Eccleſiæ, ſed etiã minus importare debet, cum ſit tantum portio, ideòque clarè convincitur, quod non debet eſſe uniformis, tàm Congrua Eccleſiæ, quam Parochi.

8. Neque deſtructorum obſervantia in allegata deciſione jam comprobata, ex quo Magnus Perneus controverſæ penſionis impoſitor ſtatim reclamavit, illi non remanebant ſcuta 100. in auro, quia dicta reclamatio non fuit facta contrà Penſionarium, ſed adverſus Eccleſiam SS. Laurentii & Damaſi, attentà diminutione reportata in Congrua Eccleſiæ aſſignata, & cum hac Inſtantia benè concilientur omnia ſuper jus deducta, nàm prò Congrua Eccleſiæ, attendendum eſt Breve *Pauli V.* neque illa poteſt minui, niſi facta de tali indulto ſpeciali mentione, & Jure merito reclamavit Perneus, ſed non indè inferri poteſt nullitas Penſionis, quia hujus impoſitio importat majorem, vel minorem utilitatem Rectoris non autèm Eccleſiæ, & ſic independenter à dicto Breve *Pauli V.* ſed juxtà decretum Concilii, & declarationum Congregationis venit examinan.

9. Quo vero ad onera detrahẽda plura hinc indè deducebantur: Prætendebatur enim à defenſoribus Parochi prò Vicecurato eſſe detrahenda ſcuta 50. jam ſpecialiter aſſignata in Breve Clementis VIII. nec non prò aliis expenſis alia ſcuta 147. in totum aſcendenda unà cum mercede Vicecurati uſque ad ſummam ſcut. 197. ulterius à tali onere penſionis præſervanda eſſe non nulla legata pia. E converſo autèm obiiciebatur prò dd. expenſis non eſſe aſſignanda niſi ſcuta 30. prout pluries in ſimilibus cauſis decreverat *Sac. Rota*, ut videre eſt apud *Buratt.* 418. *num.* 7. *cum ſeqq. & coram Merlin. deciſ.* 808. *num.* 10. *& noviſſimè in Romana penſionis* 3. *Julii* 1684. §. *Hæ igitur ſummæ cor. Reverendiſſimo Mediolanen.* & legata pia uti relicta Eccleſiæ eſſe obnoxia eidem oneri penſionis.

10. Verum Domini in opportuna eximarunt ea omnia quæ adducebantur hinc indè cum adſit ſententia Viceſgerentis inter Auctores collitigantium prolata, in qua examinatis oneribus in ſcutis 40. auri quam etiam legatis piis in eorũ inſtitutione, & his quoque calculatis in ſcutis 30. ſimilibus, his proviſum fuit. Cumque illa quoad præcitata onera, & legata pia non fuerint in Rota impugnata à Perneo appellante, ſed tantum reclamaverit ſuper aſſignatione Congruæ in centum ſcutis auri, dictum eſt, quod adhuc ſubſiſtit, & facit ſtatum contra omnes, donec contrariis remediis ſublata non remaneat per *Text.*

*in l.*

*in l. Ingenuum ff. de ſtat. hominum. cum aliis notatis per Ancharan. conſil.* 336. *num.* 1. *Covar. pract. quæſt. cap.* 13. *num.* 5. *verſ. primum etenim Surd. deciſ.* 289. *num.* 17. *& Rota in rec. deciſ.* 213. *num.* 13. *& deciſ.* 245. *num.* 26. *par.* 9. *& deciſ.* 321. *num.* 4. *par.* 10.

Et ità utraque &c.

---

## R. P. D. P I O.

**Lunen. Sarzanen. Sponſalium. Lunæ 28. Junii 1694.**

### A R G U M E N T U M.

Sponſalia ex quibus dicantur probata, oſtenditur. Ortis diſſidiis Sponſalia dirimi debent.

### S U M M A R I U M.

1. *Sponſalia per mutuam utriuſque partis repromiſſionem probari debent.*
2. *Verba* di ſtare à quello, che il Zio, è la Madre farà, *non probant Sponſalia de præſenti, neque illorum contractum.*
   *Promiſſio contrahendi Sponſalia de futuro, non inducit obligationem ineundi, ibi.*
   *Promiſſio Sponſalium de præſenti, non prodeſt ceſſante alterius contrahentis repromiſſione ſimultanea, ibi.*
3. *Viſitationes, & converſationes non probant, Sponſalium ratificationem.*
4. *Si Sponſus dicat Sponſæ, ut cui vult nubat ad illius favorem obligatio remiſſa cenſetur.*
5. *Si inter Sponſos oriantur contumeliæ, & diſſidia, Sponſalia non debent exequi, ſed conceditur libertas, ut cum aliis contrahere valeant.*

### D E C I S I O XXXI.

1\. MArchinus Nicodemus prætendens priùs legitimè contraxiſſe Sponſalia cum Margarita Paſquinella, ut impedimento eſſet matrimonio contrahendo inter dictam Margaritam, & Marcum Lombardinum, Judicium inſtruxit coram Ordinario loci, cui ſententiam ſuper nullitate oppoſitionis proferre placuit, quæ poſtea in Curia à R. P. D. Severolo confirmata fuit, undè delata ad noſtrum Tribunal Cauſa appellationis, eaque mihi commiſſa, ſubſcripſi dubium: *An conſtet de nullitate Sponſalium, itaut liceat Margaritæ nubere cuicumque malverit*, quod hodiè affirmativè fuit reſolutum ex defectu inſufficientis probationis aſſertorum Sponſalium, de quibus ad hunc effectum concludenter conſtare debuiſſet, & quidem cum mutua utriuſque Partis repromiſſione, adhoc ut ex illis publicæ honeſtatis impedimentum dici poſſet exortum ad litteralem cenſuram, *Text. in cap. unico §. Porrò*, ibique *Gloſs. de ſponſal. impub. in* 6. *Sanchez de matrim. lib.* 1. *diſput.* 5. *num.* 1. *Vames conſil. can. conſil.* 526. *num.* 11. *tom.* 2. *Sperell. deciſ.* 95. *num.* 9. *Panimoll. deciſ.* 23. *num.* 4. *& adnot.* 1. *num.* 1. *Rot. deciſ.* 267. *num.* 7. *par.* 18. *rec.* cum aliis *in Gadicen. Sponſalium* 21. *Aprilis proximè præteriti §. Sponſalia coram R. P. D. meo Urſino.*

2\. In propoſita autem facti ſpecie mutuum iſtum Partium conſenſum deſiderari ſatis in aperto eſt; Teſtes ſiquidem adducti ad juſtificandum inter præfatos ſponſalia interceſſiſſe, nil aliud in ſubſtantia deponunt, quàm quod Capitaneus Toninus Avunculus, & Tutor Margaritæ præſentibus Matre, ac Sorore exploraverit ipſius Margaritæ animum, quæ ad ſe obedientem, (ut par erat) majorum voluntati oſtendendam reſpondit = *Che ſarebbe ſtata à quel tanto, che il Zio, & la Madre haverebbero fatto, & trattato*, ex quibus ſanè dubiis, atque generalibus Puellæ verbis, vel non depræhenditur præciſa ſponſalium concluſio, integram contractus perfectionem præſeferens, *Giurb. obſerv.* 35. *num.* 1. *Rot. cor Bich. dec.* 638. *num.* 20. ſed ad ſummum concluditur dumtaxat conſenſus de contrahendo ſponſalia in futurum, quæ ſufficiens non reputatur ad inducendam obligationem de illis ineundis, itaut intret coactio per Sacros Canones præfinita, ſicuti advertunt *Spada conſ.* 152. *num.* 1. *lib.* 2. *Sanchez. ubi ſupra lib.* 1. *diſp.* 18. *num.* 13. *Rota dicta deciſ.* 267. *num.* 5. *par.* 18. *recent.* vel denique etiamſi dicta verba operarentur veram promiſſionem Sponſalium de præſenti, ad nihilum tamen eſſent profutura, ceſſante ſimultaneâ abſentis Nicodemi repromiſſione, *Summario Margaritæ num.* 3. ut præter authoritates ſuprà allegatas docent *Mareſcott. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 3. *Card. de Luc. de Matrim. diſcurſ.* 8. *num.* 4. *& ſeqq. Rota coram Buratt. deciſ.* 303. *num.* 4. *& coram Zarat. deciſ.* 208. *num.* 21.

3\. Neque ſufficientia viſa ſunt ea, quæ deducebantur ad arguendum ſaltem ſucceſſivum conſenſum Marchini, etenim præmiſſo, quod non verſamur in caſu, quo ſubſequens alterius ex partibus admitti debeat ad ratificationem ſponſalium per anteà ſollemniter à Procuratoribus celebratorum; dùm huc uſque ex prænotatis liquet non niſi ſimplicem tractatum de Sonſalibus habitum fuiſſe, non benè tamen ex actibus â Teſtibus recenſitis, videlicet, quod Marchinus frequenter ad Margaritam ventitaret, & cum ea converſaretur, illamque publicè concomitaretur, hujuſmodi ſucceſſivus conſenſus elici poteſt, quoniam cùm iidem attribui que-

queant cauſæ amatoriæ ſervitutis juxtà conſuetudinem regionis inter Amaſios permiſſæ, non inferunt certitudinaliter ad certam ſponſalium ratificationem, præſertim, quia hæc ſigna de eo tempore aliis Juvenibus erant communia, qui Margaritæ palam quoque obſequebantur, ut in puncto *Rot. dict. dec.* 267. *num.* 16. & 17. *par.* 18. *rec.*

4. Sed ad quid ex nimis vagis, atque æquivocis ſignis quænam fuerit Marchini voluntas poſt pertractata Sponſalia, conamur eruere, quando illius poſitivum diſſenſum habemus? Is enim ut Juvenilis animi mos eſſe ſolet, frigeſcente amore, nedùm per triennium pro prætenſorum Sponſalium effectuatione nunquàm inſtetit, verùm pluries apertiſſimam declarationem emiſit à Teſtibus comprobatam citato *Summario num.* 8. quod cum, Margarita Matrimonium contrahere nolebat, quod fit, ut data etiam veritate Sponſalium præcedentem illòrum promiſſionem cenſeatur Margaritæ remiſiſſe, adeout propterea eadem in poſterum cuicùmque malucrit nubere valeat, per ea, quæ tradunt *Sanchez de Matrimon. lib.* 1. *diſput.* 52. *num.* 4. *Pont. eodem tract. lib.* 12. *cap.* 9. & 14. *utrobique num.* 1. *Rota coram Zarat. deciſ.* 108. *n.* 22. & *in recen. deciſ.* 185. *num.* 7. & 8. *par.* 14. cui claro diſſenſui non adverſatur vertentis litis ſubſtentatio, tùm quia (ut inquiunt dicti Teſtes, *Summario num.* 8.) lis non fit à Marchino, ſed à Matre Margaritæ erga illum propenſa; Tùm, & quia poſt factam ab illo prædictam animi declarationem, eamque à Margarita acceptatam, res non eſt amplius integra, ſed ſemel nolitam diſſolutionem omninò pati compellitur, ut notabiliter *Surd. conſil.* 364. *num.* 27. & *ſeqq.*

5. Cœterum ſi ulla etiam ſupereſset difficultas, cùm inter Margaritam, & Marchinum ſupervenerint animi turbationes, & diſsidia, non quidem illius generis, quæ juxtà vulgatum illud Terentii in Adria, amoris reintegrationem promittunt; Sed quæ diuturni temporis oblivione obrui nequeunt in muliere, in qua ſciſsa ſemel concordia, amplius nòn coaleſcit, dùm Marchinus Margaritam conviciis vehementer laceſsivit, illiuſque crines divellere, & ventilia è capite, ac corallia è collo auſus fuit per vim eripere, atque per contemptum humi dejicere, *dicto Summario num.* 10. ex his contumelioſiſſimis actibus publicè, & violenter initis, adeò exarcerbatum Virginis odium in Marchinum ſuſcitatum fuiſse exiſtimandum eſt, ut æquiſſimo jure nè ex connubiali ſocietate, mali exitus ſequantur, ſit locus libertati, quam hiſce, vel ſimilibus concurrentibus circumſtantiis, etiam in caſu, quo re vera Sponſalia interceſserint zelo bono, Eccleſia mater benignè concedere ſolet, ut tèſtatur *Rota coram Coccin. deciſ.* 437. *num.* 4. & 7. & *deciſ.* 889. *num.* 5. *coram Celſ. deciſ.* 374. & *in recen. deciſ.* 19. *par.* 10. & *deciſ.* 185. & 242. *num.* 13. *par.* 14. cum aliis per *Adden. ad Pamphil. deciſ.* 96. *num.* 10. & *in dicta Gadicen. Sponſalium coram R. P. D. meo Urſino §. finali.* Et ità utraque &c.

---

## R.P.D. EMERIX DECANO.

*Turritana Eleemoſynarum, ſeù legatorum. Lunæ* 10. *Januarii* 1695.

### ARGUMENTUM.

Quæ legata perpetua recipere, & retinere poſſint Fratres Minores de Obſervantia Ord. S. Franciſci, luculenter diſſeritur.

### SUMMARIUM.

1. *Fratres Minores S. Franciſci poſſunt recipere, & retinere legata relicta vini pro Sacrificiis, frumenti pro hoſtiis, pecuniæ pro luminaribus, & pro Oleo lampadarum.*
*Syndicus Apoſtolicus Fratrum Minorum poteſt petere legata, quæ collata ſunt ad uſum Eccleſiæ ipſorum ibi.*
2. *Legatum pro Syndonibus infirmorum relictum Fratribus Minoribus debetur officio Judicis, non jure actionis.*
3. *Redditus annui inter ſtabilia computantur.*
*Legata perpetua cum onere Miſſarum nec petere, nec retinere poſſunt Fratres Minores S. Franciſci, ſed ſolùm recipere ſtipendia Miſſarum per modum eleemoſynæ manualis, vel à Judice, vel ab exequutoribus ibi, & num.* 4.
5. *Fratres Minores S. Franciſci, dum Officio Judicis, vel ab Exequutoribus ſpontè dantibus recipiunt eleemoſynas pro adimplemento legatorum, debent emittere proteſtationem juxtà monitum Divi Bonaventuræ.*
6. *Legata perpetua cum onere Miſſarum Fratribus Minoribus relicta, eſt in arbitrio Judicis, & Exequutorum illa, vel legatariis relinquere, vel aliis committere.*
7. *Expreſſio unius illiciti, non vitiat alium licitum.*

### DECISIO XXXII.

SEptem perpetua pia Legata annua, ſingula ſub expreſſo Eleemoſynarum titulo inſtituit, & ordinavit in ſuo Teſtamento condito anno 1645. Petrus Moros de Molinos favore Eccleſiæ, ſive Conventus, & Fratrum S. Petri de Syrchis Minorum de Obſervantia Sancti Franciſci. Primùm, Librarum 25. pro

*Eminentiſs. D. Car. de Judice Ponente 24. Maii 1697. Sac. Congr. Epiſcop. reſpondit Confirmandum*

eſſe votus Rotale, & quoad executionem ſuper bonis Archiepiſcopo Turritano, non obſtante aſſ. Brevi Urb. VIII. anni 1635. emanato.

pro ſuis Exequiis quotannis cum certo Miſſarum numero peragendis. Secundùm, Librarum 40. pro Oleo Lampadis, quæ die, noctuque ardere deberet in Cappella majori Juriſpatronatus ſuæ Familiæ. Tertiùm, Librarum 112. pro celebratione Miſſæ quotidianæ. Quartum, Cenſus librarum 300. in ſorte, cujus redditus erogandus eſſet in emptionem Syndonum pro Fratribus infirmis. Quintum, alterius Cenſus in ſorte librarum 500. cum onere celebrationis trium Miſſarum qualibet hebdomada. Sextum, Librarum 28. Et Septimum, Librarum duodecim in adimplementum Legatorum Miſſarum à ſemetipſo relictorum per utrumque Parentem. Solutis autem, & ſatisfactis hiſce Legatis, in reliquis omnibus ſuis Bonis inſtituit hæredes Filios, ſi quando ipſos ſuſcepiſſet, & ſi iis non ſuſceptis, Deum Dominum Noſtrum, & Animam ſuam, cum ordine, quod de illis erigeretur in Cathedrali Eccleſia Turritana Archidiaconatus Tertia Dignitas cum Dote annuarum librarum mille, ac de eo, quod ſupereſſet, tot in eadem Eccleſia Canonicatus. Erectus fuit poſt ejus obitum Archidiaconatus, & ad ipſum, inſtitutus Didacus ejus Frater, qui pro tempore, quo vixit, exactè ſatisfecit præfatis Legatis, ſed eo defuncto, Carolus ejus ſucceſſor continuare renuit in eorum ſatisfactione, ex capite incapacitatis Fratrum, & introducta Cauſa in Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium Decretum prodiit tenoris ſequentis, *Dandas eſſe declarationes ſæpè aliàs factas, videlicet Fratres Minores de Obſervantia non poſſe poſſidere Cenſus, & Bona Stabilia, poſſe tamen recipere per viam Eleemoſynæ quidquid eis traditur pro celebratione Miſſarum, & Anniverſariorum, proindè cenſuit committendum, prout commiſit Archiepiſcopo Turritano, ut ad limites prædictarum declarationum in Cauſa procedat*; quod deinceps approbatum, & confirmatum fuit per Breve ſa: mem: Clementis X. ac in ejus exequutionem Archiepiſcopus mandavit Legata pro Oleo Lampadis, & Syndonibus Infirmorum liberè ſolui Syndico Apoſtolico Conventus, & alia pro Anniverſariis, & Miſſis in manibus Tertii, ad effectum de iis diſponendi, prout de Jure. Reclamante autem ad eandem Congregationem Carolo, placuit Eminentiſs. PP. exquirere deſuper Votum noſtri Auditorii; Unde ſubſcripto per me Dubio: *An, & quæ Legata debeantur? ſivè quæ ſecundum voluntatem Teſtatoris ſint adimplenda?* Eoque hodie propoſito, reſponſum fuit, *Legata deberi, & eſſe adimplenda* juxtà modum inferiùs exponendum.

1. Deberi ſiquidem viſum fuit Legatum pro Oleo lampadis, nam licèt Fratres Minores ex Regula Sancti Franciſci, quam profitentur, & Conſtitutionibus ſa: mem: Nicolai Tertii, & Clementis V. in *cap. Exiit, & cap. Exivi de Paradiſo de verb. ſignif.* incapaces ſint cujuſcumque Juris, & proprietatis, tàm in communi, quam in proprio, hujuſmodi tamen incapacitas procedit quoad ea, quæ concernunt utilitates, & commoda ipſorum Fratrum pro quotidiano victu, & veſtitu, non autem quoad ea, quæ concernunt decorem eorum Eccleſiarum, ac certum uſum Cultus Divini, ut in terminis ſimilium Legatorum vini pro Sacrificiis, frumenti pro hoſtiis, pecuniæ pro luminaribus, tradunt *Ancharan. in d. Clem. Exivi de Paradiſo verſ. cumque annui redditus n. 13. Abb. conſ. 63. n. 4. lib. 2. Pellizar. in Manual. Regular. de paupert. Fratr. Minor. tract. 4. cap. 3. ſect. 2. n. 103. Sanch. ad præcept. Decal. lib. 7. cap. 26. num. 42. Rodrig. quæſt. Regular. tom. 2. quæſt. 126. art. 5. per tot. Amoſtaz. de cauſ. piis lib. 4. cap. 3. n. 59.* & in puncto Legati pro Oleo Lampadis. *Menoch. conſ. 1014. num. 37. Barboſ. in Jus Canonic. tom. 4. lib. 5. Clement. tit. 11. num. 19. Camarell. de Legat. lib. 2. tit. deportat. num. 40. Adden. ad Buratt. deciſ. 756. n. 21. Rot. dec. 456. n. 27. & ſeqq. coram Merlino.* Hocque Legatum uti non in Fratres ipſos collatum, ſed in eorum Eccleſias, quæ ſunt in proprietates Eccleſiæ Romanæ, earum nomine peti poterit per Syndicum Apoſtolicum *Pellizar. in Manual. Regular. tom. 1. tract. 4. de Vot. Regular. cap. 2. ſect. 2. num. 103. & 105. & 110. in fin. Suar. tom. 3. de Religion. lib. 7. cap. 17. n. 28. Barboſ. in Jus Canon. tom. 4. lib. 5. tit. 11. n. 28. & ſeqq. Amoſtaz. de cauſ. piis lib. 4. cap. 3. n. 78.*

2. Simili modo deberi viſum fuit Legatum pro Syndonibus Infirmorum: quidquid enim ſit in abſtracto loquendo, an Legatum Fratribus Minoribus factum pro Infirmaria ſubſtineatur aliis affirmantibus, ut in ſpecie *Joan. de Anan. conſ. 30. num. 5. & per tot. Duran. de art. teſt. tit. 1. art. 11. num. 2. Rodrig. quæſt. canon. & Regular. tom. 2. quæſt. 126. art. 4. §. ult. Dian. reſol. moral. par. 3. tract. 2. reſol. 33. in princ.* ut videtur fuiſſe de mente *Rota dec. 319. num. 5. & 6. coram Cerro, & Sac. Congregationis Concilii in una Romana Donationis relata per Lantuſc. in Theatr. Regul. verb. Legatus num. 1.* aliis autem negantibus, ut plenè *Fagnan. in cap. in præ-*

*ſentia*

ſentia num. 55. uſque ad 69. de probat. *CaſtroPal. tom. 3. tract. 15. diſp. 3. punct. 9. n. 19. Torr. de pact. futur. ſucceſſ. cap. 36. n. 81. Caſtrill. de aliment. cap. 5. num. 29.* difficultas ceſſat in concreto Legati, de quo agitur, quod tanquam relictum pro Syndonibus Infirmorum non pertinet ad alimoniam, ſeù neceſſariam ſubſtentationem Fratrum, ſed ad ſolatium, ſeù ſublevamen, & majorem quandam ipſorum curam, quam quæ alias illis præſtari poſſet per eorum Conventus, quod proindè ex natura rei, & motivo pietatis erga pauperes infirmos videtur ſubſiſtere. Et hic forſan fuit ſenſus Sacræ Congregationis Concilii in dicta Romana Donationis in qua agebatur de annuo legato pro pane albo miniſtrando Fratribus Infirmis. Pro eo autem non competit actio Syndico Apoſtolico, ut ſuprà, nomine Eccleſiæ Romanæ, ſed ſolum Officium Judicis, quod ſuccedit in locum deficientis actionis, ut per *Rodriguez. dicta quæſt. 126. art. 4. §. fin. CaſtroPal. tom. 3. tract. 15. diſput. 3. punct. 9. num. 22. verſ. deinde.*

3. Quo verò ad alia pro Anniverſariis, ac Miſſis viſa fuerunt non deberi, quia repugnat Inſtituto Fratrum Minorum in arctiſſima paupertate, ac mendicitate fundato poſſidere redditus annuos, qui inter ſtabilia computantur, ut in *dicta Clementina exivi §. cumque annui redditus de verb. ſignificat.* tametſi maximè relicta fuerint cum onere celebrationis Miſſarum, quia poſſunt quidem ipſi Miſſarum ſtipendia recipere per modum Eleemoſynæ manualis, non autem per modum aſſignationis perpetuæ; nam toti debent ab incerto pendere, totique niſi providentiæ Divinæ, ut in his terminis firmant *Barboſ. in dicta Clementina Exivi num. 20. & de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 27. num. 77. Fagnan. in cap. nimis prava num. 31. uſque ad 46. de exceſſ. Prælat. Sanchez ad præcept. decal. lib. 7. cap. 26. num. 49. Lezan. in Summ. verſ. legata relicta Regularibus num. 21. & in Mare Magnum Minorum num. 121. Amoſtaz. de cauſ. piis lib. 4. cap. 3. num. 70. Cardinal. de Luca de Regular. diſcurſ. 35. num. 17. Add. ad Buratt. deciſ. 756. n. 15. Rot. dec. 456. num. 15. coram. Merlino*, ac pluries declararunt Sac. Congregationes Concilii, Rever. Fabricæ Sancti Petri, & particulari ſuper ipſorummet Minorum negotiis deputata à fa: mem: Urbano VIII. ut referunt *Fagnan. in d. cap. nimis prava num. 3. Lantuſc. in Theatr. Regular. verb. bona temporalia, Pignatell. conſult. canon. 26. num. 7. & 8. tom. 3. Torr. de pact. fut. ſucceſſ. l. 2. cap. 36. num. 75.*

4. Sed cum nihilominus legata hujuſmodi adimplenda ſint ex parte hæredum juxtà *Tex. in l. hæredes in fin. ff. de petit. hæred.* ibi = *Quamvis enim ſtricto Jure nulla teneantur actione heredes ad monumentum faciendum tamen Principali, ſeù Pontificali aucthoritate compelluntur ad obſequium ſupremæ voluntatis, Bartol. in l. Civitatibus num. 3 ff. de leg. 1. & in tractat. Minorit. lib. 12. diſt. 7. num. 41. Lara in l. ſi quis à lib. §. rerum num. 14. ff. de lib. agnoſc. Sorb. in compend. privil. Mendic. verb. legat. in annotat. ad fin. & num. 58. Cordub. in reg. cap. 6. & quæſt. 7. & 11. punct. 2. & 4. Roduan. de ſpol. Eccleſ. quæſt. 8. n. 47.* & poſſit, ac debeat Judex ad id aucthoritatem ſuam interponere, vel ex Officio, vel ad inſtantiam etiam cujuſlibet de Populo pluribus adductis *Leoncill. de privil. pauper. part. 2. privil. 52. num. 5. Amoſtaz. de cauſ. piis lib. 4. cap. 3. n. 56.* Non refragantibus aucthoritatibus in contrarium adductis, quæ procedunt in Legatis factis ſine onere, non autem in Legatis, ut hic, annexum habentibus onus celebrationis Miſſarum, cum non ſint animæ Teſtatorum debitis ſuffragiis fraudanda, ut declarat *Amoſt. ubi proximè num. 74.*

5. Poterunt Fratres illa recipere ab Hæredibus, ſeù Exequutoribus vel à Judice ſpontè dantibus per modum puræ, ac ſimplicis Eleemoſynæ, ac cum ipſis ſatisfacere miſſis, aliiſque oneribus injunctis à Teſtatore, ità tamen, ut priùs ſollemnem proteſtationem emittere teneantur ſub ſignatam ſigillo Conventus, & in ejus libris inſinuandam, tranſmittendamque Hæredibus, ſeù Exequutoribus, quod ipſi nullum ſibi jus vindicant, aut aſſerunt ex iiſdem legatis, necnon modo non ſint, ſed ne videri quidem poſſint regulæ tranſgreſſores, juxtà monitum D. Bonaventuræ relatum per *Fagnan. in cap. Nimis prava num. 58. in fin. de exceſſ. Prælat.* & ità expreſsè ſentiunt *Cordub. in expoſ. Regul. S. Franciſci cap. 6. quæſt. 11. punct. 4. notab. 2. Rodrig. tom. 2. qq. regul. quæſt. 126. art. 4. per tot. tom. 2. & in ſum. tom. 1. cap. 199. verb. Eleemoſyna num. 8. Miran. in expoſit. dict. regul. cap. 65. diffic. 12. Villalob. in ſumm. 2. par. 1. tract. 35. de vot. paupert. diffic. 35. Ant. Ciacch. inſtit. canon. tit. 1. num. 36. & ſeqq. Silveſt. in ſumm. verb. Legatum 1. quæſt. 3. num. 5. Pellizar. in manual. regular. tom. 2. tract. 4. de vot. regular. cap. 2. lect. 2. num. 42. & 95. Roxas. de incompatib. par. 7. cap. 5. num. 54. Amoſt. de cauſis piis lib. 4. cap. 3. n. 56. Barboſ. in ſumm. Apoſtol. deciſ. collect. 446. num. 4.* & conſtans, & inconcuſſa fuit òpinio Sac. Congregationum, videlicet Sac. Congregationis Concilii ſuper fundatione Conventus Victoriæ apud *Fr. Joan. de Neapol. in tract. de Pontif. conſtitut. ad Seraphic. Relig. ſpectan. fol. 378.* Congregationis particularis Conſultationibus FF. Minorum de Obſervantia Ciſmontanæ Familiæ præpoſitæ à fa: mem: Urbano VIII. necnon Rever. Fabricæ S. Petri apud *Fagnan. in ſæpedicto cap. Nimis prava num. 49. & 61. de exceſſ. Prælat.* & Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, ut in reſolutione edita in una *Lucana anno 1677. ſumm. Syndici Apoſtolici n. 7. lit. A.*

6. Neque hoc modo offuſcatur puritas regulæ, quoniam Fratres legata recipiunt, ut præ-

præfertur, non tamquam debita, ſed tamquam puras, & ſimplices Eleemoſynas, neque rurſus de illis ſunt omninò certi, quia ſemper reſidet in prudenti, & rationabili judicio Executorum, vel Judicis ſuper hoc aditi perſpectis circumſtantiis Eleemoſynarum, atque locorum pias Teſtatorum voluntates exequen. vel iiſdem Fratribus legatariis relinquere, vel aliis committere. Immò quandoque eorum officio continebitur, ut aliis committant,ſi comperiant legata,ſeù Eleemoſynas ſic adauctas, ut eximant Fratres à neceſſitate ſibi victum quærendi incerta mendicitate, quemadmodum tenentur, ut conſtat ex traditis per *Caſtill. de aliment. cap.* 5. *num.* 26. *verſ. propterea obſervo. Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 66.

7. Nec officit, quod in præſenti pro conſequutione præfatorum legatorum agat Syndicus Apoſtòlicus, quia id urgeret, quoties Syndicus Apoſtolicus ageret tanquam Syndicus Fratrum non autem quoties, ut ex ejus inſtantia, & ſententia Archiepiſcopi patet, agit tanquam unus de populo, prout ex præmiſſis ipſi de Jure permittitur; nec pariter relevat, quod aliqua ex iiſdem legatis præſeferant relictum ſortium, quia ex eorum lectura liquet in legato principaliter fuiſſe annuum redditum, & ſortes ſtare loco cautionis pro ſecuriori, ſeù commodiori eorum ſatisfactione, & in omnem caſum ex duobus expreſſis modis expreſſio unius illiciti non vitiat alium licitum, & à Jure non improbatum, ut concludit *Abbas conſ.* 63. *num.* 7. *verſ. Non obſtat argumentum lib.* 2. Denique non obſtat quod inſtantia dirigatur adverſùs Archidiaconatum, vix hodie ob decrementum reddituum hæreditariorum potientem dote annuarum librarum 500. itaut æquitas non ſuadeat, quod iſte, qui jam erectus exiſtit, extenuetur, ac ſubvertatur ad effectum ſubſtentandi legata; quia (præter quod nullum documentum allatum fuit decrementi præfati) contrarium procedit, ſtante expreſsâ voluntate, & judicio Teſtatoris ſub initio recenſito, quod primitus perſolvantur, ac ſatisfiant ipſa legata.

Et ità deciſum fuit utraque &c.

---

## EADEM CORAM EODEM.

*Veneris 6. Aprilis 1696.*

### SUMMARIUM.

1. *Legatum olei pro lampade relictum Eccleſiæ Fratruum Minorum debet adimpleri.*
2. *Legatum Syndonum pro Infirmis, ſeù infirmaria Fratruum Minorum non debetur, ſed poſſunt Fratres recipere annuam præſtationem per modum eleemoſynæ ab hærede, ſeù Executore ſpontè dantibus, factâ prius ſollemni proteſtatione, & num.* 3.
4. *Fratres Minores S. Franciſci ſunt incapaces legatorum perpetuorum cum onere Miſſarum.*
5. *Fratres Minores S. Franciſci non poſſunt quidquam habere in proprietate, nec inſtare coram Judice pro executione legatorum.*

*Non poſſunt Fratres Minores neque per ſe, neque per Syndicum Apoſtolicum etiam agentem tanquam unius de populo, nec extrajudicialiter, moleſtare hæredem, aut executorem, ut ſibi Miſſarum celebrationem committant, ibi.*

6. *Legata perpetua cum onere Miſſarum relicta Fratribus Minoribus incapacibus, ſunt ab hæredibus, & Executoribus alio meliori modo adimplenda.*

*Ordinarius uti Executor omnium piarum diſpoſitionum, curare debet ut legata Miſſarum Fratribus Minoribus incapacibus relicta, vel per eoſdem, aut per alios adimpleantur, ibi.*

7. *Legata relicta Fratribus Minoribus ad fruendum, poſſidendum, aut locandum corruunt, & caducantur ad commodum hæredis.*

*Legata relicta Fratribus Minorum cum onere celebrationis Miſſarum, remanent nulla quoad ipſos, ſed onus adimpleri debet ex parte hæredis, vel Executoris, ibi.*

8. *Legata cum onere Miſſarum relicta Fratribus Minoribus, devolvuntur ad Fabricam S. Petri juxtà modum præſcriptum in Decreto Sac. Congregationis ab Urbano VIII. deputatæ.*

### DECISIO XXXIII.

1. Domini, re iterum ſedulò, ac maturè diſcuſsâ, ſteterunt in deciſis ſub die 10. Januarii 1695. juxtà modum inferius exprimendum; Retentâ ſiquidem diviſione Legatorum, de quibus agitur, in tres ſpecies, quòad illud pro Oleo Lampadis retinendæ in Eccleſiam ante Cappellam de Jurepatronatus Teſtatoris, rurſus cenſuerunt deberi, & eſſe adimplendum, quia non concernit commoditates, aut quotidianum Victum, & veſtitum ipſorum Fratrum, ſed tantum uſum Cultus Divini, & majus Eccleſiæ ornamentum, ac decorem, ut præter allegatos in præterita deciſione in terminis ſimilis legati tradunt *Ventrigl. in prax. par.* 2. *adnot.* 28. §. 2. *num.* 17. *Portell. in dub. Regular. verb. Legatum ſub num.* 3. *Cucch. inſtit. Canon. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 36. *cum ſeqq. Marant. controv. lib.* 1. *reſponſ.* 41. *num.* 30. *Barboſ. de Jur. Eccleſiæ univerſ. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 76. *à S. Ubald. in quodlibet. Regular. quodlibet.* 11. *num.* 1117.

2. Quò verò ad aliud pro emendis Syndonibus ad uſum Infirmorum, viſum fuit, abſolutè loquendo, non deberi, ut potè collatam in ipſoſmet Fratres, & Conventum

per modum annui, ac perpetui Cenſus, cujus illi ſunt prorſus incapaces ex Regula S. Franciſci quã profitentur, quamvis fuerit relictum ad uſum Infirmariæ, cũ pro ejus neceſſitatibus, & urgentiis, ipſi, ut perpenſis verbis ejuſdem Regulæ inquit *Text. in cap. exiit, verſ. in alio quoque Capitulo, & Clementin. exivi §. porrò cum d. Sanctus de verb. ſignif.* debeant recurrere ad amicos Spirituales, & ſibi providere ex incerta queſtuatione, ac vivere in ſpe divinæ providentiæ, & de veriori ſententia etiam tenent *CaſtroPal. tom. 3. tract. 15. diſput. 3. punct. 9. num. 19. Caſtill. de aliment. cap. 5. num. 29. Torr. de pact. futur. ſucceſs. lib. 2. cap. 36. num. 81. Sanchez ad præcept. decal. lib. 7. cap. 26. nu. 47.* Et reprobato Anania, aliiſque ejus ſequacibus, latè probat *Fagnan. in cap. in præſentia à num. 55. ad plures ſeqq. de probat.* Et licèt *Rot. coram Cerr. deciſ. 319. num. 8.* Videatur inclinaſſe in opinionem contrariam, ex ejus tamen lectura apparet, non fuiſſe tunc examinatum articulum ex profeſſo, ſed potiùs tactum incidenter, & relationem fuiſſe ſtabilitam in alio fundamento penitus diverſo.

3. Nihilominus tam inſpectâ illius ſpeciali naturâ, non reſpiciente victum, ſeù neceſſariam ſubſtentationem Infirmorum, ſed potiùs majorem quamdam ipſorum curam, & ſolatium, quam etiam ponderatâ obligatione illa naturali, qua hæres, aut executor tenetur erga defectum pro totali adimplemento ejus voluntatis, maximè circa executionem operis adeo pii; & tàm enixè per ipſum voliti, non videbatur adeò irritum, & improbatum in præcitatis Pontificiis Conſtitutionibus, quin, rejecto modo illicito, non poſſent ipſi Fratres annuam præſtationem recipere per modum ſimplicis Eleemoſynæ ab hærede, ſeù Executore ſpontè dantibus, factâ priùs ſollemni proteſtatione, ſibi nullum jus competere ad illius conſecutionem juxtà formulam regiſtratam per *Fagnanum in cap. nimis prava num. 57. de exceſſib. prælat.* & monitum D. Bonaventuræ relatum in præcedenti deciſione, ut in ſpecie de ſimili legato pro pane albo miniſtrando Fratribus Infirmis reſpondit Sac. Congregat. Concilii in Romana Donationis, de qua *Lantuſch. in Theatr. regular. verb. Legatum num. 1. & in alia penes Nicol. in Floſcul. verb. Legatum num. 1.* Ita tamen, ut Archiepiſcopus tanquam Ordinarius executor quarumcumque piarum diſpoſitionum juxta *text. in cap. Nos quidem de teſtam.* poſſit rationabilitèr arbitrari reſpectu ſubminiſtrationis prædictarum Syndonum juxtà majores, vel minores Infirmorum indigentias & neceſſitates; Et quidem in ipſamet ſpecie, ſecluſâ ex parte Fratrum quavis inſtantiâ, etiam per implorationem ſimplicis Officii Judicis, atque hoc modo obviare, ne in alios uſus convertantur. Et hoc facilius videbatur dicendum, dum idem Archiepiſcopus, qui fuit per Teſtatorem electus in executorem hujus piæ diſpoſitionis non ſolum non contradicit illius implemento, quinimò, procedens tanquam Judex auctoritate Apoſtolica delegatus pronuntiavit per ſententiam illam eſſe executioni demandandam: ac proinde ſublata remanet cuicumque alteri exceptio nullitatis, aut incapacitatis Fratrum, qui alias poſſunt per viam Eleemoſynæ recipere ſpontè datum ex ſuperiùs firmatis.

4. Demùm quoad reliqua legata pro Anniverſariis, & Miſſis, ſimilitèr cenſuerunt, non deberi ex eodem capite incapacitatis Fratrum poſſidendi, aut habendi quemcumque annuum redditum, tanquam redolentem ſpeciem immobilium, & repugnantem arctiſſimæ paupertati eorum Regulæ juxtà *text. in d. Clemen. exivi §. cumque annui redditus de verb. ſignific.* etiamſi fuerint relicta cum onere perpetuæ celebrationis Miſſarum, cùm eis non liceat habere Miſſarum ſtipendia per modum annuæ, & certæ aſſignationis, utpote deſtructivæ puræ mendicitatis, & quotidiani queſtus, ſed tantum per modum manualis Eleemoſynæ pendentis ab incerta fidelium largitione, & pietate, ut communiter tradunt *Lezan. oper. tom. 2. verb. Legata num. 21. Sanchez ad præcept. Decal. d. cap. 26. num. 44. Pignatell. conſult. lib. 3. conſult. 16. n. 6. Marant. controv. lib. 1. de reſponſ. 41. num. 70.* Ubi dicit hodiè inanem eſſe hanc quæſtionem, *Adden. ad Buratt. deciſ. 756. num. 15. Rot. coram Merlin. deciſ. 456. num. 15. & ſeqq.* cum aliis antiquioribus, & reſolutionibus Sac. Congregationum, relatis in præcedenti deciſione.

5. Præſertim, quia pleraque ex illis fuerunt facta ipſis Fratribus, & Conventui mediante aſſignatione, & Conſtitutione certorum Capitalium, ſeù Cenſuum de directo adverſantium eorum Regulæ, juxtà quam non poſſunt quidquam habere in proprietate, ut præter ſupra allegatos, latè tradit *Paſqualig. de Sacrific. Miſsæ quæſt. 1092. num. 2. & ſeqq.* undè tametſi iidem ſint capaces recipiendi, & poſſint actualiter recipere hujuſmodi legata ab hærede, ſeù executore ſpontè dantibus per modum Eleemoſynæ, & ſtipendii manualis Miſſarum, factâ priùs memoratâ proteſtatione; Nihilominus, quia id intelligitur, dummodò hæres, aut executor ex eorum omnimoda voluntate, & libertate illis committant Miſſarum celebrationem, ita ut nullus præcedat impulſus Judicis, per quem indirectè violetur puritas Regulæ, in quo ſenſu loquuntur, & intelligi debent Doctores, & reſolutiones Sac. Congregationum allegati in præterita deciſione *§. poterunt*, ut declararunt duo Capitula Generalia convocata Burgis anno 1523. & Aſſiſii ann. 1526. in his terminis relata per *Sanchez ad præcep. Decal. dict. cap. 26. num. 49. circa fin.* Et con-

Tt 2 ſonant

ſonant verba D. Bonaventuræ impreſſa apud *Fagnan. ubi ſupra num.* 58. ibi = *& ſi poſt obitum illius uxor ejus, vel alii amici pro anima illius adhuc velint aliquo tempore talem nobis eleemoſynam per ſe, vel ex diſpoſitione illius largiri, poſſumus ſimiliter recipere ex eadem gratia, ita quod quandocumque nollent amplius iſta dare, nil peteremus ab eis quaſi ex debito, ſed more mendicorum recurreremus ad domum clementis Domini pro quotidiana eleemoſyna, quamdiù illi placeret, ſed quando plus nollet, abiremus vacui gratias agentes de dato, & non murmurantes de negato.* Non poſſunt Fratres, neque per ſe, neque per Syndicum Apoſtolicum, etiam agentem tamquam unum de populo, imò neque extrajudicialiter moleſtare hæredem, aut executorem, ut ſibi Miſſarum celebrationem committant, ne per æquipollens ſibi liceat habere, quod ex Regula, & Pontificiis Conſtitutionibus prohibentur *ad trad. per Marant. d. reſponſ.* 41. *num.* 73. *Pignatell. d. conſultat.* 16. *num.* 6. *verſ. & ſanè*, & ita negotio maturè examinato, reſolvit Congregat. ſpecialiter propoſita à ſa. me. Urbano VIII. negotiis eorumdem Fratrum, ut apud *Fagnan. in dict. cap. nimis prava num.* 53. ac ſimilitèr decrevit Congregat. Rev. Fabricæ relata penes *Marant. dict. reſponſ.* 41. *verſus finem verſ. prohibuit*, ubi in caſu contraventionis comminatur pœna excommunicationis, non reſiſtentibus auctoritatibus in contrarium allegatis, quia illæ procedunt in legatis relictis modo licito, ſeù non repugnanti eorum Inſtituto, non autem in relictis modo illicito, qualia ſunt legata annui redditus, licet habentia annexum onus Miſſarum, ut per *text. in d. cap. exiit verſ. ad hæc quia*, latè diſtinguit *Fagnan. in d. cap. nimis prava num.* 46. *& ſeqq.*

6. Quoniam verò legata hujuſmodi ſtante incapacitate Fratrum, non ita corruunt, & caducantur, ut hæres, aut executor omninò liberentur ab onere ipſis injuncto, vel bonis annexo in ſuffragium animæ Teſtatoris, ſed ipſi, quantum in ſe eſt, adhuc tenentur illius voluntatem adimplere modo meliori, quo fieri poteſt, ne ejus anima debitis ſuffragiis Miſſarum, & Anniverſariorum defraudetur, ut argumentum *text. in l.* 1. *§. pro ſecundo verò Cod. de Caduc. tollen. & in fin. ff. de petit. hæred. Marant. d. reſponſ.* 41 *num.* 83. *Sanchez d. cap.* 76. *num.* 50. *Caſtropal. dict. punct.* 9. *num.* 17. *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 74. *plenè Didacus de Cea in allegatione pro fundatione Conventus Victoriæ impreſſ. inter Pontific. Conſtitut. recollect. per P. Joannem à Neapoli ferè per tot.* Imò pinguius adimpleant, ſi per ipſos Fratres, & in altaribus à Teſtatore deſignatis id exequi curent, ut monet *Sanchez d. cap.* 26. *num.* 50. poteſt, & debet Archiepiſcopus, vel ex officio, uti Ordinarius executor omnium piarum diſpoſitionum juxtà relatum *Text. in dicto cap. nos quidem de teſtam.* vel uti executor ſpecialiter per Teſtatorem deputatus, curare, & ſollicitus eſſe, ut celebrentur Miſſæ, vel per ipſoſmet Fratres, vel per alios Sacerdotes ad ejus arbitrium, ut tradit *Marant. d. reſponſ.* 41. *num.* 78.

Et hoc modo, nedum non læditur, verum potius religiosè ſervatur puritas eorum inſtituti, tolliturque quævis certitudo eleemoſynæ ex parte Fratrum, cum ſemper ſtet in prudenti arbitrio, & vigilantia ejuſdem Archiepiſcopi, penſatis omnibus circumſtantiis, Eleemoſynarumque augumentis, ac reſpectivè decrementis, vel ipſis Fratribus, vel aliis committere Miſſarum celebrationem, ut benè advertitur in præcedenti deciſione: Imò ſi eidem conſtiterit, quod annui redditus aſſignati Archidiacono in erectione dignitatis fuerint adeò diminuti, ut ex iis decenter, & congruè ſuſtentari nequeat, ei pro tempore applicare partem proventuum ad hunc effectum relictorum, injunctâ illi proportionabili Miſſarum celebratione.

7. Nec turbat, quod legata relicta Fratribus Minoribus modo illicito, ſeù repugnanti eorum Inſtituto, quippe quæ recipiunt ſubſtantiam à modo, ſint nulla, & conſequenter caduca, ac ſi non fuiſſent ſcripta. Quoniam (quidquid ſit de articulo in genere; reſpectu legatorum ad pias cauſas, in quo plures Patres ſentiunt, poſſe per Epiſcopum commutari intelligitur de legatis relictis ſine onere perpetuo, veluti agro, ſeù cenſu ad fruendum, poſſidendum, aut locandum, tunc enim, cum illa appareant facta ſola contemplatione ipſorum Fratrum, & ſub unico fine, ut illis acquirantur, tanquam defectiva in ſubſtantia, corruunt, & caducantur ad commodum hæredis, & in hoc ſenſu diſtinguendo modum licitum, ab illicito loquuntur *Lezan. loc. cit. ſub num.* 6. *Sanchez d. cap.* 26. *num.* 18. *Fagnan. dict. cap. nimis prava num.* 31. *& ſeqq. Barboſ. de Jur. Ecclеſ. dict. cap.* 27. *num.* 76. Secus verò procedit in relictis cum onere celebrationis Miſſarum; quia, cum Teſtator non minus cenſeatur voluiſſe ſatisfactionem onerum, quam quod legata acquirerentur Fratribus legatariis, ſtante eorum incapacitate, remanent quidem nulla in ordine ad ipſos, ita ut eis nullum jus tribuant ad illorum conſecutionem, ſed adhuc onus adimpleri debet ex parte hæredis, vel executoris, ut explicant *Amoſtaz de cauſ. piis d. cap.* 3. *num.* 74. *Barboſ. d. cap.* 27. *num.* 81. *Sanchez dict. cap.* 26. *num.* 50.

8. Idque eſt adeò verum, ut in ſimilibus legatis cum onere Miſſarum, non obſtante incapacitate Fratrum, intrent facultates R. Fabricæ S. Petri, quod utiquè non eveniret, ſi ea eſſent omninò nulla, & caduca, ut tradunt *Marant. ſaped. reſponſ.* 41. *num.* 116. *Rota coram Cavaler. deciſ.* 212. *ſub n.* 6.

verſ.

*verſ. ſupererat*, & ità reſolvit Congregatio particularis deputata à ſa. mem. Urbano VIII. apud *Fagnan. in dict. cap. nimis prava ſub n.* 53. *& Congreg. ipſius Fabricæ apud Marant. ubi proximè num.* 88. ibi = *Declaramus hujuſmodi, quæ à principio perſonis incapacibus facta ſunt, ſive ex poſt facto incapaces ſunt redditæ, non ad hæredes gravatos, ſeù alios obligatos ſpectare, ſeù ut caduca ab eis vindicari poſſe, ſed ad Fabricam ipſam &c.* Et in hunc modum, ſuffragantibus hodie omnibus Dominis poſt ſecundam cauſæ propoſitionem concluſum fuit utraque &c.

### *Votum in Cauſa Turritana Eleemoſynarum.*

Rota per rationes deductas in poſtrema ex ſupraſcriptis Deciſionibus, eſt in voto, legata, de quibus agitur deberi, & eſſe adimplenda juxtà modum in ea expreſſum. Primò nempè deberi, & eſſe adimplendum legatum relictum Cappellæ Majori pro oleo lampadis. Secundò abſolutè loquendo, non deberi legatum pro ſindonibus relictum ad uſum Infirmariæ, ſed eſſe adimplendum ex parte hæredum, ſeù executorum in ipſamet ſpecie, & juxtà majores, vel minores indigentias ejuſdem Infirmariæ arbitrio Ordinarii, ſecluſâ ex parte Fratrum quavis inſtantiâ, & facta prius per ipſos ſollemni proteſtatione ſe nullum jus habere ad illius conſequtionem. Tertiò demùm, reliqua legata pro Anniverſariis, & Miſſis ſimiliter non deberi; Sed nihilominus teneri hæredem, ſeù executorem ad eorum implementum, committendo celebrationem Miſſarum, vel ipſiſmet Fratribus, vel aliis juxtà rationabile arbitrio ejuſdem Ordinarii; qui ulterius poſſit, ſi rei neceſſitas exigat, applicare Archidiacono partem proventuum adhunc effectum relictorum, injunctâ illi proportionabili Miſſarum celebratione; Prout latius declaratur in eadem poſtrema deciſione.

Alexander Urſinus S. R. Decanus.

---

## R. P. D. MUTO.

### *Nullius, ſeù Senogallien. Bonorum.*
### *Lunæ 13. Junii 1695.*

### ARGUMENTUM.

Manutentio in bonis Emphyteuticis datur hæredi ultimi inveſtiti, quando legitimè poſſidet, & non Domino directo, ubi caſus devolutionis non eſt omninò clarus, & agitur de bonis renovari ſolitis.

### SUMMARIUM.

1. *Manutentio datur ei, qui docet de anteriori poſſeſſione.*
2. *Poſſeſſio de facto apprehenſa, & non citato poſſeſſore anteriori, non eſt manutenibilis.*
3. *Hæres ultimi Emphyteutæ ſi poſſidet, non eſt poſſeſſione privandus, ubi caſus devolutionis non eſt omninò clarus.*
4. *Devolutio Emphyteuſis redditur dubia; quando agitur de bonis ab immemorabili renovatis.*
5. *Spes probabilis obtinendi renovationem ſufficit ad obtinenadam manutentionem favore hæredis.*
6. *Solitum renovandi probatur enunciativis Domini directi emiſſis in Inſtrumentis Inveſtiturarum.*
*Solitum renovandi importat neceſſitatem coactivam, licet Eccleſia renovare contenderet, ibi.*
7. *Solitum renovandi probatur concordia Anteceſſoris.*
*Concordia confirmata à Papa ex certa ſcientia, ligat etiam Succeſſores, ibi & num. ſeqq.*
8. *Error debet probari per claras probationes.*
*Error confeſſionis excluditur ex pluribus, ibi*
9. *Finitâ lineâ, Dominus directus renovare adſtrictus, proximioribus pro renovatione non inſtantibus poteſt alterum inveſtire.*
10. *Renovatio Inveſtituræ non debetur, quando res devoluitur ob commiſſum, hoc eſt ob culpam Emphyteutæ,*
*Dictio* = Aut alias *eſt repetitiva ſimilium, ibi.*
*Renunciatio Conſuetudini, & præſcriptioni etiam longiſſimi temporis non comprehendit immemorabilem, ibi.*
11. *Conſtitutio Urbani VIII. la* 51. *prohibet renovationes fieri de bonis juriſdictionalibus ſine Beneplacito Apoſtolico.*
12. *Bona Emphyteutica quando dicantur de illis, quæ fuerunt per laicos appodiata.*
*Inſtrumenta informia nullum gradum probationis conſtituunt, ibi.*
13. *Exceptiones quæ petitorium reſpiciunt, manutentionem in poſſeſſorio non retardant, & num.* 17.
14. *Bona Emphyteutica Status Urbini renovantur hæredibus ultimi inveſtiti vigore Brevis Urbani VIII.*
15. *Cardinales ratione officii ſunt perpetuò addicti Romanæ Curiæ, & ſi abſunt de licentia, dicuntur in Urbe domicilium habere.*
*Verba* poſſit, & valeat, *quando neceſſitatem inducant, ibi.*
16. *Conſuetudo immemorabilis habet vim legis, & ſtatuti.*
*Actio realis, ſeù rei perſecutoria oritur, quando agitur imperio legis, vel ſtatuti, ibi.*
26. *Pluribus vocatis ad fideicommiſſum bona relaxantur compatenti.*

### DECISIO XXXIV.

Caſtrum Leonis, mediamque Turrim Miralbelli cum aliis bonis, Juriſdictionibus, & pertinentiis ſuis de directo dominio Ven. Monaſterii, ſeù Abbatiæ San. Lauren-

Laurentii in Campo, quæ prætermiſſis antiquioribus Inveſtituris Dux Urbini Fanciſcus Maria de Ruvere, deindèque Marchio Hippolytus, & demùm anno 1621 Duciſſa Livia ejus filia prò minimo, ac ſolito Canone, & pro ſe, filioque ſuo Principe Federico, & nepotibus maſculis ex eo naſcituris, & uſque in ejus tertiam generationem renovari obtinuerant juxtà ſtylum, & conſuetudinem Abbatiæ, per iſtius Duciſſæ obitum, & per præmorientiam dicti Principis Federici devoluta, præſupponèns clar. me. Cardinalis Franciſcus Barberinus tùnc Abbas Commendarius dicti Monaſterii, eadem bona, de facto occupavit, per pluresque annos poſſedit, quod triangularē controverſiam excitavit inter ipſum, ac Sereniſſimam Victoriam Liviæ hæredem, & ex antedicto Federico filio neptem, Magnamque Duciſſam Hetruriæ in relata Inveſtitura anni 1621. compræhenſam, necnon Marchionem Hippolytum Lantem ex Lucretia nominatæ Liviæ Sorore ortum; immiſſionem ipſi in his bonis privativè debitam contendentem, quæ cum per ſpecialem commiſſionem à ſa. mem. Innocentio X. reportatam huic Sacro, Supremoque Tribunali delegata extiterit, aſſumpta fuit coram bo. mem. Meltio die 14. Martii 1647. ſub duplici, diſtinctoque dubio diſputatio = *An præfato Marchioni Hippolyto, ſeù Magnæ Duciſſæ Victoriæ in his bonis danda eſſet Immiſſio*, quæ reſoluta remanſit favore Magnæ Duciſſæ, prout *ex deciſionibus impreſſis penès Paitell. in expedit. cauſ. civil. deciſ. 35. & 36.* Repropoſitâ verùm Causâ, & impugnante Abbate Commendatario ſolitum, ſeù Conſuetudinem immemorabilem, recenſita bona renovandi proximioribus ultimi inveſtiti ſub eodem Canone, dilata fuit reſolutio, atque injunctum, ut ſuper hujuſmodi ſolito ſtrictè informaretur, ut idcirca compilatis deſuper Proceſſibus, ac compulſatis nonnullis Juribus, cum Partes poſtmodum abſque ulteriori examine in Sacra Rota contentionem oretenùs prævio aſſenſu ſa. mem. Alexandri VII. compromiſerint in RR. PP. DD. Cajetanum, & Fanum, iſti plenè, ac maturè diſcuſſis meritis cauſæ, atque per ſpatium quatuor ferè annorum recognitis ſingulis Proceſſibus ſuper dicta immemorabili Conſuetudine, ac Defenſoribus utriuſque Partis pluriès auditis, Papæ retulerunt, inveſtituram præfatam eſſe validam, & immiſſionem eſſe concedendam Magnæ Duciſſæ Victoriæ, ſicuti coram Meltio in tribunali noſtro deciſum fuerat, injuncto onere Cardinali Commendatario, ut de fructibus uſque tùnc perceptis teneretur emere tot bona annui redditus ſc. 300. ad Beneficium Abbatiæ, & in hujuſmodi laudi ſequelam ſtipulata fuit ſolemnis Concordia ab eodem Pontifice in forma ſpecifica confirmata, in qua dimiſſa fuerunt Magnæ Duciſſæ bona, ut in ejus narrativa expreſsè habetur, *quod dicta conſuetudo* (ſunt verba concordiæ ſummario Eminentiſſimi Domini Cardinalis Medicei *num. 13. litt. D.*) *poſt modum plenè juſtificata fuit, tàm particularis reſpectu dd. Caſtrorum, & Bonorum per plura Inſtrumenta Inveſtiturarum ab anno 1303. & ex enunciativa, quæ legitur in Inveſtitura anni 1493. quàm generalis, reſpectu Abbatiæ, & Monaſterii Sancti Laurentii, ac Menſæ Epiſcopalis Foroſempronien. ac aliarum Eccleſiarum Status Urbini, quæ à 200. annis citrà renovaverunt prò eodem Canone, & pluries renovare coactæ fuerunt, ut ex Inſtrumentis, & Juribus, de quibus in duobus Proceſſibus Compulſatis vigore Compulſoriæ Rotalis, & ex aliis Inſtrumentis, & Juribus productis* ac infrà *dicto Summ. ſub litt. E.* ſubjungitur, quod nominati Judices Compromiſſarii eandem immemorabilem Conſuetudinem recognoverunt, referendo etiam Papæ merita Cauſæ ibi = *Qui viſis omnibus Juribus utriuſque Partis cognitâ probatione dictæ Immemorabilis, & eorum Agentibus, Procuratoribus, & Aduocatis pluriès auditis, & Cauſa, & illius meritis ſpatio ferè quatuor annorum maturè diſcuſſis, oretenùs partibus dixerunt, & Sanctiſſimo Domino Noſtro Papæ retulerunt, Inveſtituram præfatam eſſe validam, & Immiſſionem eſſe dandam Sereniſſimæ D. Magnæ Duciſſæ*; ac ad ejuſdem Concordiæ, & Tranſactionis obſervantiam Cardinalis Barberinus poſtquam renunciaverat liti, ut ſupra in Rota vertenti coram Meltio, ſtrictiſſimè etiàm Succeſſorum nomine, pariter quoad enunciata, ſub obligatione Camerali sè adſtrinxit, *cit. Summ. litt. N.* ibi = *Invalidari, ſeù quomodolibet impugnari, & illius executio quomodolibet, & ſub quovis prætextu, quoàd præmiſſa, & conventa ad favorem Sereniſſimæ D. Magnæ Duciſſæ nullatenùs retardari poſſit, ſed ad ejus favorem, quoad omnia in Inſtrumento aſſerta enunciata, conventa, & promiſſa, executioni ſemper demandari debeat*, & infrà *littera O.* = *Quam concordiam, Tranſactionem &c. cum omnibus, & ſingulis in hoc Inſtrumento contentis dictus Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis Franciſcus Barberinus uti Abbas, perpetuus Commendatarius dicti Ven. Monaſterii S. Laurentii in Campo, ac ejuſdem Monaſterii, & ſuorum Succeſſorum in eo nominibus &c. ſemper, & perpetuò rata, grata &c. obſervare promiſit, & prò quibus &c. idem Eminentiſſimus D. Cardinalis Barberinus ſeipſum, ejuſque in Abbatia Succeſſores, & Abbates, ac dictum Monaſterium S. Laurentii &c. in forma Cameræ obligavit &c.*

Hujuſmodi Tranſactione ſecutâ, ſtatìm Magna Duciſſa Victoria facultati in eadem tributæ inhærens, poſſeſſionem relatorum Bonorum accepit, illaque continuavit ad annum 1689. quo tempore per actum inter vivos ſolemnitèr, geſtum eandem tranſtulit in Eminentiſſimum D. Cardinalem de Medices filium, atque in his, & aliis bonis in Statu Urbini degentibus, hæredem ab ipſa inſtitutum

tum præſentem , & acceptantem , adiectâ conſtituti clauſulâ, quàm etiàm repetiit in Codicillis, deindè conditis de anno 1693. eaque poſtmodum defuncta de anno 1694. dictus Dominus Cardinalis filius, ac hæres ad abundantiorem cauthelam, & abſque præjudicio poſſeſſionis ſibi per Sereniſſimam Matrem, ut ſupra translatæ, denuò poſſeſſionem apprehendit, & Eminentiſſimum D. Cardinalem Nigronum modernum Abbatem Commendatarium, tàm coram R. P. D. Auditore Sanctiſſimi; quàm coram me interpellavit ad ſibi renovationem concedendam, *dicto ejus Summ. num. 22. & 23.* ſed prætendens Eminentiſſimus Abbas, per dictæ Magnæ Duciſſæ obitum factum fuiſſe devolutioni locum, neque Abbatiam ad renovandum teneri, ſeù compelli poſſe, renovationem repetitè poſtùlatam denegavit, quod novam excitavit quæſtionem inter d. D. Cardinalem Mediceum, & D. Cardinalem Abbatem Commendatarium, quæ cum tandèm præviâ Commiſſione avocatoriâ à Tribunali A. C. manu Sanctiſſimi Domini Noſtri ſignata, & mihi directa, delegata pariter fuerit Sacræ Rotæ in Summariiſſimo poſſeſſorio, & petitorio, prout Juris fuerit, appellatione remotâ, cum omnium DD. Voto decidenda, propoſui in hodierna Audientia Dubium = *An, & cui ſit danda manutentio*, quàm PP. perpenſis Juribus hinc indè luculentèr deductis, ac totius facti circumſtantiis maturè penſatis, D. Cardinali Mediceo concedendam eſſe exiſtimarunt.

1. Moti ex eò, quod ipſe docet de anteriori poſſeſſione iſtorum bonorum acquiſita, tàm in Vita Magnæ Duciſſæ Matris ex translatione ſibi, ut dictum fuit, per eandem geminatè facta cum Conſtituti clauſula, *Quæ verum, & manutenibilem poſſeſſionem transfert*, ut advertit *Rota in recent. deciſ 335. num. 1. par. 9. In Foroſempronien. Manutentionis 14. Januarii 1692. §. Stetit decidendi coram R. P. D. meo Molines, in Bononien. ſeù Imolen. Bonorum 28. Januarii currentis anni §. De poſſeſſione coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & in ſpecie coram Martin. Andr. deciſ. 36. num. 7. ac deciſ. 61. num. 1. 2. & 7.* quam ſtatim ſecuto ejus obitu; propereà, licèt contra Dominum directum agatur, manuteneri in hac poſſeſſione debet, ad notata per *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 736. nu. 1. cum ſeqq. Manſ. conſult. 8. num. 3.* de *Luca de Emphyt. diſc. 7. & in Supplem. diſc. 61. & diſc. 67. utrobique num. 2. Thomat. deciſ. 16. num. 1. Rot. poſt Marcheſan. de Commiſs. par. 1. fol. 959. n. 1.* & apud *Poſth. de manut. deciſ. 111. & 168. in utraque num. 1.*

2. Abſque eo, quod obſtare viſa fuerit aſſerta poſſeſſio Abbatis Commendatarii; nàm actualitèr capta, redditur poſterior, & ſpoliativa, tanquàm de facto appræhenſa, non citato D. Cardinali de Medices in poſſeſſione exiſtente, per ea, quæ firmat *Rot. coram Mantica deciſ. 194. per tot. Martin. Andr. deciſ. 36. num. 8. Greg. deciſ. 105. num. 20. Coccin. dec. 984. num. 6. Merlin. deciſ. 41. num. 10. & Celſ. deciſ. 15. num. 4.* Proindèque nullatenùs manutenibilis, vulgato *cap. licet Cauſam 9. circa fin. de probat. Bartol. in l. ſi duo num. 4. ff. uti poſſidetis, Rota coram Gregor, deciſ. 449. num. 1. & rec. deciſ. 433. num. 17. par. 13. & deciſ. 50. num. 2. par. 16. & deciſ. 140. num. 19. par. 18.*

3. Nec Civilis animo retenta prò recuperatione naturalis, ſecuto obitu poſtremi Inveſtiti, opitulari poteſt Abbati Commendatario Domino directo; nàm recepta communitèr diſtinctio eſt, quod, aut devolutio eſt omninò clara, & indubitata, eo quia conſtat de Dominio, & certo fine conceſſionis, quodque nulla competit exceptio, quæ impediat devolutionem, & conſolidationem Dominii utilis cum directo, ac unionem poſſeſſionis naturalis cum civili, adeoùt poſſeſſor dicatur in mera contumacia reſtituendi, & tunc nedùm manutentio denegatur hæredi ultimi Emphyteutæ, ſed illa conceditur Domino directo, quamvis poſſeſſionem appræhendiſſet aucthoritate propria; ſeù dd. requiſita, vel eorum aliquod ceſſat, aut turbidum adhùc eſt, tuncque manutentio debetur Emphyteutæ, aut illius hæredi, & ſucceſſori, cui ad evitandos inanes circuitus, ſola poſſibilitas victoriæ, ſuique Juris juſtificatio in petitorio Judicio ſufficit, ut interim eidem ſit concedenda manutentio; nàm ubi caſus devolutionis non eſt omninò clarus, & indubitatus, hujuſmodi poſſeſſor minimè debet ejus poſſeſſiones de facto ſpoliari, juxtà diſtinctionem, quàm faciunt *Gratian. diſcept. for. cap. 736. num. 7. & 8. Fenzon. ad Stat. Urb. cap. 147. num. 24. Card. de Luc. de Emphy. citato diſc. 7. num. 3. & in Supplem. diſc. 67. num. 16. alter de Luc. de lin. legal. par. 1. art. 22. ſub num. 2. §. Recepta diſtinctio eſt; Poſth. de manut. obſer. 16. num. 41. cum ſeqq. Manſ. conſult. 8. num. 3. Adden. ad Gregor. deciſ. 105 litt. A. Thoma. deciſ. 16. num. 16.* illamque ſemper amplexa fuit *Rota*, & ſignantèr *coram Mantic. deciſ. 194. d. num. 2. ad 12.* ubi, quod priùs examinari debeat, an poſſeſſio naturalis Domini directi ſit reverſa, & habeat locum pactum eam ingrediendi propria aucthoritate, *in Ariminen. Devolutionis 16. Februarii 1609. coram Sacrato* penes *Marcheſan. de Commiſ. par. 1. fol. 459. num. 1. & 2.* penès *Poſth. de manut. deciſ. 111. n. 8. & dec. 168. num. 8. & 9. & deciſ. 227. num. 6. deciſ. 282. num. 7. deciſ. 336. num. 8. poſt Paitell. in expedit. Cauſ. Civil. dicta deciſ. 36. num. 34. & 35. in recent. deciſ. 421. num. 22. cum ſeqq. par. 11. & deciſ. 54. num. 21. par. 16.*

4. In hypotheſi, quidquid ſit de terminatione lineæ, devolutio, vel excluditur, ſeù redditur prorsùs dubia in hoc Summa-

riiſſimo

riiſſimo poſſeſſorio, nàm agitur de Bonis ab Immemorabili tempore ſemper renovatis, atque Eccleſiæ per laicos ſubjectis, ſeù appodiatis; ità quod D. Cardinalis Mediceus filius, & hæres Magnæ Duciſſæ Matris ultimæ Emphyteutæ, probabilitèr poteſt in petitorio Judicio renovationem ſperare, tàm juxtà hujuſmodi ſolitum conforme etiam æquitati deſumptæ ex littera *Text. in l. 1. §. Permittitur ff. de aqua quotid. & æſtiva* ibique *Bartol. cæterique Scribentes, Cald. de Jur. Emphyt. lib. 1. quæſt. 8. num. 1. Gratian. diſcept. cap. 477. n. 17. Mareſcott. lib. 1. var. reſol. cap. 3. num. 1. cum ſeqq. Rota coram Coccin. deciſ. 1145. num. 1. in recent. deciſ. 317. num. 8. & 9. par. 9. deciſ. 306. n. 4. par. 13. deciſ. 66. n. 1. par. 15. & dec. 358. num. 2. par. 19.* quam attenta ponderata qualitate Bonorum, ut ſunt *Text. in l. quicumque, & l. fin. C. de omn. agr. deſert. lib. 11. & in cap. ad aures de reb. Eccleſ. non alien.*

5. Igitur cum probabilis eſſet ſpes D. Cardinalis Medicei renovationem obtinendi, non poterat Abbas Commendatarius poſſeſſionem de facto præoccupare, neque civili poſſeſſione, ac reconſolidatione dominii utilis cum directo juvari, nàm ſola poſſibilitas renovationis, ſeù probabilis dubitandi occaſio, quod competere potuiſſet, ſatis erat Domino directo ſe à poſſeſſione abſtinendi, ac D. Cardinali Mediceo, tamquàm proximiori, & hæredi ultimæ Emphyteutæ, atque etiam poſſeſſori manutentionem obtinendi, ut de communiori Sententia, quàm firmant, *Valaſch. conſult. 159. num. 29. cum ſeqq.* ubi ſubdit, non teneri illum, qui revocationem petit, diſcedere ab Emphyteuſi, nàm dimiſſa difficilitèr renovatur à Domino, *Cald. de renovat. lib. 1. quæſt. 10. ſub num. 17. §. Ex quibus juſtiſſimum eſt, de Luc. de Emphyt. diſc. 7. n. 8. in fin. & in Supplem. diſc. 67. num. 2. & 15 cum. ſeqq. Rot. apud Poſth. de manut. diſc. 111. num. 8. in fin. coram Bich. deciſ. 411. num. 2.* ubi, quod eo tantùm caſu conceditur manutentio Domino directo, quando incontinenti apparet, hæredem ultimi Emphyteutæ renovationem petere non poſſe, *in rec. deciſ. 211. num. 3. circa med. par. 3.* ubi, quod ſicuti ſuper renovatione facienda eſt diſcuſſio in petitorio ità durante hujuſmodi diſcuſſione, manutentio hoc interim danda eſt hæredi, *in Senogallien. Bonorum 21. Junii 1684. §. Verùm coram Cardinali Matthæjo*, in qua licèt decreta fuerit Domino directo manutentio, tamen illa conditionatè conceſſa apparet, quatenùs Emphyteuta intrà terminum duorum menſium renovationem non petierit, & noviſſimè *in Eugubina, ſeù Senogallien. Devolutionis 14. Januarii currentis anni §. His in Articulo cum ſeqq. coram R. P. D. meo Urſino*; cui communiori Sententiæ quidquam non obſtat *Card. de Luc. diſc. 61. de Emphyt. in Supplem.* aſſerens, quod quoties prætenſio renovationis non eſt clara, non competit hæredi ultimi Emphyteutæ manutentio, minuſque inſiſtentia in re, cum actio devulutionis eſſet clara, exceptio verò renovationis turbida; nàm quidquid ſit de illius applicatione, contradicit opinioni tot Doctorum, & Sac. Rotæ, & eſt ſibimet ipſi contrarius, nàm oppoſitum præcedentèr firmaverat *in diſc. 7. num. 8. in fin.* & poſteà *in diſc. 67. num. 2. & 15.* adeout, cum conſulendo ſcripſerit ad opportunitatem Cauſarum, in propoſito attendi non debet, ſed quod Sacra Rota firmavit, *Surd. conſ. 403. num. 83. & 84. Gratian. diſcept. 104. num. 56. Poſth. reſol. Civil. 24. num. 35.*

6. Quod autem in recenſitis Bonis adſit renovandi ſolitum, ſeù conſuetudo, & quidem coactiva ab immemorabili tempore, patentèr emergit ex confeſſionibus ipſorum Abbatum ſuperlativam probationem conſtituentibus, & quidem in proportionatis actibus Renovationum emiſsis, ſignantèr in illa anni 1493. *Summ. D. Cardinalis de Medices num. 5.* ubi aſſeritur, quod dd. Bona erant ſolita, & conſueta concedi à tanto tempore, cujus contraria hominum memoria non exiſtit, ac in ſubſequutis factis de ann. 1502. 1573. & 1598. *dict. Summ. num. 6. 8. 9.* in quibus exprimitur, quod eadem fiebant juxtà conſuetudinem, & ſtylum Abbatiæ: tales enim enunciativæ per Abbates emiſſæ in re adeò eiſdem præjudiciali probant immemorabilem, cum vim famæ potiantur, ex allegatis per *Add. ad Gregor. deciſ. 51. num. 11. Rota in rec. deciſ. 245. num. 52. par. 9. deciſ. 509. num. 13. cum ſeqq. par. 14. deciſ. 244. num. 7. & 9. par. 16. & coram ſa. me. Alexandro VIII. dec. 125. nu. 2. & 3.* & iſta probatio importat etiam neceſſitatem coactivam, licèt Eccleſia renovare contenderet, *Bald. in Auth. ſi quas ruinas ſub num. 6. verſ. ſecundo de Sacroſ. Eccleſ. Jaſ. in l. fin. ſub num. 35. C. de Jur. Emphyt. Bero. conſ. 116. num. 4. lib. 1. Corn. conſ. 250. num. 3. verſ. tamen ſtante conſuetudine lib. 3. Gozadin. conſ. 75. n. 18. ſub princ. verſ. quid poteſt, Rota deciſ. 28. num. 9. apud Salgad. labyrint. Credit. & in deciſ. 11. par. 2. recent.* imò quando etiam Eccleſia vult prò ſe retinere *Fulgin. de Emphyt. tit. de renovat. quæſt. 1. num. 30. in fin. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 30. ad fin. verſic. quod intelligitur*, ubi teſtatur, ſic coram ipſo fuiſſe deciſum in Rota.

7. Ulteriùs, & quod tollit omnem dubietatem, in relata Concordia inita intèr Magnam Duciſſam Victoriam, & Cardinalem Barberinum tunc Abbatem Commendatarium, hæc immemorabilis, & coactiva conſuetudo renovandi narratur, ac confitetur intèr Partes, ut ex verbis in principio expreſſis, & quod magis eſt, recognita fuit per RR. PP. DD. Cajetanum, & Fanum Judices Compromiſſarios, ex Proceſſibus, aliiſque Juribus tùnc compilatis, ac compulſatis,

tis, eademque attenta Cardinalis Barberinus Commendatarius, cœteroquin acerrimus Propugnator Jurium ſuæ Abbatiæ, quorum defenſionem ſtrenuè ſuſceperat, tàm in Tribunali noſtro ſubſtinendo litem, quàm quadriennio circitèr coram Judicibus Compromiſſariis, deindè controverſiæ, ac liti renunciavit, conſentiendo Magnam Duciſſam hæc Bona poſſidere, ac ex fructibus hoc medio tempore per ipſum perceptis, emi tot Bona annui redditus ſc. 300. ad commodum Abbatiæ; ex qua quidem Concordia adeò qualificata non poteſt hæſitari de vera, & concludenti probatione Immemorabilis, etiam coactivæ, ut elegantèr *Rota in rec. deciſ. 271. num. 15. in fin. cum ſeqq. par. 10.* & poſt *Salgad. in labyr. Cred. deciſ. 28. num. 9.* Atque afficit ne dùm Cardinalem Barberinum tùnc confitentem, ſed, & ejus in Abbatia Succeſſores, ſtante confirmatione Apoſtolicâ dictæ Concordiæ per ſa: mem: Alexandrum VII. factâ, in quà cum fuerit inſertus illius tenor ut cofirmatio dicatur ex certa ſcientia, *ad gloſs. in cap. Paſtoralis §. Prætereà, verbo ex certa ſcientia de offic. deleg. Rota in recent. deciſ. 157. num. 7. par. 6. & coram Bich. deciſ. 57. num. 4.* ligat etiam Succeſſores, potiſſimè cum tranſactio ipſorum etiam nomine geſta fuerit, ut reſpondit *Alexander III. in cap. Veniens de Tranſact.* ibique *gloſſ. ſub verb. confirmatam, Ferret. conſ. 230. ſub num. 2. Adden. ad Greg. deciſ. 152. num. 4. Rot. in rec. deciſ. 159. num. 4. par. 1. deciſ. 220. num. 29. par. 7. deciſ. 256. n. 3. par. 8. deciſ. 271. n. 14. & 15. par. 15. Royas deciſ. 335. num. 3. Merlin. deciſ. 480. num. 1. Celſ. deciſ. 68. num. 2. & 3. Bich. deciſ. 57. num. 5. & deciſ. 70. num. 1. & 2. Cerr. deciſ. 162. num. 8. & in Romana Funeralium 4. Martii præteriti §. Quia illa unita, coram R. P. D: meo Molines*; Quin turbet, quod in relata confirmatione Apoſtolica legatur clauſula = *Citrà innovationem, aut extenſionem antiquarum Inveſtiturarum* Nàm hujuſmodi clauſula nihil obſiſtit huic immemorabili ſtylo renovandi ab antiquis Inveſtituris etiam deſumpto, & per tranſigentes confeſſo, reſpectu cujus non innovantur, minuſque extenduntur antiquæ Inveſtituræ.

8. Neque hujuſmodi confeſſio Immemorabilis ſoliti emiſſa in memorata Concordia tàm maturè, ac circumſpectè geſta prætendi poteſt erronea; ultrà quod enim obſtat generalis regula, quod error debet plenè, & concludentèr probari per claras, & præcipuas probationes *Bart. in l. 2. num. 10. C. de Jur. fiſc. lib. 10. Rota coram Gregor. deciſ. 220. num. 4. coram Royas deciſ. 73. num. 4.* In propoſito nedùm talis probatio non concurrit, ſed potiùs error removetur, ex quo confeſſio multiplicitèr adminiculatur, & ſignantèr ex qualitate, ut infrà, Bonorum, quod fuerint de illis per laicos Eccleſiæ appodiatis ex Inveſtituris illorum incæptis ab anno 1303. ex dd. enunciativis emiſſis in Inveſtituris annorum 1573. 1598. & 1621. ex lapſu quatuor, & ultrà Sæculorum, quibus numquam apparet, Abbates, tàm Monaſteriales, quam Commendatarios, Bona penès ſe retinuiſſe, ſed ſemper eadem renovaſſe, necnon ex Proceſſibus deſuper compilatis, & per dd. Judices Compromiſſarios recognitis, ex Laudo in iſtius Immemorabilis ſoliti ſequelam emiſſo, & per Partes mediante dicta Concordia ſpecialitèr emologato, ex Confirmatione Apoſtolica ſa: mem: Alexandri VII. atque demùm ex probitate Cardinalis Franciſci Barberini tùnc Abbatis Commendatarii tranſigentis, & confitentis, quem veriſimile non eſt, præjudicare voluiſſe Juribus ſuæ Eccleſiæ, quandò contrà Magnam Duciſſam illorum defenſionem ſuſceperat, atque acritèr litem in Tribunali noſtro, ac diſcuſſionem quatriennio circitèr coram Judicibus Compromiſſariis ſubſtinuerat, ut de aliis Præſulibus dixit *Rota in rec. deciſ. 329. num. 8. par. 9. deciſ. 809. num. 17. & 18. par. 18.* & in *Marſicana, ſeù Nullius Beneficii 7. Junii 1686. §. Duplici alia, in fin. coram Reverendiſſimo Turonen. & in Firmana Juriſdictionis 14. Junii. 1688. §. Minùs obſtat, coram bo: mem: Rondinino*, ut confeſſio ex his adminiculis ſuffulta nullo modo dici poſſit erronea, quinimò, præclusâ etiam confimatione Apoſtolicâ, liget tàm Abbates confirmantes, quàm ejus Succeſſores, ad *gloſſ. in cap. dudum il ſecondo, ibique Doctores de de Elect.* latè *de Angelis de Confeſſ. lib. 3. quæſt. 2. num. 6. Rota coram Dunoz. Sen. deciſ. 215. n. 6. coram Carill. deciſ. 126. num. 3. coram Gregor. deciſ. 506. pariter n. 3. coram Card. Cerr. deciſ. 161. num. 6. & in rec. deciſ. 340. num. 6. & 7. par. 15.* Vel ſaltèm dùm error non eſt clarus, ſed diſputabilis ex prædictis, dici non poteſt, quod deficiat in hærede ſpes renovationem obtinendi, & quouſque in petitorio deciſum ſit, prædictam confeſſionem eſſe erroneam, retardari non debet manutentio, ut notat *Poſth. de manut. obſer. 65. num. 12. Rota deciſ. 205. in fine coram Seraph.*

9. In nihilo refragante, quod Abbates prò tempore poſt terminatas lineas inveſtitorum Bona conceſſerint Perſonis extraneis, cum primo loco inveſtiverint Ranaldum Brunfort, ſecundò illos de Caſtracanis, & tertiò DD. de Ruuere, ut ſi dicta immemorabilis conſuetudo renovandi extaret, proximiores inveſtiti fuiſſent; quoniam non exinde excluditur, quod Caſtracani fuerint proximiores de Brunfort, & ab illis ad Familiam DD. de Ruvere bona tranſiverint per viam alienationis in hoc Caſu licitæ, conſentiente Domino Directo, etiam in præjudicium proximiorum; *Cald. de Jur. Emphyt. lib. 1. quæſt. 5. num. 3. Rota in rec. deciſ. 357. num. 83. par. 11. & deciſ. 218. num 13. par. 16.* quodque hi omnes non eſſent hæredes ultimi Inveſtiti, pro-

ut talis excluſiva probatio errorem alleganti incumberet, & inſuper non probatur, proximiores inſtetiſſe pro renovatione, adeòut iis non inſtantibus, valeat Dominus directus etiam renovare adſtrictus, alterum inveſtire, *Rota cor. Merlin. deciſ.* 353. *n.* 54. *ubi concordan.*

10. Minùs adverſantur pacta adiecta in antiquis renovationibus, ſeù Inveſtituris, in quibus Emphyteuta renunciaſſe præſupponitur cuilibet conſuetudini, aut præſcriptioni etiàm longiſſimi temporis cogendi Dominum ad renovandum, ac facultatem Abbatibus tribuiſſe poſſeſſionem bonorum prôpriâ authoritate accipere, & illa retinere, vel aliis concedere etiàm ad excluſionem hæredis ultimi Inveſtiti; nàm omiſſo, quod in quàmplurimis renovationibus talis poteſtas non legitur conceſſa Domino directo; in noviſſima conceſſione anni 1621. de cujus terminatione diſputatur, facultas videtur Abbati Commendatario tributa dumtaxat in caſu, quo res devolveretur ob Canones non ſolutos, vel ob pacta non ſervata, aut aliàs proptèr ſimilem caducitatem reſultantem ex Commiſſo, ibi = *Si aliquo tempore res, & bona prætacta ad eandem Abbatiam devolverentur per Canonem non ſolutum, vel pacta non ſervata, aut aliàs &c. Summ. D. Card. de Medicei num.* 10. *litt. L.* Quod eſt conforme diſpoſitioni Juris, nàm renovatio non debetur, quando res devolvitur ob Commiſſum, & ſic ob culpam Emphyteutæ, *Surd. conſ.* 181. *num.* 19. *& ſeqq. Gratian. diſcept.* 88. *num.* 31. *Fulgin. de Jur. Emphyt. tit. de renovat. quæſt.* 1. *num.* 15. *Rota coram Duran. deciſ.* 351. *num.* 3. *& in rec. deciſ.* 218. *num.* 7. *par.* 16. *& deciſ.* 107. *num.* 1. *par.* 17. & non excludit Immemorabilem renovandi in Caſum, ut hic, terminationis lineæ, qui ſub altero devolutionis ob commiſſum minimè compræhenditur, in ſpecie, *Mareſcott. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 25. *in fin.* benè *Rota coram Seraphin. deciſ.* 610. *num.* 2. *cum ſeqq.* Non attentâ illa dictione = *Aut aliàs* nàm eſt repetitiva ſimilium qualitatum, culpam, & dolum Emphytheutæ involventium, non autem ſe extendit ad caſum terminationis lineæ prorsùs diverſum, *Barboſ. dict.* 26. *num.* 2. *cum ſeqq. Surd. deciſ.* 274. *num.* 4. *Sperell. deciſ.* 156. *ſub num.* 41. *& ſeqq. Rota coram Priol. deciſ.* 221. *num.* 6. *& deciſ.* 378. *num.* 14. *ac coram Coccin. deciſ.* 444. *num.* 3. Neque obſiſtentibus antiquioribus Inveſtituris, in quibus legitur pactum utrunque caſũ amplectens, quia eædẽ in hac parte nullũ ſortitæ fuerunt effectum, nàm Abbates numquam prò ſe ipſis bona retinuerunt, ſed ſemper renovarunt, etiàm prò parvo Canone, prout oſtendunt quatuor Inveſtituræ annorum 1493. 1573. 1598. & 1621. ac recognoverunt Judices Compromiſſarii, qui nihilominùs immemorabilem conſuetudinem adfuiſſe retulerunt, ac laudarunt, & Cardinalis Franciſcus Barberinus, cui hæc omnia innotuerant, nedùm liti renunciavit, ſed, quod magis eſt, in Concordia hanc immemorabilem conſuetudinem confeſſus fuit, ipſamque Concordiam cum omnibus enunciatis, etiàm ſucceſſorum nomine obſervare promiſit. Renunciatio verò conſuetudini, & præſcriptioni etiàm longiſſimi temporis non compræhendit immemorabilem, quæ eſt ſpeciali mentione digna, plenè *Cancer. var. reſol. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 39. *cum ſeqq. & Rota coram Coccin. deciſ.* 864. *n.* 4. *&* 5.

Rursùs dicta immemorabilis nec excluditur ex renunciatione inveſtituræ, quam Dux Franciſcus Maria Junior cum Sororibus fecit anno 1598. in manibus Abbatis tùnc temporis, ut ex hac remiſsa cenſeatur immemorabilis renovandi ex *deciſ.* 357. *num.* 88. *& ſeqq. par.* 11. *& deciſ.* 202. *num.* 4. *par.* 18. Quoniàm renunciatio facta non fuit ab ultimo inveſtito, neque agitur de renovatione occaſione devolutionis, in quibus terminis loquuntur Deciſiones in objecto adductæ, ſed de renovatione ſequuta ad ſolum finem, & effectum, ut per dominum directum fieri poſset renovatio, quod non tollit immemorabilem conſuetudinem renovandi tùnc vigentem, præſertim in præjudicium D. Cardinalis Medicei, qui renovationem non petit tanquàm hæres, ſeù proximior dicti Renunciantis, ſed Magnæ Duciſsæ Matris ultimæ inveſtitæ.

11. Iſtamque conſuetudinem immemorabilem ſuper his bonis Juriſdictionalibus nec tollit dicta Conſtitutio ſa. mem. Urbani VIII. *in ordine* 51. nàm eadem ſolùm prohibet, renovationes in his Bonis fieri ſinè Beneplacito Sedis Apoſtolicæ, ut explicat *Rota poſt Salgad. in labyr. Credit. deciſ.* 28. *num.* 15. §. *Minus obſtat cum ſeqq. & deciſ.* 29. *num.* 23. *in fin. ac num.* 24. & ita cum D. Cardinalis Mediceus habeat Beniplacitum ſa. mem. Clementis X. relatum in ejus *Summ. num.* 26. eidem Conſtitutio non obſtat, ut advertitur in mox citatis Deciſionibus.

12. Quò verò ad qualitatem bonorum, quod ſint de illis Eccleſiæ per laicos ut ſuprà appodiatis, ſeù ſubjectis prò reportandis ipſorum conſervatione, & defenſione, reſultare viſum fuit, tum ex minima recognitione duorum ſolidorum, ſub initio conventâ ratione Canonis prò bonis Juriſdictionalibus, & redditis valdè conſiderabilis, tum ex firmata conſuetudine immemorabili renovandi tùm etiã ex peculiari conventione, ſeù proviſione contenta in inveſtitura anni 1303. *Summ. D. Card. de Medices num.* 1. *litt. D.* quod ſi inter hæc Bona reperirentur aliqua ad Conceſſionarios ſpectare, intelligerentur donata; junctis præſertim obligatione deſuper ab Eccleſia ſuſceptâ, defendendi, & authorizandi Bona ab omni prætenſione hominum in Judicio, & extrà, quæ ſonat in Tutelam, & protectio-

ctionem, ac famam hujuſmodi appodiationis. Non ſubſiſtentibus præſuppoſita conceſſione iſtorum Bonorum per Othonem Imperatorem Eccleſiæ facta, ac Sententia Epiſcopi Fanen. ſeù Brevibus Gregorii IX. Gregorii XI. & Leonis X. cum documenta deſuper exhibita ſint informia, & tamquàm talia nullum gradum probationis conſtituant in contrarium, *Rota coram Pamphil. dec.* 586. *num.* 6. *& coram Bich. deciſ.* 33. *num.* 32.

13. Sed quatenùs prædicta dubium aliquod paterentur in petitorio, ſufficiunt tamen, & ſuperabundant ad favorem Domini Cardinalis Medicei in hoc Summariiſſimo Judicio manutentionis, ex ſuperiùs allata regula, quod ſola renovationis poſſibilitas, ſeù probabilitas ſufficit ad manutenendum in poſſeſſione hæredem ultimi inveſtiti, & quia exceptiones contrà hanc immemorabilem conſuetudinem, ut ſuprà firmatam oppoſitæ, petitorium reſpiciunt, inefficaces proindè remanent manutentionem atque aliud privilegiatum remedium eidem impediendi, *Rota in dicta deciſ.* 36. *num.* 43. *&* 47. *poſt Paitell. & coram Bichio deciſ.* 670. *num.* 24.

14. Ex his itaque fruſtraneum PP. cenſuerunt examen aſſumere, an etiàm in prædictis Bonis competat Domino Card. de Medices renovatio vigore alterius Brevis ſa. me. Urbani VIII. prohibentis ſingulis Eccleſiis Status Urbini Bona etiam Juriſdictionalia retinere, eoſdemque coarctantis ad renovandos hæredes ultimi Inveſtiti, de quo penes *Paitell. in expedit. cauſ. Civil. deciſ.* 7. & meminit *Card. de Luca de Emphyt. diſc.* 5. *&* 8. *Rot. in rec. deciſ.* 90. *&* 154. *par.* 15. *ac coram Celſo deciſ.* 192. *num.* 3. Animadvertentes tamen ex hoc capite, nec denegandam pariter dicto Domino Cardinali manutentionem, cum deducta per Defenſores Abbatis Commendatarii prò declinanda diſpoſitione hujus Brevis altiorem exquirant indaginem ad opportunum petitorii Judicium propterea remittendam; nàm licet firmare conentur, Breve non compræhendere; tam hæc Bona, cum ante illius publicationem eſſent in recenſita lite inter Magnam Duciſſam, & Cardinalem Barberinum, & extrà ſtatum Urbini exiſtant; quàm dict. D. Cardinalem de Medices, tamquàm forenſem; Replicant tamen è contra Scribentes pro Domino Cardinali, quod reſpectu Bonorum prædicta lis remanſerit per Concordiam extincta, ut facto loco novæ devolutioni, renovatio ſit concedenda, & exiſtentia Bonorum extrà Statum Urbini deſumpta ex nonnullis enunciativis, quod ſit in Diœceſi Fanen. deſtruatur ex aliis, quod exiſtant in Diœceſi Senogallien. magis recognoſcendi in petitorio Judicio.

15. Quò verò ad D. Cardinalem, quod ſimilis forenſitatis objectio data etiam aliàs fuerit Magnæ Duciſſæ, & per Rotam ad petitorium remiſſa, *ut in dicta deciſ.* 46. *num.* 43. *poſt Paitell.* quodque habitatio, ſeù domicilium ſufficiens ad fruendum beneficio relati Brevis Urbani ex *Rot. in rec. deciſ.* 90. *in fin. par.* 15. in eodem D. Cardinali concurrat ratione Cardinalitiæ Dignitatis, quam ſubſtinet, in vim cujus ſit perpetuò addictus Romanæ Curiæ, in qua retinet Palatium apertum, & inſtructum, & ab eadem Curia abeſſe non poſſit abſque licentia Papæ per notam Conſtitutionem ſa. me. Innocentii X. in ordine 15. *Bullar. tom.* 5. ut licentia deſuper obtenta concurrente dici debeat in Curia domicilium habere, juxtà deducta per *Gratian. diſcept.* 484. *num.* 16. *cum ſeqq. Card. de Luc. de Regal. diſc.* 73. *num.* 11. *Laurent. deciſ. Aven.* 240. *num.* 4. *&* 5. *Rot. in rec. deciſ.* 188. *num.* 7. *& ſeqq. par.* 17. *& deciſ.* 90. *num.* 5. *&* 6. *& deciſ.* 431. *num.* 1. *cum ſeqq. par.* 18. Omnemque difficultatem ſubmoveri ex diſpenſatione obtenta per Breve ſa. me. Clementis X. vigore cujus D. Cardinalis licèt forenſis habilitatus fuit ad recipiendam iſtorum Bonorum renovationem, quod Breve licèt directum fuerit Abbati Commendatario cum verbis = *poſſit, & valeat renovationem facere*; nihilominùs diſpenſatio prætendi nequeat facultativa Abbatis, ſed ſimplex, & abſoluta, nàm ex ſuperiùs adductis, Abbas renovare tenetur ab immemorabili, ut ſecundùm hanc ſubjectam materiam hujuſmodi verba neceſſitatem importent, *ex Aretin. in l. Gallus ſub num.* 3. *ff. de liber. & poſth. Gratian. diſcept.* 630. *num.* 6. *Cyriac. controv.* 548. *num.* 15. *& controv.* 689. *num.* 122. *Surd. deciſ.* 268. *num.* 13. *Rota in rec. deciſ.* 48. *num.* 6. *par.* 2. *& coram Dunoz Jun. deciſ.* 342. *num.* 5. ut ex his replicationibus ambigendum non veniat Brevis Urbani articulum, exquirere altiorem indaginem, & proindè manutenendum in poſſeſſione hæredem ultimi Inveſtiti, ex ſuperiùs firmatis.

16. Quæ omnia removere non valuit præſuppoſita incompetentia actionis realis in Domino Cardinali Mediceo prò petenda renovatione, nàm contrarium oſtenditur, quidquid enim ſit de renovatione debita vigore pacti, ſeù æquitatis, quoties, ut in hypotheſi, renovatio petitur in vim conſuetudinis immemorabilis habentis efficaciam Legis, Statuti, vel alterius cujuſcumque Tituli melioris de Mundo *ad Bald. in Auth. ſi quas ruin. num.* 4. *C. de Sacroſ. Eccleſ. Andreol. controv.* 145. *num.* 49. *Fulgin. de Jur. Emphyt. tit. de renovat. quæſt.* 1. *num.* 30. *in fin. Rot. rec. deciſ.* 11. *num.* 2. *cum ſeqq. par.* 2. & in ſpecie *coram Coccin. deciſ.* 1609. *num.* 1. hoc enim caſu cum ex Imperio Legis, vel Statuti oriatur fortior parendi obligatio, competit etiam actio realis, ſeù rei perſecutoria, ut ex Theorica *Bartol. in l.* 1. *§. Permittitur ff. de aqua quotid.* punctualiter diſtinguendo tradunt *Card.*

Vu 2 *de Luca*

*de Luca de Emphyt. diſc. 67. num. 16. & 17. Rota diſcuſſo maturè Articulo coram Ninot. deciſ. 48. num. 10. cum ſeqq. coram Priol. deciſ. 387. num. 20. & 21. deciſ. 132. num. 8. cum ſeqq. par. 14. deciſ. 81. num. 42. & ſeqq. par. 19.* Et noviſſimè *in Eugubina, ſeù Senogallien. Devolutionis 14. Januarii currentis anni §. Hæc namque eſt differentia cum ſeqq. coram R. P. D. meo Vrſino*, ubi de ratione, & in fortioribus terminis; nàm in illius caſu Dominus Directus poſſidebat auctore Prætore in vim mandati de aſſociando confirmati per aliud de manutenendo, & nihilominùs hæres ultimi Inveſtiti poſt longam poſſeſſionem Domini Directi reintegrationem obtinuit in actione reali.

17. Demùm minoris ponderis detegitur altera exceptio fundata ſuper Concurſu ad renovationem Domini Principis Lantes, & forſan aliorum, ut dùm diſcutienda ſint Concurrentium Jura, hoc interim manutentio dari debeat Abbati Commendatario Domino Directo, tùm quia hodiè quæſtio eſt ſuper articulo ſimplicis manutentionis, in qua, cum D. Cardinalis Mediceus poſſideat, habeatque prò sè immemorabilem renovandi, ac ſit filius, & hæres Magnæ Duciſſæ poſtremæ inveſtitæ, manutentionem obtinere debet, poſthabitis, ſeù remiſſis concurrentium exceptionibus ad petitorium, ut in ſpecie *Rota dict. deciſ. 46. num. 47. poſt Paitell.* Tùm etiam quia dictus D. Princeps, & alii in Tribunali noſtro non ſunt in Cauſa, ſed tantum ex prætenſoribus, D. Cardinalis Mediceus prò manutentione inſtat, ut eidem propterea liceat Bona retinere ad excluſionem Eccleſiæ Dominæ Directæ, cui nullum præjudicium generatur potiùs unum, quàm alterum renovandi, exemplo plurium ad fideicommiſſum vocatorum, ut ſi unus tantùm compareat, eidem Bona relaxantur juxtà modum, de quo *Surd. conſ. 359. num. 15. cum ſeqq. Rota coram Durano deciſ. 448. num. 10. coram Royas deciſ. 378. & in recent. deciſ. 318. num. 4. cum ſeqq. par. 17.*

Et ità Manutentionem Domino Cardinali Mediceo concedendam eſſe PP. omnes Suffragantes authumarunt, auditis Partibus acerrimè hinc indè informantibus.

---

## R. P. D. ANSALDO.

*Urbanien. Archipresbyteratus.*

*Veneris. 17. Maii 1697:*

### ARGUMENTUM.

Referuntur ſigna loci Eccleſiaſtici, & laicalis.

### SUMMARIUM.

1. *Confraternitas attentâ antiquitate, & viſitationibus Ordinarii, in dubio præſumitur erecta auctoritate Epiſcopi.*

2. *Confraternitas præſumitur Eccleſiaſtica, quoties habet Eccleſiam cum Altaribus.*

3. *Confraternitas præſumitur Eccleſiaſtica, ubi omnes Sacerdotes ad celebranda Divina officia admittuntur indifferenter.*

*Confraternitas præſumitur Eccleſiaſtica quando habet Campanile cum Campana, ibi.*

4. *Confraternitas præſumitur, imò dicitur Eccleſiaſtica, quoties Ordinarius habet inſtitutionem, & deſtitutionem Officialium.*

*Item quando Epiſcopus abſque contradictione illam liberè viſitavit ad inſtar aliorum locorum Eccleſiaſticorum, ibi.*

5. *Confraternitas laicalis poteſt abſque ſolemnitatibus alienare res ſuas.*

6. *Confraternitas laicorum ſi in alienatione bonorum adhibuit beneplacitum Epiſcopi, vel Apoſtolicum, dicitur Eccleſiaſtica.*

7. *Judex Eccleſiaſticus habitualiter, eſt competens etiam inter laicos litigantes, quorum cauſas poteſt judicare mediante partium prorogatione, vel conſuetudine.*

8. *Confraternitas præſumitur Eccleſiaſtica, quando lites activè, & paſſivè fuerunt introductæ, & deciſæ in Tribunali Eccleſiaſtico.*

9. *Item quando ſolvit Decimas Papales.*

10. *Enunciativæ junctæ cum facto poſitivo probant.*

11. *Enunciativis ſivè aſſertionibus Ordinariorum emiſſis in actu viſitationis multum defertur.*

*Inſtitutio facta per Ordinarium Præſentati, cum enunciativa quod Confraternitas Patrona eſſet laicalis, probat laicalitatem, ibi.*

12. *Enunciativa Papæ in Bulla contenta, probat loci laicalitatem, præſertim ſi materia fuit examinata in Congregatione Conciſtoriali.*

13. *Confraternitas in dubio potius præſumitur laicalis, quam Eccleſiaſtica.*

14. *Eccleſia, & Campanile, quando ſint ſigna Eccleſiaſticitatis.*

15. *Confraternitas ſolvens collectas Communitatis, præſumitur laicalis.*

*Confraternitas Eccleſiaſtica non poteſt ſe ſubiicere ſtatuto laicali, ibi.*

16. *Notario atteſtanti de actis geſtis abſque expreſſione Cauſæ particularis non creditur niſi acta exhibeantur.*

*De minimis non eſt curandum, ibi.*

17. *Coniecturæ, quæ ab aliis in contrarium ſuffocantur, nullius momenti ſunt.*

18. *In Beneficio erecto cum conditione: quod nunquam Sedes Apoſtolica ſe ingerat, ceſſat regula reſervationis Cancellariæ.*

19. *In Beneficio Juriſpatronatus mixto, Sedes Apoſtolica poteſt conferre ſi vacatio contingat in turno debito Patrono Eccleſiaſtico.*

20. *Juſpatronatus non cadit ſub reſervatione regulæ 8. etiamſi ſit mixtum.*

*Juſpatronatus mixtum in favorabilibus aſſumit naturam ſimplicis, ibi.*

21. Er-

21. *Error fruſtrà allegatur, quando datur poſſibilitas cauſæ in contrarium.*
22. *Ultimus ſtatus in re beneficiali attenditur.*
23. *Papa conferens Beneficium jure devoluto, præſupponit jus præſentandi ad alterum ſpectare.*

## DECISIO XXXV.

ANtiquitas, veluti Nilus, rerum humanarum initii caput abſcondens, anſam plerumque præbet Forenſibus colluctationibus, ut evenit in hodierna contentione inter Valentinum, & Leonardum; cùm enim Litteræ Apoſtolicæ utrinque reportatæ, & ſuper quarum exequutione reſpectivè Dubium propoſui, unicam ambigendi cauſam involuerent ſuper ſcrutatione qualitatis Venerabilis Confraternitatis Sancti Spiritus Caſtri Durantis, nunc Urbaniæ, ex quo de vero illius principio, ſeù erectione nullum veſtigium eminebat; contendente idcircò Leonardo, quod eſſet Eccleſiaſtica, quodque proinde ſubſtineretur impetratio in vim regulæ octavæ, hodie nonæ, per eum obtenta quoad Archipresbyteratum, cujus vacatio contigerat in menſe Julii Sede Apoſtolicæ reſervato, oppoſitam verò Laicalem naturam, ſeù qualitatem acriter aſſerente Valentino, qui præſentationem ab ipſa Confraternitate Patrona, & reſpectivè Litteras Pontificias, quas nuncupant, pro Præſentato fuerat aſſequutus, placuit Dominis conjecturis, & demonſtrationibus mutuò collatis, iiſdemque ſedulò perpenſis, inclinare pro qualitate Laicali, & conſequenter reſpondere, Litteras Annibalis eſſe exequendas.

1. Licèt enim Scribentes pro Leonardo ingenioſè, ac elaboratè cumulum adducerent conjecturarum, ac præſumptionum ſuper Eccleſiaſtica qualitate, quæ præciſivè à validioribus in oppoſitum militantibus admodum potuiſſent urgere, baſim primariam ſtruentes ſuper ipſamet antiquitate, & ignorantia erectionis, quo tempore nimirum, & qua auctoritate Confraternitas fuerit ad exercenda opera pietatis inſtructa, & ſtabilita cum ſolum de anno 1567. occaſione explendi Viſitationem Apoſtolicam Epiſcopus Feretranus Viſitator expreſſerit pervetuſtam eſſe fundationem, ſed ejus præciſam non extare memoriam, ac propterea, junctis præmaximè ſignis, de quibus infrà, etiam in dubio fundatam cenſeri auctoritate Eccleſiaſtica Societatem hujuſmodi Confratrum, ſtante præponderantiâ meritorum, ſecuritatis, & durationis, quam ſecum trahit reſpectivè ad Laicam qualitatem longè nobilior, & firmior Eccleſiaſtica per *Gloſs. in Clem. quia contingit. §. Cæterum verb. Altare de Relig. Dom.* communitèr tradiderunt *Feder. de Sen. conſ. 111. num. 2. & 3. Eugen. conſ. 88. num. 44. lib. 2. Beninten. dec. 13. num. 4. Guttier. quæſt. can. lib. 1. qu. 35. num. 18. Del Bene de Immun. cap. 4. dub. 20. num. 7. Ciarl. contr. 116. num. 12. & ſeq. Modern. Argentan. colluct. 10. num. 28. lib. 1. Panimol. dec. 12. annot. 5. num. 14. & 15.*

2. Magis autem ipſam fundationis obſcuritatem concomitantibus ſignis undequaque ſpirantibus prærogativam Eccleſiaſticam, nimirum Eccleſia pluribus Altaribus decorata campanili, & Hoſpitali, iſta namque, quemadmodum reſpondit Ulpianus occaſione dubii ſexus *in l. Quæritur ff. de ſtat. hom.* veluti de ſui natura proculdubio Eccleſiaſtica, & ſignanter Eccleſia, ac Altaria, faciunt præſumere, quod ubi verſemur in ancipiti prævaleat (ut in ſexibus) eadem qualitas Eccleſiaſtica, quæ non poteſt deflecti ad conditionem prophanam, ſicuti animadvertendo ad has circumſtantias, & præſertim Eccleſiæ exiſtimarunt *Donat. in prax. Regul. tom. 3. tract. 8. quæſt. 21. num. 3. in princ. Joſ. de Roſa conſul. 10. num. 10. Panimoll. d. dec. 12. annot. 5. num. 7. & num. 16. Rot. dec. 143. num. 12. par. 9. rec. & dec. 89. num. 6. par. 10. & coram Caril. dec. 267. num. 1. & dec. 226. num. 32. cor. Card. Cerr. & in Florentina Parochialis 20. Decemb. 1628. §. Primò quia, & ſeqq. coram Virili.*

3. Potiſſimè quia ad eandem Eccleſiam contradiſtinctè ab Oratoriis privatis confluunt nedum Fideles extrà perſonas Confratrum ad intereſſendum Divinis, ſed etiam indifferenter omnes Sacerdotes ad ineunda, celebrandaque Sacrificia recipiuntur, per ea quæ in propoſito proſequuntur *Abb. in cap. Patentibus num. 1. de privil. Calderin. conſ. 4. de relig. dom. Zabarel. conſ. 11. ſub num. 1. verſ. Quod probo, & num. 2. Alex. conſ. 101. num. 5. verſ. Accedit lib. 7. Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 132. num. 51. Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 15. num. 39. in fin. verſ. ſimiliter. Del Bene de immun. cap. 2. dub. 2. ſect. 7. num. 38. Rot. dec. 725. num. 3. & 4. par. 1. diverſ. & in Peruſina S. Mariæ de Nives 30. Aprilis 1599. §. Conſtat enim coram Pamphil. Sen.* Quin etiam ipſam Turrim, ſeù Campanile in parte ſuperiori elevatum cum Nola non Sodales tantùm, ſed univerſum Populum invitante, plurimum deſervire, non minùs pro ſupponenda vera Eccleſia, ac ut præmiſimus, contradiſtincta à privato Oratorio, ſed etiam de per ſe validum conſtituere indicium Eccleſiaſticitatis in ipſa Confraternitate, vel Hoſpitali per *Text. in d. cap. Patentibus de privil.* annotarunt *Zabarell. dict. conſ. 11. ſub num. 6. verſ. Item caveant. Eugen. dict. conſ. 88. num. 46. & 47. lib. 2. Vivian. de Jurepatr. par. 1. lib. 3. cap. 2. num. 7. Barboſ. de jur. Eccleſ. lib. 2. cap. 10. num. 80. Novar. de elect. for. par. 2. ſect. 2. quæſt. 22. nu. 6. del Bene loc. cit. num. 39. & 40. Donat. d. tract. 8. quæſt. 21. num. 3. verſ. Secundum.*

4. Et quamvis non appareret, quod Ordinarius ſeſe umquam ingeſſerit in adminiſtratione,

ſtratione, ſeù gubernio iſtius Eccleſiæ, vel Hoſpitalis cum inſtitutione, vel deſtitutione Officialium, in quibus terminis fermè citra difficultatem Confraternitas ipſa, Hoſpitale, totuſque locus pro Eccleſiaſtico foret reputandus, teſte *Mar. Anton. var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 14. *ſub num.* 4. *verſ. Secundò ſi Epiſcopus, Mertin. Pignatell. contr. for. cent.* 1. *cap.* 65. *num.* 12. *Ciarl. dict. contr.* 116. *num.* 9. *Joſ. de Roſa dict. conſ.* 10. *num.* 30. *Panimoll. dict. dec.* 12. *annot.* 5. *num.* 18. *Rot. dict. dec.* 725. *num.* 1. *par.* 1. *diverſ.* concurrebant nihilominus Viſitationes factæ per Superiores Eccleſiaſticos pleniſſimo jure, videlicet non tantùm ea, quæ de prædicto anno 1567. per Epiſcopum Feretranum inita fuit, ſed etiam altera, quæ magis de proximo, nempè de anno 1689. facta demonſtrabatur, ultra ſancita per Sac. Concil. Trident. in Viſitatione Hoſpitalium, & Confraternitatum Laicalium, *ut in ſeſſ.* 7. *de reformat. cap.* 15. *& ſeſſ.* 22. *cap.* 8. Unde cum Ordinarius nullo repugnante, aut contradicente viſitaverit Eccleſiam, Altaria, aliaque omnia ad inſtar cujuſcumque alterius Loci indubitanter Eccleſiaſtici, ſignum emergere veri Loci, & Confraternitatis Eccleſiaſticæ meritò prætendebatur, ex tradit. per *Fuſc. de Viſit. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 5. *Merl. Pignattell. dict. contr.* 65. *num.* 10. *Donat. in prax. regular. dict. tom.* 3. *tract.* 8. *quæſt.* 21. *ſub num.* 3. *verſ. Quintum Joſ. de Roſa dict. conſ.* 10. *num.* 29. *& ſub num.* 32. *Ciarl. dict. contr.* 116. *ſub num.* 17. *verſ. quod autem, & num.* 18.

5. Augeri demum videbatur demonſtratio Eccleſiaſticitatis ex tribus potiùs præſuppoſitionibus certis, quàm conjecturis, quod locus eſſet Eccleſiaſticus; Primò nempè quia quotieſcumque contigit bona, vel res iſtius Eccleſiæ, ſeù Confraternitatis alienari, adhibita fuit prò confirmatione licentia, vel beneplacitum Superioris Eccleſiaſtici, *ſumm. Leonardi num.* 10. ſicuti namque propriâ auctoritate valent Officiales, & Adminiſtratores ſimilium piarum Sodalitatum res earumdem Sodalitatum diſtrahere, ubi ſint Laicales per ſanctam in terris converſationem unitæ ad opera meritoria, & pietatis explenda, ſine mixtura Eccleſiaſticitatis, ut ait *Bald. in Auth. Hoc jus porrectum num.* 3. *C. de ſacroſ. Eccleſ. Pariſ. conſ.* 34. *num.* 19. *&* 25. *lib.* 4. *Torniol. conſ.* 70. *num.* 16. *&* 17. *Salazar. de uſu, & conſuet. c.* 8. *num.* 24. *verſ. Secundò infertur. Guttier. quæſt. canon. lib.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 16. *Maſtrill. deciſ.* 110. *num.* 12. *del Bene de immu. Eccleſ. c.* 2. *dub.* 2. *ſect.* 7. *num.* 18. *& c.* 4. *dub.* 20. *num.* 5. *&* 6. *Panimol. dec.* 12. *annot.* 5. *num.* 5. *& num.* 39. *Rot. deciſ.* 58. *ex num.* 4. *uſque ad fin. poſt. Tondut. de penſion.*

6. Ità è converſo, quoties agitur de Confraternitate, vel Hoſpitali Eccleſiaſticæ conditionis, abſolutum eſt vel in parvis alienationibus, ad normam *Text. in Can. Terrulas cauſ.* 12. *quæſt.* 2. expoſci conſenſum Ordinarii, vel ubi tractetur de majoribus alienationibus beneplacitum Apoſtolicum deſiderari, ut habetur apud *Grat. diſcep.* 517. *num.* 7. *&* 8. *Mar. Antonin. var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 14. *num.* 7. *Hermoſil. ad Lopez tom.* 2. *lib.* 15. *tit.* 5. *par.* 5. *gloſſ.* 1. *num.* 80. *& ſeqq. Donat. in prax. regular. d. tract.* 8. *quæſt.* 25. *num.* 1. *Panimol. d. dec.* 12. *annot.* 5. *num.* 40. *Card. de Luc. lib.* 7. *de alien. diſc.* 1. *num.* 11. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 502. *num.* 2. *& ſeqq. coram Bich.* proindeque cum Superior Eccleſiaſticus auctorizaverit alienationes hujus Loci ad normam ſecundi, non primi caſus, de plano inferebatur, Sodalitatem, & Locum eſſe Eccleſiaſticum, non prophanum, ut præcisè arguit *Ciarlin. d. contr.* 116. *n.* 21.

7. Secundò potentèr ad eamdem qualitatem Eccleſiaſticam inferebatur, ex eo, quod ſemper lites, & controverſiæ ſpectantes ad hanc Confraternitatem activè, & paſſivè fuerint diſpunctæ, & definitæ in Tribunali Eccleſiaſtico, ideòque neceſſe erat concludere, quod locus eſſet Eccleſiaſticus; licèt enim Judex Eccleſiaſticus, tamquam indifferentèr habitualitèr competens, poſſit mediante prorogatione litigantium Laicales etiam Cauſas judicare per *Text. in l. Si quis ex conſenſu, & l. Epiſcopale Judicium C. de Epiſc. audien. & in cap. Significaſti de for. compet.* ubi præ cœteris *Butr. n.* 7. *&* 8. *& Fagn. num.* 13. *Carleval. de judic. tom.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 8. *ſect.* 3. *num.* 1119. *& ſeqq. Bellet. diſquiſ. Cler. par.* 1. *tit. de favor. Cler. perſon.* §. 2. *num.* 30. *Franceſ. de compet. inter Curias quæſt.* 49. *num.* 10. *& ſeqq. Card. de Luc. de judic. diſc.* 40. *ſub num.* 8. *Rot. dec.* 1859. *num.* 75. *& ſeqq. coram Coccin.* & maximè ubi vigeat conſuetudo ex prædicto principio, & fundamento, quod ſemper Tribunal Eccleſiaſticum habitu competens eſt, ut affirmant *Sperel. dec.* 98. *num.* 33. *& ſeqq. Panimol. dec.* 12. *annot.* 2. *num.* 42. *Rot. dec.* 793. *ſub. num.* 1. *par.* 1. *diverſ.*

8. Attamen cum de hujuſmodi prorogatione, aut particulari conſuetudine in hodierna Audientia non daretur aliqua juſtificatio, iſta inconcuſſa obſervantia maximum pro qualitate Eccleſiaſtica præſeferebat indicium, ex adductis per *Jo: Franc. de Pont. conſ.* 18, *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 1. *Mar. Antonin. d. reſol.* 14. *num.* 6. *Guttier. d. quæſt.* 35. *num.* 9. *& num.* 24. *& ſeqq. Fuſc. de viſit. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 4. *&* 7. *Panimol. d. dec.* 12. *annot.* 5. *num.* 8. *Rot. in d. Florentina Parochialis* 20. *Decembr.* 1628. §. *Nec facit in fin. &* §. *ſeqq. coram bo. me. Card. Virili.*

9. Tertiò tandem intercedebat alia nuperrima obſervantia, quod cum ſa. me. Innocentius XI. ad profligandos Turcarum impetus nimium de proximo Auſtriæ Reginam Urbem, totamque Chriſtianitatem invadentes ſubſidium, ſeù Decimas Eccleſiaſticas imponere coactus fuerit ſuper bonis, & Beneficiis Eccleſiaſticis, etiam Sodalitas hæc pro

bonis

bonis ſuis Decimam exſoluit, qua ſanè ſolutione concurrente locum, & bona Eccleſiaſtica exiſtimanda eſſe dixerunt *Camil. Borel. conſ. 81. num. 6. Pignattel. conſul. can. tom. 8. conſul. 31. ſub num. 10. verſ. quando enim, Amoſtaz. de cauſ. piis lib. 4. cap. 11. num. 11. & 12.*

At hiſce, ſimilibuſque (minùs tamen perſtringentibus argumentis, ut erant peculiare ſaccum, ſeù indumentum Confratrum, aggregatio Sodalitatis ad S. Spiritum in Saxia de Urbe, acceſſus ad Proceſſiones, nuncupatio Confraternitatis S. Spiritus, Indulgentiis, & Eleemoſynis) ſolita maturitate per DD. diſcuſſis, & examinatis, viſum eſt, longè robuſtiora extare fundamenta, quæ ex altera parte Valentini promovebantur in conflictu.

10. Siquidem in primis occurrit clarum factum, & confeſſio eorumdem Confratrum de anno 1626. occaſione etenim quod quidam Clericus per ſortem remanſerat prælectus inter Officiales, inſurgente, & conclamante præ cœteris uno, quod extractus non foret capax, ex quo Sodalitatis eſſet Laicalis, de facto fuit excluſus citrà ullam contentionem, unde cum hujuſmodi enunciativa juncta cum facto poſitivo excluſionis, & acquieſcientiæ emanaverit tempore non ſuſpecto, videlicet priuſquam erigeretur Canonicatus, ſeù Archipresbyteratus, de quo agitur, vehementiſſimum gradum probationis circa ipſam Laicalitatem conſtituit, ut dixit *Rot. dec. 386. num. 5. coram Coccin. & dec. 16. num. 22. par. 5. rec. & dec. 354. n. 15. verſ. Quoniam, & num. 16. & 17. par. 19. & in Urbinaten. Canonicatus 9. Junii 1694. §. Abſque eo quod, coram R. P. D. meo Muto.*

11. Validiùs autem procedendo gradatim ſtringit altera enunciativa, factum, & confeſſio emiſſa per Ordinarium, qui cum regulariter non ſoleat eſſe facilis in canonizandis juribus horum Patronatuum Laicalium, ut inquit *Rot. deciſ. 70. num. 4. & deciſ. 211. num. 12. coram Dunoz. Jun. & deciſ. 193. num. 8. cor. Card. Celſ. cor. Priol. deciſ. 318. num. 10. & 11. & deciſ. 576. num. 14. par. 18. rec.* de anno tamen 1651. expreſsè inſtituit Præſentatum, ad hujuſmodi Archipresbyteratum per Confraternitatem ſub enunciativa, & confeſſione, quod Confraternitas eſſet Laicalis, ac proptereà cum ſua nimis intereſſet non approbare talem qualitatem prophanam etiam ad quoſcumque alios effectus juriſdictionales ſuper ipſa Confraternitate, & foret is Ordinarius primus Sponſus, ſivè Epiſcopus hujus Cathedralis noviter erectæ, alioquin re, & nomine Honoratus, & honorandus, aliàſque vigilantiſſimus aſſertor juriſdictionis Eccleſiaſticæ, nulli dubium eſſe poteſt, quod ex hoc facto, & confeſſione tollatur quælibet difficultas in hac materia, ut in fortioribus *Rota deciſ. 405. num. 3. par. 1. rec. & deciſ. 24. num. 29. par. 10. & in Salisburgen. Juris Metropolitici 26. Novembris 1691. §. Et demum. coram R. P. Domino meo Priol. & in d. Urbanien. Canonicatus 9. Junii 1694. §. fin. & 14. Januarii 1695. §. Clariùs coram R. P. D. meo Muto.*

12. Denique præſuppoſitioni, & confeſſioni Confratrum, ac Ordinarii ſuperaccidit præſuppoſitio, & enunciativa etiam Papalis in ipſo limine erectionis Cathedralis; cum enim prò conflandis (ut moris eſt in conſimilibus erectionibus novarum Cathedralium) Canonicatibus, & Dignitatibus opportunis, & neceſſariis plures Cives in particulari, pluresque Sodalitates Dotes de proprio contribuerint, & inter iſtas illa S. Spiritus, omnes iſtas Confraternitates ſa. me. Urbanus VIII. qui Caſtrum Durantis in Cathedralem ſuo nomine donatam erexit, nuncupavit Laicales ut patet ex Bulla per elaboratum Collectorem Ughel. regiſtrata in ſua *Ital. Sacr. tom. 2. fol. 929.* proindeque ſuperadditâ etiam præſuppoſitione, & enunciativâ Papæ, res quatenus fuiſſet ambigua reddebatur manifeſta, ut in ſpecie dixit *Rot. deciſ. 192. num. 11. §. Quod autem; & num. 12. & 13. par. 18. rec.* & generaliter reſponſum fuit in *d. Salisburgen. Juris Metropolitici 26. Novembris 1691. §. Primò enim & §. Secundò dantur, coram R. P. D. meo Priol.* præcipuè quia eadem Bulla, & in ea contenta ſedulò fuere diſpuncta per Organum Sac. Congreg. Conciſtorialis hiſce materiis præpoſitæ, quæve idcirco aliàs non admiſiſſet talem enunciativam, ſeù confeſſionem Ordinario, & Datariæ præjudicialem, ut habetur apud *moder. Epiſc. S. Severi in tract. de cauſ. Conſtit. ſect. 3. num. 14. & ſect. 10. num. 12. propè fin. Card. de Luc. lib. 14. in annot. Conc. Trid. diſc. 8. num. 4.* & meliùs *n. 10.*

23. Excluſa igitur ex his ſuperlativis demonſtrationibus Eccleſiaſticâ qualitate ſuperfluum videbatur DD. vel ſupradictas conjecturas, & ſigna per Leonardum allata diluere, vel contraria ſigna oppoſitaſque à Valentino conjecturas expendere, & nihilominus motivo antiquitatis, & ignorantiæ erectionis hujus Confraternitatis contraponebant DD. regulam magis receptam, quod in dubio præſumptio ſtet prò Laicalitate, ut pleniſſimè conſtat ex *Gonzal. ad reg. Cancel. gloſ. 5. §. 4. num. 24. Ricciul. lucubr. Eccleſ. lib. 4. c. 13. num. 5. & ſeqq. Corrad. in prax. benef. lib. 4. c. 2. ſub num. 54. verſ. Et in dubio. Urceol. de tranſact. quæſt. 24. num. 62. & ſeqq.* & ſignanter *num. 64. & 65. Card. de Luc. lib. 7. de alien. diſc. 8. num. 4. Rot. deciſ. 58. ſub num. 4. poſt Tondut. de penſio. in Mantuana Bonorum 25. Junii 1683. §. Quod etiam procedit coram bo. mem. Albergato.*

14. Eccleſiæ Campanili, ac Hoſpitali ſatisfaciebat reſponſio quod cum non appareret, an iſta eſſent acceſſoria Confraternitati,

vel

vel è converſo, nimis idcircò æquivoca reddebantur: in tantum quippe vim faciunt ſigna præmiſſa, ubi liqueat, Eccleſiam eſſe quid principale, Sodalitatem verò acceſſoriam, teſte *Cyriac. contr.* 530. *num.* 7. *Lotter. de re beneſ. lib.* 2. *quæſt.* 10. *ex num.* 45. *uſque ad* 59. *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.* 25. *num.* 185. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 106. *ſub num.* 1. *par.* 2. *diverſ. & deciſ.* 130. *ſub num.* 3. *coram Duran.*

15. Solutio Decimarum non ſolùm tanquam nuperrimè facta parvi erat attendenda, ſed longè ſuffocabatur à ſolutionibus onerum Communitatis, quæ Confraternitas tanquam purè Laica ſupportabat, cum non unicum actum, ſed plures, ac plura tempora involverent, ſcilicet à principio uſque ad annum 1671. in quo bona extiterunt in alios tranſlata, & ſic eo magis arceri qualitatem Eccleſiaſticam palam erat, ut in hac præciſa materia tradiderunt *Roman. conſ.* 477. *num.* 9. *Eugen. conſ.* 88. *num.* 61. *lib.* 2. *del Bene de immun. c.* 2. *dub.* 2. *ſect.* 7. *num.* 43. *Ciarl. contr.* 116. *num.* 2. maximè juncto decreto tempore non ſuſpecto edito ab ipſis Confratribus, ut Adminiſtrator, quem appellant Maſſarium, ſatiſdare teneretur ad formam Decreti Ducalis, cui ſe ſubiicere non potuiſſent, ubi corpus eſſet Eccleſiaſticum, reſiſtente celebri ſanctione *Tex. in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſt. cum concord. per Oliu. de for. Eccleſ. par.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 36. *& ſeqq. Rot. coram Merl. deciſ.* 902. *num.* 76. *cum duob. ſeqq. & deciſ.* 279. *num.* 16. *par.* 16. *rec.*

16. Actitatio demùm Cauſarum in Foro Eccleſiaſtico, conſenſus ab Ordinario præſtitus modicæ cuidam alienationi, necnon Viſitationes bis expletæ per Ordinarium, ut ſupra; pariformiter dignoſcebantur æquivoca; Ultra enim quod reſpectu actitationum in Foro prædicto illæ ſolùm probabantur ex fide Cancellarii Eccleſiaſtici veriſimiliter ad ſui favorem tèſtificantis abſque deſignatione, & expreſſione Cauſarum particularium, quo caſu nulla fides eidem haberi poteſt, juxtà doctrinam *Innoc. in cap.* 1. *num.* 6. *de fid. inſtr. Afflict. dec.* 48. *num.* 2. *Surd. deciſ.* 231. *num.* 2. *&* 3. *Rot. dec.* 535. *ſub num.* 3. *par.* 1. *rec. & coram Merl. dec.* 137. *ſub num.* 4. *verſ. & hæc tanto magis & num.* 6. *verſ. Quoniam, & deciſ.* 206. *num.* 8. *par.* 17. Adhuc tamen ex poſſibili voluntaria Partium prorogatione talis conjectura remanebat æquivoca, prout etiam non erat ab æquivoco immunis prædictus conſenſus ab Ordinario adhibitus, dum fortè voluit ab emptoribus pro majori eorum ſecuritate obtineri, & tamen cum ageretur de unico actu valdè recenti, & ſuper re minimi momenti intrat vulgare adagium, ut de minimis curandum non ſit, per *Text. in l. Scio, ff. de integr. reſtit. & in lib.* 4, *in fin. ff. de ædil. edict. Leo dec. Valent.* 113. *num.* 10. *cum aliis vulg.*

17. Minùs poſtremò ab æquivoco præſervari poterant Viſitationes, dum valuerunt expleri jure delegato, quemadmodum certum erat reſpectu primæ Viſitationis de anno 1567. & nihilominus in contrarium ſtabat Decretum per Judicem Sæcularem ex cauſa cujuſdam diſſidii inter Cònfratres interpoſitum de anno 1628. *Sum. Valentini n.* 8. *litt. A*, conjecturæ namque quæ vel ab aliis ſuffocantur, vel non concludunt perneceſſe, nullius momenti ſunt apud jura, & Tribunalia, ut paſſim videre eſt, & ſignanter *in deciſ.* 138. *num.* 16. *coram Ubald. dec.* 738. *num.* 5. *& dec.* 2342. *num.* 41. *&* 42. *coram Coccin. & dec.* 54. *num.* 20. *coram Caril. & dec.* 490. *num.* 6. *par.* 14. *rec.*

18. Cœterum quando hæc omnia defuiſſent, & adhuc legitimè dubitari poſſet de qualitate Laicali, vel Eccleſiaſtica, collabeſcere viſum fuit omnem difficultatem ex alio de perſe exuberanti, ac diſcreto fundamento, nimirum, quia in fundatione iſtius Canonicatus, ſeù Archipresbyteratus, cui pro medietate contribuit perſona prophana, & pro altera Confraternitas, cautum fuit, ut nunquam ex capite reſervationum Sedes Apoſtolica ſe ingereret, ſed ſemper, & in quocumque caſu vacationis præſentatio ſpectaret ad Fundatores, & Patronos, exprimendo quoque vacationem per ceſſum etiam in manibus Papæ, ac deceſſum ex quibuſcumque perſonis, tàm S.R.E. Cardinalium, quàm Summi Pontificis Familiarium, & continuorum Commenſalium, ac quorumcumque Curiæ Romanæ Officialium, ideòque etiam quando tractaretur de Patronatu pertinente ad perſonas Eccleſiaſticas ceſſaſſet reſervatio prædictæ Regulæ 8. hodie 9. ratione menſium, ut conjungendo efficaciam ſimilium verborum adhibitorum in fundatione Beneficiorum reſponſum fuit *in dec.* 274. *ex num.* 8. *uſque ad* 17. *coram Royas, & in rec. dec.* 327. *num.* 3. 4. *&* 5. *par.* 15. *& dec.* 242. *num.* 6. *par.* 19. *& in Florentina Capellaniæ* 7. *Maii* 1677. *per tot. coram Reverendiſſ. Burdegalen. & in Civitatis Caſtelli Canonicatus Pænitentiarii* 1. *Decembris* 1684. §. *Excluſionem autem*, confirmata 4. *Maii* 1685. *cor. clar. me. Card. Matthæjo.*

19. Fortiùs autem, quia ut diximus, pro medietate contribuerat fundationi perſona indubitanter Laica, & prophana; licèt enim ubi exercitium Juriſpatronatus aliàs mixti dividitur per vices, ſeù per turnum minimè impediatur Sedes Apoſtolica in ſuis menſiſibus conferre, quando vacatio contingat in turno debito Patrono Eccleſiaſtico, ut cenſuit *Rot. coram Triol. dec.* 362. *num.* 11. *&* 12. *& dec.* 383. *num.* 15. *& ſeqq. & dec.* 432. *n.* 18. *cum duob. ſeqq.*

20. Attamen cum hujuſmodi partitio turni ſuperventa non foret poſt ipſam fundationem, ſed eadem facta fuerit in ipſa ere-

ctione

ctione cum ſpecifica approbatione Papæ, illa mixtura , quæ aliàs ſine diviſione exercitii impedimento eſſet regulæ prædictæ , juxtà firmata per *Covar. pract. quæſt. cap. 36. ſub n. 5. §. Tertiò opportunè verſ. Et ideò , Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 582. Gonzal. ad reg. Cancell. gloſs. 18. num. 8. & ſeqq. Add. ad Burat. dec. 769. num. 17. Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 59. n. 20. cum ſeqq. Rot. dec. 574. num. 10. par. 1. diverſ. & dec. 541. num. 4. & 5. par. 2. rec. & dec. 655. num. 2. & 3. par. 4. tom. 3. & coram Cavaler. dec. 640. num. 4. & coram Mart. Andr. dec. 22. num. 9. & coram Coccin. dec. 1571. num. 4. & coram Peutinger. deciſ. 171. num. 12. & in recen. deciſ. 323. ex num. 9. cum plur. ſeqq. & deciſ. 376. num. 6. & ſeqq. par. 13. & dec. 290. nu. 22. & 23. par. 18.* videtur ſatis , ſuperque præſervata , dùm non obſtante eadem diviſione Pontifex mandavit , ut ſemper præſentatio pertinere deberet ad Patronos , aliàs namque abſque tali declaratione , & pacto , Fundatores propria bona non fuiſſent elargiti , ne tractu temporis occaſione perſonæ Eccleſiaſticæ Laicorum etiam jus evaneſceret , ut benè admonuit *Amayd. de ſtyl. Datar. cap. 15. §. 15. num. 109. & ſeqq.* & ſignantèr *num. 115. Adden. ad Pamphil. dec. 189. ſub num. 19. Card. de Luc. de jurepatr. diſc. 65. num. 34. verſ. Negativam verò.*

21. Allegare autem , quod Papa confirmando , adjiciendoque verba præſervativa , & exemptiva à reſervationibus Apoſtolicis erroneè præſuppoſuerit Laicalem qualitatem in iſtis Confraternitatibus , erat petere principium , cùm jam ex deductis , vel nullatenus univoca forent ſigna Eccleſiaſticitatis , vel urgentiora , aut ſaltèm æqualia militantia pro laicalitate , proindeque inallegabilis erat error in Papa , & in tota Sac. Congregatione Conſiſtoriali , dum ad erroris etiam privati excluſionem ſolùm poſſibile in contrarium exuberat , ad not. per *modern. Argentan. collect. 36. num. 62. lib. 1. Rot. dec. 242. n. 36. coram ſa. me. Alex. VIII. & coram Ninot. dec. 36. num. 12. & deciſ. 256. num. 4. & 6. coram Priol.*

22. Præcipuè animadverſis pro coronide ſtatibus erectionem ſubſequutis , & ſignanter ultimo , nàm cum ſemel in turno Confraternitatis acciderit vacatio Archipresbyteratus , nimirum de anno 1651. præſentatus à Confraternitate , etſi eadem vacatio contigerit in menſe Octobris reſervato , pacificam obtinuit inſtitutionem ; quanti verò roboris exiſtat ultimus ſtatus in materia Beneficiali ad ſubmovendam omnem amaritudinem notorium eſt , & præciſè , ſeù individualiter in propoſito noſtræ quæſtionis animadvertit *Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 10. num. 18. Corrad. in prax. benef. lib. 4. cap. 2. n. 48. verſ. Alitèr verò , & num. 49. Rot. coram Creſcen. dec. 9. num. 1. & per tot. de Jurepatr. & coram Seraphin. dec. 1334. num. 7. verſ. Et etiam , & dec. 273. num. 3. par. 3. rec.*

27. Gratiſque per Leonardum allegabatur alter ſtatus practicatus de anno 1660. ultrà enim quod tunc non erat in turno Confraternitatis , adhuc potiùs idem ſtatus manifeſtam patitur retorſionem , quantumvis enim memoratus primus Epiſcopus vigilantiſſimus , ex quo perſona , in cujus turno accidentaliter obvenerat vacatio de menſe pariter Apoſtolico , foret Eccleſiaſtica , remiſerit negotium ad Datariam Apoſtolicam , iſta tamen examinata ( ut credibile eſt ) lege fundationis , noluit conferre Archipresbyteratum tamquam S. Sedi reſervatum ex prædicta regula 8. ſeù 9. Cancellariæ , ſed ex capite devolutionis , quæ ſicuti fundatur in negligentia , ità præſupponit jus præſentandi ad alterum ſpectare , non autem ad ipſam Datariam , ex benè perpenſis per *Gonzal. ad reg. Cancell. gloſs. 11. num. 60. & 61. & gloſs. 15. §. 2. num. 21. & ſeqq. Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 24. num. 34. & lib. 3. quæſt. 8. num. 143. & 147. Rota coram Caſſador. dec. 8. de præben. & coram Creſcen. dec. 15. eod. tit. utrobique num. 3. Card. de Luc. de benef. diſc. 13. num. 4.*

Et ita utraque parte acriter informante &c.

---

## R. P. D. CAPRARA.

*Nullius Tudelæ , ſeù Tiraſonen. Decimarum. Lunæ 1. Julii 1697.*

### ARGUMENTUM.

Concordia ſuper quota vel modo ſolvendi Decimas ligat tranſigentes : confirmata verò per Sedem Apoſtolicam aſtringit etiam Succeſſores . Teſtis de Univerſitate admittuntur in Cauſa Decimarum . Actus Civium particularium non nocent Univerſitati . Sola quadragenaria abſque titulo ſufficit ad præſcribendum quotam , vel ſpeciem Decimarum .

### SUMMARIUM.

1. *Concordia fieri poteſt de jure ſuper quota , & ſuper modo ſolvendi Decimas .*
2. *Concordia inita ſuper Decimis abſque beneplacito ligat tranſigentes , eoque obtento aſtringit Succeſſores .*
3. *Teſtes de Univerſitate in cauſa Decimarum reputantur idonei .*
4. *Actus particularium non præjudicant Univerſitati , niſi ipſa collegialiter congregata approbentur .*
5. *Decimæ non præſcribuntur niſi concurrat immemorabilis , vel ſaltem quadragenaria cum*

 *titulo :*

*titulo; ſi verò agatur de quota, vel ſpecie ſufficit quadragenaria.*

## DECISIO XXXVI.

PRæviâ lite introductâ in Rota inter Canonicos, & Capitulum Eccleſiæ Collegialis Sanctæ Mariæ Civitatis de Tudela Epiſcopatus Tiraſonen. ex una, atque Cives ejuſdem Oppidi de Tudela ex altera partibus ſuper præſtatione Decimarum, inita eſt de anno 1561. inter eoſdem concordia, in qua conventum fuit, ſolvendam eſſe inpoſterum integram Decimam ex Avellanis, atquè loco Decimarum quorumcumque aliorum fructuum, præſtandas eſſe tres libras olei pro quolibet pede quatuor corbium olivarum, ſtatuto certo modo in conventione expreſſo circà earundem ſolutionem ex moris, atquè cardonibus; ſed nunc jactantibus Canonicis, ſe velle impoſterùm exigere Decimam ex quocumque fructuum genere, quamvis in concordia excepto, Cauſaque mihi commiſſa, utpotè jam ante concordiam in hoc eodem Tribunali agitata, hodiè dedi Dubium: *An ſit concedendum mandatum pro obſervatione concordiæ in caſu &c.* & DD. *affirmativè* reſponderunt.

1. De Jure enim Concordia fieri poterat ſuper quota Decimarum, & ſuper modo eaſdem perſolvendi, juxtà tradita per Canoniſtas in *cap. ſtatuimus*, ubi ſignanter *Abbas num.* 1. *Gonzal. num.* 7. *de Tranſact.* & poſtquàm ea ſemel inita eſt, ſic attendi meretur, ut inpoſterùm Decimæ debeantur ad formam à Partibus conventam, non juxtà diſpoſitionem Juris *cap. ex multiplici, cap. nuper de Decimis, Rota coram Cardinali Celſo deciſ.* 261. *n.* 1. *& deciſ.* 718. *num.* 1. *&* 2. *par.* 7. *Recentiorum*.

2. Accedente confirmatione Sanctæ Sedis Apoſtolicæ per inſertionem ſubſtantiæ ejuſdem Concordiæ, per quam Concordia omnimodam recipit efficaciam per *Textum in cap. venerabilis*, ubi *licèt ſit per nos confirmata, & ad majorem rei evidentiam literis confirmatoriis tenor compoſitionis inſertus, de confirmat. util. vel inutil.* itàut non modo Tranſigentes, ſed quoſlibet eorum Succeſſores adſtringat ad obſervantiam, ad quam de Jure tenebantur tantùm illi, qui Concordiam fecerunt, *cap. veniens, verſ. niſi prædicti Monachi*, ibique *Gloſ. in verbo confirmatam, Hoſtien. num.* 3. *in fin. Barboſ. num.* 2. *de Tranſact. Abbas in cap. ex multiplici num.* 2. *de Decimis, Moneta eodem tract. cap.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 126. *Bellett. diſquiſ. Clerical. par.* 1. *tit. de Cler. debitore* §. 5. *num.* 31. *Rota dec.* 218. *num.* 6. *par.* 7. *Recent.*

3. Juncta obſervantia comprobata per Teſtes, qui teſtantur, ſe nunquàm ſoluiſſe Decimas de fructibus in Concordia reſervatis, quibus favore Univerſitatis in Cauſa Decimarum deferri voluit originalitèr *Joann. Andr. in cap. ſine poſſeſſione de regulis Juris in* 6. cui adhærent, *Felin. in cap. inſuper num.* 17. *de teſtib. Farinacc. eodem tract. quæſt.* 60. *num.* 49. *& Curtius eodem tract. concluſ.* 4. *num.* 14. *in fine inter Tractatus magnos tom.* 4. *fol.* 125. *Maſcard. de probat. tom.* 3. *concluſ.* 1358. *num.* 60.

4. In nihilum refragantibus quibuſdam actibus nonnullorum ex dicto Oppido de Tudela, qui ſe obligarunt erga Capitulum ad perſolvendas quaſcumque Decimas de quibuſcumque fructibus, qui in eorum Prædiis naſcentur; quia prætermiſſis cæteris reponſionibus, ea placuit, quod etiamſi actuales ſolutiones pluries factæ fuiſſent ab iiſdem particularibus, per eas tamen neutiquam præjudicatum dici poteſt Communitati, *l. ſicut, ff. quod cujuſque univerſit. nomin. Bero. conſ.* 19. *num.* 31. *lib.* 1. *Cravett. conſ.* 21. *num.* 8. *Fontanell. deciſ.* 546. *num.* 7. *Rota deciſ.* 774. *in fin. par.* 3. *recent. & coram Mantic. dec.* 256. *num.* 9. *& coram Euratto deciſ.* 285. *num.* 4. *ibique Add. litt. A*, ubi quod ad hoc, ut indè præjudicatum fuiſſet Univerſitati, requireretur, quod ipſa collegialitèr congregata, actus eos particularium approbaſſet.

5. De utilitate Capituli, & Canonicorum dubitari non poteſt, quia vigore Concordiæ aucta eſt Decima olivarum, atque Moris, atque Cardonibus percipiunt Decimas, à quarum ſolutione Cives erant antecedenter exempti ex titulo enunciato; tam in Inſtrumento Concordiæ, quàm in Confirmatione Papali poſtmodùm ſuperventa, immemorabilis, ſcilicèt Conſuetudinis non ſolvendi decimas, niſi ex Olivis, & Avellanis, quæ de Jure pluſquam ſufficiens erat ad eorum exemptionem adſtruendam, ſecundùm receptiſſimam Doctorum ſententiam, quod quamvis neceſſaria ſit Immemorabilis, vel ſaltem quadragenaria cum titulo, quando agitur de præſcribenda ſubſtantia Decimarum in toto per *Textum in cap. Epiſcopum de præſcript. in* 6. tamen quando tractatur, vel de alteratione quotæ, vel de ea reducenda ad certam ſpeciem fructuum, ſuffragatur ſola, & ſimplex quadragenaria, *ad Textum in cap. cum tanto, ibique Gloſs. in ver. legitimè ſit præſcripta de Conſuetud. Pariſ. conſ.* 25. *num.* 27. *lib.* 4. *Covarr. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 17. *ſub num.* 8. *ad* §. *Decimo his omnibus, Leo in Theſaur. for. Eccleſ. par.* 2. *cap.* 12. *num.* 46. *Cardinalis de Luca de Decimis diſcurſ.* 17. *num.* 8. *Rota deciſ.* 23. *n.* 1. *& ſeqq. par.* 6. *& coram Cardinali Seraphino deciſ.* 1102. *num.* 7. *& coram Royas deciſ.* 391. *n.* 5. *& coram Bichio deciſ.* 653. *num.* 1. qua ſuppoſitâ Eccleſiaſticorum utilitate, eò magis Concordia debet obſervari, *uti in capit. ſtatuimus*, notant *Abbas num.* 3. *Anton. à Butrio num.* 4. *Barboſ. num.* 5. *de tranſaction. Moneta de Decimis capit.* 5. *quæſt.* 7. *num.* 124. *Rota dec.* 582. *num.* 2. *par.* 18. *recent.*

Et ità deciſum eſt, Univerſitate tantùm informante, Capitulo autem Dilationem petente.

R. P. D.

## R. P. D. PIO.

*Gerunden. Capparum.*
*Lunæ 27. Januarii 1698.*

### ARGUMENTUM.

Onus reparandi fabricam Eccleſiæ, involuit etiam expenſas pro paramentis, & luminariis. Conſuetudo non extenditur de loco ad locum. Capitulum non poteſt ſtatuere, ut proviſi de præbendis, teneantur in eorum ingreſſu ſolvere aliquam certam ſummam, niſi concurrat neceſſitas, & juris ordo fuerit ſervatus.

### SUMMARIUM.

1. *Onus reparandi Eccleſiam involuit impenſas pro paramentis, ornamentis, ac luminariis, quæ fabricæ æquiparantur.*
*Conſtitutiones laudabiles Eccleſiæ ſervãdæ ſunt, ibi.*
2. *Incluſio unius, non probat excluſionem alterius.*
3. *In reparatione Eccleſiæ ſervanda eſt conſuetudo, ſeù particularis conventio.*
4. *Conſuetudo non extenditur de loco ad locum, ſed in ſpecie probari debet.*
*Teſtium depoſitiones intereſſe habentium nihil probant, ibi.*
*Solutiones fieri non ſolent ſine ſcriptura, ibi.*
*Teſtes non admittuntur, ubi probatio haberi poteſt per Scripturas, ibi.*
5. *Actus recentes, qui dederunt cauſam liti non attenduntur.*
*Epiſcopus eſt caput Capituli, ibi.*
*Dignitates non ſunt de Capitulo, ibi.*
6. *Conſuetudo ubi adeſt ſuperfluum, eſt ſtatutum condere.*
*Confeſſio partis omne genus probationis excedit, ibi.*
7. *Statutum Capituli ſive Conſuetudo Eccleſiæ, quò diù qua diſponitur ut Præbendati in ingreſſu ſolvant certam ſummam pro cultu Eccleſiæ non ſuſtinetur, niſi urgeat præciſa neceſſitas.*
8. *Contributio pro reparatione, ſeù alia neceſſitate Eccleſiæ, quomodo ſit facienda de jure, oſtenditur, & num. 9.*
*Epiſcopus non poteſt ſtatuere contra jus, neque contra ſuæ Eccleſiæ laudabiles conſtitutiones, ibi, d. num. 9.*
10. *Nuncius Apoſtolicus, imò nec Legatus de Latere poteſt ſtatuere, ſeù reſcribere contra jus.*
11. *Conſenſus aliquorum de Capitulo, non officit cæteris, qui non interfuerunt, quando agitur de actu voluntario.*
12. *In materia ſubminiſtrationis paramentorum ſtandum eſt conſuetudini Eccleſiæ.*
13. *Dignitates, quæ voces in Capitulo non habent, non connumerantur inter Capitulares.*
14. *Reſtitutio exacti evitari non poteſt, quoties indebita præceſſit ſolutio.*

### DECISIO XXXVII.

EO ſub fundamento, quod in Eccleſia Gerunden. vigeret conſuetudo, & obſervantia, ac etiam adeſſent Statuta, quod obtinentes unam ex octo dignitatibus tenerentur perſolvere in ingreſſu pro Cappis, ſeù Pluvialibus duplas quindecim, Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, parem ſummam indebitè exegit à Procuratore in partibus conſtituto per Benedictum Vadellam pro capienda poſſeſſione Archidiaconatus Biſuldunenſis, de quo per Sanctiſſimum fuerat proviſus. Verùm renuentibus Canonicis ſummam exactam reſtituere, hinc Benedictus, ut propriæ, ac aliarum Dignitatum indemnitati conſuleret, obtinuit ſubſcribi Dubium, *An Capitulum poſſit quidquam exigere à Dignitatibus pro prætenſa ſubminiſtratione Capparum, & eaſdem Cappas de adminiſtratione Communi liberè, & abſquè ulla ſolutione miniſtrare teneatur, itàut ſit locus reſtitutioni ſummæ exactæ*, quo in hodierna Audientia per me propoſito, conformis ejuſdem Benedicti petitioni prodiit reſolutio.

1. Etenim in Eccleſia Cathedrali Gerundæ ab antiquiſſimo tempore conſtituti reperiuntur particulares redditus pro fabrica, quam vocant adminiſtrationem Operis, ac proindè nequit Capitulum quidquam exigere à Dignitatibus pro dicta præſtatione Capparum, ſed illas de præfata operis adminiſtratione liberè, ac abſquè ulla ſolutione miniſtrare tenetur, tum ex Juris communis diſpoſitione, ſecundùm quam onus reparandi Eccleſiam, involuit etiam impenſas pro paramentis, ornamentis, luminariis, ac cœteris omnibus honorifico Dei Cultu neceſſariis, quæ fabricæ æquiparantur ad *Text. in cap. finali de Teſtament.* ibi = *Ornamentis, ſeù fabricæ, luminariis, ſive aliis ad perpetuum Cultum Divinum &c. Andr. Barbat. conſ. 26. num. 1. & 4. lib. 3. Surd. conſ. 62. ſub num. 4. & 5. Sperell. deciſ. for. Eccleſ. 68. num. 9. Genuen. in prax. Archiep. cap. 109. ſub. num. 13. circa fin. Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 20. num. 34. & ſeqq. Amoſtazz. de Cauſ. Piis lib. 4. cap. 1. num. 25. Ventrigl. in prax. annot. 18. num. 2. part. 2. Tondut. reſol. Benef. par. 1. cap. 39. num. 9.* Qui in ſpecie id exemplificat in Pluvialibus; Tùm etiam ex ſpecialibus ejuſdem Eccleſiæ Statutis, ac Ordinationibus regiſtratis in libro viridi nuncupato ibi = *Cappas omnes ſericas ipſi Eccleſiæ neceſſarias eſſe exſolvendas de Bonis ipſius Operis, præter illas, quæ debent fieri, & exolui per perſonas de Capitulo in novitate ſua*, quæ ſanè Conſtitu-

tiones, cum ſint laudabiles, ac in Eccleſia Gerunden. huc uſquè obſervatæ, veniunt in Judicio attendendæ, ut aliàs reſpondit *Rota in Gerunden. Adminiſtrationis Epiſcopatus Sede vacante* 24. *Januarii* 1687. §. *Tùm demùm*, & 20. *Junii ejuſdem anni* §. *Nec objici valet coram bo. mem. Emerix Decano*.

2. Non ſubſiſtente reſponſione, quod in univerſis Cathedralibus Provinciæ Cathaloniæ & ſignantèr in Eccleſia de qua agitur, Cappæ non ſint conficiendæ ex redditibus Operis, ſed parandæ veniant de particulari Adminiſtratione pro reficiendis Cappis erecta, quodque ex conſuetudine ibidem uſu recepta, ac inſuper de anno 1684. confirmata per Capitulare Statutum cum interventu Vicarii Generalis, ac nonnullarum Dignitatum exiſtentia, conditum, & ſubindè per Reverendiſſimum Hiſpaniarum Nuncium ſpecificè approbatum, non minùs Canonici, quam Dignitates pro illius manutentione duplas quindecim in eorum ingreſſu, non obſtante præfato Decreto in libro viridi contento huc uſquè perſolverint, *Summario Capituli à n.* 1. *ad ſeqq.* adeout propterea ad evitandam contrarietatem ejuſdem Decreti cum recenſita conſuetudine, omninò dicendum ſit, quod dum ibi excipiuntur expreſsè pluviales Cappæ à perſonis de Capitulo perſolvi ſolitæ ſub nomine Perſonarum de Capitulo, fuerint etiam compræhenſæ Dignitates, vel ſaltem in dicto libro viridi ſolum adnotatum fuiſſe onus Canonicis incumbens, abſquè eo quod fuerit expreſſum aliud æquè ſimile, quo Dignitates gravantur, & per conſequens ex eodem probari ſolum affirmativam, quod nempè Perſonæ de Capitulo ad ſolutionem teneantur, non autem concludi valeat negativa, utpotè quia reticendo onus earundem, nulla adhibita fuerit dictio taxativa, reſpectu perſonarum de Capitulo, quo caſu juxtà notiſſimam Juris regulam, de qua *Textus in l. cum Prætor ff. de Judiciis*, & *in l. quamvis C. de pignor.* incluſio unius haud probat excluſionem alterius.

3. Siquidèm tametſi in dubium revocari nequeat concluſio, quod ubi fuit conſtituta particularis adminiſtratio, ex qua virtute conſuetudinis, ac Statuti, Paramenta conficienda ſint, omnes qui illius manutentioni concurrere debent ad ſolutionem debitæ quotæ veniunt compellendi, ut tradunt *Bero. conſ.* 3. *num.* 1. & 2. *lib.* 1. *Panimoll. dec.* 6. *annot.* 8. *num.* 1. *Franc. de Eccleſ. Cathed. cap.* 13. *num.* 9. & *ſeqq. Ventrigl. in prax. annot.* 18. *n.* 2. *par.* 2. *Rot. coram Mantica deciſ.* 284. *num.* 2. *coram Coccin. deciſ.* 829. *num.* 1. *repetit. in recent. deciſ.* 627. *num.* 1. *part.* 1. & *deciſ.* 454. *num.* 4. *par.* 3. *earundem recent.* attamèn nec exiſtentia hujus particularis Miſſæ pro Cappis, ſeù Pluvialibus conficiendis deſtinata, cui Dignitates quidquam perſolvere conſueverint ſufficientèr probari videbatur, nec Statutum conditum anno 1684. eiſdem Dignitatibus dicebatur obeſſe.

4. Non quidem primùm, nàm quidquid revera ſit in reliquis Cathedralibus Cathaloniæ, quod ubi etiam concludentèr probatum eſſet, nullatenùs officeret, ex quo conſuetudo extendenda non eſt de loco ad locum, ſed in ſpecie probari debet, *Rota coram Seraphin. deciſ.* 1159. *n.* 6. *in recent. deciſ.* 214. *n.* 2. *part.* 7. & *in Hiſpalen. diviſionis ſimultaneæ.* 13. *Februarii anni præteriti* §. *Similiter*, *ac in Hiſpalen. Juris ſedendi in Choro* 21. *Junii ejuſdem anni* §. *Minuſq; coram R. P. D. meo Muto*, & in puncto *coram Mantica dicta deciſ.* 274. *num.* 6. Particularis conſuetudo in Eccleſia Gerunden. minimè probata remanſit, utpotè deducta ſolum ex quibuſdam Teſtium depoſitionibus, quæ nullam animadverſionem merentur, nedum quia pendente lite, & abſquè litteris Remiſſorialibus ab ipſis Canonicis intereſſe habentibus, vel eorum Miniſtris fuerunt emiſſæ ad plenè tradita per *Rotam in Dertuſen. Juriſdictionis* 6. *Februarii* 1696. §. *Tùm quia coram Me*; Verùm etiam quia extrahendo partitas ſolutionum, quæ procul dubio, ubi intercessiſſent, in ſcriptis fuiſſent redactæ per ea quæ ponderat *Rota coram Bichio deciſ.* 74. *n.* 43, ubi concordantes cum aliis in *Romana Pecuniaria*, *ſeù locorum Montium* 14. *Junii præteriti* §. *Altera verò*, *coram R. P. D. meo Olmo*, plena rei probatio ex duplicis documentis potuiſſet haberi, *Cardinalis de Luca de Juriſdictione diſc.* 37. *num.* 8. *Rota coram Cavaler. deciſ.* 87. *num.* 1. *in recentior. deciſ.* 196. *num.* 8. *part. prima deciſ.* 18. *num.* 6. *part.* 6. & *deciſ.* 252. *num.* 1. *part.* 7.

5. Quam veritatem agnoſcentes Canonici de facto extrahi curarunt nonnullas Partitas, quæ tamen æquè ineptæ DD. viſæ ſunt, nàm exceptis duabus poſterioribus, quæ licèt probent ſolutiones emiſſas per Archidiaconum de Sylva, & Benedictum Vadellam an. 1692. & reſpectivè anno 1695. attamèn attendi nequeunt, ex quo ſunt actus, qui Cauſam liti præbuere, ut obſervat *Rota in recent. dec.* 334. *num.* 4. *part.* 1. *coram Bichio deciſ.* 169. *num.* 21. & *dec.* 522. *num.* 20. & *coram Priol. deciſ.* 128. *num.* 8. & 377. *num.* 18. cœteræ omnes ſunt pœnitùs extraneæ a caſu noſtro, utpotè ſolùm præſeferentes, vel ſolutiones per Canonicos factas, qualis eſt illa, quæ contingit anno 1340. *Summario Capituli num.* 9. *litt. A.* vel præſtationem librarum quinque pro feriali ſequuta de anno 1539. *dicto Summario n.* 8. *litt. C.* quas libras quinque tanquàm à Dignitatibus perſolvi conſuetas citrà difficultatem exhibuit etiam ipſe Benedictus Vadella vel deniquè probantes portiones ſolutas per Epiſcopos tùm ratione duplicis Præbendæ Canonicalis, quam obtinent in ſua Eccleſia; Tùm etiam ratione propriæ Dignitatis, ob quam cum eſſe dicantur de Capitulo, imò

caput

caput ipſius Capituli *ad Text. in cap. novit, & cap. quanto de his, quæ fiunt à major. part. Cap. Corn. conſil. 193. num. 3. lib. 3. Card. de Luca de Benef. diſc. 1. ſub. num. 34. & diſc. 28. ſub. n. 19.* extrà controverſiam eaſdem ſubminiſtrare tenetur, ut cavetur in ſuperiùs enunciatis ordinationibus in libro viridi deſcriptis; Ideoque eorum ſolutio Dignitatibus præjudicium inferre non potuit, quia cum hæ vocem in Capitulo non obtineant, de Capitulo dici nequeunt, ut in ſimilibus terminis alterius Capituli Eccleſiæ Collegiatæ S. Felicis ejuſdem Civitatis Gerundæ, dixit *Rota coram Coccino deciſ. 497. num. 1. coram Bich. deciſ. 203. & ſeqq. & deciſ. 211. in fine.*

Nec relevat, antiquitùs conſueviſſe Dignitates conferri perſonis actu Canonicis exiſtentibus, idcircò mirum non eſſe ſi non reperiantur ſolutiones in noſtris præciſis terminis factæ, nàm ut ſe habeat veritas hujus aſſumpti, cum inveriſimile videatur, Dignitates iis tantum collatas fuiſſe, qui Canonicali Præbenda potiebantur, & eo fortiùs quia ex octo Dignitatibus Eccleſiæ Gerunden. ſex ad præſens detinentur à Perſonis, qui Canonicatu non ſunt inſigniti, placuit DD. reſponſio, quod hoc non obſtante, ſi Canonici in ingreſſu ad Dignitatem aliquid ſolviſſent, facilè poſſet Capitulum de ſolutione docere.

6. Cœterùm defectus conſuetudinis, & obſervantiæ, ultra quod probatur etiam ex ipſo Statuto de recenti condito, nàm datâ conſuetudine, ſuperfluum fuiſſet ædere Statutum, ut ponderat *Rota coram Coccino dicta deciſ. 829. num. 1.* ad evidentiam demonſtratur ex ipſamet Canonicorum confeſſione emiſſa in expoſitione Statuti, ibi namque quamvis ſtuderet Capitulum oneri ſolutionis Capparum Dignitates ſubjicere, ingenuè tamen fatetur ſolos Canonicos præfatâ conſuetudine hucuſque obſtrictos fuiſſe, verùm quià (inquit) etiam Dignitates Cappis utuntur, & ex illis honorem ſentiunt, æquum eſt, quod quemadmodum illas ſoluunt, & ſolvere conſueverunt Canonici, ita etiam illas ſolvant Dignitates, confeſſio autem Partis omne genus probationis excedit juxtà vulgatum *Textum in cap. per tuas de probationibus.*

Sublatâ ex his primâ objecti parte à conſuetudine deſumptâ, minus roboris habere viſa eſt altera Statuto innixa, virtute cujus ſaltem conſuetudo Canonicos afficiens, ad Dignitates quoque extendi contendebatur. Quippè quia, omiſsâ inſpectione validitatis ejuſdem Statuti, ſuper qua hodie DD. non inſiſtebant, & ſublato æquivoco, quod Epiſcopus interfuerit Capitulo per organum ſui Vicarii, cum Vicarius haud intervenerit exquirendo Capitularium vota, ſed ſolum cùm aliis conſederit tanquam ſimplex Canonicus.

7. Cenſuerunt DD. memoratum Statutum, tanquam injuſtum ſubſtineri non poſſe, quia quidquid ſit, an hujuſmodi Capitulo competat facultas ſtatuendi, adhuc ut juſtè in hypotheſi caſus noſtri revocari deberet ad actum, duo eſſentialitèr requirerentur, primum videlicet, quod redditus operis, cui ut præmiſimus, inſpectis conſuetudine, ac Eccleſiæ Statuto duplas quindecim in eorum ingreſſu perſolvere tenentur, impares pro impenſis ſupportandis fuerint adinventi, itaut urgeat præciſa neceſſitas aliâ cujus ſubſidii ſuppeditandi, aliàs enim ille ceſſante, nemo eſſet moleſtandus, ut benè explicat *Gloſſa in cap. 1. in finalibus verbis de Eccleſ. ædific.* & tenent ibi *Henric. Boich. in fin. Hoſtien. num. 1. verſic. & hoc intelligas*, quando portio depoſita non ſufficit, *Abbas ibidem num. 3. Butrigar. num. 5. verſic. opponitur etiam circa finem, Anchar. num. 2. Bero. conſil. 3. num. 5. verſic. & tunc ante omnia recurrendum eſſet lib. 1. Piaſec. in prax. Epiſcop. par. 1. cap. 3. n. 1. & ſeqq. Valaſch. conſult. 179. num. 11. & 12. Panimoll. deciſ. 6. annot. 8. num. 2. Sperell. dec. 67. num. 2. Ventrigl. in prax. annot. 18. num. 2. par. 2. Rota coram Mantic. dec. 284. num. 3. & coram Coccin. deciſ. 829. num. 5.*

8. Alterum autem, quod deveniatur ad contributionem, Juris ordine ſervato, ut nempè probatâ neceſſitate Eccleſiæ, Epiſcopus pro illius reparatione priùs impendat quartam partem redditUum Menſæ Epiſcopalis, non ſolùm futurorum, ſed etiam præteritorum, cùm ei non liceat illos in alios uſus conſumere, ſed eoſdem reſervare teneatur pro fabricæ indigentiis *Gloſs. in cap. primum verbis final. de Eccleſ. ædificat.* & tradunt omnes ſuperiùs adducti, & præſertim *Bero. dicto conſil. 3. num. 9. verſ. nec ſuffragatur lib. 1. Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 13. num. 22. & ſeqq. Rot. coram Mantica ſæpè citata deciſ. 284. num. 4.* Quando verò nec Quarta Epiſcopi ſatis eſſet, tunc cogeretur Capitulum pariter de Quarta Canonicatuum ſupplere, & deindè ſervatis juſtitiæ diſtributivæ in limitibus, Dignitates, cum reliquo Clero per Statutum ad præfatum ſubſidium pendendum adſtringi poſſent, ut proſequitur *Franc. de Eccleſ. Cathed. cap. 13. num. 42. verſic. quod modo prædicto, & cap. 20. num. 39. & ſeqq. Panimoll. deciſ. 6. adnot. 8. n. 6. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 64. n. 5.* & reſpondet *Rot. dicta deciſ. 829. num. 8. & 9. coram Coccin.* repetita, ut jam dictum eſt *in recent. deciſ. 627. par. 1.*

9. Quamobrem cum memorata Capituli diſpoſitio, prædictis nullatenùs attentis, ſubjecerit Dignitates oneri duplarum quìndecim in ingreſſu ſubimiſtrandarum, emiſſa utique cenſetur ad ſublevandam tantum propriam, ac Epiſcopi obligationem, ac proindè tanquam injuſta ſubſtineri non valet; Quamvis probaretur interventus ipſiuſmet Epiſco-

Epiſcopi, & facta diceretur pro majori Dei Cultu, ut optimè advertunt *Frances ubi ſupra cap. 13. num. 42. Rot. coram Coccin. dec. 829. n. 4. & 5.* & reſpondit Sac. Congregatio in quadam Palentina regiſtrata per extenſum *apud Garziam de Benefic. par. 8. cap. 1. num. 90.* Epiſcopus enim ſuppoſitâ obligatione propriâ, ac etiam exemptione Dignitatum emergente, tàm ex dicta generali Juris diſpoſitione expreſsè præcipiente contributionem Eccleſiaſticorum pro reparatione Fabricæ faciendam eſſe ordine ſuperius expoſito, quam ex peculiaribus Eccleſiæ Ordinationibus formiter uſque ad hanc diem ſervatis, ſolas perſonas de Capitulo in actu adipiſcendæ poſſeſſionis controverſæ præſtationi adſtringentibus, eximendo ſe à propria obligatione, haud valet in eorum præjudicium, ipſis inauditis, quidquam ſtatuere, quod à Juris Cenſura, & à rectis Eccleſiæ ſuæ Canonibus deviet, ut docent *Abbas in cap. at ſi Clerici §. De Adulteriis num. 10. de Judiciis, Domin. de S. Gemin. in cap. licet in princ. num. 8. de elect. in 6.* & in terminis alterius Statuti in Eccleſ. Gerunden. pariter inconcuſsè obſervati deciſum fuit *coram Seraphin. deciſ. 590. num. 5. & ſeqq. & coram Gregor. deciſ. 154. num. 5. in fin. verſic. & fuit ſæpius*.

10. Atquè ex hoc capite exiſtimarunt DD. neutiquam relevare, quod idem Statutum à Reverendiſsimo Hiſpaniarum Nuncio confirmatum extiterit, quoniam nec ipſi licet reſcribere, ſtatuere, aut indulgere contra Sacrorum Canonum cenſuram, ut monuit *Gloſſa in cap. finali verb. figura, verſ. ſed dubitari ſolet de hæretic. in 6. Joan. Andr. in cap. finali num. 7. ibique Hoſtien. ſub num. 11. uſque ad fin. de offic. Archipresbyt.* & in fortioribus terminis Legati à Latere tradunt, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 300. num. 50. Tondut. reſol. Civil. cap. 67. num. 17. tom. 1. Rota in Ravennaten. Donationis 5. Aprilis 1677. §. In præſenti, coram clar. mem. Cardinali Vicecomite, & in Avenionen. Donationis 20. Aprilis 1682. coram Reverendiſſimo D. meo Urſino Decano*, & noviſſimè concordantibus adductis reſponſum fuit *in Toletana Adminiſtrationis 26. Junii ſuperioris anni §. Altera, coram me*.

11. Minuſque refragari, quod in æditione ejuſdem Statuti nonnullæ Dignitates Capitulo interfuerint, quodque etiam ipſæ Cappis utantur; Primum enim tollebatur, nedum ex eo, quod prædictæ Dignitates Capitulo intervenerant, tanquàm Canonici, cùm aliàs eiſdem intereſſe minimè licuiſſet, dùm voces in Capitulo non habebant, ut probatum eſt; Verùm etiam ex quo conſenſus à duabus præſtitus, reliquis ſex officere non poteſt, *ad Text. in cap. 1. & toto tit. de his, quæ fiunt à majori parte Capit.* & firmat *Rota in Gerunden. Anniverſariorum 15. Decembris 1575. coram Cæſare de Graſſis ubi ſupra*, attento potiſſimùm, quod verſamur in actu voluntario, in quo conſenſus omnium intereſſe habentium requiritur, *ut ex Text. in cap. humilis, ubi Innoc. num. 2. verſ. & maximè de major. & obed. Rot. coram Bich. deciſ. 256. num. 23.*

12. Secundùm verò ceſſabat advertendo, quod cùm Dignitates ſint exemptæ à ſolutione, tàm ex dicta generali Juris diſpoſitione, quàm ex particulari lege Cathedralis Eccleſiæ Gerunden. ac inſuper de redditibus Operis Capitulum ſemper Dignitatibus Cappas liberè præſtiterit, proculdubio tenebitur inpoſterùm illas exhibere, ſicuti de facto eaſdem ſubminiſtrare non dedignatur cœteris Eccleſiæ Beneficiatis, abſque eo quod ratione uſus nihil unquam exſolverint, ad tradita per *Card. de Luca de Canonic. & Dignit. diſcurſ. 3. num. 3. & ſeqq. Rot. deciſ. 542. num. 4. & ſeqq. & dec. 543. num. 1. & ſeqq. coram Bich. & in recent. deciſ. 380. per tot. par. 11.*

13. Quibus ita Statutis, nec dubitare contingit, ſub veteri Decreto in libro viridi compilato ſub nomine Perſonarum de Capitulo Canonicos tantum fuiſſe admiſſos; ſiquidem ſublatâ de medio contrariâ conſuetudine Dignitates quæ, vocem in Capitulo non habent, juxtà Juris diſpoſitionem inter Perſonas de Capitulo per ſolos Canonicos conſtituto connumerandæ non ſunt, ut ultrà aucthoritates ſuperiùs adductas *in § Quam veritatem in fine*, ſpecificè loquentes de Eccleſia Gerunden. generalitèr firmant *Compoſtellan. in cap. 1. num. 4. verſ. numquam Portionarii, Fagnan. in dict. cap. 1. num. 43. Valenz. conſ. 194. num. 21. & ſeqq. Ferret. conſ. 115. per tot. Card. de Luca de Canon. & Capit. diſc. 4. num. 5. Rota coram Seraphin. dec. 98. num. 1. & coram Martin. Andrea deciſ. 53. num. 3. & in rec. dec. 708. num. 3. par. 2.*

14. Undè à primo ad ultimum jure ſequi viſum fuit, quod cum nulla ratione ſuffultum, Capitulum exigere valeat à Dignitatibus prætenſas ſubminiſtrationes duplarum quindecim, cogendum eſſe ad reſtitutionem æqualis ſummæ à Benedicto exactæ, quæ nunquàm evitari poteſt, quoties indebita præceſſit ſolutio, ita fanciente *Textu in lib. 1. & toto tit. ff. de condit. indebit. Jo: Galemart. in declarat. ad Sac. Concil. Trid. cap. 14. n. 1. Rota coram Priolo deciſ. 42. num. 105. & coram Ninot. deciſ. 2. num. 8.*

Et ità poſt ſecundam Cauſæ propoſitionem reſponſum fuit utraquè &c.

## R. P. D. PRIOLO.

*Valentina Juriſdictionis.*
*Veneris 14. Februarii 1698.*

### ARGUMENTUM.

Juriſdictio totalis conceſſa Rectori in limine fundationis Collegii auctoritate Papæ, cenſetur privativa etiam quoad cognitionem cauſarum ad excluſionem loci Ordinarii.

### SUMMARIUM.

1. *Lex præſcripta in limine erectionis Collegii cum approbatione Papæ, eſt ſervanda tanquam lex Papalis.*
2. *Fundator in limine fundationis poteſt apponere conditiones juri communi contrarias.*
*Aſſiſtentia juris non ſuffragatur quando in fundatione aliter cautum fuit, ibi.*
*Juriſdictio plenariè conceſſa in limine fundationis Rectori Collegii cenſetur data privativè etiam quoad Diœceſanum, ibi, & num. 5.*
6. *Exercitium juriſdictionis privativè, comprobat obſervantia.*

### DECISIO XXXVIII.

Erecto ex propriis redditibus uſque de anno 1594. per Religioſiſſimum Virum Joannem de Ribera Patriarcham Antiochenum, & Archiepiſcopum Valentinum inſigni Collegio ſub invocatione Corporis Chriſti, & pro illius ſalubri regimine impetratâ à ſa. me: Clemente VIII. ampliſſimâ facultate condendi leges, etiam non con formes diſpoſitioni Concilii Tridentini, inter alias, quas ille Antiſtes apprimè credidit conducere ad bonum gubernium Collegii, ea fuit, ut illius Rector pro tempore eſſet perpetuus Judex, & Superior loci, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus = *In modo, che da tutti ſia obedito, e ſi tenga per Ordinario, e perpetuo Viſitatore, come l'hà da eſſere, poiche al ſuo carico ſtà la ſopraintendenza di tutto quello, che ſi hà da fare in queſta Caſa, tanto in ſervitio della Chieſa, come degli altri Miniſtri.* Et ne iſte abuteretur facultate ſibi elargitâ, ulterius ſancitum fuit, quod in Feſtivitate Pentecoſtes Archiepiſcopus pro tempore, & in ejus abſentia Vicarius Generalis, unà cum duobus aliis Viſitatoribus ſpecialiter deputatis, viſitare deberent Collegium, cum ampla poteſtate corrigendi, & puniendi, quacumque appellatione ab eorum Decretis prohibitâ, *ut in ſumm. Collegii num. 3. & 4.*

Et cum ad formam hujus Conſtitutionis emanatæ, etiam cum ſpecialiſſimo conſenſu Papæ, fuerit ſucceſſivis temporibus exercita totalis Juriſdictio per Rectores Collegii, nihilominus quia appellatio interpoſita ab illius Decreto anno 1675. & recurſus habitus ab uno ex Cappellanis dicti Collegii de anno 1690. ad Curiam Archiepiſcopalem, timorem præbuit, ne impoſterum Agentes illius Curiæ eludere vellent Juriſdictionem Rectoris, hinc indroducta Cauſa in noſtro Auditorio dubitatum fuit coram me: An Archiepiſcopo competeret Juriſdictio in Collegium extrà viſitationem, & DD. negativè reſponderunt.

1. Moti ex fundamentali Conſtitutione, ſuperiùs recenſita, quæ cum ex auctoritate Papæ fuerit adjecta in limine erectionis ipſius Collegii, & tanquam lex Papalis veniat omninò ſervanda, ne remaneat violata illius diſpoſitio, Archiepiſcopus neque tanquā Delegatus, neque tanquā Diœceſanus ullū jus ſibi vindicare poteſt ſupra illós de Collegio, ut tradit *gloſſ. in cap. de Monach. verb. proventibus ver. ſi habent Eccleſiam ex conceſſione Epiſcoporum, ſi certa forma fuit appoſita, illa ſervetur, de Præbend.* & paſſim conprobant *Oliva de for. Eccleſ. par. 3. quæſt. 34. num. 38. Pereir. de manu reg. cap. 17. ſub num. 10. verſ. quod ſemper limitandum, & Rot. coram Cerr. deciſ. 161. num. 7. cum ſeqq.* & magis in ſpecie *coram Bich. deciſ. 448. num. 3.*

2. Abſque eo quod in contrarium urgeat, vel aſſiſtentia Juris, vel diſpoſitio Concilii *ſeſſ. 22. cap. 8. de reform.* nam reflectendo, quod ſub initio fundationis apponi poſſunt quæcumque conditiones, etiàm ſub cenſura Juris non cadentes, *ad Text. in cap. prætereà il 2. de jurepatr.* cum aliis adductis per *Ciarlin. controv. 69. num. 12. cum ſeqq.* & alibi ſæpè, quod in hac facti ſpecie obtenta per Papam facultate condendi leges, etiàm non conformes diſpoſitioni Concilii, iſtius cenſura locum non habet, quando aliter conventum fuit in ipſa erectione, & fundatione, ut advertit *Fagnan. in cap. licet. 58. de Præb.* cum aliis relatis per *Garz. de Benef. par. 3. cap. 2. num. 216. Corrad. in prax. benef. lib. 2. cap. 14. num. 46. Card. de Luc. diſc. 40. num. 9. de juriſd. & Rot. coram Cerr. d. deciſ. 161. num. 8. cum ſeqq.* Hic DD. ponderabant ex verbis ipſius Conſtitutionis omnimodam Juriſdictionem translatam fuiſſe in perſonam Rectoris privativè etiàm quoad Diœceſanum, nam ſi Fundator voluit, quod Rector pro tempore obtineret locum, & vicem Ordinarii, ac perpetui Viſitatoris illius loci = *In modo, che da tutti ſia obedito* & ſupra ſe quoque haberet onus totalis ſuperintendentiæ = *Di tutto quello ſi hà da fare in queſta Caſa* ex hoc clarè datur intelligi, quod in illum delata fuit plenitudo totius ſuperioritatis, ad tradita per *Rot. coram Bich. d. deciſ. 448. num. 7. & in Auenionen. ſeù Carpentoraten. Juriſdictionis 29. Aprilis proximè præteriti §. Secunda ratio coram me,* ideo-

ideoque juxtà exigentiam ſubjectæ materiæ Juriſdictio attributa non cenſetur, niſi privativè quoad alios, quià non eſſet favor Collegii, unicè contemplatus à Papa, & Fundatore, ſi illius Miniſtri, & Officiales ſub diverſis Judicibus diſtrahi deberent, per ea, quæ notant *Rovit. conſ.* 60. *num.* 2. *lib.* 2, cum aliis allegatis *in d. Avenionen. ſeù Carpentoraten. Juriſdictionis 29. Aprilis proximè præteriti* §. *Et demum coram me*.

5. Nec dicatur hujuſmodi ſuperioritatem coerceri debere intrà limites miniſterialis, & œconomicæ Juriſdictionis, quoniam ex lectura ipſarumet Conſtitutionum ſatìs clarè viſum eſt, illam conceſſam fuiſſe cum ea plenitudine, quæ erat in ipſo tribuente, quià ſi Fundator omnimodam poteſtatem gubernii, & adminiſtrationis per ipſum præcedenter attributam Rectori, Collegialibus, reſtrinxit ſolummodò in actu viſitationis, ab Archiepiſcopo coequaliter peragendæ dum duobus aliis Viſitatoribus, ut videre eſt *in ſumm. Collegii num.* 4. ita quoque cenſendum eſt, quod pro reliquo tempore illam à quacumque ſubjectione eximere voluerit, ut in puncto firmat *Tondut. quæſt. benef. cap.* 62. *num.* 3. *Rot. coram Bich. deciſ.* 474. *num.* 8. *& in Teleſina Adminiſtrationis Eccleſiæ, & Hoſpitalis 26. Martii* 1696. §. *Ultrà verò coram Reverendiſſimo D. meo Decano*. Tantò magis quià ſi Archiepiſcopo ex lege fundationis prohibitum cenſetur jus privativum viſitandi, ut firmatum fuit in hac cauſa *coram Peutinger. deciſ.* 480. Eo fortiùs prohibita dici debet Juriſdictio in cauſarum cognitione, ut arguendo à majoritate rationis tradit *Rot. in Rec. deciſ.* 393. *num.* 3. *par.* 13. *& deciſ.* 71. *num.* 1. *par.* 14.

6. Quæ omnia eo magis comprobata remanent ex ſubſecuta obſervantia, nam ſi in tanto temporis defluxu per Archiepiſcopos Anteceſſores nunquàm exerciti fuerunt actus juriſdictonales ſupra illos de Collegio, & quoties aliquid attentatum fuit, remanſit à judicibus ſuperioribus circumſcriptum, *ut in ſumm. Collegii num.* 5. ne tot Antiſtites dicantur fuiſſe ſegnes in eorum miniſterio, dicendum eſt, Juriſdictionem uſque ab initio attributam fuiſſe privativè, etiam quoad ipſos per ea, quæ tradunt *Felin. in cap. Paſtoralis num.* 5. *in* 8. *limitat. de offic. Ordin. Fagna. in cap. poſtulaſti num.* 21. *de Jurepatr.* cum aliis adductis *coram Bich. d. deciſ.* 448. *num.* 8. *cum ſeqq. & deciſ.* 474. *num.* 3. *& in Rec. deciſ.* 493. *num.* 5. *par.* 13. *& in dicta Avenionen. ſeù Carpentoraten. Juriſdictionis 29. Aprilis proximè præteriti* §. *Et præmiſſa eo magis coram me*.

Et ita per contradictas reſolutum fuit &c.

---

## R. P. D. DELL'OLMO.

*Leodien. Vicariæ.*
*Mercurii* 10. *Decembris* 1698.

### ARGUMENTUM.

Vota Capituli debent dari collegialiter a præſentibus, in Capitulo & nō ab abſentibus, qui Votum per ſchedulam tranſmittere non valent. Conſuetudo non dicitur probata niſi ſit ſpecifica, & pluralitate actuum effectuatorum, ac diuturnitate temporis roboratur.

### SUMMARIUM.

1. *Præſentatus à majori parte Patronorum præfertur alteri præſentato à minori.*
2. *Canonici abſentes à Capitulo uti ſinguli non habent jus eligendi.*
*Canonici abſentes non valent tranſmittere votum ad Capitulum per ſchedulam, etiam volente, & admittente Capitulo, ibi, & num.* 4.
*Votum quod debet dari viva voce, non poteſt dari per Scripturam, ibi.*
3. *Canonici abſentes legitimè impediti poſſunt conſtituere Procuratorem ad præſtandum ſuffragium, ſed non mittere illud in ſcriptis, & adducitur ratio differentiæ.*
5. *Omnis actus Collegii ſive Univerſitatis debet expleri collegialiter, etiamſi non agatur de vera electione juxtà diſpoſita in c. quià propter de elect.*
6. *Conſuetudo admittendi vota abſentium in ſcriptis an de jure ſubſiſtat remiſſivè.*
7. *Conſuetudo non extenditur de caſu ad caſum, ſed debet eſſe ſpecifica.*
8. *Conſuetudo non inducitur ex unico actu, ſed ex pluralitate, & diuturnitate temporis.*
9. *In votorum paritate gratificandus eſt, qui majoribus qualitatibus eſt inſignitus.*
*Qui fuit præſentatus à medietate Patronorum eſt inſtituendus, ſi pro alia medietate obtinuit derogationem à Pontifice, ibi.*
10. *Additio Matricis, quæ non eſt in exemplari cenſetur per errorem adjecta ad excludendam falſitatem.*

### DECISIO XXXIX.

VAcante per obitum Joanni perpetua Vicaria Eccleſiæ Parochialis loci de Berlinghen. Capitulum, & Canonici Loſſenſes, ad quos ſpectat Vicarium eligere, præviâ determinatione, electio fieret Capitulariter, & vivâ voce devenerunt ad nominationem in qua, quatuor ex ſex Canonicis præſentibus elegarunt Renerunt, cœteriſque

que duo nominarunt Chriſtianum, Alii autem quatuor, qui reperiebantur abſentes eorum vota ad Capitulum tranſmiſerunt in ſcriptis, alter nempè qui tunc ægrotabat favore memorati Reneri, alii verò tres favore ejuſdem Chriſtiani; In hac igitur votorum ſciſſura, cum uterque ex nominatis litteras præſentatoriales obtinuerit, orta fuit inter ipſos non lævis contentio ſuper Inſtitutione, quà in partibus pluries, ſed diverſimodè definitâ, & tandem ad me devoluta dedi dubium *An, & cui ſit adjudicanda Vicaria*. Illoque propoſito ſub *die 4. Julii proximèpræteriti* ac informante dumtaxat Renero emanavit reſolutio = *Eidem Vicariam adjudicandam eſſe* ut ex deciſione eadem die ædita, adverſus quam conceſſa ad preces Chriſtiani nova audientia, Cauſam hodie repropoſui, & utrâque parte auditâ Perſtitum fuit in Deciſis.

1. Cum namque ex facti ſerie ſuperius recenſita incontroverſum apparuerit dictum Renerum fuiſſe præſentatum à quatuor ex ſex Canonicis, qui fuerunt præſentes in Capitulo, indè ſubſiſtere viſum eſt principale deciſionis aſſumptum, quod eidem adjudicanda ſit Vicaria de qua eſt quæſtio, excluſo Chriſtiano ab aliis duobus tantummodo electo, ex regula ſatis trita, quod præſentatus à majori parte electorum præferri debeat alteri à minori parte nominato ad *Text. in cap. Quoniam ibique Fellin. aliique DD. de Jure par. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 12. n. 71. Rota coram Card. Cerro dec. 375. num. 11. & in rec. par. 8. dec. 379. num. 21. & ſeqq. & par. 12. dec. 345. num. 1. & par. 19. dec. 30. num. 7. cum aliis in deciſione hujus Cauſæ in principio*.

2. Non relevante quod Chriſtianus habeat etiam nominationem aliorum trium Canonicorum abſentium, qui per ſchedulas eorum vota ad Capitulum tranſmiſerunt, nam Domini ſpecialitèr animadvertebant, quod cum ſimus in electione ſpectante ad Capitulum, quæ non niſi collegialitèr, & omnibus Canonicis in unum congregatis fieri poterat, cum iſti uti ſinguli nullum pœnitus habere valeant Jus eligendi àd *Text. in cap. Quia propter* ibi = *Præſentibus omnibus de elect. ibique Hoſtien. num. 43. Innoc. num. 1. Fagnan. num. 37. Abb. num. 12. & in cap. In Geneſi 55. num. 4. & ſub num. 7. eodem tit. ibique etiam Barboſ. ſub num. 2. & 3. latè Felin. in cap. cum omnes num. 29. de Conſtit. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 5. quæſt. 3. num. 14. Paſſerin. de Elect. cap. 10. num. 31. in princ. Caſtellin. in eodem tract. cap. 5. num. 65. Rot. coram. Buratt. dec. 351. num. 11. ibique Adden. num. 13. & 14. rec. par. 12. dec. 156. num. 15. & ſeqq.* nequiverunt utique memorati tres Canonici ſingularitèr, & ſeorſim à Capitulo eorum votum proferre, minuſque illud per ſchedulas ad Capitulum in ſcriptis tranſmittere juxtà Litteralem *Textum in cap. ſi quis juſto 46. §. Abſens de elect. in 6. ibique Barboſ. num. 17.* ubi concluſionem ampliat, ut conſenſus eligentium etiam volente Capitulo non poſſit per litteras præſtari *Gloſſ. in dicto cap. 5. Quia propter verbo venire in fine*, optimè *Gonzal. in cap. In Geneſi verb. communitèr de elect. P. Sigiſmundus à Bonon. in eodem tit. par. 1. cap. 1. dub. 14. n. 1. Donat. rerum Regular. tom. 2. par. 3. tract. 4. quæſt. 17. num. 1. Paſſerin. de elect. d. cap. 10. ſub num. 31. & num. 35. in fine Tamburin. de Jur. Abbat. d. diſput. 5. quæſt. 4. num. 1. Caſtellin. de electionibus d. cap. 5. ſub num. 65. & num. 101. Boer. d. part. num. 41.* ubi pariter ampliat ad id, quod etiam volente Capitulo, hujuſmodi ſuffragiorum præſtatio effectuari non poteſt *Adden. ad Buratt. dec. 351. num. 12. litt. B. Rota coram eodem dec. 215. num. 3. & ſeqq. & dec. 259. num. 5. & in d. deciſ. 156. num. 12. & ſeqq. par. 12. rec.* Præmaximè verò in caſu hujuſmodi, in quo cum jam emanaverit Capitularis reſolutio, quod vota præferenda eſſent vivá voce, eo minus poterant Canonici eorum ſuffragium per litteras dare ob diverſam rationem, quæ intercedit inter actum vivâ voce explendum & alium per ſcripturam expreſſum, ut ægregiè diſtinguit *Ancharan. in d. cap. ſi quis juſto num. 6. verſ. in iſtis ergo, de elect. in 6. Boer. d. deciſ. 1. ſub num. 42. & ſeqq.*

3. Idque procedit etiam ſi ſæpè dicti tres Canonici fuiſſent legitimo juſtoque impedimento detenti, quia cum Jus commune in dicto capitulo quiapropter §. Illud autem de elect. & in dicto cap. ſi quis juſto in principio eodem tit. in 6. Satis abſentium indemnitati providerit ſtatuendo ſcilicet, ut ſic legitimè impediti Procuratorem ad ſuffragium præſtandum in Capitulo conſtituere valeant, ut advertunt *Abb. in d. cap. quia propter ſub n. 2. ibique Gonzal. num. 11. & Barboſ. num. 37. Pater Sigiſmund. à Bonon. de elect. d. dub. 14. num. 2. Lancellot. in tit. Canon. lib. 1. tit. 6. de elect. §. ſed, & ſi quis, Donat. rer. Regular. d. tract. 4. quæſt. 16. n. 1. Caſtellin. de elect d. cap. 5. n. 101. Tamburin. de Jur. Abbat. d. diſput. 5. quæſt. 4. num. 7. Idem Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 19. num. 100. & de Canonic. cap. 39. num. 11 Boer. d. dec. 1. ſub num. 45. Rot. coram. Ubald. dec. 580. num. 4.* conſequens fiit, quod neque in hoc caſu valuiſſent ad alium modum votandi in ſcriptis recurrere, ex ea valdè notabilis differentiæ ratione, quod in tranſmiſſione ſuffragii in ſcriptis eo ipſo inducitur perfectio actus, quem eligens extra Capitulum adimplere non poteſt: In electione autem Procuratoris dictus actus remanet in fieri, nec perfectionem aſſequitur, niſi de tempore quo idem Procurator nomine ſui Principalis præſentialitèr in Capitulo ſuffragium præſtat, ut alias reſpondit *Jo: Andr. relatus à gloſſ. in d. cap. ſi quis juſto verb. exprimendum*, cujus verba notanda eſſe inquit *Boer. d. dec. 1. num. 46. ſequitur P. Siſgiſmund. à Bonon. d. dub. 14. ſub n. 4.*

 *ubi re-*

*ubi refert ſic fuiſſe à Sac. Rota deciſum Barboſ in d. cap. ſiquis juſto num.* 18. ubi cum ſeqq. aliis rationibus, & exemplis optimè materiam exornat.

4. Hinc rejiciendam eſſe Domini cenſuerunt auctoritatem *Hoſtien. in Summ. de elect. poteſt. §. Quis poſſit eligere num.* 8. *Azor. Inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 13. *cap.* 10. *quæſt.* 2. *Portell. reſponſ. moral. par.* 2. *caſ.* 1. *num.* 5. *Garz. politic. Eccleſ. tract.* 9. *difficult.* 2. *dub.* 5. *num.* 8. *in fin.* intrepidè firmātium abſentes inſcriptis poſſe ad Capitulum eorum ſuffragia tranſmittere. Quoniam ultra quod *Hoſtien.* loquitur in caſu, quo abſens non potuerit Procuratorem invenire, in quibus etiam terminis contrarium tenent ex profeſſo *de Magiſtr. in prax. Eccleſ. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 6. *cap.* 2. *num.* 14. *pag. mihi* 150. *& Donat. rer. ſingular. tract.* 4. *par.* 17. *in princ. Azor. verò, & Portell.* ſe fundant in Conſtitutionibus Societatis Jeſu, & Congregationis Sacti Joannis Evangeliſtæ in Portugallia, in quarum peculiaribus terminis dumtaxat eorum auctoritatem procedere poſſe animadvertunt *Donat.* in proximè citata *quæſt.* 17. *num.* 2. *uſque ad fin. Paſſerin. de elect. cap.* 10. *num.* 31. *circa medium, & demùm Garz.* id voluit ubi adſit legitima conſuetudo, cui ſtandum eſſe ibidem declarat. In Univerſum præterea concurrit ponderatio, quod eorum ſingularis opinio eſt adverſativa expreſſæ Sanctioni dicti textus *in Cap. ſi quis juſto*, communique Doctorum Sententiæ pluries etiam in Tribunali noſtro receptæ; proindeque illam Jure merito non eſſe admittendam monet præcæteris *Paſſerin. de elect. dict. cap.* 10. *ſub num.* 31.

5. Nec ſubſiſtit quod hæc omnia procedant in electione ſpeciali Dignitatum primi Ordinis explenda per Scrutinium ad tramites *Text. in cap. Quia propter de elect.* non item in Electionibus Dignitatum inferiorum, ob quarum vacationem Eccleſia Viduata non remanet. Nàm generale eſt in omnibus explicandis per Capitulum, & Univerſitatem, ut etiam in his, in quibus forma Scrutinii non exigitur, collegialiter, & ſimul in unum conſenſus, vel diſſenſus præſtetur, ut notabiliter tradit *Anton. de Butr. in Cap. In Geneſi num.* 28. *de elect.* in his verbis ſe explicans = *Quæro tertio quid in electionibus inferiorum Dignitatum, vel Beneficiorum, in quibus non habet locum forma cap. Quia propter, dicit hic Innoc. quod non vitiatur electio, licet non ſit communis, & fiet ab omnibus ſingulariter. Et idem in præſentationibus Rectorum, dum tamen ſi actus ille ſpectat ad Capitulum, fiat per Capitulum, & ſimul in unum, aliàs ſi ſingularitèr, & extra Capitulum conſentirent, Jus nullum ſequeretur, alii dicunt quod exigitur etiam in talibus communis electio licet non exigatur forma Scrutinii* = *Felin. in cap. cum omnes num.* 24. *de Conſtit.* optimè *Barboſ. in d. Cap. Quia propter n.* 9. ubi advertit quod etiam ante formam hujus *Cap.* exigebatur *dictus ſimultaneus conſenſus*, & in puncto electionis Canonicorum firmavit *Rota in d. deciſ.* 351. *num.* 11. *coram Buratt. & dec.* 156. *num.* 12. *& ſeqq. par.* 12. *rec.* nec contrarium tenuit *Boer. in d. deciſ.* 1. *num.* 25. *& ſeqq.* quia ibi ſolum firmat eſſe ſingulare in electionibus faciendis per Scrutinium ad formam *dicti cap. Quia propter*, ut votum oretenus, & non per Cartellos præſtetur, quod non ſervari poſtmodum ſubjungit in aliis agendis per Univerſitatem, ſeù Capitulum, cum in his poſſit quilibet votum ſuum dicere in communi etiam aliis audientibus: nunquam autem aſſerere voluit, quod in caſum abſentiæ valeant Canonici eorum ſuffragium ad Capitulum in ſcriptis tranſmittere, ut patet ex illius lectura.

6. Prædictis autem minimè adverſari valet oppoſita conſuetudo admittendi vota abſentium in ſcriptis, quam ſervandam eſſe monent *Gonzal. in dicta Cap. Quia propter n.* 12. *in fin. Garz. politic. Eccleſ. tract.* 9. *difficult.* 2. *dub.* 5. *num.* 8. *pariter in fin. Paſſerin. de elect. cap.* 10. *ſub num.* 31. Quandoquidem quidquid ſit de illius ſubſiſtentia in Jure, adverſus quam acriter invehunt *Ferret. in cap. cum omnes num.* 56. *de reſcrip. Boer. d. dec.* 1. *num.* 49. *P. Sigiſmund. à Bonon. de elect. par.* 1. *cap.* 1. *dub.* 3. *num.* 3. *&* 9. *& dub.* 19. *num.* 1. *in fin. & dub.* 111. *num.* 6. & priùs illam reprobaverat idem *Garz. in politic. Eccleſ. in alleg. dub.* 5. *num.* 7. *verſic. ne menos pueden.* objectum ceſſat in radice, quoniam ex tribus actibus, qui ad aſs. conſuetudinem inducendam circumferuntur ea nullatenus probatur.

7. In primo enim, & ſecundò ex illis agebatur de deputatione ad officium Matricularii Superioris, quod cum ſit ſervile ipſius Capituli, hinc fit, quod objectum in illius electione admitteretur talis conſuetudo non tamen ab ea valeret inferri ad conſimilem conſuetudinem ſervandam in electione Canonicorum ob diverſitatem rationis inter unum, & alterum caſum intercedentis, ut in puncto reſpectivè *Rota deciſ.* 278. *num.* 9. *verſ. Idquè faciliùs, & ſeqq. & dec.* 304. *num.* 6. *& ſeqq. par.* 12. *rec.* regulare enim eſt, quod conſuetudo non ſuffragatur, quoties probata non ſit ſpecificè, & in individuo caſus de quo agitur *cap. fin. de conſuetud. in* 6. *Roland. conſ.* 69. *num.* 24. *lib.* 3. *Aym. conſ.* 96. *num.* 4. *& Mareſcott. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 100. *num.* 4. *& ſeqq. Rota coram Dunoz. jun. dec.* 945. *ſub nu.* 11. *coram Cerro dec.* 380. *num.* 4. *& deciſ.* 551. *n.* 6. *& ſeqq. & in rec. dicta deciſ.* 278. *num.* 5. *& dict. dec.* 304. *num.* 6. *& ſeqq. par.* 12. *& in Bononien. Aquarum* 8. *Junii* 1696. *§. Minuſque coram me*, cum illa de caſu ad caſum non extendatur, *Cravett. conſ.* 30. *num.* 9. *Surd. conſ.* 206. *num.* 6. *Rot. dec.* 513. *num.* 17. *par.* 5. *& dict. dec.* 278. *num.* 6. *& dict. dec.* 304. *num.* 8. *&* 9. *par.* 12. *recen.*

8. In tertio demùm ex dictis actibus, qui emanavit de an. 1672. licet ageretur de electione Scholaſtici, atque alter ex Canonicis ſuum votum ad Capitulum tranſmiſerit, cum tamen ſit unicus, & recens, atque iterum non probetur effectuatus, nequit legitimam conſuetudinem in Judicio admittendam inducere, cum ea ſola convincatur ex pluralitate actuum effectuatorum *Bartol. in leg. de quibus num.* 10. *ff. de legib. Mareſcot. var. reſol. dict. cap.* 100. *ſub num.* 1. *Adden. ad Buratt. deciſ.* 497. *num.* 2. *Rot. coram Cerro dec.* 551. *num.* 18. *& ſeqq. coram Bich. dec.* 48. *num.* 14. *&* 15. *& rec. dicta deciſ.* 278. *ſub num.* 3. *& in dicta deciſ.* 304. *n.* 21. *par.* 12. Et ex diuturnitate temporis, qua in conſuetudine, prout hic juri communi reſiſtente talis requiritur, ut ſaltem attingat ſpatium quadraginta annorum *ad Text. in cap. fin. ubi Gloſs. verb. legitimè de conſuetud. Mareſcott. var. reſol. dict. cap.* 100. *num.* 8. *Sperell. dec.* 89. *num.* 25. *& ſeqq. Rot. in rec. dict. deciſ.* 278. *n.* 16. *&* 17. *& dict. dec.* 304. *num.* 18. *par.* 12; *& in Gerunden. Adminiſtrationis Sede Vacante* 24. *Januarii* 1687. *verſ. nec magis, &* 20. *Junii ejuſdem anni* §. *Neque demum coram bon. mem. Emerix.*

9. His itaque ſic firmatis, licet Patres ab oppoſitis exceptionibus bonum jus Reneri ſatis vindicatum crediderint, ulteriùs tamen procedere volentes, ponderarunt, quod quando etiam connumeranda eſſent tria vota ab abſentibus per Schedulas favore Chriſtiani ad Capitulum tranſmiſsa, adhuc, quia Renerus etiam in hoc caſu haberet quinque ſuffragia, prout habet Chriſtianus, eo quod alter ex dictis Canonicis abſentibus ad illius favorem votum pariter in ſcriptis dedit, eidem utique in hac votorum paritate adjujudicanda eſset Vicaria; Tùm quia majoribus eſt qualitatibus inſignitus, qua de cauſa per viam gratificationis præferendus eſset Chriſtiano, ut obſervat præterita deciſio §. *finali*. Tùm etiam, quia pro alia medietate vocum opportunam derogationem à Summo Pontifice impetravit *cap. cum cui de probat. in* 6. *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *qu.* 23. *num.* 1. *Rota coram Seraphin. dec.* 318. *num.* 1. *coram Coccin. dec.* 2318. *num.* 6. *coram Bich. dec.* 419. *nu.* 6. *coram Cerr. dec.* 135. *num.* 6. *& in rec. par.* 7. *deciſ.* 275. *num.* 2.

10. Non attentâ replicatione, quod idemmet Chriſtianus præter quinque relata vota habeat etiam Suffragium Decani. Quoniam cum iſte nec fuerit præſens in Capitulo, nec votum ſuum præſtiterit, ut primo reſultat ex publico, & legali tranſumpto Inſtrumenti Electionis per Secretarium ejuſdem Capituli ædito, in quo apparet ſex tantummodo fuiſse Canonicos præſentes, nullâ factâ mentione aſſerti interventus Decani, minuſque illius Suffragii. Et ſecundo ex proteſtatione ab ipſo ante nominationem formitèr emiſsâ, quod ad illam deveniendum non eſſet per electionem, ſed per concurſum, vanum èxinde redditur aſſumptum, quod etiam illius votum ad favorem Chriſtiani veniat dinumerandum, & quidem tametſi in matrice dicti Inſtrumenti legatur nomen, & ſuffragium dicti Decani, quia cum utrumque appareat fuiſſe ex poſteà cancellatum; dicendum eſt, quod additio illa fuerit erroneè in matrice adjecta, quemadmodum omninò cenſeri debet ad excludendam falſitatem, de qua ſecus eſset arguere Notarium, qui dictam additionem omiſit in exemplari, ut in ſpecie dixit *Rota in deciſ.* 219. *num.* 13. *verſ. ad quod abraſio, & num.* 14. *par.* 10. *recent.*

Et ita utraque &c.

---

## R. P. D. MOLINES DECANO.

*Firmana Juriſdictionis.*
*Lunæ* 10. *Maii* 1700.

### ARGUMENTUM.

Agitur de Viſitatione, & juriſdictione Ordinarii in exemptos, & in Regulares exercentes Curam Animarum.

### SUMMARIUM.

1. *Abbas Farfenſis habet juriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*
   *Juriſdictio loci diſmembrati tranſit in eum cujus favore facta eſt unio, ibi.*
2. *Subrogatum acquirit naturam illius in cujus locum ſubrogatur.*
3. *Regulares omnes olim attento jure communi fuerunt Epiſcopis ſubjecti.*
4. *Monaſteria Regularium fuerunt exempta à lege Diœceſana tempore Divi Gregorii.*
5. *Regularis fuerunt exempti à juriſdictione Epiſcoporum vigore privilegiorum particularium Summorum Pontificum.*
6. *In generali derogatione privilegiorum non veniunt privilegia, quæ ſunt inſerta in corpore juris.*
7. *Conſtitutio poſterior, non derogat priori, niſi cum prima ſit incompatibilis.*
   *Monaſterium, ſivè Eccleſia exempta, ſi de una ad aliam Diœceſim Papæ auctoritate transferatur retinet exemptionem, ibi. & num.* 8.
9. *Verba diſpoſitionis univerſalia, reſtringuntur per alia limitativa ſubſequenter appoſita.*
10. *Superiores Regulares habent juriſdictionem correctionalem in Religioſos, quamvis juriſdictioni Epiſcoporum ſubdantur.*
11. *Verbum* Superioritas *compræhendit juriſdictionem.*

*Exceptio eſt de compræhenſis in regula, & intelligitur retentis terminis regulæ, ibi.*

12. *Ordinarius viſitat Eccleſias Regularium Curatas in iis quæ concernunt Curam Animarum.*

13. *Exemptio Eccleſiarum efficit ut non dicantur de Diœceſi, non verò ut non ſint in Diœceſi.*

14. *Regulares, an, & quando præfici poſſint ad exercendam Curam Animarum in Eccleſiis Parochialibus, & num 15. & 16.*

17. *Regulares exercentes Curam Animarum ſubiiciuntur juriſdictioni Ordinariorum in iis quæ concernunt Curam, & ad miniſtrationem Sacramentorum, & num 19.*

18. *Una, & eadem perſona, quæ duplicem perſonam gerit, poteſt eſſe exempta, & ſubjecta diverſo jure.*

20. *Epiſcopus in Regulares exercentes Curam Animarum utitur juriſdictione ordinaria, & aſſertur ratio num. 21. & 22.*

*Regulares qui non exercent Curam Animarum, ſed in miniſtrandis Sacramentis delinquunt, ſubſunt juriſdictioni delegatæ Epiſcopi, ibi.*

23. *Decreta Concilii Trid. indigent expreſsâ derogatione.*

24. *Exceptio eſt de regula, & limitat regulam. Interpretatio ea capienda eſt per quam repellitur abſurdum, ibi.*

25. *Dum verba legis, ſeù Conſtitutionis ſunt clara, fruſtrà recurritur ad conjecturas.*

26. *Conſtitutio poſterior non revocat præcedentem, niſi expreſsè dicatur.*

*Diſmembratio tanquam odioſa eſt concludenter probanda, ibi, & num. 27.*

28. *Exemptio reſtricta ad Eccleſiam, & Clericos, non compræhendit Populum.*

29. *Gratia innixa ſuper erroneo ſuppoſito corruit. Juriſdictio Abbatis Commendatarii in Eccleſia Sæcularizzata, eſt eadem, quæ erat quando erat Regularis, ibi.*

30. *Obſervantia explicat naturam conceſſionis juriſdictionis in exemptos.*

31. *Obſervantia debet eſſe circa tempus diſpoſitionis.*

32. *Actus geſti ſub falſo ſuppoſito, non inducunt obſervantiam.*

33. *Viſitationes etiam in concernentibus Curam Animarum fieri poſſunt cumulativè ab Epiſcopo, & à Prælato inferiori Ordinario loci exempti. In concurſu actuum juriſdictionalium ad probandam obſervantiam, prævalent hi, qui fuerunt geſti ab habente juris aſſiſtentiam, ibi.*

34. *Eccleſiæ omnes de jure præſumuntur Sæculares, & non Regulares.*

35. *Eccleſia dependens ab alia Eccleſia exempta, non efficitur exempta, niſi expreſsè dicatur: quia exempto capite, non præſumuntur exempta membra.*

*Regula quod de connexis idem eſt judicium, non procedit in privilegiis, præſertim exemptionum, ibi.*

36. *Eccleſiæ exemptæ in quibus inſerviunt Presbyteri Sæculares, poſſunt viſitari ab Epiſcopo quoad omnia tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato.*

## DECISIO XL.

Sanctæ me. Gregorius XIII. anno 1572. exequendo ea, quæ à providentia Beati Pij V. Anteceſſoris proceſſerant ad reintegrandum Epiſcopum Firmanum Juriſdictione ſpirituali plurium Oppidorum, quæ ſeparata ab illius Diœceſi, Epiſcopatui Ripæ Tranſſonæ novitèr erecto applicaverat, diſmembravit, & ſeparavit à Juriſdictione Abbatiæ Farfenſis Caſtra, ſeù Oppida Sanctæ Victoriæ, Montis Falconis, ac Montis S. Mariæ in Georgio cum omnibus in eis exiſtentibus Collegijs Parrocchialibus, & alijs Eccleſijs ac Monaſteriis, Prioratibus, Præpoſituris, & alijs cum Cura, & ſine Cura ſæcularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus, unà cum utriuſque ſexus Perſonis, Habitantibus, & Incolis tàm Laicis, quam Sæcularibus, Clericis, Presbyteris, & Religioſis cujuſcumque ſtatus, ordinis, & conditionis, & quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, illaque ſic diſmembrata applicavit, univit, & appropriavit Diœceſi Firmanæ, & illius pro tempore exiſtenti Epiſcopo, eodem modo, & forma quibus erant Monaſteriis, & illorum Abbatibus Farfenſibus ſubjecta.

2. Declaratione adjectâ, quod ex dictis ſeparatione, & unione, quoad ſuperioritatem, quam in Monaſteriis, ſeù Prioratibus Regularibus ejuſdem Ordinis habebant Abbates, ſeù Commendatarii Farfenſes, nullum eiſdem inferretur præjudicium, ſed pro tempore exiſtens Epiſcopus Firmanus, eam tantùm haberet Juriſdictionem, quam cœteri Epiſcopi in ſimilibus habere ſolebant.

Inter prædictas Eccleſias diſmembratas, altera exiſtebat Regularis Ordinis S. Benedicti ſub invocatione S. Victoriæ in Oppido ejuſdem nominis, cujus Regularis diſciplina cum jamdudum collapſa eſſet, ſa. mem. Urbanus VIII. illam unà cum duabus poſitis in Diœceſi Montis Alti, omni ſuppreſsâ Regularitate, ſæcularizavit, totidem erectis Vicariis in ſingulis Eccleſiis, in quibus Cura Animarum imminebat, ſubjiciendo Vicarios ab Abbate Commendatario eligendos omnimodæ ejuſdem Juriſdictioni: Ac ſucceſſivè ſollicitus de majori earumdem Eccleſiarum ſæcularizatarum bono, erexit in præfata Eccleſia S. Victoriæ Collegiatam, reſervatis favore Abbatis Canonicatuum collatione, approbatione, & inſtitutione, ac inſupèr iure corrigendi, viſitandi, omnimodamque juriſdictionem in Canonicos, & Collegiatam exercendi.

Hujuſmodi porrò Bullæ diſmembrationis, & ſæcularizationis cauſam præbuerunt pluribus controverſiis inter præclaræ mem. Cardinalem Franciſcum Barberinum Abbatem Farfæ, & clar. mem. Cardinalem Gualterium Archiepiſcopum Firmanum ſuper Jure viſitandi

tandi Eccleſiam prædictam S. Victoriæ erectam in Collegiatam, aliaſque Eccleſias olim ab eodem Monaſterio dependentes: Cauſaque delatâ ſub variis dubiis anno 1653. ad Sac. Congregationem Concilii, prodiit Decretum *Conſtare de omnimoda Juriſdictione tàm Ordinaria, quam Delegata Eccleſiarum, quæ fuerunt expreſſæ in Bulla ſæcularizationis ſan. mem. Urbani VIII. favore Eminentiſſimi Commendatarii*: nullâ captâ reſolutione quoad Eccleſias inibi non expreſſas, ſubindeque Collitigantes venere ad amicabilem Concordiam ad eorum vitam tantùm duraturam, ut patuit ex ejus tenore hodiè exhibito, ejuſque meminit *clar. me. Card. de Luca* ſcribens in Causâ *diſc.* 14. *n.* 1. *de Juriſdict.*

Expiratâ per obitum Cardinalis Gualterii expoſitâ tranſactione, antiquas in eadem Sacra Congregatione Concilii inſtaurarunt controverſias gemini ſucceſſores Archiepiſcopi ſcilicet Reverendiſſimus Gualterius prædefuncti Cardinalis Nepos, & clar. mem. Cardinalis Ginnettus, propoſitaque Cauſa anno 1687. ob votorum ſciſſuram nullam prodiit reſolutio, ſed reſcriptum fuit = *Ad Eminentiſſimum Præfectum pro Concordia*: quæ cum ad finem perduci non potuerit, idem Cardinalis Archiepiſcopus Ginnettus, & Eminentiſſimus D. Cardinalis Carolus Barberinus in eadem Abbatia Farfenſi Cardinali Franciſco Patruo ſucceſſor impetrarunt à ſan. mem. Alexandro VIII. Commiſſionem directam eidem Sac. Congregationi Concilii, ut tamen procederet cum voto noſtri Auditorii, omnibus Dominis ſuffragantibus, & appellatione remotâ: ſed vita hoc interim functo Cardinali Ginnetto, & ad Eccleſiam Firmanam aſſumpto Eminentiſſimo D. Cardinali Cincio, nova ad tenorem antecedentis ſignata fuit Commiſſio, ad cujus formam cum hodiè dubitaverim = *An, & quo Jure liceat Eminentiſſimo Archiepiſcopo Firmano viſitare Eccleſias, de quibus agitur* Reſponſum fuit Affirmativè juxtà modum, qui talis eſt = *Licere Archiepiſcopo viſitare jure ordinario Eccleſias contentas in Brevi Greg. XIII. exceptis Monaſteriis, & Prioratibus, in quibus de tempore diſmembrationis actu exiſtebant Regulares, eaque poſſe viſitare quoad ea, quæ concernunt Curam Animarum, juxtà formam præſcriptam à Sac. Concilio Tridentino*: Reſervato ad aliam peculiarem diſputationem examine quoad alias Eccleſias in dicto Brevi Gregorii XIII. non compræhenſas.

1. Notoria ſunt fundamenta, quibus nitebatur prima reſponſi Pars tribuens Eminentiſſimo Archiepiſcopo poteſtatem viſitandi jure Ordinario Eccleſias in Brevi Gregoriano compræhenſas. Cum enim illius vigore præmemorata Caſtra fuerint à poteſtate, & dominio Monaſterii Farfenſis diſmembrata, & Epiſcopatui Firmano applicata, in dubiũ vocari nequit quin illamet poteſtas Diœceſana, & Juriſdictionalis, quæ ante diſmembrationẽ in dictis Caſtrorum Eccleſiis competebat Abbati Farfenſi, utpotè habenti Jus quaſi Epiſcopale cum qualitate Nullius, de qua teſtantur *Tamburin. de Jure Abbatiſs. tom.* 1. *diſp.* 4. *quæſt.* 20. *Rota deciſ.* 870. *num.* 1. *coram Coccino, Card. de Luca diſc.* 14. *num* 1. *de juriſdict.* tranſiverit poſt diſmembrationem in Epiſcopum Firmanum, itaùt ubi priùs eædem Eccleſiæ eſſent de Diœceſi Abbatis, poſteà effectæ ſint de Diœceſi Epiſcopi Firmani, ex vi, & natura veræ ſeparationis Territorii ab uno Ordinario, ejuſque applicationis, & unionis ad alterum ab habente legitimam facultatem procedentium *Ancharan. conſ.* 114. *num.* 2. *& ſeqq. Rota coram Seraphin deciſ.* 645. *num.* 2. *& deciſ.* 1090. *num.* 4. *& deciſ.* 304. *num.* 1. *coram Gregor., & deciſ.* 1708. *num.* 3. *coram Coccin. & deciſ.* 30. *num.* 1. *par.* 6. *& coram Celſo deciſ.* 200. *num.* 3. *ac deciſ.* 99. *num.* 2. *par.* 14. *& in Hiſpalen. Decimarum de Olivares* 3. *Januarii* 1679. *§. Ex hoc igitur cum ſeqq. coram bo. me. Bourlemont*

2. Stantibus potiſſimè verbis, & clauſulis generalibus, ac effrenatis, quibus legitur concepta diſmembratio, illiſque ſignantèr ſubrogationis Epiſcopi Firmani loco Abbatis, & Cõmendatarii Farfenſis ibi: *Ipſiuſque protempore exiſtenti Epiſcopo Firmano, ac illius Juriſdictioni, Dominio, Poteſtati, Superioritati eiſdem modo, & forma, quibus Monaſteriis, & illorum Abbatibus, ſeù Commendatariis prædictis ſuberant, ſubjecit, & ſuppoſuit*: Quemadmodùm igitur ante ſecutam diſmembrationem Abbas Cõmendatarius gaudens quaſi Epiſcopali juriſdictione exercebat in dictis Caſtrorum Eccleſiis Juriſdictionem Ordinariam, ità eis ab ipſius Territorio ſublatis, & ſubjectis Epiſcopo Firmano evidens eſt, jus plenarium, quod ſpectabat ad Abbatem, exerceri poſſe ab Epiſcopo in ejus locũ ſubrogato, cum ſubrogatio transformet ſubrogatum in perſonam illius, in cujus locum ſubrogatur, ex notiſſimis juribus, quæ refert *Rota deciſ.* 490. *num.* 2. *par.* 4. *Dunozet. jun. deciſ.* 495. *num.* 16. *& ſeqq. & coram Alexandro VIII. deciſ.* 122. *num.* 14. *& deciſ.* 74. *num.* 4. *par.* 18. *rec.* Quandò aliàs proùt in caſu, dubium non eſt, quin Dignitas Epiſcopalis ſubrogata, ſit ſubjectum capax juriſdictionis Ordinariæ, quæ competebat, ei cui ſubrogatur *Innoc. in c. Paſtoralis n.* 2. *de donat. & in cap. Later. n.* 9. *de Prebend. Hoſtien. in dicto cap. Paſtoralis num.* 6. *in fin. Lap. allegat.* 134. *per tot.*

3. Ex quibus plana equidèm viſa eſt reſolutio quoad primam reſponſi partem; Verùm aliqua dubitandi emerſit ratio quoad ſecundum illius membrum exceptuans à ſubjectione viſitationis Eminentiſſimi Archiepiſcopi jure Ordinario Monaſteria, & Eccleſias, in quibus actu habitabant Regulares de tempore diſmembrationis; Proponente Eminentiſſimo Archiepiſcopo adeò effrenata, ac generalia eſſe verba controverſæ diſmembrationis, ut etiam ad effectum viſitationis jure Ordinario, Monaſteria, eorumque Eccleſias

ſias comprehendere ſint apta, quinimò neque deeſſe ſpecialia illas nominatim compræhendentia ibi: *Cum omnibus, & ſingulis in iis exiſtentibus Collegiis Parochialibus, & aliis Eccleſiis, & Monaſteriis, Prioratibus, Præpoſituris, Præpoſitatibus, & aliis cum Cura, & ſine Cura Sæcularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus*. Et infrà = *Nec non utriuſque ſexus perſonis habitantibus, & Incolis tàm Laicis, quàm Sæcularibus, Clericis, Presbyteris, Religioſis quibuſcumque cujuſuis ſtatus, ordinis, gradus, & conditionis exiſterent*. Ex quibus contendebatur litteralem deprændi conceſſionem ſubordinationis Monaſteriorum Regularium omnimodæ Juriſdictioni Ordinariæ Epiſcopi per viam reverſionis ad veterem juris antiqui diſpoſitionem, juxtà quam Monachi, & Regulares ſuberant legibus Diœceſanis, & Juriſdictionalibus Epiſcoporum ad *Text. in cap. compertum de offic. Ordinar. & in cap. final. de Cappel. Monachor.* & tradunt *Barboſ. de Epiſcop. alleg.* 105. *num.* 1. *& ſeqq. Fagnan. in cap. nimis grave n.* 3. *de exceſſ. Prælat. Card. de Luca de juriſd. diſc.* 28. *n.* 8. §. *Verùm & diſc.* 29. *num.* 5. *Card. Albic. apud eumdem in diſputat. de juriſdict. Card. in Eccleſ. ſuorum Titul. diſcept.* 2. *num.* 116. *Rota deciſ.* 15. *par.* 1. *rec. per tot.* & uberrimè comprobat *P. Tomaſſin. de Benefic. cap.* 26. *& cap.* 27. *per tot. lib.* 3.

4. Domini tamen in contrariam abierunt ſententiam authumantes non licere Eminentiſſimo Archiepiſcopo Eccleſias Regulares viſitare jure ordinario quoad omnia, ſed in iis tantùm, quæ concernunt Curam Animarum, tributâ in reliquis Juriſdictione Eminentiſſimo Abbati: Res namque ſatis explorata eſt, cuncta Orbis Monaſteria, earumque Eccleſias fuiſſe in vim particularium privilegiorum tàm à lege Diœceſana, quàm juriſdictionali Epiſcoporum exemptas. À Diœceſana quidem in Concilio Lateranenſi habito anno 601. ſub Divo Gregorio Magno relato in *Canone quam ſit neceſſarium*, ubi *Gloſ. ibidem verbo Juribus cauſ.* 18. *quæſt.* 2. *& in Epiſtola* 18. *ejuſdem Sancti Doctoris lib.* 7. *indict.* 1. & teſtantur *clar. mem. Cardin. Baronius in ſuis Annalibus ſub eodem anno* 601. à quo tempore omnia Monaſteria Regularium reputata fuerunt exempta à lege Diœceſana, ut patet *ex cap. cum pro utilitate* 34. *cauſ.* 16. *quæſt.* 1. *cap.* 51. *ex laicis* 1. *cap.* 10. *quæſt.* 1. ubi etiam refertur in Summa *antedictum cap.* 1. *Gloſ. in cap. inter cœtera* 8. *verb. ſolutionis can.* 10. *quæſt.* 3. & latè differunt *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 44. *&* 45. & alii plures relati per *Paſſer. de ſtat. hom. quæſt.* 189. *num.* 10. *inſpect.* 10. *num.* 974. *Cokier. de Juriſdict. Ordin. in exemptos par.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 5. *& quæſt.* 16. *Tamburin. de Jur. Abbat. diſput.* 15. *quæſt.* 3. *num.* 3. *Card. de Luc. de Juriſdict. diſc.* 19. *num.* 2.

5. A juriſdictionali, vigore particularium Privilegiorum Summorum Pontificum, quorum primus Adeodatus anno 670. ſexageſimo poſt obitum Divi Gregorii ad hanc anteà inauditam devenit novitatem, liberando à poteſtate Juriſdictionali Epiſcopi Turonenſis (ipſo tamen ultrò petente, & inſtante) Monaſterium B. Martini, ut refert *Card. Baron. dicto anno* 676. *ex num.* 2. *juncto num.* 5. ad cujus exemplum fuerunt per Succeſſores Pontifices à vinculo, & poteſtate Spirituali Epiſcoporum liberata cœtera Orbis Monaſteria novæque Regularium Familiæ, & Congregationes, vel expreſsè vel per communicationem Privilegiorum, ſemper tamen, vel penè ſemper conſenſientibus Epiſcopis, Teſte præ cœteris *P. Tomaſin. de Benefic. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 7. qui in ſubſequentibus tribus capitibus latè diſſerit de more juxtà temporum ſeriem de origine, & progreſſu exemptionum Ordinis Monaſtici, & ex noſtris *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 24. *à num.* 87. *ad n.* 90. *Cokier. de juriſdict. in exempt. par.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 9. *Barboſ. de Epiſcop. allegat.* 105. *num.* 3. *Fagnan. in cap. nimis grave num.* 3. *de exceſſ. Prælat.* & latiùs *in cap. ſuarum num.* 10. *de Privileg. Franceſ. Epiſcopus Barbaſtrenſis in Paſtoral. regul. par.* 2. *quæſt.* 2. *Alter Franceſ. de Urrutigoyk. de Eccleſ. Cathedral. cap.* 30. *num.* 75. *cum ſeqq. Card. de Luca de juriſdict. diſc.* 28. *num.* 2. *cum ſeqq. Tamburin. de jure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 15. *dicto cap.* 3. ubi per extenſum refert Privilegia conceſſa Ordini Divi Benedicti, ſub cujus Regula militant Monaſteria Caſtrorum, de quibus eſt ſermo.

6. Qua ſtante Monaſteriorum Regularium exemptione in vim Privilegiorum poſteà in ipſo juris corpore inſertorum, nullo pacto affirmari poteſt Summum Pontificem Gregorium XIII. per controverſam Oppidorum diſmembrationem quantumvis generalem voluiſſe ad formam antiquorum Canonum ſubjicere Juriſdictioni Epiſcopi Firmani non ſolùm Eccleſias Sæculares anteà Abbati tamquam Ordinario loci ſubditas, ſed etiam Monaſteriales, quibus tamquam Regularis Superior præerat, niſi doceatur, & conſtet, quod in eodem actu diſmembrationis derogaſſet ampliſſimis Monaſtici Ordinis Privilegiis, & quidem expreſsè, non ſufficiente derogatione generali, ſub qua non veniunt Privilegia inſerta in corpore juris, reſiſtente præſumptione, quod dictus Pontifex voluerit uno verbo tollere Privilegia, quæ tot vigiliis fuerunt per Anteceſſores Pontifices conceſsa, per ea, quæ notant *Crot. in cap. licet de Conſtit. in* 6. *num.* 34. *Felin. in cap. nonnulli num.* 6. *de for. compet. Butr. in cap. final. eodem titul. Roman. conſ.* 498. *num.* 13. *vol.* 1. *Suarez de leg. lib.* 8. *cap.* 38. *num.* 12. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 26. *Amoſtaz de Cauſ. Piis lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 10. & lato calamo citatis concordantibus *Paſſerin. ſuper* 6. *in cap. licet de Conſtit. num.* 317. *cum ſeqq.* & in ſpecie *Cokier de Juriſd. Ordin. in exemptos par.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 1. *&* 2. *ac per tot.*

7. In

7. In Brevi autem Gregoriano non legitur expreſsa dictorum Privilegiorum exemptivorum derogatio : Et quamvis inter Eccleſias, & Habitatores Oppidorum diſmembratorum recenſeantur Monaſteria , & Regulares, talis expreſſio facta eſt ad oſtendendum , ac declarandum , quod etiam ipſæ Eccleſiæ Regulares abſtractæ intelligerentur à Diœceſi Abbatum , & appoſitæ in Diœceſi Epiſcopi Firmani , ſed non ad illas efficiendas de ejuſdem Diœceſi , ſicque non ad effectum illas ſupponendi juriſdictioni Ordinariæ Epiſcopi quoad omnia cum ſubverſione ampliſſimorum Monaſtici Ordinis Privilegiorum , ſed ad illas tantùm ſubjiciendas Epiſcopis , quoad ea, quæ non obſtante exemptione, jus commune illis reſervavit, & Sac. Concilium Tridentinum , vel renovavit, vel tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegatis conceſſit ; Deficiente propterea expreſsâ derogatione juris Privilegiativi Regularium ipſi nunquam cenſentur per Conſtitutionem poſteriorem ſua libertate expoliati, quotiès non conſtet de contrarietate, & inconciliabili incompatibilitate legis ſequentis cum antecedenti , totumque poſſibile fieri debet, ut Conſtitutio poſterior cum Privilegiis concilietur ad evitandam derogationem , ex traditis per *Paſqual. deciſ. 329. n. 35.* aliosque, quos refert, & ſequitur *Paſſerin. loco ſupra citato num. 319. & 320.* & omiſſis generalibus , quod Eccleſiæ, Civitates, Caſtra, aliaque loca, quæ Pontificis auctoritate in alia nova loca, aut Diœceſes transferuntur, ſua Jura, Privilegia, & exemptiones retineant, pluribus adductis latè probat *Tamburin. de jur. Abbat. diſp. 5. quæſt. 6. per tot. tom. 3.*

8. Hæc ſi in ſtrictâ Juris cenſura de plano procedunt inſpectâ ſolâ parte conceſſivâ Brevis Gregoriani , in qua Defenſores Eminentiſſimi Cardinalis totam eorum vim reponebant, ſine ulla pœnitùs difficultate locum obtinent conſideratâ parte exceptuativà : Ad amputandam enim omnem dubitandi rationem , quod ob dictam generalem Eccleſiarum diſmembrationem, & peculiarem Monaſteriorum, & Regularium nominationem , ablata fuerit ab Abbate Farfenſi Juriſdictio ordinaria ad ipſum tamquam illorum Superiorem Regularem competens providè ſubditum fuit = *Quod ex ſeparatione , & diſmembratione , applicatione , & appropriatione prædictis Monaſterio Farfenſi quoad ſuperioritatem, quam in Monaſteriis , ſeù Prioratibus Regularibus ejuſdem Ordinis habebat, nullum præjudicium inferretur, ſed pro tempore exiſtens Epiſcopus Firmanus eam tantùm in illis haberet Juriſdictionem , quàm cæteri Epiſcopi in ſimilibus habere ſolebant* = Quæ verba ſive accipiantur per modum limitationis antecedentis generalis conceſſionis, ſivè per modum illius declarationis , in utraque forma manifeſtum faciunt, mentem Pontificis Gregorii XIII. extitiſſe , ut Monaſteria non obſtante ſæpedictâ diſmembratione, & reſpectivâ applicatione, libera remanerent à Juriſdictione ordinaria Epiſcopi Firmani , in cujus Diœceſi transferebantur, eorumque immediata ſubjectio quoad eamdem juriſdictionem ordinariam intacta ſervaretur Abbati illorum ſuperiori .

9. Cùm itaque ultra Juris interpretationem excludentem in ſeparationibus Monaſteriorum de uno loco ad alterum derogationem eorumdem exemptionis à poteſtate ordinaria Epiſcopi , concurrat quoque expreſſa illius reſervatio, ceſſant omnes diſcurſus ſubnixi in generalitate verborum , quibus concepta eſt pars diſpoſitiva diſmembrationis, cum verba univerſalia diſpoſitionis reſtringantur per alia limitativa, ac præſervätiva ſubſequenter appoſita *Bart. in l. is qui ducenta §. Utrum ff. de reb. dub. Jaſ. conſ. 7. num. 4. lib. 1. Tiraquell. in l. ſi unquam in verbo revertatur num. 95. ff. de revocat. Donat. Rot. coram Merlin. dec. 319. num. 3. & deciſ. 76. nu. 8. coram ſan. mem. Alexandro VIII. & in Bononien. Evictionis prima Martii 1697. §. Ex quibus coram me*: Et declarantur ab aliis ſubſequentibus ſpecificè, ac diſtinctè loquentibus *l. quæſitum §. Meviæ ff. de legat. 3. l. generali §. Uxori n. 1. ff. de uſufruct. legat. Rot. deciſ. 128. num. 16. par. 4. tom. 2. & deciſ. 194. num. 94. par. 5. & dec. 295. num. 1. coram Bichio*.

10. Minus rectè propterea Defenſores D. Cardinalis Archiepiſcopi ſuadere ſatagebant Superioritatem reſervatam Abbatibus , non eſſe intelligendam de Superioritate Juriſdictionali, ſed de ea dumtaxat , quæ concernit diſciplinam, & Inſtituta Regularia , qua vel juxta juris antiqui diſpoſitionem non carebant Superiores Regulares, tametſi juriſdictioni Ordinariæ Epiſcoporum ſubderentur, ut loquendo de Monachis Divi Benedicti ſtatuit *Text. in cap. fin. de ſtat. Monachor.* & firmat *Rot. deciſ. 15. num. 7. & 10. par. 1. rec.*

11. Talis quippe interpretatio evertitur tum quia verbum illud *Superioritas* veluti generale comprehendit etiam juriſdictionem , adeòque juxtà ſuam indolem eſt generalitèr, intelligendum, alio deſuper non concurrente , quod illud reſtringat *lib. 1. §. Generalitèr ff. de legat. præſtan. Rota coram Ludoviſ. dec. 329. num. 3. coram Coccin. dec. 784. num. 6.* Tùm quia in parte conceſſiva idem verbum *ſuperioritas* adhibitum fuit ad ſignificandam juriſdictionem ; Undè in eodem ſenſu accipiendum eſt in parte declarativa, & exceptuativa *l. ſi ſervus plurium 53. §. final. ff. de legat. 1. Corn. conſ. 290. num. 6. verſ. Unde ſuccedit vol. 4. Peregrin. de fideicom. art. 16. num. 108. Rota dec. 98. num. 19. par. 17. recen.* Tùm demùm , quia cum dicta præſervatio appoſita eſſet limitativè ad juriſdictionem ordinariam in parte conceſſiva Epiſcopo Firmano generalitèr in

omnes

omnes dd. Caſtrorum Eccleſias indultam, exceptio nonniſi de eadem juriſdictione interpretari debet; Fortiùs ponderando, quod in ipſamet parte exceptuativâ per modum ejuſdem declarationis, & intelligentiæ illæſa præſervatur Epiſcopo illa juriſdictio, quæ in Eccleſiis Regularibus competere ſolebat Epiſcopis; ſicuti igitur haud dubium eſt, quod hic nomine juriſdictionis Papa loquutus non eſt de ſuperioritate reſpiciente morum correctionem, quæ Epiſcopis nullatenùs competit, ſed de poteſtate Juriſdictionali, ità præcedens reſervatio favore Abbatis nequit diverſo modo intelligi, ac interpræetari, cum exceptio ſit de compræhenſis in regula, & intelligatur retentis terminis regulæ *l.* 1. § *Sed excipiatur de fer. & dilat. Abbas conſ.* 567. *num.* 7. *Calderin. conſ.* 5. *de Jur. Jur. Rota coram Bichio deciſ.* 124. *n.* 29. *& deciſ.* 342. *n.* 2. *&* 3. *par.* 18. *recent.*

12. Procedendo ad ultimam partem reſponſi concedentem Eminentiſſimo Archiepiſcopo Jus viſitandi Eccleſias Regulares Curatas in iis, quæ concernunt Curam Animarum juxtà diſpoſita per Sac. Conc. Trid. Ratio dubitandi ex eo orta eſt, quia eo pacto, quo Archiepiſcopus ex generalitate partis conceſſivæ Brevis Gregorii XIII. contendebat ſubjectas fuiſſe ſuæ Juriſdictioni ordinariæ Eccleſias Regulares quoad omnia; Ita verſa vice Cardinalis Abbas fretus prægnantibus clauſulis partis exceptuativæ acritèr prætendebat non fuiſſe ad ſui favorem tantùm præſervatam Juriſdictionem ordinariam, quæ ſibi tamquam Superiori in Monaſteriis Regularium competebat, ſed etiam plenariam, quam tanquam Diœceſanus vigore Juriſdictionis quaſi Epiſcopalis exercebat in exemptos Curæ Animarum præpoſitos; ſed eo pacto, quo prætenſio Eminentiſſimi Archiepiſcopi apparvit minus habens, ita inſubſiſtens viſa eſt hæc altera Eminentiſſimi Abbatis.

13. Ampliſſimæ namque diſmembrationi Caſtrorum ſuperius expoſitæ conſentaneum eſt, ut ubi prius illorum Eccleſiæ Regulares poſitæ eſſent in Diœceſi Abbatis Farfæ, poſt diſmembrationem haberi cæperint ſitæ in Diœceſi Firmana. Non adverſante earumdem Eccleſiarum exemptione, quoniam iſta efficit, ut non dicantur de Diœceſi, non verò, ut non ſint in Diœceſi *cap. cum Epiſcopus*, & ibi *Franc. in* 2. *notabili*, *& Gemin. num.* 3. *de offic. Ordin. in* 6. *Abbas in cap. Apoſtolicæ num.* 13. *de offic. Ordin. in* 6. *& in cap. Apoſtolicæ num.* 3. *de Donat. Vbald. de Canonic. Epiſcop. & Paroch. cap.* 4. *quæſt.* 6. *n.* 11. *Cokier. de Juriſdict. in exemptos par.* 4. *quæſt.* 55. *Card. de Luca de juriſdict. num.* 8. *in fin. Rota coram Buratt. deciſ.* 58. *num.* 14. *& deciſ.* 324. *num.* 3. *par.* 1. *&* 97. *n.* 8. *par.* 13. *& in Gerunden. Juriſdict.* 5. *Martii* 1692. *§. Cujus naturæ in fine coram me.*

14. Indeque ſine ulteriori ſpecifica conceſſione derivat favore Eminendiſs. Archiepiſcopi Juriſdictio viſitandi Parochos, & Eccleſias Regulares curatas erectas ex alterius Territorio, & poſitas in ſua Diœceſi tàm ex diſpoſitione Juris communis, quàm Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi: Ex jure quidem communi quia etſi inter antiquos Canoniſtas vexata ſit quæſtio utrum Monachi de Jure prohibeantur Curam Animarum exercere, & diſtinguendo Curam Eccleſiarum Sæcularium à Monaſteriis ſejunctarum à Cura incumbente ipſi Monaſterio, ubi eſt Congregatio Monachorum, omnes conveniant hanc ſecundam Curæ ſpeciem de Jure committi non poſſe Monachis, ſed Presbyteris Sæcularibus ab Epiſcopo per Concilium Monachorum inſtituendis ad *Text. in cap. in Eccleſiis primo de Cappell. Monachor.* ubi latè *Abbas*, & latiſſimè probat *Fagnan. ibidem num.* 10. *cum ſeqq.* quam ſequitur *Tomaſſin. de Benefic. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 3. §. *ex his in fin. Solarzan. de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 25. *tom.* 2.

15. Solumque variaverint quoad primam Curæ ſpeciem; Aliis contendentibus poſſe Monachum Curæ Parochialis Sæcularis extrà Conventum præfici ſine ulla diſpenſatione, dummodò cum eo habitet ſaltem alter Monachus, *per. Text. in cap. Monachi de Stat. Monachor. cap. quod Dei Timorem eodem tit.* ubi *Abb. n.* 7. *verſ. aut eſt curata*, ubi teſtatur de comuni opinione, & relatis aliis antiquioribus *P. Leſſius de juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 6. *Garz. de Benefic. par* 7. *cap.* 10. *num.* 17. & huic Sententiæ ſe ſubſcribere videtur *P. Tomaſſin. de Benefic. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 3. §. *Ex his*,

16. Aliis è contra negantibus tale quid de Jure fieri poſſe, niſi diſpenſativè, & in caſu neceſſitatis, & in defectum Clericorum Sæcularium per *Text. in cap. cum pro utilitate, & cap. qui verè* 16. *& cap. priſcis diſt.* 55. & tenet *Gloſſ. in d. cap. quod Dei timorem verbo Regimen de Stat. Monachor.* & hanc opinionem diſcuſſo Articulo tenuit *Rot. deciſ.* 5. *de jurepatronat. &* 28. *de Prebend. in noviſ. Bellamer. deciſ.* 713. *&* 750. *per. tot. Covarru. in cap.* 2. *de Teſtam. num.* 3. *Navarr. conſ.* 10. *de Regular. Garz. de Benefic. dicta par.* 7. *cap.* 10. *num.* 20. *Emanuel. Roder. in quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 34. *Art.* 5. *Sanchez. in Summ. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *&* 39. *cum. aliis*, quos refert, & ſequitur *Solarzan. de jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 2. Et quoad diſpenſationem aliqui authumaverint neceſſariam eſſe Apoſtolicam, juxtà ſenſum *Mandoſii in tit. de diſpenſ. Monachor. in. princip.* & aliorum, quos refert *Garz. de Benefic. ubi ſupra num.* 22. Alii verò ſufficere illam Epiſcopi, ut ex *cap. Doctos cauſ.* 16. *quæſt.* 1. inquit *Bellam. dicta deciſ.* 750. *num.* 4. *verſ. Secunda Concluſio*, *Covarru. in dicto cap.* 2. *de Teſtam. Garz. de Benefic. par.* 7. *dicta quæſt.* 10. *num.* 24. *Rota coram Verallo deciſ.* 85. *num.* 2. *par.* 1. quam controverſiam uſque de anno 1581. ſuſtulerit ſa. mem. Gregorius XIII. expreſsè

decla-

declarando, Regulares præfici non poſſe Curæ Animarum in Eccleſiis Sæcularibus Parochialibus, etiam cum licentia ſuorum Superiorum abſque diſpenſatione Apoſtolica, ſolum inſtante Epiſcopo pro neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ concedenda, ut notat *Fagnan. in dicto cap. quod Dei timorem not. 16. & 17. Tomaſſin. loco mox citato num. 9. §. Anno verò.*

17. Concors tamen, & undique pacificus fuit, & eſt Canoniſtarum ſenſus, quod ſemel, ac Eccleſiæ Monaſteriorum habeant annexam Curam Parochialem Animarum, & Regularibus committitur eadem Cura Monaſteriis incumbens, vel hæc ab eiſdem exerceatur in aliis Ecccleſiis Parochialibus Sæcularibus, ſivè à Monaſteriis dependentibus, ſivè independentibus, ſemper in iis, quæ concernunt Curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem de jure communi ſubiiciuntur juriſdictioni ordinariæ Epiſcoporum, in quorum Diœceſibus ſita ſunt talia Monaſteria, vel Eccleſiæ Parochiales, non ſuffragāte quacumque exemptione eiſdem conceſsâ, quia iſta exemptio ſecundum Sacros Canones, & juxtà mentem ipſorum Pontificum eximentium, non comprehendit Curam Animarum, nec Presbyterū illam regentem, neque Populum, cui Sacramenta adminiſtrantur, ut declaravit *Bonifacius VIII. in cap. per exemptionem 9. de Privileg. in 6.* & antea etiam dictum fuerat *in cap. 1. verſ. qui ratione Plebium de verbor. ſignific. in 6. cap. cum, & plantare 3. §. in Eccleſiis cap. cum Cappella 16. de Privileg. cap. cum ſatis 4. de offic. Archidiac. cap. 1. de Cappellis Monachor. Fuſc. de Viſit. lib. 2. cap. 8. num. 6. & eodem lib. cap. 20. num. 10. Marant. tom. 4. reſponſ. 21. num. 61. & 67. Franceſ. de Eccleſ. Cathed. cap. 30. num. 163.*

18. Non enim implicat, quod Regularis in iis, quæ reſpiciunt Inſtituta ſui Ordinis, & Monaſticam diſciplinam ſubjectus ſit ſuis Superioribus Regularibus, & quoad Curam Animarum Perſonarum Sæcularium, quam adminiſtrat, Subditus ſit Epiſcopo, quia eadem Perſona diverſo jure cenſeri poteſt, ubi duplicem gerit perſonam, ſicque compatiuntur iſta duo, quod aliquis certo reſpectu ſit ab Ordinario exemptus, & alia conſideratione ſit eidem ſubjectus, ut expreſsè dicitur in *dict. cap. cum Cappella 16. de Privileg.* ubi *Barboſ. num. 1. & Fagnan. num. 14.* & ipſemet in *cap. quoniam de Privileg. à num. 5. cum ſeqq. Abbas in cap. per exemptionem 9. de Privileg. in 6. num. 1. Gratian. diſcept. 298. num. 49.* & in terminis *Rota deciſ. 1058. num. 4. 5. & 6. coram Seraphin. & in deciſ. 391. num. 5. part. 13.*

19. Neque Sac. Concilium Tridentinum in hac parte Juris communis diſpoſitionem immutavit, ſed imò, & confirmationis robur adiecit; Supponens namque Regulares exercere poſſe Curam Animarum eorum Eccleſiis incumbentem, vel ſtante, quod dicta decretalis in Eccleſiis de Cappellis Monachorum abierat in deſuetudinem, vel potiùs attentis peculiaribus Regularium privilegiis, ut advertunt *Fagnan. in eodem cap. in Eccleſiis in princ. §. Nota primo P. Tomaſſin. de benefic. dicta par. 1. lib. 3. cap. 22. §. 10.* ſtatuit *in cap. 11. ſeſſ. 35. de regular.* quod in Monaſteriis, ſeù Domibus, quibus imminet Cura Perſonarum ſæcularium, Parochi tàm Regulares, quam Sæculares Curam hujuſmodi exercentes ſubſint immediatè Juriſdictioni, Viſitationi, & correctioni Epiſcopi Diœceſani in his, quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, & tradunt communiter Doctores, & ſignantèr *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcopi par. 3. alleg. 74. num. 18. & de Jure Eccleſ. lib. 1. cap. 14. n. 24. & cap. 43. à num. 134. ad num. 145. Fagnan. in cap. nullus de Parochiis à num. 38. ad num. 43. & in cap. grave de offic. Ordin. num. 14. 15. 16. & 64. Tambur. de jur. Abbat. tom. 3. diſp. 5. quæſt. 11. num. 45. & 52. Cappon. diſcep. foren. tom. 1. diſcep. 2. n. 63. Rota dec. 1058. & 1067. coram Seraphin. dec. 391. n. 2. uſque ad 7. par. 13. & in Toletana juriſdictionis 10. Januarii 1689. §. Secundò loco coram Me impreſ. poſt primum diſcurſ. Card. de Luca de juriſdict. juxtà Venetam impreſſionem, & in Cæſarauguſtana juriſdictionis 8. Februarii 1692. §. Motivum coram bon. mem. Emerix. Decano.*

20. Hancque juriſdictionem, viſitationem, & correctionem in vim *dicti cap. 11. ſeſſ. 25.* non exercet Epiſcopus authoritate delegata, ſed Ordinariâ, eo modo, quo illam de jure communi Sacrorum Canonum, & ante Sac. Concilii promulgationem exercebat in Monaſteriis, in quibus erat annexa Cura Animarum, & quoad Regulares illam gerentes, non obſtantibus quibuſcumque exemptionibus, ut ſupra probatum eſt in §. *Concors tamen*. Tum quia Sac. Concilium inibi non ſtatuit Parochos Regulares ſubeſſe juriſdictioni delegatæ Epiſcopi, prout quando tale quid præcipere voluit, expreſſit, ut ſignanter videre eſt *in cap. 3. ſeſſ. 6. cap. 8. ſeſſ. 7. cap. 4. ſeſſ. 14. cap. 8. ſeſſ. 21. cap. 9. ſeſſ. 24.* Imò illos quoad Curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem ſubmiſit *immediatæ juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cujus Diœceſi ſita ſunt,* quod verbum *immediatè* non congruit juriſdictioni delegatæ, ſed ordinariæ: Delegata namque non exercetur immediatè ex propria poteſtate, & imperio, ſed mediante peculiari facultate ab habente poteſtatem attributa *l. 3. ff. de offic. ejus, & ibi Dec. num. 4. Gulielm. Durand. in ſpeculo lib. 1. partic. 1. de juriſdict. omn. Jud. §. 1. verſ. delegata eſt, Boer. deciſ. 151. num. 5. Saran. de adjunct. quæſt. 32. num. 2.*

21. Tum etiam quia receptiſſima eſt inter Doctores diſtinctio, quod quando in aliquo parti-

particulari caſu aliquid committitur Ordinario ſuper eo, quod alias ſibi de jure communi competebat, poteſtate Ordinariâ, per talem commiſſionem cenſetur excitata juriſdictio Ordinaria, & non tributa juriſdictio delegata: Quando verò non ſimpliciter, ſed addita aliqua clauſula, videlicet *Poteſtate Apoſtolicâ, authoritate noſtrâ, aut tamquam Delegatus*, & ſimilibus clauſulis ſignificantibus commiſſionem delegatam, & tunc ſuperior cenſetur juriſdictionem Ordinariam inferioris Ordinarii mutare in delegatam ad *Textus expreſſos in cap. licet in corrigendis de offic. Ordin. & in cap. cum aliquibus de reſcript. in 6. & ibi Gloſſa in efformatione caſus verſ. nota ſecundo, Dec. conſ. 404. num. 3. Marant. in ſpeculo par. 4. diſt. 5. num. 75. Sperell. dec. 31. num 9. Cokier. de juriſd. ordin. in exemptos 2. parte quæſt. 14. Ricc. par. 2. collect. 413. Scacc. de appellat. num. 86. extenſione 2. per tot. & à num. 87. cum ſeqq. Barboſ. in collect. ad d. cap. licet num. 2. & pleniſſimè de offic. & poteſt. Epiſcopi alleg. 92. num. 2. & 9. §. Ad tertium, Gonzalez. in dicto cap. licet num. 3. Fagnan. in cap. quoniam n. 7. & 8. de offic. delegat.* Ideoque cum ex ſuprà latè deductis ante Concilium Tridentinum etiam ſtantibus exemptionibus Regularium ad Epiſcopos de jure communi ſpectabat jus viſitandi Eccleſias regulares, in quibus exercebatur Cura Animarum & perſonas exemptas illam adminiſtrantes, concludendum eſt, quod idem Sac. Concilium non commiſerit Epiſcopis poteſtatem hanc viſitandi jure delegato, & authoritate Apoſtolica, dum id non expreſſit, ſed Juriſdictione Ordinaria, illam per novam legem favore Epiſcoporum renovando, & excitando, & omiſſis generalibus in ſpecie *cap. 11. ſeſſ. 25. de reformat.* tradit de mente S. Congregationis Concilii Tridentini *Fagnan. in cap. cum dilectus de Religioſ. domibus à num. 41. ad 45. & in cap. nullus num. 38. & 47. in fin. de Paroch. & in cap. grave de offic. Ord. num. 37.* Licet verum ſit, quod ſi Regulares non exercent Curam Perſonarum ſæcularium in ſuis Monaſteriis, ſed ſolum Sacramenta miniſtrant eiſdem ſæcularibus, & in illis miniſtrandis delinquunt, tunc ſubſint Juriſdictioni Epiſcopi Diœceſani tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, ut ampliando *d. cap. 11. ſeſſ. 25. de Regularibus diſpoſuit Gregorius XV. in Bulla incipien. inſcrutabili 18. in ordine tom. 3. Bullarii*, & explicant *Fagnan. in cap. grave de offic. Ordin. num. 37. & in cap. quanto eodem tit. num. 37. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 24. num. 55. 57. & 58. Tambur. de jur. Abbat. tom. 3. diſput. 15. quæſt. 11. n. 46. Barboſ. de jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 43. n. 135. idem Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 11. num. 19.*

22. Poſito ex hactenus deductis, quod in ſequelam diſmembrationis Caſtrorum, de quibus agitur, ab Abbatia Farfenſi, illorumque tranſlationis in Diœceſim Firmanam, tam ex cenſura juris communis, quam ex Decretis Sac. Concilii Tridentini Eccleſiæ Curatæ Regulares, eorumque Parochi ſubditi fuerint immediatæ Juriſdictioni Epiſcopi Firmani in concernentibus Animarum Curam, ceſſat ratio dubitandi orta ex verbis generalibus, & prægnantibus, quibus reſervata fuit favore Abbatum, ſuperioritas in Monaſterium, & Monachos ibi: *Quoad ſuperioritatem nullum inferatur præjudicium.*

23. Nàm ſicuti ex generali ſeparatione Monaſteriorum, & Eccleſiarum exiſtentium in dictis Caſtris non præſumitur de Jure Pontificem voluiſſe ſubjicere Monaſteria, & Monachos Juriſdictioni Epiſcopi Firmani, à qua jure privilegiativo ſunt exempti, ceſſante ejus expreſsâ renunciatione, ut latè ſupra probatum eſt, ità nec ſub generali præſervativa Jurium, Privilegiorum, & exemptionum eorumdem Monaſteriorum cenſeri poteſt compræhenſum illud jus, quod non obſtante exemptione, Juris communis diſpoſitio, ac Sac. Concilium Tridentinum illæſum, & intactum reſervavit Epiſcopis, in cujus Territorio ſita ſunt Monaſteria, non concurrente expreſſa derogatione. Qua ratione igitur ad ſalvandam libertatem Monaſteriorum à Juriſdictione Epiſcoporum Diœceſana, & juriſdictionali dictum fuit reſtringendam eſſe amplitudinem partis conceſſivæ diſmembrationis juxtà formam privilegiorum, & libertatum Regularium: Eodem modo certè concilianda eſt pars exceptuativa, quantumvis generalis, ut ſcilicet exceptuet ea tantum, ad quæ porriguntur Privilegia exemptionum, & non ultra, itàut non habeat etiam compræhendere juriſdictionem in exemptos quoad ea, quæ concernunt Curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, ad effugiendam Juris derogationem, quæ quantum poſſibile eſt, evitari debet, potiſſimè quando eſſet juris Conciliarii, quod debet expreſsè derogari ad *Text. in cap. nonnulli 28. de reſcript., & cap. eam te 4. de ætate, & qualit. & cap. ex par. 3. & final. de Cappel. Monachor. Jacobat. de Concil. lib. 5. art. 18. Sanchez de matrimon. lib. 3. diſput. 26. num. 7. Barboſ. de offic. Epiſc. alleg. 33. num. 24. Rota dec. 122. & 123. par. 1. diverſ. & deciſ. 279. num. 6. coram. Coccin. & dec. 214. num. 2. part. 2. & deciſ. 302. n. 12. & 13. par. 9.*

24. Eo magis ponderando, quod in parte conceſſiva inter alias Eccleſias diſmembratas nominatim recenſentur Monaſteria, & Eccleſiæ Conventuales, ac Perſonæ Regulares, hinc ſi ſucceſſivè in parte exceptuativa fuiſſent eadem loca, & perſonæ penitùs, & in omnibus exceptuatæ, pars conceſſiva remaneret ſuperflua, & de vento, inſurgeretque in eadem diſpoſitione inconciliabilis contrarietas, quin ea ſalvari poſſit à natura exceptionis, quoniam ejus indoles eſt reſtringendi regu-

regulam, & diſpoſitionem, vel abſolutè, vel in certis particularibus caſibus, & circumſtantiis, non tamen revocandi totum id, quod antea reperiebatur nominatim diſpoſitum, nam alias non eſſet exceptio, ſed revocatio, non limitatio, ſed deſtructio conceſſionis, vel diſpoſitionis, ex ponderatis per *Coccin. deciſ.* 462. *num.* 2. & optimè in caſu ſimillimo reſpondit nuper hoc Sacrum Tribunal *in Romana, ſeù Balneoregien. fideicommiſſi* 8. *Martii præteriti.* § *Non obſtante coram R. P. D. Muto*: Ad repellendas propterea hujuſmodi repugnantias, concludendum eſt exceptuationem compræhendere totum id, quod ſecum ferunt Privilegia generalia exemptionum Ordinis Monaſtici, & non etiam jura reſervata Epiſcopis in perſonas, & loca exempta capiendo, ut fieri debeat, eam interpretationem, per quam repellitur abſurdum, & ſuperfluitas *Rot. dec.* 404. *num.* 11. *par.* 19. & punctualitèr in terminis ſimilis diſmembrationis *Rot. dec.* 7. *num.* 15. *par.* 18. *rec.*

25. Certiùs quia exceptuata ſuperioritas dignoſcitur expreſsè reſtricta ad eam, quam Abbas uti Superior Regularis in Monachos, & Monaſterium obtinebat, tranſlatâ litteris claris in Epiſcopum Firmanum ea Juriſdictione, quam in Eccleſiis Regularibus Diœceſani habere ſolebant, ibi = *Sed pro tempore exiſtens Epiſcopus eam tantùm haberet juriſdictionem, quam cæteri Epiſcopi in ſimilibus habere ſolebant*. Cùm ergò juriſdictio, qua in Eccleſiis, & Perſonis exemptis fruuntur Epiſcopi ſit ordinaria, quoad concernentia Curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, & delegata in pluribus aliis caſibus expreſſis in Sacro Concilio Tridentino, & ſignantèr *in ſeſſionibus ſupracitatis*, §. *Hancque juriſdictionem*, nil clariùs, quod hujuſmodi juriſdictio non fuerit reſervata favore Abbatis, ſed ad formam juris communis, & Sac. Concilii favore Epiſcoporum, adeout cum in præſenti adſint verba adeò clarè in hac parte explicantia mentem Pontificis, fruſtrà recurritur ad conjecturas, & interpræationes, *ad Text. in l. ille, aut ille ff. de legat.* 3. cum concordantibus plenè relatis *in Hiſpalen. Viſitationis* 30. *Aprilis proximè præteriti*, §. *Domini tamen*.

Huic litterali, obviæ ac genuinæ Brevis Gregoriani intelligentiæ, non adverſantur documenta, & actus illud ſubſequentes; Non obſtant inquam Bullæ ſan.mem. Urbani VIII. ſæculariƶationis Eccleſiæ Sanctæ Victoriæ, illiuſque erectionis in Collegiatam, quatenùs in eiſdem dicta Eccleſia, ejuſque Canonici, Sacriſtani, Clerici, aliique inſervientes cum eorum rebus, bonis, juribus, & pertinentiis univerſis ſubjecti, ac ſuppoſiti fuerint Viſitationi, Correctioni, & omnimodæ juriſdictioni Abbatis cum eademmet poteſtate, quæ competit locorum Ordinariis.

26. Per haſce namque Bullas non intellexit, nec voluit memoratus Pontifex deſtruendo, ac revocando totum id, quod à providentia Gregorii XIII. Anteceſſoris proceſſerat novam ab Eccleſia Firmana facere diſmembrationem dictæ Eccleſiæ Sanctæ Victoriæ, eamque iterùm reponere in Diœceſi Abbatis Farfenſis, ubi anteà ſita erat, ſivè quia de hac nova diſmembratione nullum legitur verbum, undè intrant juris propoſitiones ſupra firmatæ, quod Conſtitutio poſterior numquàm cenſetur revocare antecedentem, niſi expreſsè dicatur, & comprobat *Rota deciſ.* 159. *num.* 16. *cum ſeqq. coram Carill.* Præſertim in hac materia diſmembrationis, quæ utporè odioſa non præſumitur, ſed venit concludentèr probanda, *ad Text. in extravaganti ad Apoſtolatum* 2. *de Conceſs. Præbend. & in cap. Quia Monaſterium de Relig. Domibus*, cum aliis per *Rot. dec.* 14. *num.* 8. *& deciſ.* 92. *num.* 45. *coram Duran.* ſivè quia de eadem diſmembratione fit mentio in ipſis Bullis, abſque ullo verbo denotante illius revocationem, ibi = *Et quod ſicut accepimus Sanctæ Victoriæ, & Sancti Pauli de Furcis, & Sancti Laurentii de Rotella Terrarum, ſeù Locorum Montis Alti Diœceſis Prioratus hujuſmodi, qui à dicto Monaſterio Sancti Salvatoris, ut præfertur, dependentes, & Monaſterii hujuſmodi, etiam poſtquam Oppidum, ac Terræ, ſeù Loca hujuſmodi à Juriſdictione Abbatis, ſeù Commendatarii ipſius Monaſterii Sancti Salvatoris Apoſtolica auctthoritate diſmembrata, ſeù exempta ſubjacebant, & de præſenti ſubjacent*. Quæ ſanè verba nedùm non important revocationem diſmembrationis, ſed imò illam ſupponunt exiſtentem, & inpoſterum duraturam, eo pacto, quo Pontifici expoſita fuerat, ut de ſe patet.

27. Ex hoc autem indubitato facto ſuccedit in jure, quod controverſæ Bullæ Urbanæ non revocantes, ſed imò præſuppoſitivè confirmantes antecedentem Gregorianam, debeant ad hujuſce limites intelligi, & interpræteri, ex relatis per *Rot. dec.* 211. *nu.* 5. *& ſeqq. par.* 6. *& dec.* 427. *num.* 29. *par.* 9. *rec.* Ideòque cum ex ſupra deductis Gregorius XIII. in dicta Bulla diſmembrationis præſervaverit Abbati Farfenſi in Monaſteria, & Monachos illam tantùm Superioritatem, & juriſdictionem, quæ Privilegia exemptionum tribuunt Superioribus Regularibus, illas ſub iiciendo Epiſcopis Firmanis in iis, quæ pertinent ad Curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, dicendum eſt, quod ſæculariƶato Monaſterio Sanctæ Victoriæ, eadem Juriſdictio, quæ competebat Abbati tanquam Superiori Regulari, fuerit eidem conceſſa in Eccleſiam ſæculariƶatam, ac Collegiatam, & Canonicos novitèr inſtitutos, cum eadem tamen præſervatione immediatæ Juriſdictionis Ordinariæ favore Epiſcopi quoad Curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtra-

 tionem;

tionem; Non repugnantibus generalibus verbis, quibus concepta eſt poteſtas tributa Abbati in Collegiatam, quia cum Breve Gregorianum diſmembrationis ſervatum ſit illæſum, quæcumque ea ſit generalitas, reſtringi debet juxtà ſubjectam materiam intra ſpheram Juriſdictionis Ordinariæ, quam Abbates tamquam inferiores Prælati intra Clauſtra Monaſterii exercere poſſunt, ut ex prædicta, aliiſque rationibus ità in ſpecie haſce Bullas Gregorii XIII. & Urbani VIII. ad concordiam reduxit *clar. mem. Card. de Luca de Juriſdict. diſc.* 14. *per tot.*

28. Eoque magis amplexa fuit dicta interpretatio, quia nullum in Bullis Urbani legitur verbum præſeferens ſubtractionem Populi Sanctæ Victoriæ à Juriſdictione Epiſcopi Firmani, ſed poteſtas omnis collata in Abbatem verſatur circa ambitum Eccleſiæ Collegiatæ, Canonicos, & Inſervientes, quæ non infert Juriſdictionem in Parochiam,& Populum, *ad Text. in dicto cap. Per exemptionem de Privileg. in 6.* & ibi *Gloſſ. Fagnan. in cap. Cum Cappella num.* 16. *de Privil. Pignatell. conſult.* 8. *num.* 7. *tom.* 7. *Rot. deciſ.* 233. *num.* 30. *par.* 10. *& deciſ.* 181. *num.* 11 *coram Carill.& in Gerunden. Juriſdictionis ſuper bono jure* 8. *Junii* 1692. §. *Nec conceſſionem coram me.*

29. Sed quatenùs juxtà ſenſum oppoſitum amplitudo, ac generalitas verborum, & clauſularum, quibus conceſſa fuit Abbati Farfenſi Juriſdictio in Eccleſiam Collegiatam non pateretur limitationem circa Juriſdictionem ordinariam de jure competentem Archiepiſcopo Firmano in iis,quæ concernunt Curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, adhùc Domini ponderarunt prætenſam Juriſdictionis amplitudinem eatenùs fuiſſe à Papa Urbano conceſſam, quatenùs eidem ſuppoſitum fuerat eandem poteſtatis plenitudinem præſervatam fuiſſe Abbati in Monaſterium, & Monachos in Brevi diſmembrationis Gregorii XIII. ut patet ex verbis, ibi: *Et quod ſicut accepimus*, quod ſuppoſitum cum ex ſupra probatis ſit penitùs erroneum, vel perneceſſe corruere debet tota diſpoſitio ſuper illo fundata *Gemin. conſ.* 96. *num.* 9. *Roman. conſ.* 180. *num.* 7. *Rot. deciſ.* 32. *num.* 11. *par.* 6. *& deciſ.* 261. *num.* 9. *par.* 7. *& deciſ.* 412. *num.* 2. *&* 6. *par.* 12. *Buratt. deciſ.* 510. *num.* 7. vel ſaltem venit reſtringenda juxtà mentem concedentis, quæ non fuit indulgendi Abbati plus Juris illo, quod ad ipſum ſuper eadem Eccleſia ſpectabat de tempore, quo erat Regularis, etiam poſt diſmembrationem, per ea, quæ notat *Rot. dec.* 159. *num.* 17. *coram Carill.* & in ſpecie *Card. de Luca dicto diſc.* 14. *num.* 5.

30. Obſervantia autem Brevi Gregoriano ſubſecuta mirificè comprobat illius intellectum à Rota tributum; Doctum quippè fuit ab Eminentiſſimo Archiepiſcopo, quod ejus Anteceſſores plures fecerint Viſitationes dictæ Eccleſiæ Sanctæ Victoriæ de Annis nempè 1583. 1588. 1592. 1597. 1607. 1624. & 1627. Rursùs de interventu in ejus Synodis Diœceſanis Prioris, & Parochorum Curam Animarum exercentium, de pluribus approbationibus Parochorum Regularium, & Monachorum pro audiendis Confeſſionibus Laicorum, Diſpenſationibus, & licentiis Matrimonialibus, qui actus plenè explicant, & declarant reverà fuiſſe per Breve dictæ diſmembrationis conceſſum Epiſcopo Firmano eam omnem Juriſdictionem, quæ ex Juris, & Concilii Tridentini diſpoſitione pertinet ad Epiſcopos in Eccleſiis, & Perſonis exemptis, ex firmatis per *Rot. deciſ.* 493. *num.* 4. *par.* 13. *& deciſ.* 48. *num.* 9. *&* 10. *coram Bichio, & deciſ.* 679. *num.* 9. *coram Buratto, & in Capuana, ſeù Montis Caſſinen. Parochialium* 10. *Martii* 1679. §. *Tale autem coram bon. mem. Bourlemont.*

31. Nec prædicta deſtruuntur, aut offuſcantur ex prætenſis actibus Juriſdictionalibus per Abbates Farfenſes geſtis poſt eamdem diſmembrationem; nàm Domini dividentes tempora, obſervarunt, quod ab illo diſmembrationis factæ à Gregorio XIII. uſque ad alterum Bullæ Urbani VIII. actus expleti ab Abbate ſunt pauci in concernentibus Curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem comparativè ad eos, quos pacificè geſſerunt Archiepiſcopi; Imò illud peculiaritèr obſervatum fuit, quod in unica Synodo Farfenſi intra hoc tempus convocata, neque ullus legitur deſcriptus Parochus Regularis;Hujuſmodi propterea obſervantia,uti proxima diſmembrationi venit principalitèr attendenda *Soccin. conſ.* 6. *num.* 6. *lib.* 1. *Rota coram Seraph. deciſ.* 1410. *num.* 7. *coram Buratt. deciſ.* 647. *num.* 10. *& deciſ.* 396. *num.* 26. *coram Bichio.*

32. Alii actus geſti poſt Bullam Urbanam quamvis ſint in majori numero, veriſimilitèr tamen proceſſerunt ſub falſo ſuppoſito, quod ſcilicèt idem Pontifex Eccleſias Regulares jàm ſeparatas à Juriſdictione Abbatis occaſione ſæculariʐationis illas eidem iterum univerit, quod ſuppoſitum cum ſit omninò inſubſiſtens, corruit totum id, quod in ejus ſequelam obſervatum fuit *l. ſi cum te ff. de pact. & l. final. ff. de conſtit. pecun. Rota deciſ.* 10. *de Præbend. in antiq. num.* 3. *& deciſ.* 159. *num.* 20. *coram Carillo.*

33. Prætereà ad eoſdem actus geſtos poſt Bullam Urbani VIII. & ab Eminentiſſimo Abbate adductos pro juſtificanda obſervantia, generalitèr reſponſum fuit non eſſe attendendos, quia, vel dederunt cauſam liti, de qua ſupra *num.* 4. *&* 5. vel facti fuerunt pendente lite, aut vigore concordiæ vitalitiæ initæ intèr Cardinalem Franciſcum Barberinum Abbatem, & Archiepiſcopum Carnalem Gualterium; Vel illos non eſſe incompa-

compatibiles cum geſtis ab Archiepiſcopis Firmanis pro tempore, proùt ſunt Viſitationes, quæ etiam in concernentibus Curam Animarum fieri poſſunt cumulativè ab Epiſcopo, & à Prælato inferiori juxtà communem Canoniſtarum opinionem, de qua *Fagnan. in cap. Ut Privilegia de Privil. num. 44. & in cap. Quanto num. 31. de offic. Ord.* cum pluribus aliis deductis *in deciſ. 336. num. 1. cum ſeqq. coram Pania*, & firmitèr diſcuſſo Articulo *in Toletana Juriſdictionis 10. Januarii 1689. §. Secundò loco cum pluribus ſeqq. coram me*, impreſſa poſt *Card. de Luc. diſc. 1. de juriſdict. juxtà Venetam impreſſionem*. Vel tandem non eſſe habendos in conſideratione in concurſu tot aliorum actuum expletorum ab Archiepiſcopis ſuffultis Juris aſſiſtentia latè ſuperius aſſerta, ut plenè reſpondit *Rota in Leodien. Juriſdictionis 11. Aprilis 1698. §. 2. coram Me*.

34. Deſcendendo poſt hæc Domini ad examen Eccleſiarum contentarum in Bulla Gregorii XIII. procedentes cum regula generali ſtatuente, quod juxtà Juris communis præſumptionem omnes Eccleſiæ cenſentur Sæculares, & non Regulares, *ad Text. in cap. Cum beneficio il 5. de Præbend. in 6.* ubi *Barboſ. ſub num. 14. Garz. de Benefic. par. 1. cap. 6. n. 11. & 12. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 7. & n. 1. & ſeqq. Corrad. in prax. Benefic. lib. 1. cap. 6. num. 322. Rot. deciſ. 68. num. 1. & 2. coram Mantic. & deciſ. 433. num. 18. coram Bich. & in Toletana Juriſdictionis ſuper exceſſibus 16. Januarii 1686. §. Quibus ſic poſitis coram bo. mem. Urſino, & in eadem Cauſa ſuper pertinentia Eccleſiarum 6. Iunii 1689. §. His ſtantibus coram Me*, impreſſis poſt primùm *diſc. de Iuriſd. Card. de Luca ſecundum Venetam impreſſionem*, dixerunt, quod cum uſque modo non fuerit per Cardinalem Abbatem probata regularitas, niſi quoad duas Eccleſias tantùm, illam nempè Sanctæ Victoriæ, & alteram Monaſterii Sanctæ Catharinæ; Conſequens eſt, ut in omnibus aliis, quas non conſtat fuiſſe Regulares de tempore diſmembrationis, poſſe Eminentiſſimum Archiepiſcopum exercere Juriſdictionem ordinariam quoad omnia; In dictis verò duabus proculdubio Regularibus in iis tantùm, quæ pertinent ad Curam Animarum, & Sacramentorum Adminiſtrationem.

35. Parum refragante, quod nonnullæ Eccleſiæ prætendantur dependentes ab Eccleſia S. Victoriæ, quia ultra quod nullo modo in præſenti conſtat de hujuſmodi dependentia, illud removet omnem difficultatem quod de Jure ſimplex dependentia unius Eccleſiæ ab altera exempta non facit paritèr illam exemptam, niſi expreſsè dicatur, *ad Text. in cap. Ex ore*, & ibi *Gloſſ. de Privileg.* ubi exemptâ Eccleſiâ, non cenſentur exemptæ Cappellæ, ex quo inferunt communitèr Doctores, quod exempto capite, non præſumuntur exempta membra, & citatis concordantibus tradunt *Cokbier. de Jur. orain. in exemptos part. 1. quæſt. 13. n. 2. & 3. & part. 2. quæſt. 45. n. 70. Fuſc. de Viſitat. lib. 2. cap. 16. num. 2. & ſeqq. & num. 15. Barboſ. in Paſtor. part. 13. alleg. 75. num. 29. & de Univerſ. Jur. Eccleſ. lib. 2. cap. 8. num. 23.* Non turbante, quod de annexis idem ſit judicium, quia hæc regula non procedit in Privilegiis, illiſque præſertim, exemptionum, quæ ſunt ſtricti Juris, neque trahenda de loco ad locum, ut proſequitur *Cokbier in dicto cap. 13. num. 3.* & latè etiam in ſpecie exornat *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 16. num. 146. 147. & 148. & in cap. 30. num. 152. & 154.*

36. Cœterum ſubdebant Domini, quod ubi etiam dictæ Eccleſiæ probarentur exemptæ, adhùc Eminentiſſimus Abbas evitare nequit, quin Epiſcopus illas viſitet quoad omnia, Juriſdictione delegatâ; Cum enim in eis non vigeat Regularis obſervantia, ſed omnes deſerviantur à Presbyteris Sæcularibus, intrat diſpoſitio Sac. Concilii Tridentini *in ſeſſ. 7. cap. 8. de Reformat.* ſtatuentis Eccleſias Sæculares exemptas, ſivè Curatas, ſivè non, viſitari poſſe ab Epiſcopis tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, & plenè tradunt *Barboſ. ibi num. 2. & de Jure Eccleſ. lib. 1. cap. 14. n. 19. de offic. & poteſt. Epiſcopi par. 3. alleg. 74. n. 11. Fagnan. in cap. Grave de offic. Ordin. num. 11. & in cap. Cum dilectus de Relig. Domib. num. 41. & num. 43. ad 46. Pignattell. tom. 2. Conſult. conſ. 26. num. 28. & num. 36. 37. & 38. Rot. deciſ. 207. num. 1. & 4. par. 2. diverſ. & deciſ. 396. n. 1. & 2. par. 1. & deciſ. 493. num. 1. & 5. & deciſ. 501. num. 2. par. 2. recent. Roxas deciſ. 218. & deciſ. 10. num. 26. & 27. par. 13. Otthobon. deciſ. 82. num. 11. & 16. Merlin. deciſ. 101. n. 7. & in Vicen. Juriſdictionis 28. Aprilis, & 16. Junii 1688. coram bo. mem. Emerix.* Et quidem non ſolùm quoad Curam Animarum tantùm, ſit eſſent Parochiales, ſed quoad omnia ad differentiam Eccleſiarum Regularium quibus imminet Cura Animarum, quæ nonniſi in pertinentibus ad Curam, & Sacramentorum Adminiſtrationem viſitari poſſunt *ex dicto cap. 11. ſeſſ. 25. de Regularib.* ut tradit aſſignando rationem diſcriminis *Fagnan. in dicto cap. Cum dilectus de Relig. Domib. n. 41. in fine, & à num. 43. & 46.*

Et ità utraque &c.

---

## R. P. D. PRIOLO.

*Barchinonen. Beneficii.*
*Lunæ 20. Junii 1701.*

### ARGUMENTUM.

Patronus Laicus, qui præſentavit non idoneum

neum contra legem fundationis, non cadità jure ſuo, ſi legem fundationis probabiliter ingnoravit, vel intra terminum datum à jure ad præſentandum alium idoneum præſentavit.

## SUMMARIUM.

1. *Quaſi poſſeſſio juriſpatronatus acquiritur ex multiplicitate præſentationum.*
2. *Patronus probabiliter ignorans qualitates fundationis non cadit à jure ſuo, ſi non præſentavit idoneum.*
3. *Ignorantia dummodò non ſit craſſa, & ſupina excuſat à contemptu, & à pœna.*
4. *Obſervantia præſumitur quod ſit uniformis voluntati Teſtatoris.*
5. *Patronus qui præſentavit non idoneum, poteſt intra terminum datum ad præſentandum à prima præſentatione recedere, & idoneum præſentare, & num. 6.*

## DECISIO XLI.

AD Beneficium ſimplex ſub invocatione S. Jacobi de jurepatronatus laicali Franciſcus Junyent, qui tanquàm verus, & unicus Patronus reperiebatur in quaſi poſſeſſione præſentandi, nominavit Raymundum Filium Clericum primæ Tonſuræ; ſed in actu, quo fuerunt per iſtum expedita conſueta ædicta, ſe oppoſuit Capitulum Cathedralis Barchinonæ, ſub prætextu, quod ad ipſum jure hæreditario delatum fuiſſet jus præſentandi; Undè ad ejus inſtantiam exhibito in actis tranſumpto cujuſdam teſtamenti conditi de anno 1268. per quendam Jacobum Sebaſtianum, compertum fuit, quod juxtà leges à fundatore præſcriptas, non poterat præſentari ad controverſum Beneficium, niſi unus Sacerdos, qui perpetuò celebraret pro anima ſua, & omnium ſuorum Parentum. Et quamvis ex hoc tranſumpto non aliundè verificato, non appareret uſque adhuc concludenter probata voluntas Fundatoris, Franciſcus tamen illi obſequèndo, non expirato adhuc quatrimeſtri dato ad præſentandum, recedendo à prima præſentatione, devenit ad aliam nominationem in perſonam Joſephi Villæ Sacerdotis, cui cum Ordinarius denegaſſet inſtitutionem, jure devoluto, contulit Beneficium ad favorem Didaci cum ſubſequuta etiam illius poſſeſſione, quæ fuit per Signaturam circumſcripta; Quocircà delatâ mihi Causâ in gradu appellationis hodiè propoſui Dubium: *An, & cui eſſet adjudicandum Beneficium,* quod favore Joſephi fuit reſolutum.

1. Ratio reſolutionis in eo ſtetit, quod cum Franciſcus exiſteret in quaſi poſſeſſione præſentandi, & ex multiplicatis præſentationibus per ipſum expletis reputaretur verus, & unicus Patronus controverſi Beneficii, quotiès intra tempus datum ad præſentandum, ad illud nominavit perſonam habilem, & idoneam, qualis erat Joſephus, debebat illius præſentatio per Ordinarium admitti, ad *Text. in cap. 3. de Jurepatr.*

Nec ex præſentatione primò loco facta in perſonam Raymundi ſimplicis Clerici ob violatam legem Fundatoris requirentis actualem Sacerdotem, dici poteſt, Franciſcum pro hac vice cecidiſſe à jure præſentandi, & conſequenter potuerit Ordinarius Beneficium conferre jure devoluto:

2. Nam hoc objectum, ſuper quo toti erant Scribentes pro Didaco, facili negocio ſubmoveri viſum eſt ex eo, quod Franciſcus non deſumebat jus præſentandi à tranſumpto teſtamenti nuper exhibito; Ipſe enim per præſentationes pluriès expletas jam reperiebatur in quaſi poſſeſſione præſentandi, & cum per anteà vidiſſet ad hoc Beneficium modò fuiſſe præſentatos ſimplices Clericos, modò verò actuales Sacerdotes, quatenùs etiam teſtamentum fuiſſet in forma probanti, potuit tamen veriſimilitèr ignorare qualitates in illo præſcriptas, & quia agitur de teſtamento non exiſtente penès acta alicujus publici Notarii, ſed ſolùm in privato Archivio Capituli, & quod magis eſt, condito ante quatuor ſæcula, & ultrà illius ignorantia in tanto temporis defluxu, eo magis redditur certa, & probabilis; Undè ex hoc ſolo capite ceſſare videtur prætenſa devolutio, quia iſta non intrat ubi Patronus rationabilitèr ignoravit qualitates à Fundatore requiſitas, ad *Text. in cap. ſi electio de elect. in 6.* cum aliis relatis per *Fagnan. in cap. cum vos num. 27. cum ſeqq. de offic. Ordin. Paſſerin. de elect. cap. 29. de elect. digni. num. 78. Rochus de Curte de Jurepatr. verb. his num. 16. Barboſ. de poteſt. Epiſcopi allegat. 72. ſub num. 105. & Rot. in Engubina Canonicatus 10. Martii 1690. §. Ratio reſolutionis coram clar. mem. Card. Caccia.*

3. Et tantò magis ceſſare viſa eſt prætenſa devolutio, quia totum illius fundamentum reſidet in abuſu, & contemptu præcepti Fundatoris; Iſte autem abuſus, & contemptus conſiderari non poteſt in Patrono, qui non ſolùm ignorabat leges fundationis, ſed totum oppoſitum ſervatum viderat per ſuos Anteceſſores in anteactis vacationibus, nam ad illorum nominationem fuerunt pluriès præſentati, & etiam per Ordinarios inſtituti ſimplices Clerici, ut videre eſt in præſentationibus factis de annis 1384. 1499. 1534. 1549. & 1597. & 1633. & datis *in Summar. Joſephi num. 6.* Hæc autem obſervantia, quæ fuit etiam continuata uſque ad hæc moderna tempora excuſare debet Franciſcum ab illa ignorantia craſſa, & ſupina, quæ requiritur ad inducendum contemptum voluntatis Fundatoris, & pœnam devolutionis ad *Text. in cap. commiſſa de elect. in 6. Rot. coram Mohedan. deciſ.*

*deciſ. ultim. de tranſact. & in recent. deciſ. 268. ſub num. 3. part. 2. & apud Vivian. de Jurepatr. deciſ. 139. num. 23. cum pluribus ſeqq.*

4. Et ex his quoque ceſſare videtur illa neceſſitas perquirendi leges Fundatoris, nam quando Franciſcus vidit non unica vice, ſed pluriès ab Ordinariis inſtitutos, & admiſſos ſimplices Clericos, ex iſtorum facto non ſolùm remanet excuſatus, ſed potiùs credere debuit, quod talis fuiſſet ab initio lex Fundatoris, quia cum iſti ratione proprii muneris, ſoleant eſſe diligentiſſimi in perquirenda qualitate Beneficiorum, ſi fuerunt per ipſos admiſſi ſimplices Clerici de tempore magis proximo confectioni ipſius teſtamenti præſumendum eſt, quod ex obſervantia perantea, & ſucceſſivè continuata talis fuerit lex præſentandi, ut tradit *Rot. coram Gregor. deciſ. 466. in fin. & poſt Vivian. de Jurepatr. dec. 16. n. 10. cum ſeqq. & in rec. dec. 290. n. 20. & dec. 302. num. 7. cum ſeqq. par. 18. & in Burgi S. Sepulchri Juriſpatronatus 11. Decembris 1690. §. Atque, coram bo. mem. Benincaſa, & 6. Martii 1693. §. Prædictaque coram Reverendiſs. Zamoren.*

5. Et eo libentiùs DD. inclinarunt in hanc ſententiam, quia ſtatim ac fuit exhibitum Teſtamentum, licèt illud non fuiſſet obſervatum, & conſequentèr Franciſcus non teneretur illi debitam fidem præſtare, recedendo tamen á nominatione præcedentèr facta in perſonam ſimplicis Clerici, non elapſo adhuc quadrimeſtri, fecit aliam nominationem in perſonam Sacerdotis, quod manifeſtè convincit, ipſum noluiſſe contemnere præceptum Teſtatoris, & propterea ſi ipſe non fuit contumax, & durante adhuc termino quatuor menſium, voluit corrigere ſuum errorem, faciendo præſentationem, juxtà legem fundationis, debet illius nominatio omni jure ſuſtineri per *Tex. in cap. cum vos de off. & poteſt. Ordin. ibique gloſs. verb. minus idonei, & Fagnan. num. 48. & eadem gloſs. in cap. fin. verb. ex vi de Jurepatr. circa finem ibi = Propter hoc non puniuntur, quia correxerunt factum ſuum præſentando, prout debebant*, & admittit etiam *Tondut. in contrarium alleg. reſol. benef. quæſt. 118. n. 32.* ubi loquens de præſentatione facta in perſonam ſimplicis Clerici, monet Ordinarium, ne confeſtim de Beneficio patronato provideat, ſed expectare debeat finem quadrimeſtris, & clariùs probat *Rot. coram Caval. dec. 231. num. 3.* in contrarium paritèr allegata, ubi fuit admiſſa præſentatio Covi tanquàm de perſona habili, quia Patroni poſt præſentatum Pirovanum inhabilem, durante quadrimeſtri, alium non præſentarunt, & dictum fuit *in dicta Eugubina Canonicatus 10. Martii 1690. §. fin. coram clar. me. Card. Caccia.*

6. Quæ ſanè correctio eo magis admitti debet in caſu præſenti, quia quando agitur de perſonis laicis præſentantibus non idoneum, proùt hic, facultas eligendi non devoluitur ad Ordinarium, nec Patroni privantur illa vice jure præſentandi, ſed infrà quadrimeſtre poſſunt, emendato errore, ad iteratam electionem devenire, cum non ſoleant Laici exactè perquirere habilitatem Præſentati, ad notata per *Butr. in cap. cum vos ſub n. 13. de offic. Ordin. ibique Imol. n. 6. Gonzal. ad Reg. Cancell. gloſ. 45. §. 3. n. 55. & Rot. coram Priol. dec. 991. num. 4. cum. ſeqq.*

Et ità utraque &c.

---

## R. P. D. PRIOLO.

*Hiſpalen. Supellectilium.*
*Lunæ 28. Novembris 1701.*

### ARGUMENTUM.

Confraternitates erectæ in Cathedrali auctoritate ordinariâ, ſi diſſolvantur, ad quem ſpectent, & ad quem uſum ſint convertenda eorum ſupellectilia, deciditur.

### SUMMARIUM.

1. *Confraternitates laicorum erectæ auctoritate Ordinariâ, ſubſunt eidem Ordinario.*
*Confratres, diſſolutâ Confraternitate, non poſſunt diſponere de illius bonis, ibi limita. n. 5.*
2. *Bona Confraternitatis diſſolutæ, dicuntur vacantia, & pertinent ad diſpoſitionem Ordinarii, donec Papa aliter diſponat, ſi Confraternitas ſtat de per ſe, & n. 6. & 7.*
3. *Supellectiles deſtinatæ ad certum pium uſum & addictæ certæ Eccleſiæ cenſentur eidem acquiſitæ, & n. 4.*
8. *Bona Confratrum, quæ non fuerunt acquiſita intuitu Eccleſiæ deponuntur apud Rectorem Eccleſiæ nomine Epiſcopi.*

### DECISIO XLII.

In Cathedrali Eccleſia Hiſpalen. & ſpecialitèr in Capella Sacrarii uſque à principio elapſi ſæculi Auctoritate Ordinariâ erectæ fuerunt duæ Confraternitates, Altera de anno 1604. ſub Invocatione Sanctiſſimi Sacramenti, cujus inter alia principalis Cura erat aſſociare cum Sacris luminibus, & & aliis Eccleſiaſticis ornamentis Panem Euchariſticum Infirmis, ut decentiori quo fieri poſſet modo deferretur. Et altera ſub titulo Animarum Purgatorii de anno 1618. ut iſtæ Sacrificiis, ac aliarum precum ſuffragiis celerius, quàm fieri poſſit flammis expiatę ad Cęleſtia evolarent. Attentis notis controverſiis inter Reverendiſſimum Archiepiſcopum, & Capitulum circa Viſitationem dictæ Cathedralis

dralis, & modum exhibendi Libros redditionis rationum, Confratres quoque in eadem navi conſtituti, potiùs quàm aſſumere longam Litem, vel expectare exitum jam pendentis inter prædictos, diſſolutionem dictarum Confraternitatum prætulerunt, & in ſequelam hujus deliberationis Officiales comparuerunt de anno 1695. coram Decano, & Canonicis inſimul congregatis, ac expoſito, Confratũ propoſito inſteterunt, ut Capitulum mãdaret Viſitatori dicti Sacrarii, quod reciperet Claves ſub quarum Cuſtodia detinebantur mobilia, argenta, & ornamenta, prò ſervitio, & Cultu, *Summario Capituli num. 6. 7. & 8.* Participavit hanc diſſolutionem Capitulum Archiepiſcopo, & deinceps continuavit in poſſeſſione dictarum rerum, ac in præſtatione ſoliti, & debiti honoris ergà Euchariſticum Sacramentum, & in exhitione ſuffragiorũ pro animabus purgantibus, donec Reverendiſſimus Archiepiſcopus condolens ſe gravatum à tali receptione, & retentione facta per Capitulum, occaſione aliorum Dubiorum hodiè diſputatum fuit coram me. An ſupellectilia, & alia ſpectantia ad Confraternitates Sacrarii potuerit Capitulum ab ipſarum Confraternitatum Officialibus recipere, & an liceat eidem Capitulo illa retinere, ſeù potiùs ſint tradenda Archiepiſcopo ad effectum prædictas Confraternitates reſtabiliendi, vel de novo erigendi, & DD. reſponderunt, *potuiſſe recipere, & retinere juxtà modum, & modus eſt, quod Capitulum debeat retinere dicta Mobilia, argenta, & alia ornamenta, nomine Archiepiſcopi factâ deſcriptione earum coram ipſo, vel alio ab eodem deputando adhoc, ut applicentur ad eoſdem pios uſus in eadem Eccleſia ad quos per Confraternitates fuerunt deſtinata*, proutferè in hunc ſenſum ſe declararunt etiam ſcribentes pro Archiepiſcopo in ſua reſponſione §. *Sed Quatenùs*.

1. Prætendebant nihilominus iſti in ſuis Scripturis quod Capitulum nequè dictam conſignationem recipere poſſet, ex quo cum dictæ Confraternitates erectæ reperiantur auctoritate Ordinariâ, erant eidem Reverendiſſimo Archiepiſcopo ſubjecta, tàm ex diſpoſitione Juris, ut in *cap. de xenodochiis, & cap. ad hæc de religioſ. Dom.* quam ex Sacro *Concilio Tridentino ſeſſ. 22. cap. 8. & 9. de reform. & conſtit. Clem. VIII. in Bull. la* 107. §. 8. quàm ex ſpeciali lege fundationis, in qua expreſsè legitur, quod tales Confraternitates ſubjectæ eſſe debebant illius Juriſdictioni, & quod Confratres in poſterum tenerentur de illarum bonis Viſitatoribus dicti Archiepiſcopatus rationem reddere Summario Archiepiſcopi à *num.* 1. *ad* 6. & ſignantèr *num. 3.* ex *litt. A.* ex quibus legibus inferebatur quod dicti Confratres poſt diſſolutas ſocietates nequibant diſponere de Bonis ad Confraternitates ſpectantibus, nàm ſi per diſſolutionem ceſſarunt eſſe Confratres ceſſavit non minùs jus adminiſtrandi, & per conſequens, etiam jus diſtribuendi dicta mobilia, & propterea Cappellanum non poteſt recipere à Perſonis, quæ non habebant jus diſponendi *per Text. in l. 1. quis Titio ff. de legat. 3.* cum aliis adductis *per Petr. de Ubald. de Canonic. Epiſc. quæſt. 13. num. 28.*

2. Et deindè prætendebant, quod tãtò minus dicta mobilia poſſent retinere, nam Bona Confraternitatum, & aliorum piorum locorum, quando de facto reperiuntur diſſoluta, ſtatim illorum Bona, tanquàm vacantia remanent ſub diſpoſitione Summi Pontificis, vel Ordinarii donec ſaltem per Sedem Apoſtolicam de illis diſponatur, ut illa, vel Confraternitatibus de novo erigendis, vel aliis piis uſibus valeat applicare ad *Text. in cap. unico §. confirmata autem de religioſ. Dom.* cum aliis quæ tradunt *Bartol. in l. fin. num. 22. ff. de colleg. illicit. Abb. in cap. recollendæ nu. 3. verſ. bona Collegii de ſtat. Monach. Tondut. quæſt. benef. par. 3. cap. 22. ſub num. 22.* ex quo ſequebatur, quod eadem Bona remanere non poterant penes Capitulum, nec etiam per viam depoſiti, ut tradit *Pelizar. in manual. tract. 8. cap. 5. ſeſſ. 6. num. 274.* quia illa recta via tranſire debebant in Dominium Superioris Eccleſiaſtici per ea, quæ tradunt *moder. Piſtor. conſ. 47. num. 65. Donat. in prax. regul. tom. 2. tract. 13. quæſt. 24. num. 10. Rocca ſelect. cap. 183. nu. 25. & Rota in recen. deciſ. 163. num. 3. cum ſeqq. par. 4.*

3. E contrà verò per Capitulum dicebatur, quod tales Confraternitates uti erectæ in ejus Eccleſia, & ad certum opus pium, & ſignanter, quia ad formam Conſtitutionum Apoſtolicarum, quæ mandant, quod in qualibet Eccleſia Parochiali hujuſmodi Confraternitates erigantur, ut teſtatur *Capon. diſcept. 276. num. 58.* & declaravit Sacra Congregatio Epiſcoporum *in Vercellen. 3. Februarii* 1610. Undè cum tales Confraternitates non ſtent de per ſe, ſed potiùs erectæ dicantur in adjutorium Eccleſiæ, ubi reperiuntur fundatæ, ſequitur proindè, ut illarum Bona, quæ reperiebantur ad idem exercitium deſtinata, cenſeri debent Eccleſiæ acquiſita, ut per *Text. in dicta l. ſi quis Titio ff. de Legat. 3.* tradunt *Bart. in dicta leg. fin. num. 22. verſic. quædam ſunt Collegia ff. de Colleg. illicit. Ricciull. lucubr. Eccleſ. lib. 4. cap. 18. num. 3. Tondut. qu. benef. lib. 1. cap. 43. num. 1. cum ſeqq. & Donat. in prax. regul. tom. 3. tract. 8. quæſt. 41. in fin.* & propterea ſi hoc procedit contrà ipſoſmet Confratres, qui dicta bona in aliam Eccleſiam transferre non potuiſſent, ut notat *Capon. contr. 345. num. 6.* quanto magis hoc erit admittendum contrà Epiſcopum, nè ſupellectilia, quæ fuerunt per Confratres tradita, contemplatione Eccleſiæ in alios uſus convertantur, ut firmavit *Rot. in Melevitana Juris ad-*

*ris adminiſtrandi 4. Junii 1692. coram bon. mem. Emerix, & in Gerunden. Capparum 27. Januarii 1698. §. Etenim Eccleſia coram R. P. D. meo Pio*, & ideò ceſſare viſa eſt in præſenti qualitas Bonorum vacantium, in qua fundantur omnes aucthoritates in contrarium adductæ.

4. Quod clariùs comprobari dicebatur ex facto ipſorum Confratrum, nàm ſi iſti in actu diſſolutionis tradiderunt Capitulo ſupellectilia ad uſum Sacrarii deſtinata, quatenùs adfuiſſet aliqua Dubietas, an illorum Dominium acquiſitum fuerit favore Eccleſiæ, ex iſta tamen traditione, declarata remanſiſſet voluntas eorum Confratrum illa voluiſſe acquirere contemplatione, & intuitu Eccleſiæ, in qua ipſi permanebant, *Donat. in prax. tom. 4. tract. 8. quæſt. 26. num. 2. Bordon. contr. regul. tom. 2. reſol. 72. num. 12. Rota coram Mellin. dec. 384. num. 5. & in rec. dec. 359. num. 1. par. 14.*

5. Sed quatenùs dicta Bona ſpectarent ad Confratres, ſicuti de illis in actu receſſus potuiſſent ad eorum libitum diſponere, etiam illa transferendo in aliam Eccleſiam, ità multò magis eadem ſupellectilia, quæ per ipſos retineri non poterant meritò relinqui potuerunt ad commodum illius Eccleſiæ, ubi exiſtebant de tempore ſequutæ diſſolutionis, ut poſt *Jacob. Rebuff. in l. nemo C. de ſpect. lib. 10 & Petr. paritèr Rebuff. ad Leg. reg. tom. 2. tit. de contr. num. fin.* tradit *Capon. dicta diſcept. 345. num. 2. in fin.*

Maximè quia Capitulum non intendit dicta mobilia, & argenta ſibi appropriare ſed impendere in eumdem uſum nempè aſſociandi, & exponendi publicæ venerationi noſtræ Redemptionis Auguſtiſſimum Memoriale, & in continuatione dd. ſuffragior. prout fecit propriis expenſis à die diſſolutionis Confraternitatum uſque in præſens, & continuabit, donec vel eædemmet Confraternitates reſtabiliantur, vel aliæ ſimiles de novo erigantur.

6. Neque obſtant aucthoritates importantes Bonorum Confraternitatum diſſolutarum ſubjectionem Sanctæ Sedi, quia per Capitulum dicebatur, quod iſta procedunt in caſu Confraternitatum de per ſe ſtantium, quia tunc verè illarum bona dicuntur vacantia, ſecùs verò ſi aliquæ Confraternitates, ut in præſenti ſint erectæ in aliqua certa Eccleſia ſeù Cappella dependentès ab illa, & pro adjutorio ejuſdem, quia tunc non ad Confratres, ſed ad Eccleſiam bona ſpectare dicuntur, juxtà diſtinctionem ſuperius inſinuatam, quam fuſiùs tradit *Franceſ. de Eccleſia Cathedrali cap. 15. num. 185.*

7. Verùm DD. approbando quæ per Reverendiſs. Archiepiſcopum allegantur, quod nempè dictæ Confraternitates erant ſubjectæ illius Juriſdictioni, quia in limine fundationis ſe ſubmiſerunt, & promiſerunt de bonis ipſarum Confraternitatum reddere rationem viſitatoribus, nec non quod dd. Bona, uti vacantia, poſt diſſolutionem Confraternitatum dici non poterant propria Eccleſiæ, in qua ſita reperiebantur, ſed pertinere debebant ad S. Sedem, & reſpectivè ad Archiepiſcopum, tunc ſolum aucthoritates per Capitulum allegatas locum habent, quando dubitatur; An bona ſint Eccleſiæ, in qua ſita eſt Confraternitas, vel propria ipſius Confraternitatis, & tunc in dubio dicuntur potiùs Eccleſiæ, ſed quando, prout hic, controverſa bona ſemper remanſerunt ſub particulari cura Confratrum, & quamvis ad certum opus pium deſtinata, nunquàm tamen tranſierunt in Dominium Eccleſiæ, nequè dici poſſunt propria Eccleſiæ, ut obſervat idemmet *Franceſ. eodem loco per Capitulum citatus cap. 25. num. 185.* ſi totus perlegatur cum quo concordant *Bartol. in d. leg. fin. num. 22. ff. de colleg. illicit. & Tondut. d. cap. 43. num. 1. verſ. ſi enim alias* neque transferendo Confraternitatem potuiſſent Confratres Bona, uti donata Eccleſiæ transferre, prout per Capitulum admittitur, & de facto Capitulum dicta bona recepit ab eiſdem Confratribus per traditionem clavium, & propterea uti propria dictarum Confraternitatum, poſt illarum diſſolutionem dici debent etiam vacantia, & ad S. Sedem, & reſpectivè ad Ordinarium ſpectantia, & ultrà aucthoritates ſuperiùs allegatas, comprobat *Donat. in prax. regul. to. 3. tract. 8. quæſt. 41. num. 1. & Rota coram Coccin. dec. 472. num. 1. & ſeqq.*

8. Nihilominùs DD. dixerunt abſolutè, Capitulum potuiſſe recipere, quia quoad iſtam primam partem nulli dubium eſt cum à ſpontè dantibus ſemper recipi poſſit, maximè dum agebatur de rebus ad Divinum Cultum deſtinatis, & ad eumdem uſum traditis, quando exindè periculum oriri poterat deperditionis, vel ſaltem dubitare de illarum tranſlatione ad aliam Eccleſiam. Et quoad ſecundam partem retentionis dixerunt quoquè poſſe retinere juxtà modum, nempè ut diximus approbando temperamentum propoſitum pro parte Archiepiſcopi, ſed cum aliquo moderamine, nam in dicto §. *Sed quatenùs* inſinuatum fuit, quod quatenùs placuiſſet DD. non immutare Perſonam deputatam à Capitulo prò retentione dictarum rerum, id tantum fieri debebat, dummodò ſalva remaneret Juriſdictio, adminiſtratio, & diſpoſitio favore Archiepiſcopi, & per conſequens quod debebat Depoſitarius adſtringi ad ſe obligandum, & declarandum dicta bona, nomine Archiepiſcopi retinere, & adminiſtrare, eaque detenturum, quouſque Archiepiſcopus de illis diſponat, quodque eidem Archiepiſcopo dictorum bonorum rationem reddere deberet ad illius beneplaci-

tum, & ideò reſervando Reverendiſs. Archiepiſcopo totam ſuperioritatem, & Juriſdictionem dixerunt, quod retinerentur per Capitulum nomine Archiepiſcopi, & quod deſcriberentur coram eodem ſeù alia Perſona ab eodem deputan. illam tamèn limitarunt quoad diſpoſitionem, nam æquum minimè viſum eſt quod Eccleſia privari poſſit dd. ornamentis, quæ cum ſit Cathedralis, & principalis Parochia, ſemper cum majori pompa, & decore incedere debet præ aliis, & ideò adjunxerunt, ad hoc ut applicentur ad eoſdem pios uſus in eadem Eccleſia, ad quos per Confratres fuerunt deſtinata.

Et ità cauſa bis propoſita, reſolutum fuit cum ſuffragio omnium DD. utraque Parte ſemper informante.

---

## R. P. D. MOLINES.

*Giennen. Adjunctorum.*
*Lunæ 13. Februarii 1702.*

### ARGUMENTUM.

Epiſcopus procedit in cauſis criminalibus contra Capitulares ſine Adjunctis, quando Capitulum non docet de exemptione ante Concilium. Exemptio à juriſdictione Epiſcopi non probatur probationibus imperfectis.

### SUMMARIUM.

1. *Epiſcopus in ſua Diœceſi habet mixtum, & merum imperium, & in ſuos ſubditos plenariam in civilibus, & criminalibus juriſdictionem exercet.*
2. *Diſpoſitio Concilii Trid. cap. 6. de refor. ſeſſ. 25. non habet locum, niſi in Capitulis exemptis ante Concilium, & num. 3.*
4. *Adjuncti in cauſis criminalibus Capitularium non erant de jure communi eligendi.*
5. *Exemptio non præſumitur, ſed eſt plene probanda.*
6. *Exemptio non probatur ſine multiplicitate actuum cum ſcientia, & patientia Epiſcopi.*
7. *Juriſdictio in delictis levibus, & ad ſimplicem correctionem, poteſt competere etiam Capitulo.*
8. *Conſuetudo in qualibet materia probari debet in ſuo caſu præciſo.*
9. *Conſtitutio Synodalis facit jus quoad omnes Diœceſanos, & tollit contrariam conſuetudinem.*
10. *Conceſſio limitata ad cauſas leves præſervat juriſdictionem Epiſcopo in gravibus.*
11. *Conſtitutiones Synodales juratæ in receptione ſingulorum Capitularium non poſſunt rejici prætextu inobſervantiæ.*
12. *Legis interpretatio, quæ habet contra ſe juris aſſiſtentiam in præjudicium Ordinarii rejicitur.*
13. *Referens eſt in relato cum omnibus ſuis qualitatibus.*
14. *Conſuetudo exemptiva non probatur probationibus æquivocis.*
15. *Teſtes non ſunt recipiendi ubi probatio haberi poteſt ex ſcripturis, & Proceſſibus.*
   *Teſtes ne redarguantur de falſo, omnis favorabilis ſumenda eſt interpretatio ut illorum dicta ad concordiam reducantur, ibi.*
16. *Confeſſiones, & enunciativæ Epiſcopis, ut præjudicent ſucceſſoribus debent eſſe certæ, nec ad aliud referibiles.*
17. *Confeſſio emiſſa ab eo qui habet intereſſe non meretur attendi.*
18. *Exemptio eſt odioſa, & facile contrariis probationibus eliditur, & offuſcatur, & n. 19.*
20. *Epiſcopus ex longa obſervantia poteſt præſcribere juriſdictionem privativam contra privilegium exemptionis Capituli, & n. 21. & 22.*
23. *Gratia conceſſa ſuper ſuppoſito inſubſiſtente, nulla reputatur ex defectu intentionis.*

### DECISIO XLIII.

Cupientes Canonici, & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Giennen. ſi non totalitèr, ſaltem in parte Juriſdictionis excutere jugum proprii Antiſtitis, immemores verborum Chriſti Domini Noſtri loquentis per Mattheum *cap. 11. jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve*, recurſum habuerunt ad Sacram Congregationem præpoſitam negotiis Epiſcoporum, & Regularium pro impetranda facultate deputandi duos Adjunctos, ad formam diſpoſitionis Sacri Concilii Tridentini *cap. 6. ſeſſ. 25. de reformat.* prout ejs facilè fuit, inaudito Epiſcopo, favorabile reportare Decretum, quod per ſpeciale Breve Apoſtolicum confirmavit ſa. me. Innocentius XII. cum clauſula: Salva authoritate dictæ Sacræ Congregationis, quæ poſteà examinatis Juribus Epiſcopi, promulgavit ad iſtius favorem diverſa reſcripta ſub diebus 29. Januarii, & 5. Februarii anni 1700.

Verùm non acquieſcente Capitulo, eo quia nova adinvenerat documenta ex cauſa alterius litis ſuper jure mutandi Præbendatos, quæ documenta prætendebat ſibi conferre ad præſentem controverſiam: Ideò novitèr adivit præfatam Sac. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium, quæ, ut finem juridicè imponeret huic acerrimæ contentioni, non dedignata eſt exquirere votum noſtri Sacri Auditorii, de cujus mandato, concordato dubio: *An Epiſcopus Giennen. teneatur procedere cum Adjunctis, ſeù potiùs Breve Apoſtolicum ſit exequendum* eoque in hodierna Audientia propoſito, negativum Domini quoad utramque illius partem, reſponſum dederunt.

1. Pro

1. Pro enim adſtruendo hujus reſolutionis fundamento, valdè opportunum viſum eſt, geminas præliminares Juris theoricas conſtabilire, eaſque ſubindè communire facti circumſtantiis, ut Epiſcopi intentio, adversùs Capituli oppoſitiones firmior evadat; Quarum prima in eo conſiſtit, quod quilibet Epiſcopus in tota ſua Diœceſi habet Juriſdictionem Ordinariam, tàm voluntariam, quàm contentioſam, merum, & mixtum imperium, & ita in quolibet loco ipſius Diœceſis non exempto, poteſt ſalva majeſtate imperii ſui, ſalvoque more Majorum pro Tribunali ſedere, Cauſas ad Eccleſiaſticum Forum ſpectantes in Civilibus, & Criminalibus audire, perſonas Eccleſiaſticas (cum exceſſus earum exegerint) capere, carcerare, corrigere, punire, & Caſtigare, necnon cætera pertinentia ad ejus Officium liberè, & independentèr exercere: ſuper quibus omnibus intentionem habet fundatam non ſolùm de jure communi, ex diſpoſitione Sacrorum Canonum, proùt ſunt *Textus aperti in cap.* 1. *cap. conquerente de offic. Ordinar. cap. cum Epiſcopus eod.tit.in* 6.*cap.cum perſonæ de privileg. in* 6. *Can. omnes Baſilicæ* 16. *quæſt.* 17. communitèr probant *Gonzal. in repetitione ad dictum cap.* 1. *& num.* 6. *de offic. Ordinar. Ugolin. de offic. Epiſcop. cap.* 4. *§.* 12. *Bobadill. in politic. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 29. *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 125. *num.* 28. *Tondut. quæſt. Benefic. cap.* 61. *num.* 1. *lib.* 1. in puncto *Rota coram Carill. deciſ.* 58. *num.* 1. *coram Priol. deciſ.* 295. *num.* 3. *& in recent. deciſ.* 204. *num.* 3. *par.* 19. *& in Gerunden. cognoſcendi Cauſas Criminales* 17. *Martii §. Fundatam confirmata* 20. *Junii* 1692. *§. Indubitata coram me, & in Valentina Juridictionis* 6. *Aprilis* 1699. *§. Non enim, paritèr coram me*, ſed etiam in Cenſura Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 20.

2. Secundà eſt, quod licèt per dictum Sacrum Concilium Tridentinum *in cap.* 6. *ſeſſ.* 25. *de reform.* ſancitum fuerit, Ordinariis locorum in Cauſis Capitularium extrà viſitationem procedere debere cum duobus Adjunctis à Capitulo in principio anni eligendis. Attamèn cum hujuſmodi decretum factum pro cauſis cognoſcendis extrà viſitationem, ſtet conſecutivè, & ampliativè ad aliud antecedens *in cap.* 4. *ſeſſ.* 6. *de reform.* ut expendunt *Spad conſ.* 155. *num.* 1. *tom.* 1. *Fagnan. in. cap. irrefragabili §. Exceſſus num.* 9. *de offic. Ordin. Sarav. de Adjunct. quæſt.* 2. *num.* 2. *Rota deciſ.* 743. *n.* 5. *par.* 1. *& dec.* 321. *n.* 2. *par.* 2. *div.* exindè invaluit concors Doctorũ opinio, quod prædicta conciliaris ſanctio *in d. cap.* 6. *ſeſſ.* 25. *de reform.* non vindicet ſibi locum, niſi in Capitulis exemptis, & quæ nullatenùs ante Concilium ſubjacebant Ordinariæ Epiſcopi poteſtati, ut diſtinguendo reaſſumunt *Fagnan. loco ſupra citat. Solorzan. de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 65. *tom.* 2. *Tondut. quæſt. benefic. lib.* 1. *cap.* 61. *num.* 2. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 7. *ſub num.* 34. *Ricc. in prax. for. Eccleſ. par.* 4. *reſol.* 592. *Barboſ. in Collect. ad Concil dicta ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de reform. num.* 3. *idem de offic. & poteſt Epiſc. par.* 3. *alleg.* 73. *num.* 4. *Rot. coram Seraphin. deciſ.* 493. *num.* 1. *deciſ.* 710. *ſub num.* 2. *par.* 1. *& deciſ.* 743. *per. tot. & deciſ.* 321. *par.* 2. *diverſ.* cum aliis in noſtris terminis cumulatis *in Tarraconen. Juriſdictionis* 10. *Maii* 1700. *§. Neque coram R. P. D. meo del Olmo confirmata ſub die* 2. *Decembris* 1701. *§. Habet coram me, & in Calaritana Juriſdictionis* 10. *Junii* 1701. *§. Nec Capitulo coram R. P. D. meo de Tremoille.*

3. Quidquid laborioſè firmaverit *Saravia in ejus tract. de Adjunct. quæſt.* 1. *à num.* 11. in oſtendendo, Jus commune nequaquam reſiſtere ſed potius aſſiſtere electioni Adjunctorum, tamquã Conjudicum per *Text. in Can. Epiſc. Cauſ.* 15. *quæſt.* 7. cum aliis per eum allegatis. Nàm ultra quod illorum diſpoſitio in deſuetudinem abiit, ut teſtantur *Solorzan. de Jur. Indiar. dicto lib.* 3. *cap.* 14. *ſub num.* 57. *tom.* 2. *Tondut. quæſt. benefic. cap.* 62. *ſub num.* 2. *verſic. utrum lib.* 1. Omnes profectò contrariæ rationes per Saraviam adductæ, hac unica tolluntur animadverſione, quod nempè Sac. Concilium Tridentinum in locis ſupra citatis nihil de novo conceſſit Epiſcopis, ſed remotis impedimentis quarumcumque exemptionum, excitavit illorum Ordinariam Juriſdictionem, ut benè in puncto explicat *Spad. dicto conſ.* 155. *num.* 16. *&* 17. *tom.* 1. ubi allegat concordantes.

4. Sicque reſervatâ, extrà viſitationem Capitulis exemptis, facultate eligendi Adjunctos, potiùs datur intelligi fuiſſe illis aliquid novi impartitũ, quod ſecluſâ exẽptione de jure communi non habebant; Alitèr ſi hoc aſſiſteret intentioni Capitulorum, fruſtranea eſſet diſtinctio inter illa exempta, & non exempta poſt Concilium Tridentinum, cum omnium deberet eſſe æqualis conditio, per ea, quæ firmat *Fagnan. in dicto cap. irrefragabili §. Exceſſus num.* 20. *&* 21. *de offic. Ordinar.* fruſtraque Capitulis exemptis conceſſiſſet idem Sac. Concilium Tridentinum electionem Adjunctorum, quandò hæc de jure communi illis competiiſſet, *Verall. deciſ.* 297. *num.* 9. *par.* 1. Quamvis in terminis juris communis confusè, ac variè loquantur Doctores, an Epiſcopus teneatur requirere conſilium, ſeù potiùs conſenſum Capituli in Cauſis Criminalibus, & correctione Capitularium, adeò ut nulla tranſactis temporibus potuerit in noſtro Sacro Auditorio capi matura reſolutio, ut videre eſt *in deciſ.* 615. *num.* 1. *par.* 1. *diverſ. & deciſ.* 9. *per tot. par.* 1. *recen.* & notat *Sarav. de Adjunct. quæſt.* 1. *num.* 10. *& à numero* 60.

5. His itaque præmiſſis, quorum efficacia benè noſcebatur à Defenſoribus Capituli Giennen. totis proindè viribus ſe verterunt ad demonſtrandam qualitatem ejus exemptio-

 nis

nis ex conſuetudine olim acquiſitæ antè Concilium Tridentinum, quæ ſanè exemptio, cùm non præſumatur, non erat ambigendum quin eſſet concludentèr probanda ab eo, qui in illa ſe fundat ad tradita per *Solarzan. de jure Indiar. lib. 3. cap. 14. num. 64. tom. 2. Sarav. de Adjunct. & quæſt. 11. num. 14. Verall. deciſ. 328. num. 2. lib. 1. & in dicta Calaritana Jurisdictionis 10. Junii 1701. §. Nec Capitulo coram R. P. D. meo de la Tremoille*.

6. Idcircò quod attinet ad documenta adducta pro ſuadenda dicta exemptione, Dominis viſa fuerunt inperfecta, nec univocè, prout requiritur, concludentia, quemadmodum ſigilatim expenſa unaquaque illorum ſpecie, manifeſtè mox patebit. Incipiendo enim ab actibus relatis ex parte Capituli *in ejus Summario num. 1.* qui conſiſtebant in diverſis Proceſſionibus compilatis contrà Capitulares delinquentes ab anno 1520. uſque ad annum 1566. exceptis primo, & decimo præſeferentibus materiam gravem, & forſitan patratam, vel Sede Epiſcopali vacante, vel inſcio, aut abſente proprio Præſule, cui proindè nullum cenſetur illatum præjudicium ex illa communi opinione in ſubjecta materia recepta, quod nempè ultra actuum poſitivam exiſtentiam, requiritur copulativè etiam illorum multiplicitas cum ſcientia, & patientia Epiſcopi, ſine quà nunquam inducta dicitur conſuetudo exemptiva ab ejus Ordinaria Juriſdictione, ut diſtinguendo probat *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 30. num. 284.* & dictum fuit *in Leodien. Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. Prout, coram Me*, & noviſſimè *in Illerden. juris mulctandi ſuper negotio principali 23. Ja. proximè præteriti §. Cæterum cor. R. P. D. meo Muto*.

7. Reliqui quidem ex dictis actibus, tanquam numero majores, verſabantur circa mulctam inflictam pro delictis levibus ob verba injurioſè prolata, & ſimilia, quorum cognitio, cum ad ſimplicem correctionem extrajudicialem indulgeatur Capitulis ex firmatis per *Rot. in Barchinonen. Jurisdictionis, ſeù pœnæ 5. Julii 1694. §. Non refragante coram bo. me. Urſino confirmata 13. Januarii 1696. §. Domini coram R. P. D. meo de la Tremoille, & in Derthuſen. jurisdictionis ſuper levibus 6. Februarii 1696. §. Militat coram R. P. D. meo Pio*, & nuperrimè *in dicta Illerden. juris corrigendi 23. Januarii proximè elapſi coram R. P. D. meo Muto*; Eo quia in exceſſibus levibus non ſoleant Epiſcopi Juriſdictionalem adhibere gladium, hunc præſervando exercendum in figura Judicii ad publicam vindictam in puniendis delictis gravibus, *Rota deciſ. 20. num. 3. par. 1. recent. & in Derthuſen. jurisdictionis 1697. §. jus enim, & §. Quod ipſum coram R. P. D. meo Pio, & in Gerunden. jurisdictionis ſuper quinto dubio 27. Junii 1698. coram R. P. D. meo Caprara, & in Valentina jurisdictionis 6. Aprilis 1699. §. Prætereà coram Me*.

8. Exindè ſequitur, quod præfati actus particularitèr geſti per Capitulum potiùs faveant, quàm adverſentur Juriſdictioni Epiſcopali, pro qua declinanda, non rectè ex illis arguitur omnimoda, & totalis exemptio antè Concil. Trid. ut in proximis terminis notavit *Rota deciſ. 520. num. 2. par. 5. recent.* Et regulare eſt, quod in qualibet materia conſuetudo probari debet in ſuo caſu præciſo, nec extenſionem patitur de uno ad alium diverſum, ut generalitèr tradunt *Gratian. diſcept. for. cap. 79. num. 10. Rocca diſput. jur. cap. 79. num. 11. Menoch. conſ. 684. num. 28. Rota coram Cavaler. deciſ. 172. num. 5.* & magis in ſpecie ex authoritate *Corn. conſ. 193. ſub num. 11. num. 2.* firmavit *in Illerden. Juris mulctandi ſuper manutentione 27. Januarii proximè præteriti §. Et ſanè coram R. P. D. meo Muto*, ex ratione, quod illa dicitur habere tantùm de potentia, quantùm de actu, *Bellarmin. conſ. 1. num. 16. Rota deciſ. 278. num. 5. & ſeqq. par. 12. & dec. 355. num. 5. par. 14. recent. & in Hyſpalen. juris ſedendi in Synodo 20. Junii 1697. §. Prout coram R. P. D. meo Muto, & in dicta Derthuſen. jurisdictionis ſuper gravibus 4. Maii 1697. §. Minuſque coram R. P. D. meo Pio*.

9. Prædictaque omnia robuſtiora evadunt ex diſpoſitione antiquiſſimæ Conſtitutionis Synodalis conditæ in Cathedrali Eccleſia Giennen. ab Epiſcopo Oſſorio de anno 1492. *ut in Summ. Epiſcopi num. 1. & 2.* quæ mihi etiam tradita fuit unà cum aliis Statutis inſertis in volumine typis excuſſo; Nàm cum ex tali Conſtitutione convincatur differentia inter Crimina levia, & delicta gravia, prima corrigenda Decano, & Capitulo, ſecunda verò præſervata Ordinariæ Juriſdictioni Epiſcopi, & ab eo judicialitèr punienda ibi = *Però ſe qualcuno delle Dignità, ò altri qualſivoglia Beneficiati della noſtra Chieſa &c. vi foſſe qualche conteſa grave &c. che in queſto caſo non poſſa il Decano deliberarlo, nè darli la pena per eſſo, mà ſtimo bene, che queſto s'habbia da deliberare dal Veſcovo, ò ſuo Vicario Generale*. Profectò excluditur prætenſa conſuetudo omnimodæ exemptionis, cum ſtatuta Eccleſiæ Cathedralis, aliæque Conſtitutiones Synodales ſint partes Juriſdictionis Epiſcopalis, & faciant jus particulare indifferentèr ab omnibus ſervandum, ut ad excluſionem contrariæ conſuetudinis firmatum fuit per *Rotam deciſ. 74. num. 36. coram Zarat. & in Calaguritana Decimarum de Ocon. 5. Junii 1683. coram Guaxardo, & in alia de Lucrunio 4. Julii 1698. §. Adſtipulante coram Me, & in alia de Ineſtrillas 12. Martii 1697. §. Inſuper paritèr coram Me*.

10. Conſonatque ad intentum Epiſcopi illa propoſitio pluries in ſubjecta materia juriſdictionali conſtabilita, quod ex limitata conceſſione favore Capituli ad caſus ſimplices, & exceſſus leves, ſemper cenſetur reman-

manſiſſe ſalvam juriſdictionem Ordinarii, quoad caſus graves, & delicta requirentia telam judiciariam; Cùm certum ſit, quod quidquid expreſsè tributum non legitur Capitulo, præſervatum dicitur ipſi Epiſcopo ex Cauſa ſuæ univerſalis Juriſdictionis, ex doctrina *Ancharan. in cap. poſtulavi verſ. quidquid de for. compet. cap. 2. de Conſtitut. Cokier. de juriſdict. in exempt. par. 2. quæſt.* 45. *num.* 12. cum aliis congeſtis per *Rotam deciſ.* 191. *num.* 6. *cum ſeqq. par.* 19. *recent. & in dicta Derthuſen. Juriſdictionis ſuper gravibus* 4. *Martii* 1697. *coram R. P. D. meo Pio, & in dicta Valentina Juriſdictionis* 6. *Aprilis* 1699. §. *Et ſanè coram Me.*

11. Quinimò cùm præfata ſtatuta, aliæque Synodales Conſtitutiones diverſis temporibus compilatæ, proùt occaſio exigebat, jurentur à Canonicis in ſingulorum receptione juxtà formulam, de qua *in dicto Summario Epiſcopi num.* 6. fruſtrà quidem inſudabant Scribentes pro Capitulo in demonſtrando illa, vel non fuiſſe uſu recepta, vel contrariâ obſervantiâ abrogata. Nàm concurrente dicto Juramento ab unoquoque de Capitulo præſtito, non ſolùm indecorum videtur excipere de non uſu, ſeù contrario uſu, ſed etiam nec unquam potuit inchoare adverſativa conſuetudo, ut ex communi Canoniſtarum, ac Theologorum authoritate individualitèr, cœteris omiſſis, dixit *Rota deciſ.* 210. *num.* 11. *par.* 17. *rec.*

12. Rursùs nullius relevantiæ videbatur exceptio, quod præfata antiqua conſtitutio Synodalis Epiſcopi Oſorii loqueretur de Decano relativè ad aliam rubricam de Chori honeſtate; Undè inferebatur pati circumſcriptionem loci, in quo gravitèr, vel levitèr delinquerent Capitulares, ideoque non poſſe fieri extentionem ultra ambitum Eccleſiæ pro exceſſibus, ſeù delictis alibi commiſſis, & committendis, ſiquidem omiſſo an talis interpretatio eſſet recipienda reſpectu Decani, & Capituli, ex quo eis non aſſiſtit de jure communi univerſalis juriſdictio ut diſtinctis pluribus juriſdictionum ſpeciebus latè tradit *Saravia de Adjunct. quæſt.* 33. *per. tot.* ſanè hujuſmodi limitata intelligentia, veluti aberrans à Juris principiis, neutiquam admitti poteſt contra perſonam Epiſcopi, cui in dubio Sacri Canones cum communi Doctorum ſenſu ſemper favent, & ſignantèr ne præjudicium aliquod irrogetur illius Ordinariæ poteſtati habenti de jure aſſiſtentiam, & Cauſam univerſalem in tota ſua Diœceſi, ut latè probat *Spad. in duobus conſ.* 156. *&* 157. *per tot. lib.* 1. *Solorzan. de jure Indiar. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 65. *tom.* 2. ubi concordantes.

13. Hincque iterum inſpectâ prædictâ antiquâ Synodali conſtitutione, ſua mole ruunt ſubalternæ probationes novitèr à Capitulo repertæ pro concludenda ejus antiqua exemptione. Quippè Teſtes, priſcis temporibus, examinati, partìm vigore Remiſſoriæ Rotalis, partìm in Urbe, ultra quod redarguebantur generali reſponſione illegalitatis Proceſſus; Certum eſt, quod depoſitiones nonnullorum ex eis poſſunt referri ad illos actus geſtos per Capitulum reſpicientes delicta levia, quorum ſupra meminimus, & per conſequens plus non probant, quam continetur in dictis actibus ex regula, quod referens eſt in relato cum omnibus ſuis qualitatibus, & unum ad limites alterius reſtringi debet *Rota deciſ.* 49. *num.* 9. *par.* 15. *deciſ.* 42. *num.* 2. *par.* 16. *rec.* alibique paſſim.

14. Inſuper omnes præfati Teſtes non deponunt ſpecificè ſuper delictis gravibus pro quorum punitione ad publicam vindictam agendum eſt figura Judicii, & ſuper quibus privativa cognitio pertinet ad Epiſcopum etiam vigore præcitatæ Conſtitutionis Synodalis, ideoque examen genericè factum ſuper Juriſdictione exercita à Capitulo, cum verificari poſſit in Exceſſibus, ſeù Delictis levibus, neceſſariò ſequitur, quod non probatur concludentèr conſuetudo exemptiva, quæ potiùs remanet æquivoca, nulloque modo attendenda contra Epiſcopum ex traditis per *Spadam conſ.* 122. *num.* 9. *tom.* 1. *Pacion. allegat. jur.* 4. *num.* 18. & individualitèr de ſimilibus Teſtibus firmavit *Rota coram Carillo deciſ.* 58. *num.* 6. *conſonante allegata coram Merlin. dec.* 401. *num.* 7.

15. Signantèr quia exemptio prætenſa vigore conſuetudinis, conſiſtentis in plenario exercitio Juriſdictionis, tunc temporis poterat melius conſtare, ſeù convinci ex Proceſſibus, & Scripturis, ſi verè tunc adfuiſſent, ſicque non erat recurrendum ad examen Teſtium, quorum probatio eſt minùs tuta, nec attendi meretur, itàut ſoleat etiam aliquando denegari Remiſſoria, *Rota coram Cerro deciſ.* 258. *num.* 1. *& deciſ.* 566. *num.* 18. *coram Seraphin. deciſ.* 339. *num.* 7. *coram Dunoz. jun. deciſ.* 113. *num.* 19. *& recent.* 58. *num.* 6. *par.* 1. *deciſ.* 589. *num.* 2. *par.* 2. & magis in puncto nuperrimè dixit *in Illerden. juris Mulctandi ſuper Remiſſoria* 23. *Januarii currentis anni* §. *Et ſanè coram R. P. D. meo Muto.* Vel ſaltem ne depoſitiones eorundem Teſtium redargui poſſint de falſitate, cum eis adverſetur clara diſpoſitio præcitatæ Conſtitutionis Synodalis diſtinguentis delicta levia corrigenda per Decanum, & Capitulnm, à delictis gravibus plectendis ab Epiſcopo, omnis proptereà ſumenda eſt interprætatio conformis dictæ Conſtitutioni Synodali, ut illorum dicta ad concordiam reducantur *Rota deciſ.* 394. *num.* 19. *par.* 9. *tom.* 2. *rec.*

16. Proùt etiam cum eadem conciliatione reſpondetur inſtantiæ factæ ab Epiſcopo Mendoza de anno 1539. dùm ex ea non reſultat illius clara confeſſio inductiva omnimodæ

modæ exemptionis Capituli, ſicuti perperam prætendebant ejus Defenſores. Licèt enim Canonici inhærentes præfatæ inſtantiæ conceſſerint tantùm favore præcitati Epiſcopi facultatem mutandi Capitulares de una in aliam Eccleſiam Giennen. & Baetien. attamèn Epiſcopus petendo quoque juriſdictionem, ut colligitur ex Inſtrumento Conceſſionis, de quo in *Summ. Capituli num.* 4. cenſetur intellexiſſe de illa ſpecie Juriſdictionis, cum qua poſſet etiam corrigere Capitulares in exceſſibus levibus, ut ità integralitèr gaudere totali exercitio punitionis, ultrà id, quod diſpoſitum legebatur in dicta antiqua Conſtitutione Synodali; Aut ſaltèm cum negari non poſſit, quin illius inſtantia ſit ambigua, utique in nihilo præjudicat Dignitati Epiſcopali, & ratio eſt, quia ad effectum inducendi præjudicium confeſſiones, aliæque enunciativæ debeant eſſe certæ, & indubitatæ nec alibi referibiles ad *Text. in l. certum ff. de confeſs.* dixit *Rota dec.* 290. *num.* 18. *par.* 18. *rec.*

17. Similitèr parvipendenda viſa fuit altera confeſſio elicita ex antiquâ epiſtola Chriſtophari de Arguelliada Vicarii Generalis Giennen. ſcripta glor. mem. Card. Pacheco tunc temporis Epiſcopo, qui Romæ morabatur, ubi etſi explicitè faſſus fuerit per hæc præciſa verba = *Gl'Avvocati delle Dignità ſtimano difficile, che ciò ſi poſſa ottenere &c. Riſpetto à che quando il Veſcovo Don Franceſco di Mendoza domandò al Decano, e Capitolo, che li cedeſſe l'eſſentione, che godevano, non lo volſero fare, perche è certo, che il Capitolo è eſente, & è ſtatu dalla giuriſditione ordinaria &c.* Nihilominùs cum idem Arguelliada eo tunc fungeretur munere Vicarii, ac inſimul eſſet Canonicus, ut proindè ob pronam affectionem ergà Capitulum veriſimilitèr præſumendam caligati fuerint illius oculi ne viderent ſemitam juſtitiæ, & veritatis, Utique illius epiſtolæ non eſt præſtanda integra fides, quin potiùs minuenda, ſicque non videtur apta probare prætenſam exemptionem Capituli, cùm ſit confeſſio emiſſa à perſona intereſſe habente, ut omiſſis generalibus in ſpecie caſus noſtri reſpondit *Rota in Tarraconen. juriſdictionis* 10. *Maii* 1700. §. *Nec eſt cur, coram R. P. D. meo del Olmo.* Præterquam quod eadem epiſtola ſe quoque relativè habet ad Statuta Eccleſiarum ibi: *Perche non è diſputabile ſecondo gl'iſteſſi Statuti di queſte Sante Chieſe*, quæ Statuta favent Epiſcopo, ut dictum eſt ſupra, & recurrunt reſponſiones de referente, & relato.

18. Quibus omnibus ſic per Dominos animadverſis ad enervandas ſingulas probationum ſpecies congeſtas ex parte Capituli ſuper prætenſa exemptione, quamvis ſufficiat Epiſcopo habenti aſſiſtentiam juris pro omnimoda Juriſdictione, ſi non prorsùs elidere, ſaltem offuſcare, & turbidas reddere contrarias probationes, *Rota deciſ.* 76. *n.* 10. *par.* 10. *recent.* Præſertim ad excluſionem exemptionis exorbitantis à jure, & inſimul odioſæ *Spad. conſ.* 156. *num.* 4. *lib.* 1. *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.* 30. *num.* 185.

19. Adhuc tamen omnem prorsùs ſuſtulit dubietatem claritas aliorum, ac multiplicium proceſſuum criminalium, qui occurrentibus gravibus delictis patratis à Canonicis, aliiſque Capitularibus, ſemper, ac indeſinentèr poſt dictum Sac. Concilium Tridentinum ab anno nempè 1586. uſque ad moderna hæc tempora fabricati fuerunt in figura Judicii à ſolis Epiſcopis pro tempore regentibus Eccleſias Gienen. & Baeten. inſimul unitas, abſque ullo interventu Adjunctorum, ut *in Summario Epiſcopi à num.* 12. *ad* 20. Quapropter cum per decurſum longiſſimi temporis ſuper excedentis Centenariam, Epiſcopi proceſſerint ſine Adjunctis, quorum uſu valdè diminuitur, vel reſolvitur Dignitas, & auctoritas Epiſcopalis, quæ ubique locorum ſuæ Diœceſi magna in exiſtimatione eſſe debet, ut in ſubjecta materia ponderat *Solorzan. de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 68. Utique iſta continua, & longæva conſuetudo, ac obſervantia poſt Concilium Tridentinum concludit in favorem Epiſcopi privativam Juriſdictionem cum excluſione omnis exemptionis non ſolùm poſt dictum Concilium Tridentinum, ſed etiam multò ante, ut indicat ſupra ponderata Conſtitutio Synodalis Epiſcopi Oſorii edita anno 1492.

20. Et quòd longa conſuetudo, ac obſervantia deducta ex pluribus actibus ab Epiſcopo factis contrà Canonicos liberè, & abſque Adjunctis ſit attendenda in favorem Epiſcopi pro libero uſu ſuæ Juriſdictionis etiam poſt Concilium Tridentinum concedens Canonicis privilegium Adjunctorum, probat in fortioribus terminis cujuſdam tranſactionis à Summo Pontifice confirmatæ, quam allegabant Canonici, *Tondut. quæſt. benef. d. cap.* 61. *num.* 8. *lib.* 1. *num.* 13. optimam affert rationem, quod in his terminis Juriſdictio Epiſcopi ad ſuam primævam redit naturam, nempè ad Epiſcopum habentem de Jure intentionem fundatam pro libero exercitio ſuæ juriſdictionis in ſua Diœceſi, & ob hanc rationem neque requiritur ſcientia, vel patientia Capituli per *Tex. in cap. ſi de terra de privileg. ibique gloſs. l. ſi partem §. ſi fundum ff. quemadmodum ſervit. ammitt. Covarru. var. reſol. cap. Poſſeſſor in ſecundo P. relect. §. initium num.* 10. & benè diſtinguendo firmat *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.* 30. *n.* 283. *& ſeqq. Tondut. dict. cap.* 61. *num.* 14. *&* 15. *Rota coram Greg. deciſ.* 299. *n.* 9. *cor. Otthobon. deciſ.* 229. *n.* 4. & in terminis privilegii conceſſi pro electione Adjunctorum, quod per uſum, & contrariam obſervantiam centenariam præſumatur illi renunciatum; & juriſdictio redacta ad ſuam priſtinam naturam in favorem Epiſcopi, ac inducta privativa

vativa præſcriptio omnimodæ Juriſdictionis in criminalibus latè firmatum fuit *in Gerunden. Juris cognoſcendi Cauſas* 20. *Junii* 1692. *§. Privilegium, & per totam coram Me, & in Colaritana juriſdictionis* 10. *Julii* 1701. *§. Talis obſervantia, coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

21. Abſque eo, quod ſuffragari valeat Capitulo reflexio, quod Canonici, vel allecti favoribus, vel timore perterriti, minimè auſi ſint ſuam dicere ſententiam contrà voluntatem Epiſcoporum pro tempore, ne in illorum graviſſimas inciderent perſecutiones: Quoniam non ſemper homines collegialitèr viventes reperiuntur ejuſdem conditionis, & naturę; ut negligant propria jura defendere, & in ſubjecta materia arguendo ab inveriſimilitudine (quod nempè non ſit veriſimile Canonicos permiſiſſe per tantum tempus Epiſcopos contrà illos procedere criminalitèr in figura Judicii abſque Adjunctis, niſi ſcirent, ſine iſtis poſſe Epiſcopos liberè exercere ſuam Juriſdictionem) dictum fuit *in Tarraconen. juriſdictionis* 2. *Decembris* 1701. *§. Secundò quià ſi Pontifex coram Me.*

22. Ulteriùs eſt alienum à veritate, quod Canonici nunquàm contradixerint, nàm cum voluerint ſubreptitiè exercere nonnullos actus perturbantes Juriſdictionem Epiſcopi, iſte illos rejecit, mediante Proceſſu, de quo *in dicto Summario num.* 15. Cumque Capitulum ſciens, & patiens rejectioni acquieverit, fortior in his terminis evadit obſervantia privativæ Juriſdictionis favore Epiſcopi, nedùm antè, ſed etiam poſt Concilium Tridentinum, *ex theorica Ripæ in cap. cum Eccleſia Sutrina num.* 5. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Spada conſ.* 1. *num.* 46. *& conſ.* 6. *num.* 10. *lib.* 2. *Ferrett. conſ.* 132. *num.* 3. *lib.* 1. *Card. de Luca de jurepatr. diſc.* 35. *num.* 7. *& ſeqq. Rota dec.* 254. *num.* 21. *par.* 10. *& deciſ.* 220. *num.* 25. *par.* 11. *recent. & in Fanen. Canonicatuum* 15. *Maii §. Centenaria coram R. P. D. Caprara.*

23. Demùm viſa ſunt non indigere ulteriori reſponſione, quæ dicebantur non amitti per non uſum Privilegium Adjunctorum conceſſum Capitulis per d. Sac. Concilium Tridentinum, cum per iſtud derogetur contrariis conſuetudinibus, quæ cenſentur etiam ſublatæ vigore Decreti irritantis contenti in Bulla Pii IV. illius confirmatoria, ex doctrinis lato calamo cumulatis per Defenſores Capituli. Etenim hæc omnia diſcutienda forent, quando clarè conſtaret de exemptione ante Concilium Tridentinum, ſed ea ceſſante, ſeù admodum turbida exiſtente, ex ſuperiùs animadverſis, ſuperfluum eſt, quid ultrà ſuperaddere: Imò excluſâ dictâ exemptione, in neceſſarium conſequens ſuccedebat reſponſio negativa ad ſecundam Dubii partem, non eſſe nempè exequendum Breve Apoſtolicum impetratum pro confirmatione Decreti Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, cum ſuppoſito prætenſæ exemptionis, ex regula, quod ob inſubſiſtentiam ſuppoſitorum, ruit funditùs conceſſio ex defectu intentionis Papæ *cap. finali de reſcript. Rota deciſ.* 193. *num.* 8. *par.* 5. *& deciſ.* 414. *num.* 1. *par.* 12. *recent.*

Et ità, utraque Parte acerrimè informante, reſolutum fuit.

---

## R. P. D. PRIOLO.

*Gerunden. Eleemoſyna Panis ſuper bono Jure. Lunæ* 20. *Martii* 1702.

### ARGUMENTUM.

Voluntas Teſtatoris ſervanda eſt, nec ab Ordinario inconſulto Papa commutari poteſt, niſi in caſu, quod impoſſibilitate facti impleri non valeat.

### SUMMARIUM.

1. *Voluntas Teſtatoris eſt pro lege ſervanda.*
2. *Succeſſor non luit pœnam pro culpa Anteceſſoris.*
3. *Voluntas Teſtatoris in re accidentali, quæ non tangit ſubſtantiam, poteſt auctboritate Epiſcopi alterari.*
4. *Adminiſtratio dicitur facta jure proprio, quando jus alteri non reſervatur.*
5. *Jus quod competit Rectori Beneficii, non poteſt in alium transferri in præjudicium Succeſſorum ſine Papæ Beneplacito.*
6. *Facultas data ad rem certam, non trahitur ad diverſa.*
7. *Mala fides reſiſtit principio præſcriptionis.*
8. *Solus Papa commutat voluntates Teſtatorum.*
9. *Epiſcopus voluntatem Teſtatoris commutat ſi adeſt impoſſibilitas facti & num.* 10.
11. *Ubi Papa manus appoſuit, non poteſt inferior ſe ingerere.*

### DECISIO XLIV.

Quamvis piiſſimum legatum Eleemoſinæ Panis, quod Arnaldus de Scala uſque de anno 1228. reliquit Pauperibus Gerundæ, fuiſſet per quatuor ſæcula adminiſtratum juxtà ejus præceptum à Presbytero Sanctæ Anaſtaſiæ, qui Præpoſitus nuncupatur, ſub prætextu tamen, quod illius proventus eſſent malè adminiſtrati, & in illius diſtributione orirentur quamplures rixæ, & quæſtiones ex turba confluentium, cum periculo etiam Mulierum prægantium, Puerorum, ac Senum, aliarumquè perſonarum debilium, de anno 1629. ſtatuit Epiſcopus ad evitanda iſta inconvenientia, quod hæc pia diſtributio in alios uſus converteretur:

tur; Undè lata ſuper hoc ſententia, & in illius ſequelam, aſſumptâ per Capitulum adminiſtratione, & regimine proventuum hujus pinguiſſimi legati, illius redditus fuerunt deſtinati in alios pios uſus omninò diverſos; Modernus tamen Præpoſitus, agnoſcens quod hæc commutatio nullo Jure fieri poterat, Judicium movit coram A. C. & ab iſto ſententiam obtinuit, in qua declaratum extitit, pium opus eſſe exequendum, prout à principio fuerat inſtitutum, & Capitulo non licuiſſe in ejus adminiſtratione ſe ingerere, ſed illam privativè ſpectare ad Præpoſitum, ut videre eſt in dicta ſententia. Interpoſitâ ex parte Capituli appellatione, eaque commiſſa R. P. D. meo Pio, ſubrogatus ego in locum Collegæ adverſa valetudine detenti, propoſui Dub. *An, & de cujus bono Jure conſtaret, & Conſtare de bono Jure Præpoſiti* DD. reſponderunt.

1. Illud namque reſultare viſum eſt ex clara diſpoſitione Teſtatoris, qui dùm voluit legatum adminiſtrari, & diſtribui à Præpoſito in futurum eligendo, modus præſcriptus in illius adminiſtratione, & diſtributione, nullo pacto alterari potuit, quia voluntas Fundatoris erat ad inſtar legis obſervanda, per *Text. in l. in condit. ff. de condit. & demonſtr. & in §. diſponat, Auth. de nupt.* cum aliis relatis per *Rot. coram Dunozett. Jun. deciſ.* 142. *num.* 19. *& coram Celſ. dec.* 71. *num.* 1. *& ſeqq.* ubi dicit hoc procedere, ſive illa fuiſſet expreſſa, ſivè tacita.

2. Nec pro bono Jure Capituli ſubſiſtere viſa ſunt illa tria fundamenta, quæ pro ejus parte adducebantur; non quidem primum deſumptum à ſententia lata per Ordinarium de anno 1629. in actu viſitationis; nam admiſſo etiam, ſine veri præjudicio, quod Præpoſiti pro tempore malè ſe verſaverint in adminiſtratione hujus legati, illiuſque opulentiſſimos redditus cum maximo præjudicio Pauperum erogaverint in proprios uſus; non exindè tamen potuiſſet Epiſcopus eos abſolutè removere à tali adminiſtratione, ſed prius adhibendo remedia, quæ Jura noſtra ſubminiſtrant, debebat in caſu doloſæ adminiſtrationis Oeconomum deputare, qui proventus exigeret nomine Præpoſiti, vel reportare idoneam cautionem, cum obligatione etiam illam renovandi de anno in annum, ut ita conſuleret piiſſimo deſiderio Teſtatoris; & propterea quando lex ipſa offerebat opportunas cauthelas, cum quibus occurri poterat imminenti periculo dilapidationis, quæ fortaſse non erat contingibilis in omnibus Præpoſitis, nullo modo debebat Epiſcopus eligere extraordinarium, imò exorbitans remedium remotionis, quia ſi in ſequelam ſententiæ ab ipſo prolatæ cadere debuiſſent à jure adminiſtrandi, etiam illi Præpoſiti in futurum eligendi, iſti contra dictamen æquitatis, & contra expreſſam juris diſpoſitionem luere cogerentur peccata ſuorum Anteceſſorum, quod permitti non debet, *ad Text. in cap. non debet, de regul. jur. in* 6. cum aliis adductis *in Leodien. ſeù Aquiſgranen. Canonicatus* 7. *Martii* 1701. §. *Non enim coram R. P. D. meo Scotto*, & confirmata 20. *Januarii proximè præteriti* §. *Nec ad arguendum in fin. coram Me.*

3. Non relevante, quod quando remotis Præpoſitis, fuit ſubrogatum Capitulum in Jure adminiſtrandi, non ſolùm acceſſit tunc temporis expreſſus conſenſus Præpoſiti, ſed adminiſtratio impoſterùm fieri debebat nomine ipſius Præpoſiti, ex quo inferebatur, quod ſi adhuc remanſit penès illum Jus, & Dominium adminiſtrationis, tranſlata non fuerit in Capitulum, niſi materialis adminiſtratio, propter quam dici non poteſt, quod fuerit in ſubſtantia immutata voluntas Fundatoris, ad notata per *Tondut. quæſt. benef.* 68. *num.* 12. *lib.* 1. *& Monet. de commut. ult. volunt. cap.* 5. *num.* 336. *cum ſeqq.*

4. Hoc enim objectum ceſſare viſum eſt ex facto, nàm ſi dominium; & ſuperioritas adminiſtrationis remanſiſſet penès Præpoſitum, potuiſſet iſte exigere redditionem rationis, de proventibus exactis per Commiſſarios à Capitulo deputatos, ſed quando talis redditio rationis nunquàm fuit facta, & redditus legati apparent exacti à Capitulo, illique abſque ulla participatione Præpoſiti, erogati in uſus per Capitulum deſtinatos; in hoc ſanè caſu dicendum eſt, quod totale Jus adminiſtrationis translatum cenſeatur in Capitulum, & ab illo, Jure proprio exercitum, quia aliàs reſervatus fuiſſet expreſſus conſenſus Præpoſiti, argumento *Textus in l. fin. C. de adminiſtr. tutel.* & dixit *Rota coram Cavaler. dec.* 57. *num.* 6. cum aliis laudatis *in Gerunden. Adminiſtrationis Anniverſariorum* 10. *Maii* 1683. §. *Aſſiſtunt autem, coram bo. me. Urſino.*

5. Et propterea ſi translatum fuit in Capitulum totale jus adminiſtrationis, hæc tranſlatio fieri non potuit cum ſolo conſenſu Præpoſiti, quia cùm eſſet quæſitum jus omnibus in Beneficio ſucceſſoribus, per conſenſum unius, cœteris præjudicari non poterat, ſine expreſſo beneplacito Papæ, per *Text. in cap. veniens, de tranſact. Federic. de Sen. conſ.* 94. *num.* 2. *Abb. conſ.* 56. *num.* 2. *lib.* 1. *Rot. coram Martin. Andr. dec.* 48. *num.* 15. *& coram Bich. dec.* 525. *num.* 17.

6. Minoris relevantiæ viſum eſt ſecundum fundamentum elicitum ex tacita mente, ſeù permiſſione Fundatoris; nàm hæc tacita voluntas non aliundè deſumitur, quàm ex quadam enunciativa per Epiſcopum emiſſa in actu, quo approbavit diſpoſitionem Arnaldi tunc viventis; in illa enim quamvis dictum fuerit, quod Eleemoſyna diſtribueretur,

retur, ſecundùm diſpoſitionem ab ipſo Fundatore factam, vel in futurum à Capitulo Gerundæ facien. ex tali tamen enunciativa non remanſit immutata ſubſtantia legati, quia facultas diſponendi conceſſa Capitulo cadit ſolummodò ſuper modo, & quantitate Eleemoſynæ faciendæ juxtà menſuram redditũum, & proindè non eſt referenda ad jus adminiſtrationis totalitèr diverſum *ad Text. in l. Papinianus, ff. de Minor.*

7. Minùs denique ſubſiſtit poſtremum fundamentum deſumptum à præſcriptiva obſervantia 70. & ultra annorum; nàm ſi detrahatur vita illius, qui conſenſum præſtitit, ac alterius immediati ſucceſſoris, qui fuit de gremio Capituli, adhuc elapſum non fuiſſet tempus habile ad præſcribendum in præjudicium Eccleſiæ, ultra quàm quòd data in Capitulo mala fide, propter bonum jus Præpoſiti remanſiſſet in eo ſublatum quodcumque principium præſcriptionis *Rot. coram Cerro deciſ. 587. num. 8. & in recen. dec. 47. num. 11. par. 11.*

8. Sicuti ab Epiſcopo immutari non potuit voluntas Fundatoris circa jus adminiſtrandi, ita nec minus potuit alterari quoad modum erogandi proventus rei legatæ; nam eſtò quod ipſe agnitis difficultatibus, rixis, & ſcandalis, quæ occaſione diſtributionum eveniebant, conſultiùs putaverit, voluntatem Teſtatoris commutare, ac demandare, quod redditus in alios pios uſus diſtribuerentur; hoc tamen facere non poterat per ſe ipſum, ſed debebat conſulere Papam, cùm ipſe ſolus poſſit voluntates defunctorum commutare, ut tradunt *Dian. coordinat. tom. 6. tract. 9. reſol. 65. num. 1. Paſqualig. de Sacrific. nov. leg. tom. 2. tit. de legat. pro celebr. qu. 1080. num. 6. & ſeqq. Cappell. Tholoſ. quæſt. 26. per tot.*

9. Nec obſtare viſæ ſunt auctoritates in contrarium allegatæ, quia illæ procedunt, vel quando fuit conſultus Summus Pontifex, in quibus terminis loquitur *Camarel. de legat. lib. 7. par. 3. quæſt. 6. num. 7. & Rot. cor. Ubag. deciſ. 58. & in rec. dec. 744. par. 18.* Vel quando concurrente deficientiâ redditũum, adeſt impoſſibilitas adimplendi voluntatem Teſtatoris, *ut in d. deciſ. 58. num. 7. coram Ubag.* & declarat *Barboſ. ad Concil. ſeſs. 22. de refor. cap. 6. num. 3. cum ſeqq.*

10. In caſu autem præſenti, non fuit requiſitum beneplacitum Papæ, & non concurrunt tales difficultates, propter quas juſtè potuerit legatum commutari; Nàm rixæ, & quæſtiones oriri ſolitæ inter Pauperes confluentes, pericula imbecillium perſonarum, mala qualitas Panis, & ſimilia, poterant de facili emendari, prout de facto, ſimilia inconvenientia evenire poſſent etiam in hac Alma Urbe, quando à piiſſima Archiconfraternitate S. Hieronymi de Charitate diſtribuitur Eleemoſyna Panis, niſi diligentia Deputatorum omnibus occurreret; Undè quotiès poteſt alitèr provideri, licèt exequutio pii Operis ſit difficilis, ſed non impoſſibilis, nunquam eſt commutanda voluntas Teſtatoris, ut benè advertit *Monet. de commut. ult. volunt. cap. 5. num. 346.*

11. Et ſi hæc ita indiſtinctè procedunt, quantò magis locum ſibi vindicare debent in caſu præſenti, in quo cum triennio antè ſequutam commutationem fuiſſet, ad ſupplicationem Capituli obtenta diſmembratio redditũum hujus Eleemoſynæ, ad effectum illos in parte erogandi pro manutentione Cantorum Eccleſiæ; quia gratia non fuit exequuta, talem diſmembrationem Rota non admiſit, ut videre eſt apud *Rembold. dec. 621.* & ſic poſt talem reſolutionem nullo Jure potuit Epiſcopus propriâ auctoritate contrarium decernere; Maximè quia ſtatutum, quod fuit factum ſuper exequutione hujus pii Operis reperiebatur ſpecialitèr à Papa confirmatum, undè inferior non poterat ſe ingerere in iis, in quibus Papa, & Superior manus appoſuerunt, ad *Text. in cap. Ut noſtrum, de appellat. Roman. conſ. 335. num. 6. Decius conſ. 137. num. 4. & Rot. cor. Seraph. deciſ. 1328. num. 2.*

Et ità utraque Parte audita, reſolutum fuit, &c.

---

## R. P. D. PRIOLO.

*Vicen. Canonicatus.*
*Mercurii 6. Decembris 1702.*

### ARGUMENTUM.

Nominatio, quæ competit vigore turni, non dicitur conſumpta, ſi ex impedimento aliunde proveniente quam ex culpa Turnarii non habuit effectum. Canonicus jubilatus habetur pro præſente.

### SUMMARIUM.

1. *Nominatio facta ab eo cui competit per turnum debet cæteris præferri.*
2. *Nominatio facta à Canonico turnario non dicitur conſumpta, quando citra ejus culpam non habuit effectum num. 4.*
3. *Sola ſignatura Papæ perficit gratiam.*
5. *Appellans, agnitâ juſtitiâ cauſæ non tenetur ad ulteriorem proſecutionem litis, & n. 7.*
6. *Literæ Apoſtolicæ habent paratam executionem ad inſtar obligationis Cameralis, nec admittunt appellationem.*
8. *Canonicus jubilatus ad effectum gaudendi Turno habetur pro præſente, & actualiter reſidente, & num. 9.*

DECISIO XLV.

IN ulteriori gradu appellationis commiſſa Mihi Cauſa à ſententia R. P. D. mei Scotti confirmatoria alterius R. P. D. mei dela Tremoille hodiè dedi dubium, *an eſſet confirmanda, vel infirmanda*, & DD. attentà validitate, & juſtitià, non dubitarunt pro illius confirmatione reſpondere.

1. Sicuti enim validitas præcedentis judicati non fuit impugnata à Scribentibus pro Franciſco tunc in Cauſa comparentibus, ità hodiè validitas alterius judicati in eorum contumacia reſultare viſa eſt ex præſumptione boni juris, cum ſententia ſemper de jure præſumatur valida. Juſtitia verò apparvit ex præcedentibus deciſionibus in utraque inſtantia emanatis coram RR. PP. DD. meis de la Tremoille, & Scotto; nàm dum controverſus Canonicatus vacavit in turno Canonici Oliverii, quotiès iſte nominavit Joannem Baptiſtam, debet illius nominatio exequutioni demandari, nàm qui exiſtit in turno, debet cœteris aliis in nominatione præferri ad *Text. in Clement.* 2. *de jurepatr.* cum aliis relatis in prima deciſ. 18. Februarii 1701. §. *Etenim conſtat coram R. P. D. meo de la Tremoille*, & in alia 3. Februarii proximè præteriti §. *Juſtitia coram R. P. D. meo Scotto*.

2. Nec turnus dici poteſt conſumptus ex præcedenti nominatione facta per Oliverium, quia iſta fuit expleta ſub explicita conditione, quod ipſe intendebat acceptare Turnum dummodò Coadiutoria à Durano procurata ſuper Canonicatu tunc vacante non fuiſſet exequutioni demandata; Undè ſi poſtmodum gratia fuit expedita ante obitum Coadiuti, & illius vigore Duranus etiam nactus fuit poſſeſſionem illius Canonicatus, nominatio Oliverii per non implementum conditionis remanſit talitèr reſoluta perindè acſi facta non fuiſſet, nam turnus tunc dicitur conſumptus, quando nominatio habuit effectum, alias enim ſemper cenſetur præſervatus, ſi ex impedimento aliundè proveniente quam ex culpa Turnarii ſuam exequutionem habere non potuit *Gonzal. ad reg. Cancell. gloſ.* 45. §. 3. *num.* 4. *cum ſeqq. Tondut. quæſt. benef. par.* 2. *cap.* 3. §. 8. *num.* 37. *Rot. coram Seraph. dec.* 1446. *n.* 1. *& ſeqq. & in rec. dec.* 217. *num.* 2. *par.* 16. cum aliis relatis in dicta deciſione 3. Februarii proximè præteriti §. *Neque obſtare viſum fuit coram R. P. D. meo Scotto*.

3. In caſu autem præſenti ſatis ſuperque patet de juſto, & legitimo impedimento propter quod habere non potuit locum nominatio facta ab Oliverio; nàm de tempore quo ipſe nominavit jam reperiebatur ſignata gratia Coadiutoriæ favore Durani: Cumque iſta fuiſſet poſtea exequutioni demandata, citato Oliverio, & Joanne Baptiſta per ipſum nominato, Canonicatus non dicitur ampliùs vacaſſe per obitum Coadiuti, ſed eodem momento, quo fuit ſignata gratia, dicitur potiùs vacaſſe per dimiſſionem de eo factam in manibus Papæ, cum ſola illius Signatura gratiam perficiat *Rot. in rec. dec.* 121. *n.* 5. *cum ſeqq. par.* 12. *& coram Celſ. dec.* 395. *num.* 8. & proptereà ſi Canonicatus non vacavit ampliùs per obitum Coadiuti, quia Papa in illius collatione pervenit, dato hoc legitimo impedimento, proptèr quod Turnarius non poterat ampliùs eumdem Canonicatum conferre, nullo pacto conſumptum remanſit illius jus nominandi.

4. Et tantò magis, quia habita per Oliverium aliquali notitia de hoc impedimento, in caſu illius ſupervenientiæ voluit per ſpecialem proteſtationem præſervare jura ſibi quomodolibèt competentia, & proteſtatio etiam tamquam rationabilis, & juſta fuit à Capitulo admiſſa; ex quo benè colligitur, quod Oliverius non intendebat ſuum Turnum acceptare, niſi quatenùs nominatio per ipſum facta plenarium effectum conſequuta fuiſſet, & conſequentèr ſi in caſu non effectuatæ nominationis ſibi jura ſpecialitèr præſervavit, hæc præſervatio operatur, ut non data effectuatione nominationis illius turnus ex implicito etiam conſenſu Capituli non remanſerit unquam conſumptus *Rot. in rec. dec.* 718. *num.* 21. *par.* 4. *tom.* 3. *& coram Dunozet. jun. dec.* 858. *num.* 10.

5. Nec ineffectuatio nominationis referri poteſt ad culpam Oliverii ex eo, quod ad formam propriæ obligationis non promoverit, neque proſequutus fuerit litem contra Duranum ſuper nullitate Coadiutoriæ, nam & ſi ipſe ab implemento ſuſceptæ obligationis potuiſſet excuſari ex facto Capituli, itaut non teneretur litem promovere, quando Coadiutoria fuit per Deputatos à Capitulo recognita, & approbata pro valida, & in ſequelam hujus approbationis, idemmet Capitulum admiſit Duranum ad poſſeſſionem Canonicatus, adhuc tamen Oliverius, his non obſtantibus, litem promovere non prætermiſit, & comparendo coram Exequutore in litteris deputato non deſtitit opponere plures exceptiones contra validitatem gratiæ Undè ſi poſtmodùm Exequutor gratiam exequi mandavit, negari non poteſt, quin Oliverius pleniſſimè ſatisfecerit propriæ obligationi, & ſic agnità Juſtitià gratiæ non tenebatur ad ulteriorem litis proſequutionem *Rot. apud Achill. de Graſſ. dec.* 1. *de conceſſ. Præbend. Duran. dec.* 449. *num.* 1. *& coram Merlin. dec.* 876. *num.* 3.

6. Citra quod relevare viſa fuerit appellatio per Oliverium interpoſita à ſententia exequutoris; Nàm cum appellatio non eſſet de jure admiſſibilis, quia litteræ Apoſtolicæ habent paratam exequutionem ad inſtar obligationis Cameralis, nullo modo præſervare

potuit

potuit jus Canonici antiquioris ſequentis in Turno, dum appellatio nullitèr interpoſita nullum cauſare potuit Juris effectum, cum non entis nullæ ſint qualitates ad *Text. in cap. non præſtat de regul. jur. in* 6.

7. Eoque fortiùs, quia huic appellationi Oliverius etiam expreſsè renunciavit, & quamvis in eadem appellatione complicatum quoque fuiſſe jus alterius Canonici ſequentis in Turno, quia tamen iſte, re integrâ non adhæſit appellationi, potuit Oliverius, ne litem injuſtè proſequeretur, ſuo juri renunciare etiamsì admixtum eſſet præjudicium tertii, ut firmat deciſ. 3. Februarii proximè præteriti §. *Nullatenùs coram R. P. D. meo Scotto*, & comprobat *Scacc. de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 2. *num.* 96.

Vindicatâ ex his competentiâ juris nominandi in Canonico Oliverio minùs relevare viſa eſt altera exceptio deſumpta ex ipſo Statuto Eccleſiæ; Nam, & ſi ibidem ſancitum reperitur, quod jus nominandi habeant dumtaxat illi Canonici, *qui ſunt præſentes, ſeù reſidentes, & qui domicilium in Civitate Vicen. habuerint, vel larem ibi tenuerint, & veſtiarium majus anno præcedenti antè vacationem immediatè conſequuti fuerint*, adhuc procedendo cum ſenſu ipſius ſtatuti omnes illius qualitates optimè congruunt Canonico Oliverio, nam ipſe larem, & domum retinuit in Civitate Vicen. & veſtiarium etiam in anno præcedenti recepit.

8. Non obſtante, quod Oliverius de tempore ſequutæ vacationis repeririretur actualitèr abſens à loco reſidentiæ, & proindè ratione Statuti requirentis actualem reſidentiam ipſo jure remanſerit inhabilitatus à jure nominandi; Nam cum illud emanaverit ad finem alliciendi Canonicos ad magis reſidendum, ſatis eſt, quod Canonicus Oliverius eſſet Decanus, & Jubilatus, & haberet ſuum Coadiutorem, ut ad effectum gaudendi Turno haberetur pro præſente, & actualitèr reſidente *Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 57. *& de Canon. & Dignit. cap.* 29. *n.* 11. *Gonzal. ad regul. Cancell. gloſ.* 5. §. 9. *num.* 119. *cum ſeqq.* [*Pignatell. Conſult. Can.* 131. *per tot. tom.* 9. quod etiam agnovit ipſummet Capitulum, dum in actu, quo Oliverius ſibi præſervavit jura in præcedenti vacatione, admiſit illius proteſtationem, & regreſſum ad Turnum, quatenùs ſua nominatio locum non habuiſſet, quam proteſtationem certè Capitulum non admiſiſſet, ſi verè Canonicus Oliverius ad formam Statuti fuiſſet de facto inhabilis, ut patet ad ſenſum.

9. Sed quælibet difficultas ceſſare viſa eſt ex ſubſequuta obſervantia; nam in caſu cujuſcumque vacationis fuerunt à Capitulo expeditæ litteræ convocatoriæ Canonicorum abſentium, & quandoque etiam ad illorum nominationem ſequuta fuit proviſio Canonicatuum tunc vacantium, ex qua quidem obſervantia benè declarata remanet littera Statuti non comprehendentis Canonicos Jubilatos, licèt abſentes, ut ponderat dec. 18. Februarii 1701. §. *Idque eo faciliùs coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Et ità reſolutum fuit, altera tantum &c.

---

## R. P. D. MUTO.

*Tarraconen. Inſignium.*
*Lunæ* 11. *Decembris* 1702.

### ARGUMENTUM.

Conſtitutiones Synodales tanquam lex particularis ſervandæ ſunt in tota Diœceſi. Teſtes Univerſitatis quando probent, & ſint admittendi, & in conflictu, qui ſint præferendi, diſcutitur. Manutentio datur ei, qui docet de poſſeſſione, ubi non conſtat de malo jure, & de juris reſiſtentia.

### SUMMARIUM.

1. *Conſtitutio Synodalis tanquam lex ſervanda eſt in tota Diœceſi.*
2. *Teſtes Canonici, Monachi, Cives, & Collegiales, ubi non agitur de eorum principaliter intereſſe, admittuntur ad probandum favore Capituli, Conventus, Civitatis, & Collegii.*
3. *Ubi veritas aliunde haberi non poteſt, admittuntur teſtes etiam inhabiles.*
4. *Teſtes de Collegio, & Univerſitate probant quando ſunt adminiculati.*
 *Teſtes à parte inducti plenam fidem faciunt, etiamſi eſſet unicus, ibi.*
5. *Teſtes examinati ad perpetuam lite pendente, & parte non citatâ, nihil probant, & num.* 6.
7. *Teſtibus in concurſu deferendum eſt magis illis, qui habent fomentum à conſuetudine, & conſtitutione Synodali.*
8. *Procurator ſine ſpeciali mandato non poteſt confeſſionem aliquam emittere Principali præjudicialem.*
9. *Conſtitutio Synodalis confirmata à Sede Apoſtolica non admittit obſervantiam contrariam.*
10. *Adverſis non fit illatio.*
11. *Qui habet poſſeſſionem titulatam facilius conſequitur manutentionem, num.* 12. *&* 16.
 *Manutentio non datur quando conſtat de malo jure poſſidentis, ibi.*
13. *Epiſcopus tenetur oſtendere Capitulo Bullas Apoſtolicas proviſionis Epiſcopatus in ſuam perſonam factæ.*
14. *Canonici, & Beneficiati tenentur oſtendere Capitulo Bullas ſuæ proviſionis.*
15. *Conſtitutio ſive ſtatutum recipit interpretationem paſſivam à jure communi, & ab obſervantia.*

 *Inter-*

*Interpretatio, quæ oritur ex obſervantia prævalet interpretationi juris, ibi.*

## DECISIO XLVI.

COmmiſſa mihi per Signaturam Juſtitiæ Cauſa adverſus mandatum de manutenendo à R. P. D. meo Caffarello relatum favore Capituli, in quaſi poſſeſſione concedendi uſum Mozzettæ, ſeù Inſignium Commenſalibus, & Beneficiatis Eccleſiæ Metropolitanæ Tarraconen. propoſui Cauſam die 6. currentis menſis, & anni ſub Dubio, *An, & cui ſit danda manutentio*; cumque prodierit reſcriptum = *Dilata, & videatur de bono Jure, etiam ad effectum manutentionis, & proponatur Cauſa etiam cum iiſdem*; Repropoſui hodiè Cauſam, & DD. maturè de morè rimatis Juribus hinc indè deductis, in hodierna audientia reſponderunt = *Conſtare de bono Jure utriuſque, etiam ad effectum manutentionis*, juxtà modum inferius ſubnectendum.

1. Fundamentum reſolutionis pro bono Jure Commenſalium, & Beneficiatorum circà aſſumptionem, & delationem Inſignium in Choro, Proceſſionibus, aliiſque Eccleſiaſticis functionibus, abſque ulla licentia, & permiſſione Capituli deſumpſerunt DD. ex antiquiſſima Generali conſuetudine in tota hac Provincia vigente, & ex Conſtitutionibus Synodalibus editis uſque ab anno 1593. in quibus non ſolùm permittitur aſſumptio, & delatio Inſignium de quibus agitur, ſed etiam præciſè demandatur, adjectâ ulteriùs pœnâ contravenientibus amiſſionis diſtributionum quotidianarum, ut teſtatur *Romaguer. ad Conſt. Synodal. Gerunden. lib. 3. tit. 17. cap. 4. n. 2. Rot. in Gerũden. Delationis Almutiarũ ſuper negocio principali 13. Januarii 1690. §. Ejuſdem verò, & ſeqq. cor. Reverendiſſimo Turonen.* Quæ Conſuetudo, & Conſtitutio in Synodo Provinciali Tarraconen. edita, uti lex particularis, debet in Civitate, totoque Archiepiſcopatu Tarraconen. inviolabiliter obſervari, *Rota coram Emerix Jun. deciſ. 740. num. 2. & 9. & deciſ. 1334. n. 3. & in recent. deciſ. 212. num. 3. & 4. par. 15. & in Calaguritana Decimarum de Ineſtrillas 12. Maii 1697. §. Idque procedit coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & in Calaguritana Decimarum de Enciſa 23. Junii 1698. §. Indubitantèr, & §. finali coram R. P. D. meo Pio, & in Pampilonen. Parochialis 6. Martii 1702. §. Et utique coram R. P. D. meo Anſaldo.* Et in puncto hujus Synodi, *Rota in dicta Gerunden. Delationis Almutiarum ſuper negocio principali 1690. §. Tùm etiam coram Reverendiſſimo Turonen.*

2. Quam ex depoſitionibus novem Teſtium formitèr examinatorum, uno ore aſſerentium ſe poſt ſuſceptionem Presbyteratus dicta Inſignia aſſumpſiſſe, eaque detuliſſe, nullâ petitâ licentiâ à Capitulo, idemque ab aliis publicè, & palam dicere audiviſſe, & à ſenioribus etiam accepiſſe; Ex quorum Teſtium dicto plena, & concludens eruitur probatio, etiamſi illi ſint Commenſales, & Beneficiati, quià cùm deponant circà rem, in qua eorum particulare intereſſe non verſatur, dùm illi jam Inſignia ſinè licentia pacificè aſſumpſerunt, & geſtant, intereſſe remotum, quale eſt illud Collegii eorumdem Commenſalium, & Beneficiatorum ſufficiens non eſt ad eis fidem adimendam, ut de Canonicis, Monachis, Civibus, & Collegialibus, quod ubi non agitur de eorum intereſſe principalitèr ad probandum admittantur favore Capituli, Conventus, Civitatis, & Collegii, *Nell. de Teſtibus num. 22. Noguerol. allegat. 26. num. 34. Farinacc. de Teſtibus quæſt. 60. num. 453. num. 460. 463. & ſeqq. & num. 470. Maſcard. de probation. concluſ. 418. num. 1. Trentacinq. var. reſolut. lib. 2. tit. de Teſtibus reſolut. 4. concluſ. 2. vol. 1. Giurb. de ſucceſs. feud. §. 2. gloſs. 13. n. 74. Menoch. de Arbitrar. caſ. 106. ſub num. 5. & ſeqq. Afflict. deciſ. 400. num. 2. Reverter. dec. 177. num. 2. Rota coram Pœnia dec. 1465. num. 5. Ubald. deciſ. 171. num. 9. coram ſa. me. Alexandro VIII. deciſ. 139. & in recent. dec. 320. num. 13. par. 9. & deciſ. 320. num. 9. & ſeqq. par. 11.* ubi quod probant pro Univerſitate in Cauſa magni honoris, ſi honor non ſit debitus Teſtibus uti ſingulis, ſed uti unum Corpus facientibus.

3. Maximè quia factum hoc petitionis licentiæ probari non poteſt, niſi à Commenſalibus, & Beneficiatis ad quod ſpectaret eam requirere, ſicque cum agatur de materia, cujus veritas aliundè facilitèr haberi non poteſt, quam ex iſtis Teſtibus, admitti debent ad probandum, etiamſi aliquam exceptionem paterentur, *Jaſon. in l. juris Gentium §. Prætor ait ſub num. 5. ff. de pact. Muta ad Conſuetud. Panormitan. cap. 72. num. 16. Seraphinus Maſſimus de Confiſcation. Bonorum. qu. 13. nu. 27. & 28. Farinacc. de Teſtib. quæſt. 60. num. 270. & quæſt. 62. ſub num. 51.*

4. Et fortiùs quia ſunt etiam adminiculati, nedùm à ſupradicta Synodo Provinciali, quo caſu Teſtes de Collegio, & Univerſitate probant in ſpecie *Rota in recent. deciſ. 320. num. 14. par. 9.* ubi plures refert, *& deciſ. 320. num. 12. par. 11. & coram Coccino deciſ. 140. num. 19. & 21.* Sed quod plus eſt ab ipſiſmet Teſtibus ex parte Capituli inductis, & formitèr examinatis, aſſerentibus Presbyteros in actu ingreſsus in Choro non expetiviſse licentiam à Capitulo prò deferendis Inſignibus, ut patet ex depoſitione primi Teſtis *Summario Additionali Beneficiatorum Num. 4. litt. B. & C.* ſecundi Teſtis *dicto Summario Num. 4. ſub litt. B.* & quarti Teſtis *eodem Summario litt. L.* Quibus Teſtibus à Capitulo inductis, & examinatis, etiamſi omnia alia deficerent plena eſſet adhibenda fides; Cùm notum ſit Teſtem, quamvis unicum contra inducen-

inducentem pleniſſimam probationem facere, notat *Deſiderius Guido conſ. 2. num. 20. conſ. 6. num. 25. & conſ. 15. num. 13. & 14. Rot. coram Mantica deciſ. 274. num. 1. verſ. & quod eſt ampliùs*, ubi de Teſtibus inductis à Capitulo, *& in recent. dicta deciſ. 320. num. 12. par. 11.* ubi de Teſtibus Univerſitatis *In Piſauren. Hæreditatis 1. Junii 1696. §. Verùm coram R. P. D. meo Priolo, & in Aſculana Fideicommiſſi, ſeù Domus ſuper fructibus 4. Julii 1696. in principio 13. Junii 1698. in principio, & 10. Decembris ejuſdem anni paritèr in princip. coram R. P. D. meo Pio, Capuana Beneficii 27. Januarii 1698. §. Movit DD. coram R. P. D. meo Lancetta, Toletana Decimarum de Capilla, quoad Parochos 23. Martii 1699. §. Validitas coram R. P. D. meo Anſaldo, Aſculana Dotis 28. Junii 1700. §. Præfatæ, & §. Tertium denique coram R. P. D. meo Pio*. Et in terminis manutentionis *Poſth. de manut. obſerv. 19. num. 1. Rota poſt eum dec. 396. num. 2. dec. 513. num. 5.* Et magis in terminis delationis hujuſmodi Inſignium. *Rota in dict. Gerunden. Delationis Almutiarum ſuper manutentione 13. Januarii 1690. §. Principali coram Reverendiſſimo D. Turonen.*

5. In nihilum refragante depoſitione aliorum Teſtium ad perpetuam à Capitulo examinatorum, teſtantium Commenſales, & Beneficiatos licentiam hujuſmodi expetiiſſe, eamque ipſis Capitulum conceſſiſſe; Quià talis depoſitio facta lite pendente, Commenſalibus, & Beneficiatis nec citatis, nec auditis, non meretur attendi *Deſiderius Guido conſ. 4. num. 6.* ubi quod nec etiam faciunt judicium, *Seraphinus Maſſinus de Confiſcat. Bonor. quæſt. 1. n. 51. Rota in recen. dec. 69. num. 29. & ſeqq. par. 18. & in Aſculana Aquæductus ſuper reſervatis quoad damna 16. Junii 1698. §. In hypoteſi coram Me, & in Aſculana Dotis, & Legitimæ 13. Junii 1698. §. Nequè coram R. P. D. meo Lancetta*, & in materia manutentionis *Poſth. de manutent. obſerv. 38. num. 43. & 44. Rota poſt eum dec. 160. num. 1. dec. 218. num. 5. dec. 325. num. 8. dec. 551. n. 1. dec. 553. num. 1. dec. 625. num. 13. dec. 643. n. 18. & dec. 647. num. 46.*

6. Idque procedit etiamſi aliqui ex iſtis Teſtibus eſſent de tempore examinis de numero Commenſalium, & Beneficiatorum. Tùm quià ipſi erant etiam Miniſtri Capituli, qui cum ratione ſervitii, & proprii intereſſe majorem affectionem præſumantur habere ergà Capitulum, quam ergà Corpus Commenſalium, & Beneficiatorum, in cauſa illorum non ſunt integræ fidei; Tùm etiam quià examinati fuerunt, tempore, quo Sedes Archiepiſcopalis vacabat, & exercitium Juriſdictionis penès Capitulum reſidebat; & quod magis urget conquaſſantur à Teſtibus formitèr hincindè examinatis, in quorum concurſu Teſtibus ad perpetuam deponentibus, nullam eſſe fidem adhibendam tradunt *Deſiderius Guido conſ. 13. num. 14. Rotæ coram Celſo dec. 236. num. 12.*

7. Atquè ex his apparent etiam nullius momenti depoſitiones aliorum Teſtium formitèr ex parte Capituli examinatorum; Nàm ut ſuprà dictum eſt, plures ex iſtis ingenuè deponunt Commenſales, & Beneficiatos exiſtere in quaſi poſſeſſione, liberè utendi Almutia, & pro ea deferenda, licentiam à Capitulo in actu primi introitus in Chorum non expetiviſſe; Quorum Teſtium depoſitiones inter ſe contrariæ, & de directo oppoſitæ aliis Teſtibus formitèr à Beneficiatis examinatis attendì non debent, Maximè quià Teſtes Capituli actu eidem inſerviunt, & Teſtes Beneficiatorum omni carent exceptione, & recipiunt fomentum ab aſſiſtentia generalis conſuetudinis in tota Provincia Cathaloniæ vigentis, & à Conſtitutione Synodali, quæ conſuetudinis, & Conſtitutionis, aſſiſtentia de ſe ſola operatur, ut Teſtibus Commenſalium, & Beneficiatorum major ſit fides adhibenda, *Rota in Aſculana Dotis 29. Aprilis 1701. §. Eoque certiùs coram R. P. D. meo Pio, & in Nullius, ſeù Urgellen. Primitiarum 23. Junii currentis anni §. Eoque, & 27. Novembris nuper relapſi §. Minùs obſtat in fine coram Me.*

8. Minùs deſumere poteſt bonum Jus Capitulum ex concordia anni 1588. in qua Commenſales, & Beneficiati faſſi fuerunt, Capitulo competere facultatem tales licentias concedendi, nec ex ſententia bon. mem. Pirovani, in qua Capitulum, & Canonici canonizantur Domini Eccleſiæ Tarraconen. ſicut nec ex aſſerta Bulla Cœleſtini Tertii, in qua tribuitur facultas Canonicis aſſignandi Dignitates, concedendi honores, inſtituendi Canonicos, & admittendi Clericos; Quoniam quoad concordiam, confeſſio in ea emiſſa nihil officit Commenſalibus, & Beneficiatis, quia facta fuit à Bartholomæo Martorel, procuratorio nomine eorumdem. abſque ullo mandato Procuræ, dùm ipſe ſolum conſtitutus fuit Procurator à Commenſalibus ad renunciandum liti, quæ vertebatur inter Beneficiatos Doctores ex una, & Commenſales ex alia parte, ſuper præcedentia, ut patet ex mandato Procuræ dato in *præterito Summario Beneficiatorum num. 12.* Undè non poterat Procurator præfatus, excedendo limites mandati ad favorem Capituli in lite tunc non exiſtentis confiteri eidem Capitulo competere facultatem dandi hujuſmodi licentias, ſuper quo nulla lis vertebatur ut in terminis obſervat *Rota in recent. deciſ. 9. num. 27. par. 19.* & generalitèr, quod Procurator ſine ſpeciali mandato non poſſit, in præjudicium Principalium confeſſionem aliquam emittere eique præjudicare, *Gratian. diſcept. 224. num. 42. Seraphinus Maſſinus de Confiſcat. Bonor. quæſt. 35. num. 72. Rota in rec. dec. 44. num. 9. par. 10. & dec. 16. num. 15. par. 15. & in Camerinen. Manutentionis, ſeù Cenſuum 23. Junii 1698. §. Prout eo minùs coram Reverendiſſimo*

*D. meo*

*D. meo Decano*, & in terminis proſequitur, *Rota dict. dec.* 9. *num.* 28. *par.* 19. ubi quod requiritur ſpeciale mandatum ad ſic, & ſic confitendum.

9. Et quatenùs etiam confeſſio prædicta legitimè emanaſſet, adhuc cùm ſupervenerit conſtitutio Synodalis anno 1593. edita, in qua nedum permittitur, ſed poſitivè præcipitur Commenſalibus, & Beneficiatis uſum Almutiarum ſub pœna privationis diſtributionum, nullâ facta mentione licentiæ; Hæc Conſtitutio à Sede Apoſtolica ſimul cum aliis Conſtitutionibus Synodalibus confirmata, efficit, ut quidquid contra illam, vel antè, vel poſt geſtum fuerit nullum, & inane remaneat. *Gratian. diſcept.* 283. *num.* 3. & *diſcept.* 791. *num.* 13. *Pariſ. de reſignat. lib.* 5. *quæſt. final. num.* 227. *Rota coram Merlin- dec.* 525. *num.* 5. *Buratt. deciſ.* 829. *num.* 2. & *in recent. deciſ.* 142. *num.* 4. *par.* 2. *deciſ.* 312. *num.* 40. *par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 559. *num.* 30. *par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 231. *n.* 5. *par.* 5. *dec.* 62. *n.* 6. *par.* 6. & *dec.* 71. *n.* 20. *par.* 8.

10. Quo verò ad ſententiam bon. mem. R. P. D. Pirovani, iſta canonizàt quidem favore Capituli jus adminiſtrationis Bonorum Eccleſiæ ſonans in meram œconomicam poteſtatem, ſed non tribuit magis amplam juriſdictionem, cujus vigore Capitulum habebat jus concedendi, ſeù permittendi, vel denegandi Beneficiatis licentiam deferendi Almutias, cùm de hoc nullum verbum legatur in dicta ſententia, ut patet ex illius lectura, & ex *deciſ.* 728. *coram Merlino*, & aliis in eadem cauſa emanatis, ex quibus manifeſtè colligitur diſputationem tunc eſſe reſtrictam ad ſolam adminiſtrationem, & jus œconomicum; Undè ab ea ad præſentem quæſtionem omninò diverſam nulla fieri poteſt illatio, *vulgata l. Papinianus ff. de minorib.* de qua *Deſiderius Guido inter conſil. ultimar. volunt. diverſ. conſ.* 170. *num.* 113. *lib.* 1. & *inter deciſiones Venetas Triviſani deciſ.* 54. *num.* 33. *lib.* 2. *Rota in Aſculana Beneficii* 5. *Martii* 1700. §. *Paritèr coram Me.*

Et demùm reſpectu Bullæ Cæleſtini Tertii quidquid ſit an in ea detur facultas Capitulo admittendi Clericos, ex hoc tamen inferri non poteſt, quod ipſi petere debeant licentiam à Capitulo aſſumendi Inſignia, ſed hæc eis à conſuetudine, & Synodo Provinciali tribuitur, eo ipſo quod Commenſales, & Beneficiati poſſeſſionem accipiunt; minuſque deduci poteſt prædictum jus in Capitulo ex facultate in eadem Bulla eidem tributa concedendi honores, quia hæc intelligitur de aliis honoribus præter eos, qui de jure, vel ex Conſtitutionibus Synodalibus Beneficiatis debentur, qualis eſt aſſumptio, & delatio Almutiarum, cum enim Commenſales, & Beneficiati iſtum honorem jam habeant, opus non habent illum recipere à Capitulo.

11. Poſito itaque, quod Commenſalibus & Beneficiatis aſſiſtat bonum Jus circa aſſumptionem, & delationem Almutiarum abſque licentia Capituli, eis proculdubio concedi debet manutentio, cum conſtet de eorum quaſi poſſeſſione titulata aſſumendi, & deferendi inſignia abſque licentia, & permiſſione, quæ ſicut operatur, ut facilius concedi debeat manutentio, *Rota in Leodien. Juriſdictionis* 28. *Junii* 1700. §. *Rurſus coram Illuſtriſſimo D. Magno Cancellario Mediolani, Gerunden. Manutentionis* 4. *Martii* 1701. §. *Sed ulterius coram. R. P. D. meo Priolo*, & in noſtris præciſis terminis *in Gerunden. delationis Almutiarum ſuper manutentione* 13. *Januarii* 1690. §. *Principali in fine coram Reverendiſſimo D. Turonen.* Ità efficit, quod data etiam per hypotheſim quaſi poſſeſſione Capituli tales licentias concedendi dicta poſſeſſio non eſſet manutenibilis, cùm exploratum ſit, quod ubi conſtat de malo jure, & de juris reſiſtentia manutentio non conceditur poſſidenti *Spad. conſ.* 245. *num.* 3. *lib.* 2. *Gratian. diſcept.* 870. *num.* 18. *Rota in Romana fideicommiſſi de Palmariis* 16. *Februarii* 1699. §. *Et licèt coram R. P. D. meo Caprara, Tarraconen. juriſdictionis* 27. *Junii* 1701. §. *Et denique coram Illuſtriſſimo D. Magno Cancellario Mediolani*, & *in Illerden. Juris mulctandi ſuper manutentione* 27. *Januarii* 1702. §. *Præterea coram Me.*

12. Cenſuerunt tamen Domini conſtare de bono Jure Capituli in hoc quod Commenſales, & Beneficiati teneantur ei, vel Syndicis cartam Presbyteratus, vel Doctoratus oſtendere, ad hoc, ut videatur habere requiſita Conſtitutionum, & qua oſtenſione facta Commenſales, & Beneficiati ad nihil aliud teneantur, in quo conſiſtit modus ſuperiùs indicatus, & ad tenorem dicti boni Juris authumarunt ei dandam eſſe manutentionem. Conſtat enim Capitulum eſſe in hac quaſi poſſeſſione ex pluribus actibus, in quibus fuit oſtenſa Capitulo, vel Syndicis carta Presbyteratus, & Doctoratus, ut evenit de anno 1623. 1624. 1625. 1626. 1627. 1629. 1633. 1634. 1675. 1676. 1677. 1685. & ex aliis caſibus datis in *Summario Capituli Num.* 1. Qua poſſeſſione ſtante eidem denegari non poteſt manutentio, *Seraphinus Maſſinus de confiſcat. Bonorum quæſt.* 35. *num.* 61. *Rota in Aſculana Prælegati* 7. *Februarii* 1681. §. *Et conſequentèr coram clar. mem. Cardinali Vicecomite.*

13. Ponderato præcipuè, quod Capitulum habet in hoc omnem Juris, & rationis aſſiſtentiam; Juſtum quippè, & rationi conſonum eſt, ut Commenſales, & Beneficiati prædictam oſtenſionem faciant, ità enim evitantur fraudes, quæ fieri poſſent dictis Conſtitutionibus in aſſumptione ſcilicèt inſignium Presbyteralium, vel Doctoralium facienda ab his, qui vel nondum ad Sacrum Presbyteratus ordinem ſunt promoti, vel lauream Doctoralem in aliqua publica Univerſitate

ſitate non fuerint aſſequuti, & ratione evitandi ſimiles fraudes, & inconvenientia, idem practicari ſolet ab Epiſcopis, qui Bullas Apoſtolicas oſtendere tenentur Capitulo, ut poſſeſſionem Epiſcopatus capere poſſint non ad effectum obtinendi licentiam à Capitulo, ſed ut ei notificent collationem in ſui perſonam factam, *ad Text. in Extravag. injunctæ de election. Barboſ. de Epiſcop. alleg.* 54. *num.* 160. *&* 161. *& alleg.* 111. *num.* 35. *Azor. inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 29. *quæſt.* 9. *verſ. Cæterum Lavor. var. lucubrat. tit.* 4. *cap.* 25. *num.* 10. *Diana reſol. moral. par.* 5. *tract.* 2. *de poteſt. & privileg. S. R. E. Cardinal. reſol.* 47. *Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 27. *num.* 30. *& ſeqq.*

14. Comprobaturque hæc veritas à ſimili exemplo Canonici, vel Beneficiati de Canonicatu, vel Beneficio proviſi, qui antequam poſſeſſionem accipiat, tenetur oſtendere Bullam ſuæ proviſionis Capitulo, ut manifeſtet ſuum titulum, *Amayden. de ſtylo Datariæ lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 115. §. *Et licèt, Rot. in Leodien. Canonicatus* 4. *Julii* 1698. §. *Oſtenſo, & ſeqq. coram R. P. D. meo Anſaldo.*

15. Neque reſpectu hujuſmodi urgere poteſt reſponſio, quod tali oſtenſioni reſiſtat diſpoſitio Juris, & Conſtitutionum Synodalium; Quoniam diſpoſitio Juris communis tantùm abeſt, quod reſiſtat, ut poſitivè omne Jus, & ratio aſſiſtat Capitulo oſtenſionem petenti, ut prædictum eſt; Prout non reſiſtunt Conſtitutiones Synodales, quia illæ ſolùm præcipiunt Presbyteris, & Doctoribus delationem Almutiarum, ſed non excludunt oſtenſionem tituli Presbyteratus nempè, vel Doctoratus, ob quem aſſumptio prædictarum Inſignium prætenditur; Undè in hac parte ſuper qua Conſtitutiones non diſponunt, regulari, & interpretari debent, juxtà Juris communis diſpoſitionem *Deſiderius Guido conſ.* 10. *n.* 125. *& ſeqq. Cyriac. contr.* 25. *n.* 13. *Magon. deciſ. Lucenſ.* 20. *num.* 24. *& deciſ.* 97. *num.* 19. *Giurba deciſ.* 64. *num.* 14. *Rota poſt modern. ad ſtatut. Urbis deciſ.* 204. *num.* 12. necnon ad limites obſervantiæ, ex qua habetur, quod beneficiati ab anno 1623. uſque ad præſens prædictas oſtenſiones fecerunt, quæ obſervantia ſubſecuta, & præcipuè longiſſimi temporis, eſt optima quarumcumque dubiarum diſpoſitionum interpres *Seraphinus Maſſinus de confiſcat. Bonorum quæſt.* 11. *num.* 45. *& quæſt.* 35. *num.* 80. *&* 83. *Rota coram Bich. dec.* 690. *n.* 5. *& in Bononien. Sportularum* 22. *Junii* 1693. §. *Quæ clariora, coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & in Romana Officii Aquæ felicis* 4. *Junii* 1700. §. *Nec prædicta coram eodem.* Adeout judicari debeat ſecundum id, quod obſervatum eſt, etiamſi contrarius intellectus eſſet de jure verior *Seraphinus Maſſinus de confiſcat. Bonorum dicta quæſt.* 35. *n.* 83. *Rota coram Buratto dec.* 944. *n.* 6. *& in rec. deciſ.* 216. *num.* 3. *& deciſ.* 520. *n.* 9. *par.* 13. *& in Marſicen. ſeù Nullius Juriſdictionis ſuper bono Jure* 7. *Junii* 1700. §. *Poſita autem coram Me.*

16. Dictaque Juris communis, & Conſtitutionum Synodalium reſiſtentia exclusâ, imò probatâ formali aſſiſtentiâ boni Juris, creſcit argumentum concedendæ manutentionis Capitulo, nàm quotiès poſſeſſio eſt fulcita titulo, & conſtat de bono jure poſſidentis, facilior eidem patet aditus ad manutentionem conſequendam *Rota in Camerinen. manutentionis, ſeù Cenſuum* 10. *Martii* 1698. §. *His tamen, & §. Quibus circà coram Reverendiſſimo Domino meo Decano, &* 23. *Junii ejuſdem anni* §. *Siquidem, & ſeqq. coram eodem.*

Et in hunc modum Domini, utraque Parte audita in hac ſecunda Cauſæ propoſitione, reſponderunt &c.

---

## R. P. D. PIO.

*Legionen. Parochialis.*
*Veneris* 27. *Aprilis* 1703.

### ARGUMENTUM.

Concurſus exigitur etiam in Parochialibus juriſpatronatus Eccleſiaſtici. Immemorabilis non dicitur probata, niſi teſtes deponant cum requiſitis *gloſ. in cap.* 1. *de præſcript. in* 6.

### SUMMARIUM.

1. *Concurſus exigitur in Parochiali juriſpatronatus Eccleſiaſtici.*
2. *Immemorabilis exigit probationes concludentes.*
3. *Teſtes ſufficienter probant immemorabilem.*
   *Immemorabilis non probatur per Teſtes, qui non deponunt cum requiſitis gloſſæ in c.* 1. *de præſcript. in* 6. *ibi.*
   *Concilium Trid. non tollit immemorabilem, ibi.*

### DECISIO XLVII.

1. REvocatâ ad examen deciſione ędita coram me ſub die 15. Januarii proximè præteriti confirmatoria alterius præcedentèr emanatæ ſub die 3. Junii ſuperioris anni, qua reſponſum fuerat *Litteras Apoſtolicas per Jacobum Fernandez impetratas eſſe exequendas* DD. ponderantes fundamenta ad comprobandam reſervationem ibidem deducta hodiè perſtiterunt in deciſis, innixi defectui concurſus omninò neceſſarii, etiam in Parochialibus de Jurepatronus Eccleſiaſtico juxtà decreta Sac. Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. & Conſtit. ſa. me. Pii V. in ordine *la* 33. ut advertit poſterior deciſio, quæ revidetur §. *Verùm Jurepatronatus.*

2. Haud

2. Haud obſiſtente reſponſione Eccleſiam de qua agitur ab immemorabili tempore conferri conſueviſſe abſque concurſu, etenim probationes ad id adductæ, aſſumptum minimè concludere viſæ ſunt, nam aut agitur de inſtitutionibus reſpicientibus controverſum beneficium *Summario Matthiæ num.* 1. & de his ratio haberi non poteſt, non quidem de expletis ante Sac. Concilium Tridentinum, quia hæ ſubmoventur, & irritantur ab eodem Concilio uti nova lege quamcumque contrariam conſuetudinem, legemque antiquam penitùs abrogante, minuſuè de cœteris, ex poſt factis, quia cum decreta præfati Sac. Concilii ex Conſtitutione ſa. me. Pii IV. *la* 80. debuerunt executioni demandari à die 11. Martii 1564. à d. tempore citra, duæ inſtitutiones tantum fuerunt exhibitæ, quarum ultima eſt de anno 1569. itaùt propterea cum ſpatio centum annorum, nulla alia fuerit exhibita immemorabilis, quæ concludentes exigit probationes, ut obſervat *Rota coram Cavaler. dec.* 140. *num.* 1. ex ſola præſumptione continuationis, probata dici non valeat.

Aut verò quæſtio verſatur ſuper reliquis recentibus *dicto Summ. num.* 2. & hæ paritèr ſunt inefficaces quantumvis poſt Concilium, & Bullam Pianam conſumptæ, quia ultra quod tres ex eis concurſum minimè excludunt, eadem non merentur attendi tamquã emanatæ ſuper diverſis beneficiis dum minimè doctum fuit, quod omnes Eccleſiæ Archidiacono ſubjectæ eodem jure cenſeri debeant.

3. Nec dici poteſt huc uſque expoſita fuiſſe allegata in corroborationem immemorabilis ex teſtibus cœteroquin ſufficientibus juxtà deducta per *Rotam in Calaguritana Pontificalium* 4. *Maii* 1699. §. *Quinimò coram* R. *P. D. meo Caprara*, *& in Caputaquen. ſubventionis ſuper bono jure* 26. *Junii* 1702. *cor.* R. *P. D. meo de la Tremoille*, nam examinati contra Procuratorem Fiſcalem *dicto Summ. num.* 4. deponunt quidem de jurepatronatus Archidiaconi reſpectu Eccleſiæ controverſæ, ſed de concurſu nullum verbum faciunt, reliqui verò, qui de concurſu teſtantur *Summ. num.* 5. utpotè recepti pendente lite, & nemine citato, nullum probationis gradum conſtituunt, ut probat ſecunda deciſio, quæ revidetur §. *Et ſanè*; Eoque certiùs quin nec deſunt contrarium deponentes *Summ. Jacobi num. unico*, omneſque priores minimè teſtificantur ultra annum vigeſimum, dum primus deponit à 20. annis, alter ab anno 1691. & duo ab anno 1698. immemorabilis enim probari debet per teſtes deponentes cum requiſitis volitis *à gloſſ. in cap.* 1. *verbo memoria de præſcript. in* 6. nempè de viſu per 40. annos ante motam litem, de auditu à ſuis majoribus, qui etiam ab aliis audiverint, & quod nec ipſi, nec ejus majores viderint, aut audiverint contrarium, & de publica voce, & fama per verbum fuit, & eſt quodque non adſit initii memoria, itaut ſi unum ex dictis requiſitis in illis deficiat numquam immemorabilis probata cenſetur *Rot. coram Gregor. deciſ.* 196. *num.* 1. *coram Cavaler. deciſ.* 124. *num.* 1. *&* 2. *coram Merlin. deciſ.* 532. *num.* 16. *in dicta Calaguritana Pontificalium* 4. *Maii* 1699. §. *Immemorabilis coram* R. *P. D. meo Caprara*, *& in citata Caputaquen. ſubventionis ſuper bono jure* 26. *Maii* 1702. §. *Sed neutrum coram dicto* R. *P. D. meo Tremoille*, præſertim adversùs Concilium Tridentinum, & Bullam Pianam præſeferentia clauſulam *ſublata*, & decretum *irritans*, nam licèt exindè infecta minimè cenſeatur conſuetudo contraria, & immemorabilis, ut plenè firmavit *Rota coram Ubago deciſ.* 52. *num.* 2. *& quinque ſeqq. & in Tarraconen. Parochialis, ſeù Vicariæ* 2. *Maii* 1698. §. *Quin in contrarium coram Illuſtriſſimo D. Magno Cancellario Mediolani*, illa tamen concludentèr probari debuiſſet animadverſum fuit ſupra §. *Haud obſiſtente*.

Et ita utraque &c.

---

## R. P. D. PRIOLO.

*Burgen. Beneficii.*
*Veneris* 15. *Junii* 1703.

### ARGUMENTUM.

Domicilium ex quibus actibus dicatur acquiſitum, oſtenditur. Laicus non admittitur de jure ad concurſum Beneficii.

### SUMMARIUM.

1. *Beneficia quæ debent conferri Clericis Patrimonialibus, non poſſunt conferri exteris.*
2. *Habitatio temporanea non juvat ad acquirendum domicilium.*
3. *Incolatus per decennalem habitationem acquiritur.*
4. *Eodem tempore poteſt quis habere, & retinere Domicilium originis, & Domicilium habitationis.*
5. *Domicilium originis qui deſeruit, illud reaſſumit ſi redeat ad habitandum.*
6. *Identitas perſonæ, quæ retinet plura cognomina dicitur probata per ſpecificationem unius cognominis, donec probetur perſonarũ pluralitas.*
7. *Laicus eſt incapax aſſequendi Beneficium.*
8. *Clericus extraneus admittitur in defectum Patrimonialium.*

### DECISIO XLVIII.

Occaſione, qua vacavìt per obitum Antonii, integra portio in Eccleſia Parochiali de Gradilla, Ordinarius publicatis edictis ad formam conſtitutionum Synodalium

dalium indixit concurſum, & exhibitis coram ipſo documentis ab Angelo, & Franciſco ſuper ipſorum patrimonialitate, & habilitate, prævaluit Angelus; ſed interpoſitâ appellatione in *Rota coram R. P. D. meo Muto*, iſte per contradictas pronunciavit, beneficium eſſe adjudicandum Franciſco, ut videre eſt *in deciſione coram eo emanata ſub die 17. Februarii* 1702. Verùm quia Angelus habitâ ſubindè notitiâ de ſententia contra ſe contumacialiter lata, huic judicato non acquievit, cauſam proindè in ulteriori inſtantia committi curavit *coram R. P. D. meo Pio*, & quamvis dato dubio emanaverit reſolutio ſuper confirmatione ſententiæ Rotalis, *ut in deciſione edita ſub die 27. Januarii proximè præteriti*. nihilominus hodie revocatâ ad examen præfatâ deciſione, Domini, putantes non ſubſiſtere illius fundamenta, receſſerunt à Deciſis.

1. Ratio namque decidendi, ſuper qua innituntur præcedentes deciſiones fundabatur ſuper eo, quod cum iſta beneficia ad formam conſtitutionum Synodalium, & inveteratę conſuetudinis ibidem vigentis, tamquàm patrimonialia, conferri non ſoleant, niſi illis, qui ſunt filii patrimoniales, vel oriundi naturales illius loci, in quo beneficium vacavit; Dicebatur proindè, quod portio vacata in loco Gradilla adiudicari non poterat, niſi Franciſco, qui hujuſmodi qualitatibus pollebat, ut tradunt *Covarr. pract. quæſt. cap. 36. n. 3. Hojed. de incompat. par. 1. cap. 24. num. 86. Gonzal. ad regul. Cancell. gloſſ. 9. §. 1. ſub num. 3. Caſſador. deciſ. 18. num. 1. de Præben.* cum aliis relat. *in deciſ. R. P. D. mei Muti §. Stetit reſolutionis*.

2. Tantò magis, quia eidem Franciſco præjudicare non poterat contradictio facta ab Angelo, quia quamvis iſte fuerit magis habilis renunciatus ab Examinatoribus, non erat tamen oriundus, vel filius Patrimonialis loci, & quamvis ejus Avus, & Avia ſe contulerint ad habitandum in dicto loco de Gradilla, quia tamèn hæc habitatio fuit ex Cauſa temporanea, & accidentali ſcilicet ad effectum convivendi cum filio, qui ibidem beneficium obtinebat, dùm bona, quæ habebant in eorum Patria de Sedano non reliquerunt, & in loco de Gradilla nihil acquiſiverunt; Ex hac temporali cohabitatione ſubdebatur in eiſdem Deciſionibus, quod nullum contrahere voluerunt domicilium ad effectum acquirendi Patrimonialitatē loci, ut obſervant *Grat. cap. 181. num. 4. cum. ſeqq. Card. de Luc. de ſucceſſ. diſc. 20. num. 6.* & in puncto *Rot. coram. Alex. VIII. deciſ. 89. num. 9.*

3. Hæc autem fundamenta collabeſcere viſa ſunt ex novis facti circumſtantiis in præteritum non adductis; Non controvertebatur enim inter partes mora, & cohabitatio Joannis Avi, & Aviæ Angeli oppoſitoris in loco de Gradilla, ſolùm dicebatur quod illa fuiſſet ex Cauſa temporali, & momentanea, ſed hoc non ſubſiſtit, quia animus ibidem acquirendi Domicilium, & Incolatū clarè probatus remanet ex actibus per Teſtes recenſitis; Prædictus namquè Joannes quando ſe contulit ad locum de Gradilla, & ibidem moram traxit per duodecim, & ultra annos uſque ad ejus obitum, non ſolum reliquit habitationem, quam habebat in locum de Sedano, ſed totam familiam traduxit ad locum de Gradilla; Rursùs tanquàm Incola, & originarius dicti loci ſuſtinuit onera perſonalia, fuitquè etiàm in publicis conſiliis admiſſus, uti unus de Univerſitate, & demum, quod magis eſt in eodem loco conſtruxit Cappellam, eo defuncto, ibidem ſepultus eſt; Iſti enim actus, qui conſiſtunt in facto poſitivo, non fuiſſent ab eo patrati, niſi habuiſſet animum fixum ibidem Incolatum contrahendi quando ad iſtum effectum ſufficit ſola cohabitatio decennalis abſque alia animi declaratione, ut notant *Roland. conſ. 79. mum. 51. & ſeqq. lib. 3. Surd. conſ. 371. num. 47. Adden. ad Gregor. dec. 279. n. 26. Rot. cor. Comitul. dec. 120. n. 3. & 4. & dec. 165. n. 4. & in recent. deciſ. 137. n. 5. par. 5. & dec. 172. num. 8. par. 8. & in Romana 4. dotalis 28. Junii 1694. §. Ad cognoſcendum coram me.*

Iſtiquè actus à Joanne emiſſi eò magis prævalere debent, quia in eorum ſequelam emanavit publica vox, & fama in loco de Gradilla, in quo ab omnibus communitèr reputabatur tamquam originarius, & Domiciliarius dicti loci, ex quo bene arguitur, quod talis fama communitèr apud omnes de loco non invaluiſſet, niſi ab ipſo Jo: tàm implicitè, quàm explicitè fuiſſet declaratus ejus animus ibidem permanendi, ut de ſe patet.

4. Sed omnis difficultas ceſſare viſa eſt, ex eo quod Jo: verè natus eſt in loco de Gradilla, & quamvis occaſione Matrimonii, quod contraxit in loco de Sedano ibidem permanſerit, ibidemque etiam cum ſua uxore quinque filias procreaverit, per talem tamen permanentiam nullo modo dici poteſt, quod voluerit deſerere domicilium Originis, quod eſt immutabile, & in Jure non repugnet, eodem tempore illum retinuiſſe duplex Domicilium; unum ſcilicèt originis, & & aliud habitationis ad *Text. in l. ejus §. fin. & l. Aſſumptio ff. de Municip. Maſcard. de probat. concl. 535. num. 5. Rota coram Comitul. dict. dec. 120. num. 8. Buratt. dec. 804. num. 3. Duran. deciſ. 31. num. 12. & ſeqq. & in rec. deciſ. 172. num. 11. par. 8.*

5. Sed quatenùs etiam dubitari poſſit, quod tranſlato per Jo: domicilio in loco de Sedano, ibique permanendo cum ſua uxore, voluiſſet deſerere Domicilium Originis, certum tamen eſt, quod ſi poſteà rediit ad locum primevæ Originis, cum tota ſua familia, exindè deſumi debet animus illud voluiſſe de novo reaſſumere, ut in fortioribus

minis dictum fuit *in Romana Teſtamenti 23. Martii preteriti coram me*.

6. Nec dicatur, quod hæc omnia, quæ adducuntur per Angelum ad probandam originem, & Incolatum Jo: in loco de Gradilla non probant, nequè concludunt Identitatem perſonæ; Iſti namquè actus verificantur de Jo: Rodriquez, qui eſt longè diverſus à Jo: Rodriquez de Villalobos, qui eſt Avus Angeli oppoſitoris; Nàm pro reſponſione hujus objecti advertebatur, quod cum in Hiſpania retineri ſoleant plura cognomina, Identitas dicitur concludentèr probata per ſpecificationem unius cognominis, niſi in contrarium concludenter probetur perſonarum pluralitas, ut tradunt *Jo. de And. conſ. 17. num. 10. Rota dec. 56. num. 5. par. 4. diverſ. & deciſ. 614. num. 14. par. 4. tom. 2. rec. & coram Coccin. dec. 1591. num. 17.*

7. Et demùm DD. cò facilius inclinarunt prò receſſu à deciſis, quia Franciſcus licèt eſſet Patrimonialis, & originarius loci de Gradilla, non erat tamen Clericus, namque de tempore vacationis neque oppoſitionis, neque etiam factæ collationis, idèoque fruſtrà ſe opponit ex cauſa vicinitatis, cum cœteroquin eſset incapax beneficium aſsequendi *ad Textum in cap. ſi eo tempore de reſcript. in 6. Garz. de Benef. par. 7. cap. 1. num. 39. & cap. 4. num. 85. cum ſeqq. & Rota coram Zarat. dec. 111. num. 1. & ſeqq.*

Nec obſtat, quod in Diœceſi Burgen. non impediatur Laicus ad beneficia concurrere, dummodò deinceps ad ordines promoveatur; Etenim ex Conſtitutione Synodali relata in informatione Angeli habetur, quod Patrimoniales admittuntur, licèt non ſint ordinati, dummodò tamen ad ordines aſcendant intra terminos oppoſitionis; undè cum Franciſcus neutro ex dd. Temporibus extiterit ordinatus, juvari non valet beneficio Conſtitutionis Synodalis, præſertim quia pro ejus parte non fuit petita dimiſſoria, neque prorogatio concurſus ante oppoſitionem, ut ad rem obſervat *Garz. dicto cap. 4. num. 87.*

8. Data ex his incapacitate Franciſci, etiam ſi pro parte Angeli non fuiſset rigoroſè probata illius vicinitas, erat facienda quæcumque favorabilis interpretatio, vel in defectum Patrimonialium poterat admitti, quamvis extraneus, ut tradunt *Lara de Capell. lib. 2. cap. 9. num. 54. & ſeqq. Gonzal. ad reg. Cancell. gloſs. 9. §. 1. num. 17. & Rot. coram Duran. deciſ. 79. §. final.* & malè Franciſcus provocavit ab irrationabili Judicio Epiſcopi.

Et ita utraque &c.

## R. P. D. CAPRARA.

*Romana, ſeù Senen. Dotium.*
*Veneris. 22. Junii 1703.*

### ARGUMENTUM.

Qui veniant ſub nomine Civium, diſcutitur.

### SUMMARIUM.

1. *Legatum relictum* Senenſibus, *debetur tantum natis in Civitate, ſuburbiis, vicis, & diſtrictu.*
2. *Teſtator vocando ad legatum Cives, præſumitur intellexiſſe de natis in communi Patria.*
3. *Teſtator vocans ad legatum habitantes in Civitate, cenſetur excluſiſſe diſtrictuales.*
4. *Civitatis nomine venit etiam Diœceſis.*
5. *Nomen* Senenſis, *&* de Senis *idem importat.*
*Nomen* Senenſis *prolatum à Cive Senenſi, non includit Provinciales, ibi.*
*Ex vocatione activa non infertur ad paſſivam, ibi.*
6. *Nomine* Senenſis, *ſeù* Janueníis, *non veniunt hi qui ſunt de Natione.*
7. *Filius ſequitur originem Patris.*
8. *Cives per modum fictum, & impropriè, qui dicantur.*
9. *Obſervantia, quæ adverſatur voluntati Teſtatoris, non attenditur.*
*Obſervantia in concurſu attenditur illa, quæ eſt proxima, & ſubſecuta fuit obitum Teſtatoris, ibi.*
*Obſervantia eliditur per unicum actum contrarium, ibi.*
*Legatarius, qui neglexit jus ſuum, non præjudicat futuris venientibus ex perſona propria, ibi.*

### DECISIO XLIX.

LAurentius de Rubeis Civitatis Senarum, inſtitutâ univerſali Hærede Ven. Societate S. Catharinæ Senen. in Urbe exiſtente, illam gravavit onere diſtribuendi quolibet anno nonnullas Dotes Puellis = *Di Padre, e Madre Seneſi* = Prætendentibus Puellis natis ex univerſo Statu Senarum æqualitèr concurrere ad hæc ſubſidia dotalia cum Puellis natis in Civitate, emanavit de anno 1700. coram A. C. ſententia favorabilis Puellis Civitatis, revocatoria alterius R. P. D. Cuſani, à qua devolutâ Cauſa ad noſtrum Tribunal, datoque Dubio, *An, & de cujus bono jure conſtet*, eoque non ſemèl, ſed iterum, ac tertiâ vice propoſito, nunquàm tamen ob ſuffragiorum diſcrepantiam reſoluto, in hac quarta repropoſitione, omnibus DD. de Sac. Rotæ man-

tæ mandato ſuffragantibus, reſponſum fuit: *Conſtare de bono jure Puellarum Civitatis, & Diſtrictus*.

1. Evidens reſolutionis fundamentum fuit, quia dum Laurentius Teſtator ordinavit, Dotes fore diſtribuendas Puellis = *Di Padre, e di Madre Seneſi* ſub nomine Senenſis comprehenditur natus tantùm in Civitate, Suburbiis, Vicis, & Diſtrictu, ad *Text. in l. qui ex vico 30. ff. ad municip. l. qui in continentibus 147. ff. de verb. ſignif.* & dixit *Rota dec. 188. n. 3. & dec. 327. num. 12. par. 17. & dec. 9. num. 1. & dec. 429. num. 21. par. 18. rec.* & in terminis ſimilis diſpoſitionis *Lara de Anniu. cap. 21. num.* 84. ubi de legato facto Puellis Toletanis *Grat. deciſ. March. 96. num. 1. & ſeqq.* ubi de legato pro maritandis Puellis Fanenſibus *Ventrigl. prax. for. Eccleſ. tom. 2. annot. 28. num. 12. in fine*, ubi de legato facto pro maritandis Puellis pauperibus Capuæ, *Capon. diſcept. 115. tom. 2. Moron. reſp. 4. n. 1. & 60. Rota dec. 22. num. 2. & 21. coram Zarat.*

2. Maximè id ipſum convincentibus pluribus facti circumſtantiis, & primò quidem valdè urget, quod Teſtator erat Senenſis, & uti Nobilis ejuſdem Civitatis nuncupatur in teſtamento, undè magna eſt præſumptio, quod de Concivibus, & de natis in communi Patria intellexerit, ut in fortioribus, pluribus allegatis, arguit *Rota dec. 358. & dec. 378. utrobique num. 1. coram Peuting. & dec. 1. num. final. coram Priol. & dec. 22. num. 3. & 4. coram Zarat. & dec. 201. num. 1. coram Celſo, & in Ariminen. Legati 2. Martii 1693. §. Secundò elicitur coram Reverendiſs. Turonen. confirmata 5. Maii 1694. §. Placuit coram Me, & in Cuſentina Cappellaniæ 2. Februarii 1703. §. Si autem, & ſeqq. coram R. P. D. meo Scotto.*

3. Secundò, quia Teſtator habilitando Puellas Nobiles Senenſes ad iſtas dotes etiamſi non habitarent Romæ, ſic ait = *Voglio, che ogni anno due Zitelle, le quali ſiano di Padre, e Madre Seneſe Nobili, etiam che habitaſſero in Siena, poſſino havere queſto ſuſſidio*, Summar. Puellarum Provinciæ *n.* 1. Hinc enim duo fortiſſima promanant argumenta Provinciales excludentia; unum nempè, quod ſi unquam Senenſis dici poſſet natus in Provincia, nunquam tamen natus in Provincia valeret dici Nobilis Senenſis; alterum verò, quod dum de Nobilibus tantum Senis exiſtentibus loquutus fuit, eiſque proviſionem adhibuit, alias præter Civitatem, & diſtrictum vocaſſe cenſendus non eſt, de quibus nulla adeſt mentio, nec proviſio, ad *Text. in l. unica §. ſin autem ad deficientis C. de caduc. toll. Alex. in l. 3. in fine C. de liber. præter Menoch. conſ. 233. n. 8. Rota dec. 36. num. fin. par. 16. & deciſ. 620. n. 19. par. 19. tom. 2. rec.*

4. Hinc non urget, quod verbum, ſeù nomen *Senen.* latiùs pateat, quàm verbum *de Senis*, ſicque comprehendere debeat etiam Provinciales, juxtà doctrinam *Pacis Jord. lib. 10. tit. 25. num. 16.* relati per *Murg. de benefic. fol.* 475. maximè quia agitur de teſtamento condito in Urbe, non Senis, cum in exteris Regionibus Senen. etiam appellari aſſueſcant illi de lata Provincia, & rurſus, quia relictum factum fuit Societati S. Catharinæ Senarum, quæ indefinitè conſtat tám ex verè Senenſibus, quàm ex aliis Provincialibus.

5. Siquidem verbum *Senen.* ad ſummum capere poſſet Diœceſanos, in quibus terminis loquuntur *Pax Jordan. & Murg.* neutiquam autem Provinciales, licèt idem importet Senenſis, & de Senis, ut inquit *Bart. in l. ſi poſſeſſor. §. ait Senatus ff. de petit. hæred.* ubi quod idem eſt Peruſinus, ac de Peruſio, quem ſequitur *Dec. conſ. 550. num. 6. 7. & 8.* & pro ſynonimis habuit idem Laurentius in aliis partibus teſtamenti ex ſupra notatis; Quod autem teſtamentum fuerit conditum in Urbe, & in longinquis Regionibus Senenſes appellentur illi etiam, qui ſunt de Provincia, nihil refert, tum quia id forsàn urgeret, ſi nomen Senen. fuiſſet prolatum ab extero, non autem à Cive Senenſi, qualis erat Laurentius, in quo cadere non poteſt iſta confuſio, tum etiam quia ejus diſpoſitio erat executioni demandanda per Officiales Societatis benè callentes Locorum, & Civitatum diſtinctionem, & diverſitatem, cum in Cathalogo Confratrum omnes deſcribantur cum diſtinctione propriæ Patriæ, & Civitatis, & in diſtributione conſimilis legati relicti ab Hectore Quercia Senenſe, qui voluit dotari Virgines = *Che ſiano di Padre, e Madre Seneſe, ò almeno d'un di loro*, ſervent ordinem illas diſtribuendi natis in Civitate Senen. & in earum defectu aliis de Diſtrictu, juxtà diſpoſitionem ejuſdem Teſtatoris, & confert etiam Statutum Inſignis Archiconfraternitatis Sanctiſſimæ Annunciatæ Urbis ſuper dotibus ab alio Senenſe relictis *per tre Zitelle Seneſi* diſponens earum diſtributionem fieri favore Puellarum de Civitate, & in ſolo caſu earum inexiſtentiæ favore aliarum de Comitatu, & Dominio, ex quibus benè colligitur, quod etiam Romæ verbum *Senen.* ſivè prolatum à Senenſibus, ſivè ab aliis, accipitur pro illis de Civitate, maximè in ſubjecta materia, ubi agitur de diſpoſitione facta à Cive Senenſe favore Puellarum Senenſium. Quod verò relictum factum fuerit Societati S. Catharinæ Senarum compoſitæ tàm ex verè Senenſibus, quam ex aliis Provincialibus, hoc non excludit certas qualitates, ac leges paſſim apponi ſolitas in hiſce piis diſpoſitionibus, & relictis, & ex vocatione activa non infertur ad paſſivam, ut in ſpecie reſpondit *Rota in alleg. dec. 22. num. 27 & 28. coram Zarate.*

6. Non obſtat, quod ex Statuto Societatis habeantur pro Senenſibus omnes nati in

Statu Senarum; quià Statutum tantum dicit, quod ſub nomine Nationis Senenſis habeantur omnes nati in locis ſubditis dominio Senenſi; valdè autem diverſum eſt dicere Senenſis, ac de Natione Senenſi: Nàm non omnis, qui eſt de Natione Senenſi, eſt pernecesſè Senenſi, ſicut non omnis, qui eſt de Natione, ſeù Statu Mediolani, vel Januenſi, eſt neceſſariò Mediolanenſis, vel Januenſis, cùm poſſit eſſe Cremonenſis, Comenſis, Sarzanenſis, vel de alia Civitate.

7. Ejuſdem ponderis eſt animadverſio, quod Teſtator poſtremo loco invitaverit Puellas natas ex matre Senenſi, quæ non poſſunt dici Senenſes, cùm filius ſequatur originem patris, & non matris: Nàm Teſtator verbum *Senen.* non direxit ad Puellas, ſed ad parentes earumdem, & ideò ſtat benè ſimul, quod filia non ſit Senenſis, & nihilominùs ſit capax ſubſidii, tamquã nata ex matre Senẽſi.

8. Minùs obſtant decreta ab Officialibus Confraternitatis edita de annis 1645. 1646. & 1650. quibus mandarunt, quod ad aſſequendas has dotes haberentur pro Senenſibus omnes de Provincia; Quoniam cauſa, qua moti fuerunt ad ità decernendum ibi = *Affinchè venga maggiormente frequentato l'Oratorio, & in occaſione del preſente Anno Santo poſſa la noſtra Compagnia maggiormente havere dà Fratelli quell' ajuto, che potranno*, manifeſtum reddit, hujuſmodi decreta fuiſſe facta ratione proprii intereſſe, & ad alliciendos Provinciales, & ad frequentationem Sodalitatis, quos non eſſe veros Senenſes ipſimet agnoverunt, dùm in utroque priori decreto uſi ſunt verbis, *s'intendino per Seneſi*, & in ultimo decreto *ſi fà intendere, che ſi ammetteranno per Seneſi*, quæ ſonat in modum fictum, & impropriè, ut ait *Bart. in l. is, qui pro emptore ff. de uſucap. Tiraquell. de jur. marit. gloſs. 7. num. 174. Menoch. de præſu. lib. 4. præſ. 35. num. 9. Lopez de legat. & fideicom. diſſert. 10. num. 3.* non attentis verbis in ultimo decreto ſuperadditis, ibi = *Si come effettivamente ſono tali*, cùm ſint affectatè, & apparentèr appoſita, & ad obtegendam, & colorandam decretorum inſubſiſtentiam, ut ex *Text. in l. filiæ meæ, & ibi gloſs. ff. de ſolut. matrim. & in §. Optimè in verb. aliam cauſam, Auth. de nupt.* & aliis allegatis dixit *Rota dec. 406. num. 29. il 1. par. 9. rec.*

9. Denique non officit obſervantia; quoniam à principio, hoc eſt ab obitu Teſtatoris ſequuto de anno 1639. uſque ad 1645. iſta aſſiſtit Puellis de Civitate, & licèt ex poſt irrepſerit contraria obſervantia, hæc nullatenùs venit attendenda; tum quia originem duxit à prænotatis decretis prorſùs inſubſiſtentibus, & adverſantibus voluntati Teſtatoris, & in concurſu ſemper attendi debet obſervantia, quæ eſt proxima, & ſubſecuta fuit obitum Teſtatoris *Rota coram Otthob. deciſ. 26. n. 14. & ſeqq. & in rec. deciſ. 352. n. 13. par. 19.* & in conſimili electione *Rota dec. 201. num. 4. & ſeqq. coram Celſo*: Tum etiam quia ſublata remanet ex actu geſto de anno 1655. in quo ad formam teſtamentariæ diſpoſitionis excluſæ fuerunt Puellæ de Provincia in concurſu Senenſium, ut in *præſenti Summar. Civitatis num. 5.* qui actus licèt unicus ſufficit ad elidendam quamcunque prætenſam obſervantiam contrariam, *Rota dec. 188. & dec. 327. num. 27. & dec. 372 n. 72. par. 17. & dec. 815. num. 2. par. 18. & dec. 223. num. 13. par. 19. rec.* tùm etiam quia Puellæ Senenſes, quæ in anteactis annis jus ſuum neglexerunt, non potuerunt præjudicare modernis, & futuris venientibus ex perſona propria, tamquam à Teſtatore vocatæ, ut in proximis terminis firmavit *Rota dec. 677. num. 6. coram Cerro, & in Cuſentina Cappellaniæ 12. Februarii currentis anni §. finali coram R. P. D. meo Scotto.*

Et ità Partibus informantibus fuit reſolutum.

---

## EADEM CORAM EODEM.

*Lunæ 7. Januarii 1704.*

### SUMMARIUM.

1. *Sub nomine* Diſtrictus *veniunt Civitas, & ſuburbia, non autem alia loca, quæ Judicibus particularibus reguntur.*

### DECISIO L.

1. IN hac cauſa ſub die 22. Junii Superioris anni firmatum fuit conſtare de bono jure Puellarum Civitatis, & diſtrictus. Cùm autem in ſequelam deciſionis à me deſuper extenſæ peteretur in hodierna Rota memorialium expeditio Cauſæ. Domini annuentes petitioni, mihi dederunt in mandatis, ut per hanc brevem Deciſionem declararem, quod ſub nomine diſtrictus intellexerunt non venire, niſi Civitatem, & ſuburbia, non autem alias Civitates, quæ ſuis Judicibus particularibus reguntur.

Et ità partibus auditis &c.

---

## R. P. D. PRIOLO.

*Barchinonen. Statuti.*
*Lunæ 10. Martii 1704.*

### ARGUMENTUM.

Statutum conditum à Capitulo authoritate Epiſcopi obligat ad obſervantiam, & ad pœnam, præſertim ſi tendat in augumentum Divini Cultus.

SUM-

S U M M A R I U M.

1. *Capitulum cum aucthoritate Epiſcopi condit Statuta in his quæ reſpiciunt ſtatum, & adminiſtrationem Eccleſiæ.*
2. *Capitulum condendo Statutum cum aucthoritate Epiſcopi poteſt adiicere pœnam etiam, quoad diſtributiones quotidianas, & num. 3.*
4. *Statutum legitimâ aucthoritate conditum, poteſt unum gravare, & alium eximere.*
5. *Statutum, quod redolet pietatem longo tempore obſervatum, non poteſt gravatus ab eo recedere, attentâ maximè modicitate pœnæ, & num. 6.*

D E C I S I O LI.

STtatuit Epiſcopus unà cùm Capitulo, ut Beneficiati Eccleſiæ Cathedralis aſſociarent in ſufficienti numero inſimul cùm uno Hebdomandario funera Pauperum Peregrinorum, aut Viatorum, & Mercenariorum, aliarumque Perſonarum, quarum cadavera de jure debuiſſent in eadem Eccleſia tumulari. Cumque ad formam hujus Statuti ſubſecuta fuiſſet illius obſervantia, quià tamen poſt diuturnum lapſum temporis nonnulli Beneficiati eam intervertere voluerunt, exarſit proindè controverſia inter Beneficiatos, & Capitulum ſuper executione Statuti, iſtaque in Rota introducta, occaſionem dedit diſputationi Dubii. *An Statutum ſubſtineretur*, & Causâ propoſitâ ſub die 3. Martii 1636. coram bon. mem. Veroſpio emanavit affirmativa reſolutio, & in ejus ſequelam promulgata quoque fuit ſententia Rotalis.

Quamvis Beneficiati appellaverint ab hac ſententia, quia tamen appellationem deferendo Cauſam proſecuti non ſunt, Capitulum obtinuit à me ſubſcribi Dubium. *An conſtaret de re judicata, ſeù potiùs de Cauſis reſtitutionis in in integrum*, & ipſo tantùm informante reſponſum fuit conſtare de re Judicata.

Ratio reſolutionis deſumpta fuit ex fundamentis, quæ ab utraque parte deducta fuerunt in præcedenti Deciſione *coram bon. mem. Veroſpio impreſſa in recent. la* 107. *par.* 7. Statutum quippè apparuit dignum confirmatione, quia probari viſa eſt illius Juſtitia conſiderata tam aucthoritate, & poteſtate Statuentium, quam etiam ſine ipſiuſmet Statuti, juxtà ea quæ ponderant *Canoniſtæ in cap. erit autem* 4. *diſtinct. cum aliis relat. in dicta deciſ.* 107. *num.* 1. *par.* 7.

1. Quatenùs enim pertinet ad poteſtatem Statuentium DD. hodiè etiam conſiderabant, quod Statutum apparet conditum ab Epiſcopo unà cum Capitulo; Cumque in his, quæ reſpiciunt Statum, & Univerſalem adminiſtrationem Eccleſiæ plenam habeant libertatem, dubitari non poteſt, quin ab illis potuerit ritè, & rectè condi quando juxtà ejus diſpoſitionem magis adauget Dei Cultum, & majorem conciliat Populi ædificationem, ut ex *Felin. in cap. cum omnes num.* 9. *de conſtit.* & *Abb. in cap. cum acceſſiſſent num.* 4. *eodem tit.* tenuit *Rota coram Seraphin. dec.* 538. *num.* 1. & *deciſ.* 1447. *num.* 2. & *in recen. deciſ.* 255. *num.* 1 *par.* 2. & comprobat *dicta deciſio* 107. *num.* 3. *cum aliis ſequen. par.* 7.

2. Nec talis poteſtas ceſſare viſa eſt exeo quod in eodem Statuto inflicta fuerit pœna contra eos, qui illius diſpoſitioni parere recuſaverint, cum attentâ Cenſurâ juris, & conſuetudine vigente in Eccleſia comprobata etiam ex quibuſdam ſententiis Rotalibus prolatis à Reomano Deza, & Oradino, ac in judicatum tranſactis, Capitulum facere non poſſit ſimilia Statuta pœnalia; Procedendo enim cum reſponſione data *in dicta Deciſione* 107. *num.* 6. *cum ſeqq. par.* 7. *recent.* dicebatur, quod objectum urgere potuiſſet, ſi Statutum factum fuiſſet à ſolo Capitulo; ſed quando in illius confectione intervenit Epiſcopus, ſimul cum Capitulo, quià tunc Statutum accipit robur à Juriſdictione Epiſcopi ab illius aucthoritate, quæ habet ſubſtantialitèr annexam vim coactivam profluere quoque dicitur pœna eodem Statuto inflicta, ut explicando *Innoc.* tradunt *Bald. in cap. Cum omnes num.* 47. *de conſtit.* ibique *Joan. Andr. num.* 11. & *Butr. num.* 19. & *Hoſtien. in cap. cum acceſſiſſet num.* 9. *eodem tit.* & firmat *dicta deciſio* 107. *num.* 7. *cum ſeqq. par.* 7. *rec.*

3. Citrà quod dici poſſit Statutum fuiſſe exorbitans, ex eo quod diſponendo de diſtributionibus Beneficiatorum, quæ illis debentur ex lege fundationis pro celebrandis Divinis Officiis videtur, quodammodò de re aliena diſpoſuiſſe, nàm prætermiſsâ antiquâ Conſtitutione condita uſque de Anno 1229. aucthoritate Legati Apoſtolici, & ſubindè confirmata de Anno 1230. à Gregorio IX. in qua concedebatur Capitulo facultas, ut poſſet Beneficiatos compellere ad ſervitium Eccleſiæ per ſubtractionem portionis quotidianæ, juxtà modum ab Epiſcopo præſcribendum, dicebatur tamen quod cum hæc poteſtas tota reſideat in Epiſcopo, potuit iſte, juxtà nativam ejus aucthoritatem, Beneficiatos alioſque Clericos Eccleſiæ pœna privationis mulctare, etiam quoad diſtributiones quotidianas, quando talis pœna privationis tendit prout hic in augumentum Cultus Divini, & non cedit commodo Statuentium, ut notatur *in cap. unico* §. *Statuimus de Cler. non reſiden. in* 6. & firmat *Bott. de Synod. par.* 3. *artic.* 1. *concluſ.* 13. *num.* 146. *Monet. de diſtribut. par.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 15. & comprobat *dicta deciſio* 107. *num.* 11. & 12. *par.* 7. *recent.*

4. Quatenùs verò pertinet ad finem Statuti hodiè etiam conſiderata fuit illius Juſtitia,

ſtitia, cum enim actus qui ibidem præcipitur contineat eximium opus miſericordiæ non poſſunt Beneficiati ab illius implemento ſe retrahere, ne denegando aſſociationem Cadaverum demandatam à Superiore habente auctoritatem, videantur de directo opponere ſe voluiſſe non minùs præcepto Superioris quàm ipſius Eccleſiæ, hoc opus miſericordiæ enixè commendantis, & quamvis Statutum compræhendat ſolos Beneficiatos nullâ factâ mentione de Canonicis aliiſquè Clericis Eccleſiæ non exindè ſequitur, quod illius diſpoſitio reddatur minùs legitima, nàm ad hunc effectum ſatis eſſe ſolet quæcumque rationabilis cauſa, ex qua ſtatuentes moti fuerint ad facien. talem Conſtitutionem, ut illa ſervari debeat etiamſi tendat in aliquorum præjudicium, & in conſequentiam cedat etiam in aliorum commodum, ut ex *Jaſ. in l. omnes Populi num.* 13. *ff. de Juſtit. & jur. & Rota coram Seraphin. deciſ.* 707. *num.* 8. *firmat dict. dec.* 107. *num.* 15. *& ſeqq. par.* 7. *recen.*

5. Et tantò magis præmiſſa urgere viſa ſunt, quià ipſimet Beneficiati agnoverunt Juſtitiam hujus Statuti, nàm poſt ſecutam illius publicationem ipſi non ſolùm non appellarunt à tali Conſtitutione, ſed ex teſtibus tunc datis apparet cum eadem Conſtitutione ſe uniformaſſe per ſpatium 30. & ultrà annorum, & propterea cùm tàm pium opus per adeò longum tempus ità laudabilitèr exercuerint, ſtante hac pacificâ obſervantiâ, non poſſunt ampliùs à tali ſtatuto recedere, ut ex *Text. in cap. Ad Apoſtolicam de Simon. cum aliis pluribus obſervat. dict. deciſ.* 107. *num.* 25. *cum ſeqq. par.* 7. *recent.*

6. Et Domini eo libentiùs in hanc ſententiam iverunt, quia Beneficiati compellebantur ad exercitium hujus pii operis ſub pœna moderatæ ſubtractionis Diſtributionum, quæ ex diſpoſitione ejuſdem Statuti converti debebant in mercedem aliorum Clericorum, quos Capitulum conducere cogebatur loco Beneficiatorum, qui iis funeribus intereſſe recuſabant. Cumque ſtante modicitate pœnæ ſummoperè eluceſceret moderatio, & lenitas ipſius Statuti, & modò non agatur, de quantitate mulctæ, quæ erit examinanda in ſuis caſibus particularibus, proùt dictum fuit in *Barchinonen. Juriſdictionis* 10. *Decembris* 1692. *coram bon. mem. Urſino, & in Barchinonen. pœnæ* 13. *Julii* 1695. *coram R. P. D. meo Muto*, ut videre eſt in dd. Deciſionibus, & ſententiis per eos prolatis, ac innuit etiam ipſum Statutum, in quo demandatur moderata diſtributionum ſubtractio pro modo culpæ, & contumaciæ, cùm hoc temperamento examinando, juxtà contingentis facti circumſtantias cenſuerunt Domini conſtare de re judicata.

Et ità unica &c.

# ADDITIO.

1. DIxi in annot. *ad Form.* 13. *tit.* 12. *num.* 1. emancipationem filiorum familias, fieri poſſe coram quocunque Judice Ordinario. Nunc addo, quod hæc propoſitio vera eſt, & ampliatur etiam in Clerico, qui coram Judice Laico poterit à Patre validè emancipari: nam cum iſte actus ſit Patris, & non Filii, ideò Judex Laicus competens reputatur, ut pluribus aliis rationibus adductis probat *Bellamer. deciſ.* 732. *per tot.* quem ſequitur *Ricc. collect.* 2463. *verſ.* 3.

2. Item in *annot. ad form.* 2. *tit.* 13. *n.* 44. quod legata miſſarum (quia reſpiciunt favorem animæ) non dicantur temporanea, licèt fuerint relicta, & hæres gravatus ſit, per verba, ſeù dictiones, *meus*, *ipſe*, *infraſcriptus &c.* ſed cenſeantur perpetua, quoties contraria voluntas Teſtatoris expreſſa, vel aliæ efficaciores conjecturæ ejuſdem voluntatis non obſtent. Hic addo, quod poſt hæc ſcripta, & impreſſa, præter Decreta ibi allegata ita iterum cenſuit *Sac. Congr. Concilii in Æſina Legatorum* 21. *Auguſti* 1706.

3. Item in *annot. ad form.* 1. *tit.* 14. *n.* 10. quod coloni exemptorum pro portione Colonica tenentur ſolvere Decimas: hic pro declaratione addo, quod ſi privilegium non tantum exemptorum perſonas, ſed, & prædia ſeù terras eximeret ab onere Decimarum, tunc etiam Coloni dicto privilegio gaudebunt; quia privilegium eſſet reale, ſeù rei conceſſum *Graff. deciſ. aur. par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 61. *&* 62.

4. Item *ibid. num.* 14. quod portio canonica, ſeù quarta funeralis, quæ debetur Eccleſiæ Parochiali, ſolvi debeat etiam à Regularibus, qui non ſunt ſpecialitèr privilegiati, juxtà conſuetudinem loci. Nunc addo quod funeralia ex quibus Parocho iſta quarta debetur, non ſunt tantum ea, quæ cum funere deferuntur; ſed etiam alia, quæ intuitu, & ratione Sepulturæ, ſeù quæ gratia ſepulturæ recepta ſunt ab Eccleſia in qua defunctus extra Parochiam fuit ſepultus: Undè intortitia, & faculæ, quæ exponuntur, & accenduntur in Eccleſia, ſeù ſuper Altare ante, vel poſt Officium funeris, præſente corpore, & antequam illud ſepulturæ tradatur, dicuntur pars funeralium, & de illis debetur Parocho quarta, dummodò contraria loci conſuetudo non obſtet: ut communitèr tradunt *Ricc. prax. rer. for. Eccleſ. reſol.* 581. *n.* 5. *&* 6. *tom.* 1. *Nicol. lucubr. civil. lib.* 4. *tit.* 15. *num.* 26. *ampliat.* 4. ubi plura Decreta tum Sac. Congregat. Epiſcop. & Regular. tùm Concilii allegat, *Paſſerin. de ſtat. hom. tom.* 2. *quæſt.* 187. *art.* 4. *num.* 491. *Rot. coram Cerro dec.* 931. *num.* 2. Nam (quidquid ſit ſepulto

corpo-

corpore) donec defunctus [illegible]atur, funus dicitur durare, ideoque ceræ prædictæ ad illius exequias ſpectare noſcuntur.

5. Item in annot. *ad Form. 4. tit. 15. n. 16.* quod Clericus filius familias poſſit teſtari etiam ſi requiſita Concilii *ſeſſ. 23. de refor. cap. 6.* non habeat, & quod in hoc ſit ſtandum Decretis Sacrarum Congregat. Immunitatis, & Concilii ibi allegatis, non autem contrariæ opinioni Rotæ, quæ *in deciſ. 304. & 392. par. 17. rec.* tenuit, quod Clericus in minoribus hoc privilegio non gaudeat, niſi habeat requiſita Concilii, quam amplectitur *Card. de Luc. de regular. diſc. 62. n. 9.* Nunc autem addo, quod Rota redeundo ad primò deciſa, receſſit, (& rectè) ab iſta opinione in *dec. 279. n. 4. par. 18. tom. 1. rec.* ubi firmat, quod in hoc articulo ſit ſequenda ſententia Sac. Congr. Concilii, quam refert, & ſequitur *Pignatell. conſult. 7. num. 82. & ſeqq. tom. 3.* & ipſe ſequor.

6. Item *ibid. num. 18.* quod Clericus reaſſumens habitum in fraudem judicii contra eum cæpti coram Judice laico, non impedit, quin idem Judex non poſſit quoad bona contra ipſum agere. Nunc addo, quod nuper idem iterum declaravit *Sac. Congregat. Immunitatis, in Eugubina*, ad quintum; cujus cauſæ reſolutiones, cum per modum legis generalis emanaverint, & plures alii caſus dictæ concluſioni proximi decidantur, hic dantur ſubnexæ.

*EUGUBINA. Sac. Congregat ſuper Immunitate Eccleſiaſtica, & controverſiis juriſdictionalibus, ad conſulendum controverſiis, quæ ſæpè ſæpius oriuntur in admiſſione Clericorum, & etiam Laicorum privilegiatorum ad Conſilia Communitatum, necnon ad exercitium munerum publicorum decrevit.*

7. Primò, *Quod privilegiati gaudentes privilegio fori Eccleſiaſtici, & petentes admitti inter Conſiliarios, admittantur, ità tamen, ut quoad pertinentia ad Conſiliariatum tantum non gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici.*

8. Secundò, *Quod privilegiati prædicti jam admiſſi inter Conſiliarios renuentes intervenire Conſiliis, quatenus non fuerint legitimè impediti, ſubjiciantur eiſdem mulctis pecuniariis, quibus ſubjacent alii Laici non privilegiati, & eaſdem mulctas exequi poſſit Judex Laicus, dummodò ipſi privilegiati actu non renuncient abſque ſpe reintegrationis in perpetuum loco, quem habent in Conſilio, itaut amplius non poſſint admitti.*

9. Tertiò, *Quod iidem privilegiati habentes locum in Conſilio poſſint etiam renuentes cogi à Superiore Laico ſuſcipere munera Camerarii, Depoſitarii, Graſcerii, Abbundantiarii, & ſimilia Officia Communitativa eadem forma, & pœna, quibus cogi poſſunt laici non privilegiati, dummodò ipſi privilegiati actu non renuncient in perpetuum abſque ſpe reintegrationis loco, quem habent in Conſilio, ità tamen, ut amplius non poſſint admitti.*

10. Quartò, *Quod iidem privilegiati ſuſcipientes præfata munera, non gaudeant Privilegio fori, quoad pertinentia tantum ad præfata munera ab ipſis ſuſcepta, & contra eoſdem procedi poſſit in omnibus caſibus, etiam expleto Officio.*

11. Quintò, *Quod Clerici Conjugati, qui ſunt de numero Conſiliorum, non incedentes notoriè in habitu, & Tonſura, quatenus renuant intervenire Conſiliis, vel ſuſcipere munera Camerarii, Depoſitarii, Graſcerii, Abbundantiarii, & ſimilia Officia Communitativa, poſſint mulctari per Superiorem Laicum eiſdem mulctis pecuniariis, quibus ſunt ſubjecti alii Laici; Et in caſu quo iidem Clerici Conjugati poſtquam renuerint, reaſſumpſerint habitum, talis reaſſumptio nihil eiſdem ſuffragetur pro evitanda præfata mulcta.*

12. Sextò, *quoad alios Clericos, tàm Cælibes, quam Conjugatos, habentes requiſita cap. Unic. de Cleric. conjug. in 6. etiam admiſſos inter Conſiliarios, ſi legitimè non impediti, renuerint intereſſe Conſiliis, Epiſcopi, aliique Superiores Eccleſiaſtici, procedant ad omnem requiſitionem etiam extrajudicialem Superioris Laici, vel Magiſtratus contra eoſdem ad mulctas pecuniarias ab ipſis arbitrandas, dummodò non ſint minores illis, quibus ſubjecti ſunt Conſiliarii Sæculares, & pœnæ applicentur locis Piis.*

13. *Epiſcopi procedant ſimilitèr contra eoſdem Clericos caſu quo deliquerint in materiis pertinentibus ad Conſilium. Romæ hac die 27. Julii* 1706.

G. Card. Carpineus.

*P. Mareſuſcus Secretarius.*

# INDEX

## Materiarum, & Concluſionum, Quæ in Appendice continentur.


### A

#### Arbitrium.

ARbitrium regulatur à jure dec. 7. num. 1.

### B

#### Beneficium, Beneficii valor, Beneficii collatio, Beneficii inſtitutio, Beneficii fundatio, Beneficii jura.

BEneficium liberum, non poteſt ab Ordinario redigi in ſervitutem dec. 5. num. 17.

Beneficii valor probatur per expreſſionem factam in precedentibus proviſionibus, vel per confeſſionem partis dec. 7. num. 4.

Beneficia juriſpatronatus non cadunt ſub reſervationibus Apoſtolicis d. dec. 7. num. 13. & dec. 35. n. 20.

Beneficia ſæcularia ſæcularibus, Regularia Regularibus conferenda ſunt dec. 12. num. 1.

Beneficia manualia non conferuntur in titulum ibid. n. 2.

Beneficium ſæculare per unionem factam Monaſterio Regularium, acquirit naturam Regularis, ibi num. 3.

Beneficii vacatio non datur in manualibus, ibi num. 10.

In collatione Beneficiorum ſola idoneitas eſt ſpectanda, non autem origo, ibi num. 19.

Jus inſtituendi in beneficiis juriſpatronatus ſpectat ad ſolum Epiſcopum dec. 22. num. 2.

Jus inſtituendi in fundatione Beneficii poſt Concil. Trid. reſervari non poteſt inferiori Epiſcopi, niſi habeat juriſdictoinem ordinariam, ibi num. 4. & 8.

Beneficii fundator in limine fundationis poteſt apponere conditiones ſibi bene viſas, etiam juri communi contrarias, ibid num. 3.

Fundationis Beneficii leges poſt actum erectionis perfectum, amplius mutari, ſeù alterari non poſſunt, ibi num. 9.

Epiſcopus ſi eſt fundator Beneficii non poteſt ſibi, & ſuis juſpatronatus reſervare, & aucthorizzare, ibi.

Benficia litigioſa, & juriſpatronatus non conferuntur à Cardinali Indultario dec. 7. num. 12.

In Beneficio erecto cum conditione, quod Sedes Apoſtolica non ſe ingerat, ceſſat regula reſervationis dec. 35. num. 18.

In beneficio Juriſpatronatus mixto Papa conferre poteſt, quando vacatio contingit in turno Patroni Eccleſiaſtici, ibi num. 19.

Ultimus ſtatus in re Beneficiali attenditur, ibi num. 22.

Papa Conferens Beneficium jure devoluto præſupponit jus præſentandi ad alium ſpectare dec. 35. num. 23.

Beneficii poſſeſſionem capiens propria aucthoritate, cadit à jure ſuo dec. 10. num. 9.

Beneficium juriſpatronatus annecti non poteſt Caſtro ſine Epiſcopi licentia, ibid. num. 5.

Beneficii collatio ab Ordinario facta ſine præjudicio jurium partium nullum jus tribuit, ſed præſervat quatenus adſit dec. 9. num. 4.

Beneficium, quod eſt de menſa Monaſterii poteſt eſſe manuale, ibi num. 6.

Jus, quod competit Rectori Beneficii, non poteſt in alium transferri inpræjudicium ſucceſſoris, ſine Papæ beneplacito dec. 44. num. 5.

Beneficia quæ debent conferri Clericis Patrimonialibus an, & quando conferri poſſint exteris habentibus in loco domicilium dec. 48. per tot.

Beneficii eſt incapax laicus, ibi num. 7.

Beneficium conferri poteſt Clerico extero, in defectum Clericorum Patrimonialium, ibi num. 8.

### C

#### Canonici, Capitulum.

CAnonici abſentes à Capitulo, uti ſinguli non habent jus eligendi dec. 39. num. 2.

Canonici abſentes non valent tranſmittere votum per ſchedulam, etiam admittente Capitulo, ibi.

Canonici, qui poſſunt votare viva voce, non poſſunt votum dare per ſcripturam, ibi.

Canonici abſentes legitimè impediti, poſſunt conſtituere Procuratorem ad præſtandum ſuffragium, non autem illud in ſcriptis tranſmittere, ibi num. 3.

Canonici, & Beneficiati, tenentur oſtendere Bullas ſuæ proviſionis dec. 46. num. 14.

Conſenſus aliquorum de Capitulo, non officit cæteris, qui non interfuerunt, quando agitur de actu voluntario dec. 37. num. 11.

Dignitates in illis Eccleſiis in quibus vocem non habent in Capitulo, non connumerantur inter Capitulares, ibi num. 13.

Capitulum cum aucthoritate Epiſcopi condit ſtatutum in his quæ reſpiciunt ſtatum, & adminiſtrationem Eccleſiæ dec. 51. num. 1.

Et poteſt in eo ad iicere pœnam ſubtrahendo diſtributiones, ibi num. 2. & 3.

#### Cardinalis.

Cardinales ratione officii ſunt perpetuò addicti Romanæ Curiæ, & ſi abſunt de licentia Pontificis, dicuntur in Urbe domicilium habere dec. 34. num. 15.

#### Cenſuræ.

Nemo præſumitur ſpernere cenſuras, & illis ſcienter ſe illaqueare velle dec. 12. num. 16.

#### Civis, Civitas.

Civis nomine veniunt nati in Civitate, Suburbiis, vicis

vicis, & diſtrictu deciſ. 49. num. 1.
Civitatis nomine venit etiam Diœceſis, ibi num. 4.
Cives per modum fictum, qui dicantur, ibi num. 8.
Nomen Senenſis, ſeu Januenſis, an, & quando includat illos, qui ſunt de natione, ibi num. 5. & 6.

Clauſula.

Clauſula ut prius, operatur, ut nulla inducta dicatur novatio, nec facta mutatio dec. 5. num. 11.
Clauſula ſine præjudicio jurium partium, nullum jus tribuit; ſed præſervat quatenus adſit dec. 9. n. 4.
Clauſula dummodò, reddit gratiam conditionalem dec. 22. num. 10.
Clauſula ſublata, & decretum irritans, evaneſcunt cum evanuit Privilegium dec. 24. num. 8.
Clauſula dummodò remaneant centum ducati pro Rectore intelligitur de ſcutis monetæ currentis dec. 30. num. 1.

Clericus, Clericatus.

Clericatus probatur teſtimonialibus ordinantis dec. 7. num. 2.
Clericus filius familias poteſt emancipare coram Judice Laico addit. poſt dec. num. 1. pag. 392.
Clericus filius fam. poteſt teſtari etiamſi non habeat requiſita Concilii Trid. ibi num. 5. pag. 393.
Clericus reaſſumens habitum in fraudem judicii cepti coram Judice laico, poteſt ab eodem Judice quoad bona conſtringi, & pœna pecuniaria mulctari, ibi num. 6. & 11.
Clerici, qui ſunt admiſſi inter conſiliarios Civitatis, ſi renuant intereſſe Conſiliis, debent ab Epiſcopo mulctari ad omnem requiſitionem ſuperioris laici, ibi num. 12.
Clerici delinquentes in materiis pertinentibus ad Conſilium debent ab Epiſcopo puniri, ibi num. 13.
Clerici Conjugati non incedentes notoriè in habitu Clericali renuentes intereſſe Conciliis, & ſuſcipere munera Communitatis, multari poſſunt à Judice laico, ibi d. num. 11.

Collegium.

Collegium conſtitui poteſt abſque Prælato dec. 5. n. 7.
Collegii requiſita quæ ſint, ibi.
Collegii jus, ſeu Univerſitatis, remanet in his qui ſuperſunt, vel præſentes ſunt dec. 18. num. 2.
Collegium, ſeu Univerſitas, debet explere ſuos actus collegiativè quamvis non agatur de vera electione deciſ. 39. num. 5.

Concordia.

Concordia confirmata à Papa ex certa ſcientia legat ſucceſſores dec. 34. num. 7. & dec. 36. num. 2.
Concordia fieri poteſt ſuper quota, & modo ſolvendi decimas d. dec. 36. num. 1.

Concurſus.

Concurſus non requiritur in Parochialibus unitis Monaſteriis dec. 9. num. 9.
Concurſus Parochialium coram examinatoribus non Synodalibus eſt nullus dec. 29. num. 1.
Approbatus in Concurſu ab examinatoribus nulliter in Synodo electis quando dicatur validè proviſus à Dataria, ibi num 4. & 5.
Concurſus exigitur in Parochialibus juriſpatronatus Eccleſiaſtici dec. 47. num. 1.

Confeſſio.

Confeſſio partis præſertim emiſſa in judicio eſt omnium probationum præſtantior dec. 10. n. 4. & dec. 12. num. 9. & dec. 37. num. 6.
Probat naturam Emphyteuſis dec. 26. num. 5.
Confeſſio emiſſa ab eo qui habet intereſſe nihil probat deciſ. 43. num. 17.

Confraternitas.

Confraternitas attentâ antiquitate, & viſitatione Epiſcopi, præſumitur erecta aucthoritate Ordinarii dec. 35. num. 1.
Confraternitas præſumitur Eccleſiaſtica quando habet Eccleſiam, ibi num. 2.
Et quando omnes Sacerdotes ibi indifferenter celebrant ibi num. 3.
Et habet Campanile cum Campana, ibi & num. 14.
Et quando Epiſcopus deputat, & removet Officiales, ibi num. 4.
Vel illam viſitavit abſque contradictione, ibi.
Confraternitas laicalis poteſt abſque ſollemnitate alienare res ſuas, ibi num. 5.
Confraternitas ſi in alienatione bonorum adhibuit Beneplacitum Epiſcopi, vel Sedis Apoſtolicæ dicitur Eccleſiaſtica, ibi num. 6.
Vel quando lites activè, & paſſivè fuerunt introductæ, & deciſæ à Tribunali Eccleſiaſtico, ibi num. 8.
Item quando ſolvit Decimas Papales.
Confraternitas quod ſit laicalis probat enunciativa Epiſcopi emiſſa in inſtitutione Præſentati ab eadē, ibi n. 11
Item enunciativa Papæ in Bulla proviſionis, ibi n. 12.
Confraternitas in dubio potius præſumitur laicalis quam Eccleſiaſtica, ibi num. 13.
Solvens Collectas Communitatis præſumitur laicalis, ibi num. 15.
Confraternitas erecta aucthoritate Ordinarii, ſubeſt illius juriſdictioni dec. 42. num. 1.
Confraternitas ſi diſſolvatur illius bona, & ſuppellectilia, an dicantur vacantia, vel potius Confratres, vel Ordinarius valeant de illis diſponere dec. 42. per tot.

Congrua.

Congrua ſcutorum centum à Concilio Trid. reſervata Rectoribus Parochialium, intelligitur de moneta illius loci ubi eſt Parochia dec. 30. num. 1. & 6.
Parochus qui conſenſit Penſioni conſetur contentus de Congrua, ibi num. 3.

Conjecturæ.

Conjecturæ, quæ ab aliis ſuffogantur nullius momenti ſunt dec. 35. num. 17.

Con-

C

*Conſtitutio, quæ nunquam habuit effectum, nullam vim legis acquirit dec. 12. num. 14. 15. & 18.*
*Conſtitutiones Regularium à Papa confirmatæ, derogant prioribus, ibi num. 17.*
*Conſtitutiones laudabiles Eccleſiæ ſervandæ ſunt dec. 37. num. 1.*
*Conſtitutio poſterior, non derogat priori, niſi cum prima ſit incompatibilis dec. 40. num. 7. vel niſi expreſsè dicatur, ibi num. 26.*
*Conſtitutio Synodalis facit jus quoad omnes Diœceſanos & tollit contrariam Conſuetudinem dec. 43. num. 9. & dec. 49. num. 1.*
*Conſtitutiones Synodales juratæ in receptione Capitulariũ, non poſſunt reiici prætextu inobſervãtiæ, ibi n. 11.*
*Confirmatæ à Papa non admittunt obſervantiam contrariam d. dec. 46. num. 9.*

Conſuetudo.

*Conſuetudo etiam interpretativa, quando eſt contra juris diſpoſitionem, debet eſſe legitimè præſcripta dec. 23. num. 3.*
*Renunciatio facta conſuetudine, & præſcriptioni longiſſimi temporis, non compræhendit immemorabilem dec. 34. num. 10.*
*Conſuetudo immemorabilis habet vim legis, & ſtatuti ibi num. 16.*
*Conſuetudo non extenditur de loco ad locum nec de caſu ad caſum dec. 37. num. 4. & dec. 39. num. 7.*
*Conſuetudo ubi adeſt, ſuperfluum eſt ſtatutum condere, ibi num. 6.*
*Conſuetudo admittendi vota abſentium in ſcriptis non eſt legitima d. dec. 39. num. 6.*
*Non inducitur ex unico actu, ſed ex pluribus, & diuturnitate temporis, ibi num. 8.*
*Conſuetudo in qualibet materia, probari debet in ſuo caſu præciſo dec. 43. num. 8.*
*Conſuetudo exemptionis, non probatur probationibus æquivocis, ibi num. 14.*
*Conſuetudo immemorabilis exigit probationes concludentes dec. 47. num. 2.*
*Conſuetudo immemorabilis non tollitur per Concilium Trid. dec. 47. num. 3.*
*Conſuetudo ſubminiſtrandi paramenta eſt ſervanda dec. 37. num. 12.*
*Conſuetudini immemorabili non cenſetur à Papa derogatum dec. 12. num. 13.*

Cura, Curatus.

*Curatus, ſivè Parochus in adminiſtratione Sacramentorum, perceptione oblationum, & funeralium, habet juris aſſiſtentiam dec. 5. num. 1.*
*Curati plures inſolidum poſſunt eſſe in eadem Eccleſia, ibi num. 2.*
*Curati plures ejuſdem Eccleſiæ quomodo, & quando dicantur veri Parochi, & conſtituant Collegium, ibi à num. 3. ad 9.*
*Curatus perpetuus, habet exercitium curæ privativè etiam quoad illum, qui habet curam habitualem, ibi num. 10.*
*Curatus, ſive Vicarius perpetuus, habet Curæ exercitium auctoritate juris, ibi.*
*Curatos amovibiles deputant Monachi S. Benedicti in Eccleſiis Parochialibus unitis eorum Monaſteriis dec. 12. num. 5.*

D

Decimæ.

*Decimæ non præſcribuntur, niſi concurrat immemorabilis, vel ſaltem quadragenaria cum titulo dec. 36. num. 5.*
*Sed ſi agitur de reducenda quota, vel ſpecie, ſuffragatur quadragenaria, ibi.*
*Coloni exemptorum non tenentur ſolvere Decimas, quando privilegium eſt reale addit. poſt dec. num. 3. pag. 392.*

Declaratio.

*Declaratio voluntatis Teſtatoris facta per Confeſſarium, cui fuerat communicata, probat, ſi fiat cum juramento dec. 6. num. 1.*
*Declaratio Mulieris erronea ex falſo ſuppoſito emanata, nec ipſi, nec aliis cauſam ab ea habentibus præjudicat dec. 26. num. 10.*

Decreta Sac. Congregationum.

*Decreta Sac. Congregationum ſunt reverenter amplectenda dec. 27. num. 3.*
*Decreta Sac. Congreg. loquentia indefinitè de Regularibus, compræhendunt Regulares etiam Germaniæ dec. 28. num. 1.*
*Decreta Sac. Congregat. Concilii generalitèr loquentia compræhendunt omnes caſus, qui ſub eadem ratione continentur, quia habent vim legis Concilii dec. 30. num. 5.*

Dictio.

*Dictio* imò *eſt correctiva præcedentium dec. 6. num. 3.*
*Dictio* proindè *deſignat cauſa ex qua Papa motus fuit ad concedendum dec. 24. num. 11.*
*Dictio* propterea *idem ſignificat, ibi num. 12.*
*Dictio* aut alias *eſt repetitiva ſimilium dec. 34. nu. 10.*

Diſmembratio.

*Diſmembratio Parochiæ fieri non poteſt ſine juſta cauſa dec. 8. num. 1.*
*Diſmembratio conceditur ob diſtantiam, ſi imminet periculum Animarum, ibi num. 2.*
*Diſmembratio non ſolet concedi, quando aliundè poteſt provideri Parochianis, ibid. num. 3.*
*Diſmembratio non conceditur, quando per Capellanum in alia Eccleſia Sacramenta Parochianis miniſtrari poſſunt ibi.*
*Diſmembratio tanquam odioſa eſt concludenter probanda dec. 40. num. 26. & 27.*

Domicilium.

*Domicilium ex quibus quis dicatur habere deciſ. 48. num. 2. 3. 4. & 5.*

Dominium.

*Dominium rei Emphyteuticæ, ad effectum recognitionis in Dominum probatur præſumptionibus dec.21. n.1.*

E

Eccleſia.

*Eccleſiæ duæ Cathedrales æquè principaliter unitæ reſpectu Epiſcopi reputantur una Diœceſis dec.2. num. 3. & dec. 4. num. 1.*

*Una Eccleſia poteſt pluribus independentibus ſubeſſe diverſis reſpectibus dec. 5. num. 18.*

*Eccleſia Parochialis poteſt erigi in Collegiatam, & cura remanere penes eum, qui prius illam antea habebat num. 14.*

*Eccleſiæ non præjudicat negligentia Rectoris dec. 21. num. 8.*

*Eccleſia Collegiata erecta in Cathedralem efficitur novum corpus cum novo capite dec. 25. num. 1.*

*Eccleſia Cathedralis cum Epiſcopo facit unum corpus, quemadmodum Vir, & Uxor, ibi num. 2. & 3.*

*Eccleſia inferior Collegiata, aut Conventualis ſi erigatur in Cathedralem, ipſo facto fit exempta à juriſdictione Prælati Epiſcopo inferioris, ibi num. 4. & 5.*

*Onus reparandi Eccleſiam involuit expenſas pro paramentis, & luminariis dec. 37. num. 1.*

*In Eccleſiæ reparatione ſervanda eſt conſuetudo, ibi num. 3.*

*Contributio pro reparatione Eccleſiæ Cathedralis quomodo ſit facienda, ibi num.8. & 9.*

*Eccleſia exempta ſi de una ad aliam Diœceſim auctoritate Papæ transferatur, retinet exemptionem dec.40. num. 8.*

*Eccleſiæ exemptio efficit, ut non dicatur de Diœceſi, non autem, quod non ſit in Diœceſi, ibi num. 13.*

*Eccleſiæ omnes præſumuntur Sæculares, & non Regulares, ibi num. 34.*

*Eccleſiæ exemptæ in quibus deſerviunt Presbyteri Sæculares poſſunt viſitari ab Epiſcopo, quoad omnia jure delegato, ibi num. 36.*

Emphyteuſis.

*Bona Emphyteutica redacta ad inſtar allodialium, compræhenſa intelliguntur ſub Univerſali hæredis inſtitutione dec. 26. num. 1. & 9.*

*Emphyteuſis Eccleſiæ quando dicatur hæreditaria, ibi num. 2. & 3. 7. & 8.*

*Emphyteuſis hæreditaria eſt renovanda proximioribus quando non adeſt hæres inſtitutus, ibi d. num. 9.*

*Bona Emphyteutica redacta ad inſtar allodialium, poſſunt tranſire in manus mortuas, ibi num. 13.*

*Emphyteuſis Eccleſiæ poteſt tranſire in manus mortuas, accedente conſenſu ipſius Eccleſiæ, ibi num. 14.*

*Hæres ultimi Emphyteutæ ſi poſſidet non eſt poſſeſſione privandus, ubi caſus devolutionis non eſt clarus dec. 34. num. 3.*

*Solitum renovandi Emphyteuſim probatur enunciativis Domini directi emiſſis in Inſtrumentis Inveſtiturarum, ibi num. 6.*

*So[...]um renovandi importat neceſſitatem coactivam, ibid.*

*Solitum renovandi probatur concordia Anteceſſoris, ibi num. 7.*

*Dominus directus renovare adſtrictus, proximioribus non inſtantibus, poteſt extraneum inveſtire, ibi n. 9.*

*Renovatio inveſtituræ non debetur, quando res devoluitur ob commiſſum Emphyteutæ, ibi num.10.*

*Bona Emphyteutica quando dicantur de illis, quæ à laicis fuerunt Eccleſiæ appodiata, ibi num. 12.*

*Bona Emphyteutica Status Urbini, renovantur hæredibus ultimi inveſtiti vigore Brevis Urbani VIII. ibi num. 14.*

*Monaſterium conſtructum in fundo Emphyteutico non cedit ſolo dec. 13. num. 3.*

Enunciativa.

*Enunciativæ Inſtrumentorum antiquorum probant jus nominandi dec. 9. num. 2.*

*Enunciativæ junctæ cum facto poſitivo probant dec.35. num. 10.*

*Enunciativis Ordinariorum emiſſis in Viſitatione multum defertur, ibi num. 11.*

*Enunciativæ, & Confeſſiones Epiſcopi, ut præjudicent Succeſſoribus, debent eſſe certæ, nec ad aliud referibiles dec.43. num. 16.*

Epiſcopus.

*Epiſcopus duarum Cathedralium æquè principaliter unitarum, unum tantum Vicarium Generalem tenetur habere dec. 1. num. 1. & dec.3. num. 1.*

*Imò nullum cogitur retinere, ibique num. 2.*

*Poteſt Clericos reos unius Diœceſis tranſmittere ad carceres alterius Diœceſis, in qua reſidet, ibi d. dec. 1. num. 4. & dec. 3. num. 3.*

*Tenetur pœnas, & mulctas delinquentium applicare locis piis Diœceſis delicti dec. 2. num. 3. & dec. 3. num. 7.*

*Poteſt in quacunque parte Diœceſis ſibi benè viſa Tribunal erigere dec. 3. num. 3.*

*Poteſt exercere Pontificalia ſuo arbitrio priùs in una, quam in altera dec. 3. num. 4. & dec. 4. num. 5.*

*Non tenetur diſtinctos Examinatores Synodales pro unaquaque deputare, niſi deputari conſueverint d. dec.3. num. 5. & d. dec. 4. num. 6.*

*Debet pro unaquaque deputare Canonicum Pœnitentiarium d. dec. 3. num. 5.*

*Tenetur deputare Vicarium Generalem in Diœceſi, in qua non reſidet, quando à ſuo Tribunali valdè diſtat adnot. ad dec. 4. num. 1.*

*Epiſcopus ſi eſt Fundator Beneficii, non poteſt ſibi, & ſuis Juſpatronatus reſervare, & auctorizzare dec. 22. num. 9.*

*Epiſcopus viſitat Cathedralem non obſtantibus privilegiis, & Conſuetudine immemorabili dec. 23. n. 2.*

*Epiſcopi negligentia, non præjudicat Eccleſiæ, neque Succeſſori d. dec. 23. num. 3.*

*Epiſcopo ex ſola juris aſſiſtentia conceditur manutentio pro exercitio juriſdictionis, ibi num. 4.*

*Epiſcopus dicitur contrahere ſpirituale conjugium cum*

*cum Eccleſia Cathedrali* [illegible]
*Epiſcopus tanquam exequutor p*[illegible]*onum exequitur legata Miſſarum relicta Fratribus Minoribus S. Franciſci incapacibus dec.* 33. *num.* 6.
*Epiſcopus eſt caput Capituli dec.* 37. *num.* 5.
*Epiſcopus non poteſt ſtatuere contra jus, neque contra laudabiles Conſtitutiones ſuæ Eccleſiæ dec.* 37. *n.* 9.
*Epiſcopus in Regulares exercentes curam animarum utitur juriſdictione ordinaria dec.* 40. *num.* 20. 21. & 22.
*Epiſcopus in ſua Diœceſi habet mixtum, & merum imperium in ſuos ſubditos dec.* 43. *num.* 1.
*Et procedit contra Capitulares in cauſis criminalibus ſine Adjunctis, quando Capitulum non eſt exemptum ibi num.* 2.
*Et ex longa obſervantia, poteſt præſcribere juriſdictionem privativam contra privilegium exemptionis, ibi num.* 20.
*Epiſcopus tenetur oſtendere Capitulo Bullas ſuæ proviſionis dec.* 46. *num.* 13.

### Error.

*Error debet probari per claras probationes dec.* 34. *n.*8.
*Error fruſtra allegatur, quando datur poſſibilitas cauſæ in contrarium dec.* 35. *num.* 21.

### Examinatores Synodales.

*Electio Examinatorum Synodalium facta in Synodo ſub nomine officii, vel Dignitatis eſt nulla dec.* 29. *n.* 2.
*Quid ſi eligantur cum aliqua circumſtantia, quæ illos reddat certos ibid. num.* 3.

### Exemptio.

*Exemptio reſtricta ad Eccleſiam, & Clericos, non compræhendit populum dec.* 40. *num.* 28.
*Eccleſia dependens ab alia Eccleſia exempta, non efficitur exempta, quia exempto capite, non præſumuntur exempta membra, ibi num.* 35.
*Vide in verbo* Eccleſia, *& in verbo* Juriſdictio.
*Exemptio à juriſdictione Epiſcopi eſt plenè probanda dec.* 43. *num.* 3.
*Eſt odioſa, & facile contrariis probationibus eliditur, ibi num.* 18.

### Exequutor.

*Exequutor litterarum Apoſtolicarum, non poteſt immutare formam ſibi præſcriptam, & certis modis limitatam, non obſtante conſenſu obtinentis deciſ.* 5. *num.* 15. & 16.
*Exequutores Teſtamentarii, non tenentur propriis ſumptibus litem ſuſtinere, ſed hæreditatis dec.* 11. *n.* 1.

### Expenſæ.

*Expenſæ pro oneribus, & ſervitio Eccleſiæ Parochialis taxantur in ſcutis* 30. *dec.* 30. *num.* 9.

## F

### Fundator.

*Fundator Collegii in limine fundationis poteſt apponere conditiones juri communi contrarias dec.* 38. *num.* 2.
*Vide in verbo.* Beneficium.

## G

### Gratia.

*Gratia conceſſa ſuper ſuppoſito inſubſiſtente, corruit ex defectu intentionis dec.* 43. *num.* 23.

## I

### Identitas.

*Identitas perſonæ, quæ retinet plura cognomina, probatur per ſpecificationem unius cognominis, donec probetur pluralitas perſonarum dec.* 48. *num.* 6.

### Ignorantia.

*Ignorantia excuſat à contemptu, & à pœna, dummodo non ſit craſſa, & ſupina dec.* 41. *num.* 3.

### Indultum.

*Indultum conferendi Cardinalis Titularis, non compræhendit Beneficia litigioſa, neque Beneficia Juriſpatronatus dec.* 7. *num.* 12.
*Indulto Cardinalis Titularis non obſtante Papa, Indultarium præveniendo, poteſt Beneficium conferre, ibi num.* 14.

### Judex.

*Judex Eccleſiaſticus habitualiter eſt competens inter laicos litigantes, quorum cauſas poteſt judicare mediante partium prorogatione, vel conſuetudine dec.* 35. *num.* 7.
*Judex Ordinarius dici nequit, qui habet juriſdictionem limitatam ad certas cauſas, & actus particulares dec.* 22. *num.* 8.

### Juriſdictio.

*Juriſdictio plenariè conceſſa in limine fundationis, Rectori Collegii, cenſetur data privativè dec.* 38. *n.*2.
*Abbas Farfenſis habet juriſdictionem quaſi Epiſcopalem dec.* 40. *num.* 1.
*Verbum* Superioritas *compræhendit juriſdictionem, ibi num.* 11.
*Una perſona, quæ duplicem perſonam gerit, poteſt, diverſo jure eſſe exempta, & ſubjecta d. dec.* 40. *num.* 18.
*Epiſcopus in Regulares exercentes curam animarum utitur juriſdictione ordinaria, ibi n.* 20. 21. & 22.
*Juriſdictio Abbatis Commendatarii in Eccleſia Sæculariz-*

*lariʒʒata eſt eadem quæ erat, quando fuit Regularis ibi num.* 29.
*Epiſcopus dicitur uti juriſdictione delegata, quando Papa committit cum clauſula* = Poteſtate Apoſtolica, authoritate noſtra, aut tanquam Delegatus, *ibi d. num.* 21.
*Juriſdictio in delictis levibus, & ad ſimplicem correctionem, poteſt competere etiam Capitulo dec.* 43. *num.* 7.

Juſpatronatus.

*Juſpatronatus probant inſcriptiones antiquæ in Lapide inſculptæ dec.* 7. *num.* 5.
*Item inſignia familiæ pariter inſculpta in pariete, & pavimento, ibi num.* 6.
*Item inſcriptiones in libris Eccleſiæ, ibi num.* 7.
*Item præſentationes continuatæ, & effectum ſortitæ, ibi num.* 8. *& dec.* 9. *num.* 5. *& dec.* 41. *num.* 1.
*Item enunciativæ antiquæ Ordinariorum, ibi num.* 9. *&* 10.
*Item legata relicta Cappellæ uti de jurepatronatus, ibi num.* 11.
*Juſpatronatus in dubio præſumitur erectum cum qualitate hæreditaria dec.* 10. *num.* 3.
*Juſpatronatus in Domino Caſtri præſumitur uſurpatum ibid. num.* 6.
*Juſpatronatus non cadit ſub reſervatione regulæ* 8. *etiamſi ſit mixtum dec.* 35. *num.* 20.

Jus commune.

*Nuncius Apoſtolicus, nec Legatus de Latere reſcribit contra jus dec.* 37. *num.* 10.

L

Laudemium.

L*Audemium non augetur ſi in re Emphyteutica fiant melioramenta dec.* 13. *num.* 3.
*Laudemii ſolutio eſt facienda juxtà loci conſuetudinem ibid. num.* 6.
*Laudemium debetur ex alienatione facta cum pacto redimendi dec.* 21. *num.* 4.
*Laudemium ſolvitur ab Emptore, ibi num.* 5.
*Pro laudemio datur actio perſonalis in rem ſcripta, ibi num.* 6.
*Emptor rei Emphyteuticæ, qui ſe obligavit ſervare omnia contenta in Inſtrumento ſub obligatione Camerali, poteſt pro laudemio conveniri via executiva, ibi num.* 7.
*Dominus directus non cogitur alienationi conſenſum dare abſque ſolutione laudemii d. dec.* 21. *num.* 3.

Legatum.

*Legatum relictum Confraternitati dicitur pium, præſertim quando habet Eccleſiam annexam dec.* 6. *n.* 5.
*Legatum relictum cauſa ſtudii dicitur pium, ibi.*
*Legata relicta Fratribus Minoribus S. Franciſci, an & quæ ſint valida, & ab eis recipi, & ab hærede ſolvi debeant dec.* 32. *& dec.* 33. *per tot.*
*Leg[illegible] pro infirmaria eiſdem Fratribus relictum non debetur d. dec.* 33. *num.* 2.
*Legatum Miſſarum dicitur perpetuum etiamſi hæres reperiatur gravatus cum dictione* meus, ipſe, infraſcriptus *in addit. poſt dec. num.* 2. *pag.* 392.
*Legatum relictum Civibus intelligitur de Civibus Patriæ Teſtatoris dec.* 49. *num.* 2.
*Legatum relictum habitantibus in Civitate, cenſentur excluſi Diſtrictuales, ibi num.* 3.
*Legatarius, qui neglexit jus ſuum, non præjudicat futuris venientibus ex perſona propria, ibi num.* 9.
*Legatum relictum Puellis Senenſibus, an includat Provinciales, ibi n.* 5. *&* 6.

Læſio.

*Læſio eſt fundamentum reſtitutionis in integrum dec.* 20. *num.* 1. *& deciſ.* 22. *num.* 1.

Lex.

*Lex præſcripta in limine fundationis Collegii cum approbatione Papæ eſt obſervanda tanquam Lex Papalis dec.* 38. *num.* 1.
*Interpretatio legis ea capienda eſt, per quam repellitur dec.* 40. *n.* 24.
*Legis interpretatio quæ habet contra ſe juris aſſiſtentiam reiicitur dec.* 43. *n.* 12.

M

Manutentio.

M*Anutentio datur gratioſè ſubrogato in juribus collitigantis docto de requiſitis dec.* 10. *num.* 1.
*Manutentio conceditur poſſidenti legitimo titulo, ibi num.* 7.
*Manutentio conceditur Epiſcopo in exercitio juriſdictionis ex ſola juris aſſiſtentia dec.* 23. *num.* 4.
*Manutentio datur ei, qui docet de anteriori poſſeſſione dec.* 34. *num.* 1.
*Exceptiones, quæ reſpiciunt petitorium, manutentionem non retardant, ibi num.* 13.
*Qui habet poſſeſſionem titulatam faciliùs obtinet manutentionem dec.* 46. *num.* 11. 12. *&* 16.
*Manutentio non datur, quando conſtat de malo jure poſſidentis, ibi.*

Melioramenta.

*Melioramenta facta in re Sacra, & religioſa non cedunt ſolo dec.* 13. *num.* 9.
*Melioramenta non augent laudemium, dec.* 13. *num.* 3.
*Monaſterium conſtructum auctoritate Ordinaria in fundo Emphyteutico non cedit ſolo, ibi*

N

Nominatio. Præſentatio.

N*Ominationes, & Præſentationes in antiquis præſumuntur effectuatæ, dummodò non conſtat de contrario dec.* 9. *num.* 3.
*Præſentatio facta per errorem contra legem fundationis non præjudicat dec.* 10. *num.* 7.
*Extinctio Dignitatis Abbatialis, non extinguit jus nomi-*

nominandi ad Benefic[illegible]
In votorum paritate gratificandus eſt nominatus, qui majoribus qualitatibus eſt inſignitus dec. 39. num. 9.
Præſentatus à medietate Patronorum, eſt inſtituendus ſi pro alia medietate obtinuit derogationem, ibi.
Patronus probabiliter ignorans qualitates fundationis, non cadit à jure ſuo ſi præſentat non idoneum dec. 41. num. 2.
Et poteſt à prima præſentatione recedere, & alium idoneum præſentare, ibi num. 5. & 6.

## Notarius.

Notario atteſtanti de actis geſtis abſque expreſſione certæ cauſæ particularis, non creditur, niſi acta exhibeantur dec. 35. num. 16.
Ad excludendam falſitatem Notarii, additio matricis quæ non eſt in exemplari, cenſetur appoſita per errorem dec. 39. num. 10.

# O

## Obligatio.

Obligatio Cameralis adimplendi omnia contenta in Inſtrumento comprœhendit omnia quæ veniunt ex natura contractus dec. 21. num. 7.

## Obſervantia.

Obſervantia æquivoca non relevat dec. 23. num. 1.
Obſervantia deſtruitur ex actibus contrariis, ibi.
Obſervantia longi temporis declarat naturam Emphyteuſis dec. 26. num. 4.
Obſervantia comprobat exercitium juriſdictionis privativæ dec. 38. num. 6.
Et explicat naturam conceſſionis juriſdictionis in exemptos dec. 40. num. 30.
Obſervantia debet eſſe circa tempus diſpoſitionis, ibi num. 31. & dec. 49. num. 9.
Obſervantiam non inducunt actus geſti ſub falſo ſuppoſito, ibi num. 32.
In concurſu actuum juriſdictionalium ad probandam obſervantiam, prævalent hi, qui fuerunt geſti ab habente juris aſſiſtentiam, ibi num. 33.
Obſervantia præſumitur, quod ſit uniformis voluntati Teſtatoris dec. 41. num. 4.
Interprætatio legis, ſeù Statuti, quæ oritur ex obſervantia, prævalet interprætationi juris dec. 46. n. 15.
Obſervantia, quæ adverſatur voluntati Teſtatoris non attenditur dec. 49. num. 9.
Obſervantia eliditur per unicum actum contrarium, ibi.

# P

## Papa.

Papa non cenſetur derogare conſuetudini immemorabili, neque juri quæſito per aliam præcedentem Conſtitutionem dec. 12. num. 13.
Papæ declarationi in dubio juris ſtandum eſt dec. 18. n. 1.
Papæ ſcientia ubi requiritur certa, non ſufficit probabilis & æquivoca dec. 24. num. 5.
Papa ubi manus appoſuit, non poteſt inferiòr ſe ingerere dec. 44. num. 11.

## Præcedentia.

Præcedentia competit PP. Reformatis S. Franciſci ſupra PP. Ord. S. Auguſtini dec. 16. dec. 17. dec. 18. dec. 19. & dec. 20. per tot.
Antiquioritas unius Conventus influit, & communicat præcedentiam omnibus aliis ejuſdem Ordinis dict. dec. 16. num. 4. & dict. dec. 17. num. 7.

## Præſcriptio.

Præſcriptio non datur in actibus facultativis dec. 4. n. 3.

## Privilegium Privilegiatus.

Privilegium exemptionis extinguitur per mutationem ſtatus Eccleſiæ dec. 24. num. 3. & 4.
Privilegium corruit ex defectu intentionis Papæ, ibi.
Privilegium non dicitur obtentum titulo oneroſo per ſolutionem factam componendæ, ibid. num. 6.
Privilegium obtentum etiam titulo oneroſo, reſolvitur ſi contingat extingui ex diſpoſitione legis generalis, ibi.
Privilegium conceſſum Regularibus, evaneſcit illis ſublatis, ibi num. 9. & dec. 25. num. 9.
Privilegium exemptionis conceſſum Regularibus cenſetur elargitum à Papa ratione vitæ Religioſæ: cæteræ autem cauſæ dicuntur occaſionales, ibi num. 13.
Privilegii præmium indicat cauſam finalem conceſſionis, ibid. num. 10.
Laicus privilegiatus, qui gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, non gaudet quoad pertinentia ad officia Communitatis in addit. poſt deciſ. num. 7. & 10. pag. 393.
Item ſi renuat acceptare officia publica, ſubjicitur mulctæ Judicis laici, dummodò juri, quod habet ad locum, non renunciet, ibi num. 8. & 9.
In Generali derogatione privilegiorum, non venit privilegium, quod eſt inſertum in corpore juris dec. 40. num. 6.

## Procurator.

Procurator ſine ſpeciali mandato, non poteſt Confeſſionem aliquam emittere Principali præjudicialem deciſ. 46. num. 8.

## Profeſſio.

Profeſſio emiſſa ante legitimam ætatem præſcriptam à Concilio, eſt irrita, & nulla dec. 14. num. 1.
Monachus geſtans per annum habitum indiſtinctum Religionis, & exercens actus ſpectantes ad profeſſos, cenſetur tacitè profeſſionem nullam ratificare, ibid. num. 2.
Monachus ſi ex juſta, & probabili cauſa ignoravit nullitatem ſuæ profeſſionis expreſſæ, perſeverando in Religione, non dicitur illam tacitè ratificare, ibi à num. 4. ad num. 11.
Profeſſio tacita nunquam poteſt induci, quoties conſtat

ſtat de animi averſione à Religione, ibi num. 12.
Animi averſio à Religione probatur in eo, qui noluit Ordines ſuſcipere, ibi.

## Q

### Quarta Funeralis.

Quarta funeralis debetur Parocho non ſolum de his, quæ cum funere deferuntur, ſed de aliis, quæ intuitu Sepulturæ tradita fuerunt Eccleſiæ tumulanti in addit. poſt deciſ. num. 4. pag. 392.

### Quindennium.

Quindennium debetur Domino directo, quando Emphyteuſis tranſivit in manus mortuas dec. 13. num. 1.
Quindennium debetur juxtà antiquum rei valorem, nullâ habitâ ratione melioramentorum, ibi.
Quindennium nihil eſt aliud quam ipſum laudemium determinato tempore ſolvendum, ibi num. 2.
Utilius eſt habere pro Emphyteuſi Quindennium, quam laudemium, ibi num. 8.

## R

### Regulares.

Regulari agenti pro nullitate ſuæ profeſſionis, conſtito de bono jure, debentur ſumptus litis dec. 15. num. 1.
Regularis pro nullitate ſuæ profeſſionis, tenetur agere coram Superiore Monaſterii, & Ordinario loci conjunctim, etiam in caſu, quò Religio ſe opponat, ibi in adnot. num. 2.
Regulari volenti agere cauſam propriam, debentur expenſæ à Religione, dummodò maneat in Clauſtris, & non habeat aliunde, ibi num. 3.
Regulares Reformati Ord. S. Franciſci, præcedunt in proceſſionibus PP. Auguſtinianis dec. 16. per tot.
Regulares Reformati Ord. S. Franciſci, faciunt unum corpus cum Obſervantibus dec. 17. per. tot.
Regulares quicunque ſint, ſine Indulto Apoſtolico præfici non poſſunt gubernio Eccleſiarum Parochialium dec. 27. num. 2. & dec. 28. num. 1.
Regulares Ord. Minorum S. Franciſci non poſſunt retinere annuos redditus, neque legata perpetua cum onere Miſſarum dec. 32. num. 3. & dec. 33. num. 4.
Neque pro illis agere per ſe ipſos, neque per Syndicum, ibi d. dec. 33. num. 5.
Regulares omnes fuerunt olim Epiſcopis ſubjecti, & fuerunt exempti tempore Divi Gregorii dec. 40. num. 3. 4. & 5.
Superiores Regularium, habent juriſdictionem correctionalem in Religioſos, quamvis juriſdictioni Epiſcoporum ſubdantur, ibi num. 10.
Regulares an, & quando præfici poſſint Eccleſiis Parochialibus ad exercendam Curam Animarum, ibi num. 14. 15. & 16.
Regulares in iis quæ concernunt Curam Animarum ſubjiciuntur juriſdictioni Ordinariorum, ibi num. 17. & 19.
Regulares, qui non exercent Curam Animarum, ſed delinquunt in miniſtrandis Sacramentis, ſubſunt juriſdictioni delegatæ Epiſcopi, ibi num. 22.

### Regulæ juris.

Fictio in caſu ficto, operatur quantum veritas in caſu vero Rot. dec. 13. num. 4.
Fictio legis non admittitur ultra caſus expreſſos, ibi num. 6.
Ubi militat eadem ratio, militare debet eadem juris diſpoſitio, ibi num. 5.
Nemo debet cum aliena jactura locupletari, ibi n. 7.
Idem eſt non eſſe, & non apparere dec. 24. num. 7.
Expreſſio unius illiciti, non vitiat alium licitum dec. 32. num. 7.
De minimis non eſt curandum dec. 35. num. 16.
Incluſio unius, non eſt excluſio alterius dec. 37. n. 2.
Subrogatum acquirit naturam illius in cujus locum ſubrogatur dec. 40. num. 2.
Exceptio eſt de compræhenſis in regula, & intelligitur retentis terminis regulæ dec. 40. num. 11.
Exceptio eſt de regula, & limitat regulam, ibi n. 24.
Regula, quod de connexis idem eſt judicium, non procedit in privilegiis præſertim exemptionis, ibi num. 35.
Refereus eſt in relato cum omnibus ſuis qualitatibus dec. 43. num. 13.
Succeſſor non luit pœnam pro culpa Anteceſſoris dec. 44. num. 2.
Facultas data ad unam rem certam, non trahitur ad diverſa, ibi num. 6.
Mala fides reſiſtit principio præſcriptionis, ibi num. 7.
A diverſis non fit illatio dec. 46. num. 10.

### Reſignatio Reſignatarius.

Reſignatarius ſubrogatus à Papa in juribus Reſignantis, non tenetur docere de publicatione reſignationis dec. 7. num. 15.
Reſignationis publicatio facta in termino prorogato, cenſetur facta à principio, ibi num. 16.

### Rota.

Rota ſuſcipit reverenter Decreta Sac. Congregationum dec. 12. num. 6. & dec. 27. num. 3.

## S

### Sententia.

Sententia à qua non fuit reclamatum, facit ſtatum quo ad omnes, donec ſublata non remaneat dec. 30. num. 10.

### Sponſalia.

Sponſalia ex quibus dicantur probata, vel excluſa dec. 31.
Sponſalia legitimè contracta, diſſolvuntur ortis diſſidiis, & contumeliis inter Sponſos, ibi num. 5.

*Statutum, ſeù conſuetudo Eccleſiæ, quò, ſeu qua diſ-nitur, quod Præbendati in ingreſſu ſolvant certam ſummam pro cultu Eccleſiæ, non ſuſtinetur, niſi urgeat præciſa neceſſitas dec. 37. num. 7.*
*Statutum ſive Conſtitutio, recipit interpretationem paſſivam à jure communi, & ab obſervantia dec. 46. num. 15.*
*Statutum legitimâ auctboritate conditum, poteſt unum gravare, & alium eximere dec. 51. num. 4.*
*Statutum redolens pietatem, & diù obſervatum, non debet infringi, ibi num. 5.*

## Subſcriptio.

*Subſcribens ſimplicitèr ſcripturam, cenſetur approbare omnia in ea contenta dec. 6. num. 2.*

## T

## Teſtator, Teſtatoris Voluntas.

*Teſtatoris voluntas declarata ab eo cui fuit fiduciatèr communicata, non dicitur captatoria, quia non eſt commiſſa ſubſtantia diſpoſitionis dec. 6. num. 3. & 4.*
*Teſtatoris voluntas commiſſa in voluntatem tertii, eſt valida in relictis ad pias cauſas, ibi.*
*Teſtatoris voluntas eſt pro lege ſervanda dec. 44. num. 1.*
*In re accidentali, quæ non tangit ſubſtantiam, poteſt auctboritate Epiſcopi alterari, ibi num. 3.*
*Solus Papa commutat voluntatem Teſtatorum, ibi num. 8.*
*Epiſcopus voluntatem Teſtatoris commutat, ubi adeſt impoſſibilitas facti, ibi num. 9. & 10.*

## Teſtis.

*Teſtes debent reddere rationem ſcientiæ, quando qualitas ſuper qua deponunt aliter ſciri non poteſt dec. 12. num. 10.*
*Teſtes, qui corroborantur ſcripturis magis probant, quam cæteri, ibi num. 12.*
*Teſtes de Univerſitate in cauſa Decimarum reputantur idonei dec. 36. num. 3.*
*Teſtium depoſitiones intereſſe habentium nihil probant dec. 37. num. 4.*
*Teſtes non admittuntur ubi probatio haberi poteſt per ſcripturas, ibi & dec. 43. num. 15.*
*Teſtes ne redarguantur de falſo omnis favorabilis ſumenda eſt interpretatio d. dec. 43. d. num. 15.*
*Teſtes de Collegio, Univerſitate, Monaſterio &c. An, quando ſint admittendi dec. 46. num. 2. 3. & 4.*
*examinati ad perpetuam pendente lite nihil probant, ibi num. 5.*
*Teſtibus in concurſu, magis deferendum eſt habentibus fomentum à conſuetudine, & Conſtitutione Synodali, ibi num. 7.*
*Teſtes non probant immemorabilem, niſi deponant cum requiſitis gloſſ. in cap. 1. de præſcr. in 6. dec. 47. n. 3.*

## V

## Verbum.

Verba poſſit, & valeat, *An, & quando neceſſitatem inducant dec. 34. num. 15.*

## Vicarius Generalis.

*Vicarium Generalem Epiſcopus non cogitur habere dec. 2. num. 2. & dec. 3. num. 2.*
*Vicarii Generalis deputatio eſt actus facultativus in qua non datur præſcriptio dec. 4. num. 3.*
*Vicarium Generalem tenetur deputare Epiſcopus duarum Cathedralium unitarum, quando una ab alia valdè diſtat d. dec. 4. adnot. num. 1.*

## Viſitatio.

*Viſitatio nullo temporis decurſu præſcribitur dec. 23. num. 2.*
*Viſitari poteſt ab Epiſcopo Eccleſia Cathedralis non obſtantibus privilegiis, aut conſuetudine immemorabili, ibi, & dec. 24. num. 1. & 4.*
*Ordinarius viſitat Eccleſias Regularium Curatas in iis, quæ concernunt curam animarum dec. 40. n. 12.*
*Viſitationes etiam in concernentibus curam animarum fieri poſſunt cumulativè ab Epiſcopo, & Prælato loci exempti, ibi num. 33.*

## Unio.

*Unio facta de omnibus bonis, & juribus univerſis, compræhendit etiam jus nominandi dec. 9. num. 1. & 8.*
*Unio ex quibus probetur, dec. 12. num. 4.*

## Univerſitas.

*Univerſitati non præjudicant actus particularium Civium dec. 36. num. 4.*
*Univerſitas debet explere omnes actus collegiativè dec. 39. num. 5.*

# F I N I S.

# ERRATA GRAVIA CORRIGE.

PAG. 10. n. 44. lin. 4. dare -- clare.
P.21.col.1.li. 21.interpreta vus-interpretativus
Pag. ead. col. 2. n. 88. lin. 32. ſenundo-ſecundo.
Pag. 29. n. 16, lin. 15. Sancti ſſimo--Sanſtiſſimũ·
Pag. 40. in Fom. §. 11. lin. 5. ad -- ab.
Pag. 48. n. 25. lin. 18. contenente - continente.
Pag. ead. n. 27. lin. 9. raſcula -- Vaſcula.
Pag. ead. n. 28, lin. 11. correntis -- currentis.
Pag. 52. n. 41. lin. 2. qui habent -- quæ habent.
Pag. 60. n. 62. lin. 17. aliis -- aliiſque.
Pag. eod. n. 63. lin. 29. compenſari -- compenſare.
Pag. 62. n. 73. lin. 18. ſi vero -- Sac. vero.
Pag. 63. n. 76. lin. 13. 19. Auguſti -- 19. Aug. 1684.
Et lin. 19. 105. -- 1705.
Pag. 68. n. 5. lin. 5. ſpolias -- ſpolium.
Pag. 70. n. 1. lin. 7. adhæret -- adhærent.
Pag. 74. n. 32. lin. 25. de facto -- de fatuo,
Et n. 34. lin. 18. ſi aptus -- ſit aptus,
Pag. 75. n. 37. lin. 7. Iſpren. -- Ipren.
Et n. 40. lin. 8. mortalem -- mortale.
Pag. 76. n. 43. lin. 5. ſeù retactatione -- retractatione.
Pag. 87. n. 40. lin. 11. ſervanũ ſit -- ſervandum.
Pag. 94. col. 2, l. 10. petiarum 3.--petiarum 3. m.
Et lin. 27. plurium -- plurimum.
Pag. 95. n. 23. lin. 7. quod bona -- quo ad bona.
Pag. 104. n. 1. lin. 10. aliiſque -- aliique.
Pag. 106. n. 12. lin. 14. cõmunicativus -- communitativus.
Et n. 15. lin. 2. hinc proximi -- huic,

Pag. 107. n. 18. lin. 10. quæ refert -- quem.
Pag. 109. n. 6. lin. 27. vigintouno -- viginti unius.
Et lin. 31. renuiſſe -- renuiſſet.
Pag. 122. col. 2. lin. 3. & quanto luſtro -- quarto
Pag. 123. n. 4. lin. 13. rigore contractus -- vigore.
pag. 125. n. 9. lin. 13. cenſeatur -- cenſeantur.
pag. 126. n. 10. lin. 7. ſit ſervata -- reſervata.
Pag. 128. in Form. lin. 4. ſit in territorio -- ſiti.
Pag. 132. n. 3. lin. 18. ſit maius -- maior.
pag. 133. n. 4. lin. 20. patiatur -- potiatur.
pag. 143. n. 1. lin. 21. Patre pro filio -- Pater.
pag. 157. n. 2. lin. 6. vel duplici -- væ.
pag. 158. n. 4. lin. 16. teneatur -- tentatur.
Et n. 15. lin. 15. pecuniarum -- pecuniarium.
pag. 160. n. 14. lin. 21. contrarium -- contrariam.
pag. 165. n. 13. lin. 7. *Nac* -- *Nam*.
pag. 169. n. 3, lin. 22. privilegiis -- privilegii.
pag. 170. in Form. VII. lin. 1. niſi -- viſis.
Et lin. 6. Iudicis -- iudicii.
pag. 171. n. 2. lin. 2. iugites -- iugiter.
pag. 173. in corp. lin. 5. tactis -- factis.
Et lin. 8. more -- monere.
Et lin. 17. iudicandis -- iudicandi.
Et n. 1. lin. 5. relaxat -- relaxet.
pag. 178. in Form. lin. 2. iudiciis --iudicis.
Pag. 185. n. 4. lin. 20. immutatis -- immunitatis.
pag. 190. n. 13. lin. 3. diem -- in diem.
Pag. 208. lin. 26. bon ergo -- bono ergo.
Pag. 209. lin. 1. propterea -- properate.

pag. 210. n. 8. lin. 6. hora -- horas.
Et n. 9. lin. 2. debeat -- debeant.
pag. 212. n. 20. lin. 8. ure Divino -- iure.
pag. 213. n. 21. lin. 16. totus Clericus -- Clerus.
Et lin. 15. ſcient -- ſciens.
Et n. 22. lin. 5. refert -- refero.
pag. 215. in form. §. 2. lin. 11. arctarum --arctamur.
pag. 218. col. 1. lin. 5. ad Alexan. --ab.
Et num. 13. lin. 4. tutam -- tuta.
Et lin. 10. delictivam -- deletivam.
pag. 221. num. 27. lin. 1. ſpecies -- tres ſpecies.
pag. 223. col. 1. lin. 2. cauthelam -- ad cautelam.
pag. 226. num. 8. lin. 6. Epiſcopus--Epiſcoporum
Et lin. 8. Alpium -- Alipium.
Pag. 227. n. 9. lin. 14. regione -- regimine.
Et n. 12. col. 2. lin. 19. ignorantiam -- ignoratã
pag: 229. num. 18. lin. 26. poſſit -- poſſet.
pag. 232. num. 3. lin. 9. ieiunari -- ieiunare.
pag. 235. num. 11. lin. 27. reverentes -- revertentes
pag. 240. in Form. §. 6. lin. 1. accendat--accennato
pag. 242. num. 5. lin. 9. Miſſam -- Miſſa,
Et lin. 10. Miſſa -- Miſſam.
pag. 255. col. 2. lin. 7. Seminariorum--ſeminarium
pag. 257. num. 17. lin. 24. pareant -- pereant.
Dec. 21. n. 7. denarrata -- de natura.
Dec. 14. n. 6. dec. 25. in margine 1622. -- 1692.
Dec 32. in margine votus -- votum.
Dec. 33. n. 3. delectum -- defunctum.
Dec. 30. n. 8. deſtructorum -- deſtruitorum.

L.

iure.
us -- Clerus.
n --arctamur.
--ab.
n.
tres ſpecies.
ad cautelam,
piſcoporum
gimine.
am-- ignoratã
- poſſet.
ieiunare.
-- revertentes
t--accennate
Miſſa,
-ſeminarium
t -- pereant.
22. -- 1692.
n.
torum,